




65
21 a. 4-
- 2 -

del colegio de la imprenta de los de granada

1221




7 400 40
MADE IN SPAIN

del collegio de la Comp^a de Jesus de Granada R. 1497


❧ **CONCIONES SA.** ❧

CRAE ILLVSTRISSIMI ET REVERENDIS-
SIMI D. D. THOMAE A VILLANOVA, EX
ordine Eremitarum diui Augustini, Archiepiscopi
Valentini, & in sacra Theologia magi-
stri. Nunc primum in lucem
editæ.

ET EXCELLENTISSIMO PRINCIPI GONSALO
Fernando Cordubæ, Sese Duci, &c. nuncupate.



Visceribus pastor telo traiectus amoris
Sacra salutiferæ fert monimenta necis,
Et memor, & summi feruens documenta magistri
Pectore succiso sanguine pascit oues.
CHARITATI NIMIAE. D.



COMPLVTI,
Ioannes à Lequerica excudebat. Anno

1572.

Cum priuilegio. Esta tassado a seiscientos maravedis ob. lingo.

El Rey.



OR quanto por parte de vos el Prior, frayles y conuento del monesterio de sant Augustin desta villa de Madrid, nos fue hecha relacion diziendo, que fray Thomas de Villanueva frayle professo de esta orden, Arçobispo que fue de Valécia, auia cõ puesto dos libros de sermones, los quales auia dado a esta ordẽ: y por ser obra de mucha deuociõ y doctrina, los queriades imprimir y vender. Porende, que nos supli cauades mandassemos dar licencia y facultad para ello, y priuilegio, para que por tiempo de diez años ninguna persona sin vuestra licencia los pudiesse imprimir ni vèder, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, auiendo se liccho en los dichos libros la diligẽcia que la prematica ahora nueuamente por nos hecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon: y nos touimos lo por bien. Y por la presente por os hazer bien y merced vos damos licencia y facultad, para que vos, o quien vuestro poder ouiere podays imprimir los dichos libros que de suso se haze mencion: y para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, vos el dicho monesterio, o la persona que el dicho vuestro poder ouiere, podays vèder los dichos libros. Y mandamos que persona alguna sin vuestra licencia, durant e el dicho tiempo de los dichos diez años, no los pueda imprimir, ni vender, so pena de perder los libros q̄ ouiere, y mas de veynte mil marauedis para la nuestra camara. Y mandamos que despues de impresso no se puedan vender ni vendan, sin que primero se traygan al nuestro consejo, juntamente con los originales que en el fue visto, que van rubricados, y firmados al fin dellos de Iuan de la Vega nuestro escriuano de camara de los que en el nuestro consejo residẽ: para que se vea si la dicha impresion esta conforme a los originales, y se tasse el precio porque se ouieren de vender cada volumẽ: so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes de nuestros reynos. Y mandamos a los del nuestro consejo Presidente y Oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de la nuestra casa y corte y chancillerias, y a todos los corregidores, Asistente, gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios y otros juezes y justicias qualesquier, asì a los q̄ ahora son, como los que seran de aqui adelante, que os guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que anfi vos hazemos, y contra el tenor y forma della, ni de lo en ella cõtenido, no vays, ni pafseys, ni consintays yr ni passar por algun manera, so pena de la nuestra merced, y de cinquenta mil marauedis para la nuestra camara. Dada en el Escorial, a dos dias del mes de Octubre, de mil y quinientos y sesenta y nueue años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Erasso.

✠ Excellentissimo domino Gonfalo Fer ✠

nando Cordubæ, Sefæ Duci, Comiti Egabrensi, & rerum maritimarum ad campaniam Principi. Rector collegij Complutensis diuini Augustini magister frater Petrus Vzeda Guerrero. S. P. D.



ACRARVM concionum Archiepiscopi olim Valentini pietate & doctrina clarissimi patris Thomæ à Villanoua librũ, communi omnium p̄orum ac doctorum hominum, non solum desiderio iam pridem exoptatum, sed & publica acclamatione impatienter efflagitatum Illustrissimo tuo nomini, Princeps excellentissime, tãquam alumni sui carissimi nobilissimũ pignus, vniuersa nostri ordinis respublica, quod sit suæ in te colendum propensæ voluntatis, & tuorum in se magnorum meritorum memoris, animi testimonium, inscribendum nuncupandumq̄ constituit. Sibi autẽ priuata quadam ratione hoc opus vendicant duo nostræ religionis vicina domicilia æquabili inter se illud iure partita, monasterium, nimirum D. Philippi apud Madritiũ, cui primum earum concionum exemplaria fuere collata, atq; collegium hoc nostrum Complutense, quod idem libri author dum fundat, prouentibusq; augere studet, operi adhuc imperfecto immoritur, obtinereq; proinde se velut in paternâ bona ius quoddam hæreditarium in sacras has conciones, haud quaquã illegitimo titulo existimat: est itaq; communi tum monasterij, tum collegij opera diligenter curatum, vt typis commode excusus liber in manus hominum marure veniret. Nam editionem quam illi monasterio superioribus annis præfectus Prior dignissimus, tuarumq; laudum & gloria studiosissimus pater Ioãnes Vega (nunc vero sacris confessionibus D. Ioannæ serenissimæ Lusitanorum Principis addictus) adornare cœperat, eius successor magister doctissimus Illephonsus à Vera cruce, ita perfecit & absoluit, vt nisi imposita postrema operi manu quiescendum sibi non putarit. Qui plane non contentus Barbaras noui orbis gentes (traiecta prope totius Oceani maris vastitate) Christiano dogmate instituere, atq; ab idololatria qua immaniter insaniebant reuocatas ad religionem & sacri cultus pietatem traducere: sed Hispaniam reuertitur, cum Philippo eius orbis Monarcha Hispaniarumq; rege Catholico, de rebũ illius noui mundi acturus, à quo nec non à Romano Pontifice plurima impetrauit, quæ euangelicæ prædicationis ministris, indigenarumq; Barbarorum liberaliori tractationi in primis erant necessaria, estq; iam velut in ipso procinctu, non modo easdem vltimas mundi plagas iterum petiturus, sed & maiestate regis Philippi mandante, transmisit vltius duabus nostrarum Leucarum millibus Synarum penetraturus orbẽ, in Malucasq; insulas, atq; Philippi regis auspicijs repertas Philippinas diuino spiritu adflante nauigaturus, vsque ad cõ Christi gloriam prouehere, & Augustinianæ familiæ religionisq; nomen & famam propagare studet. Nequam tamen occasionem iuuandi Christianam rempublicam intermittat, non solum egregijs suis vigilijs artium liberalium ac sacre Theologiæ ab se compositis voluminibus, quorum nonnulla phycas speculationes continentia Reuerendissimo harum concionum authori olim dicarant, sed & alienis quasi opibus ecclesiæ

ecclesie thesauros locupletaturus librum hunc typographis tradendum summo studio curauit. Expertum saepe est insigne illud D. Philippi monasterium istius tuæ plusquam heroica omniumque nationum, & gentium testimonijs celebratæ liberalitatis copiosum fructum, supraque quæ credi, aut dici potest lætatur animo grauissimus ille religiosorum patrum cœtus sibi per occasionem hanc licuisse, suam erga te obseruantiam, & obsequentissimi animi gratitudinem testificari. De me autem, cui eius operis recognoscendi negotium fuit iniunctum, quoniam in literis ad Reuerendis. Episcopum Segorbigensem, qui nobis humanissime harum concionum copiam fecit, dicebam, minime dicendum denuo apud te existimo. Illud vero silere sicut neque debeo, ita neque possum, felicem nos iudicare quandam his concionibus sortem diuinitus esse adiunctam, quod inuictæ tuæ terra, marique fortunæ felicissimis auspicijs, in orbem prodeant, splendidissimi que tui nominis fulgore irradiatæ illucere mundo, ac velut sidera solis illustrata radijs apparere, exoriri que incipiant. Nec veremur tamen in illorum reprehensiones incurrere, si qui forte sunt, qui contendat conciones sacras parum aptum esse munus bellatori Principi, summoque bellorum duci conscriptos de religione ac sanctitate libros donum esse, neque idoneum, neque gratum, cui scilicet rei militaris scientia, virtutesque bellicæ, non pacis artes, vitæque urbanæ & ciuilibus studia cordi esse debent. Silere enim inter arma non solæ leges putantur, sed & eloquentia omnis, pietatisque & religionis cultus tam existimatur procul abesse à militia, quam à nostri temporis gregarijs militibus abesse solet. Non plane recte de Imperatorij muneris partibus, deque illius viri functione, cui cū imperio & summa belli potestate exercitus mandantur qui in ea sunt opinione censere videtur, neque pro dignitate expendere primi Ducis, quæ Imperatoris Romanis aptissimo nomine appellare placuit, auctoritatem, virtutesque & artes omnes quas excellēs illud & gloriæ plenum officium administras, comitesque desiderat. Peritia rei militaris, fortitudoque, animi, corporis quoque robusti firmitas non solum Imperatoris in exercitu sunt dotes, communes illi sunt cū reliquis non modo militaribus magistratibus, sed cū manipularibus, gregarijsque militibus. Fortuna etiā ac felicitas quæ in bello potiores partes usurpare videtur, non vnius Imperatoris, sed militantiū omnium est diuinitus concessum donum. Quod si id quod propriū summi Ducis est, quis à me, vt exponā, requirat, ego auctoritatē esse censeo, quæ non Monarchæ alicuius diplomate, aut regio aliquo favore dūtaxat cōstet, sed etiam quæ innocētia vitæ, religio, pietas, fides, veritas, humanitas, iustitia, omniumque virtutum cōcentus cōciliet, quæ etiā ingenij prompta & expedita vis cōmendat, consiliorumque explicata celeritas, & in omnē euentum præsens animus admirabile simul, & terribile efficiat. Hac ego auctoritate definiuisse olim imperij militaris functionē prisicos tum Græcos, tum Romanos rerū dominos non solum existimo, sed & in illorū monumētis, quæ multa memoriæ posteritatis sunt prodita, cōtinenter lego. Sed hic ego, Dux excellentissime, meam memoriā non excutiam, vt ea quæ legerim, aut audiuerim reminiscar, non est consilium ē veterum scriptis eruere quibus hæc confirmem, ostendamque religionem, ac pietatem, ingenijque cultum omnē, & elegantiam minime esse à magnis Ducibus alienam, sed illorum potius esse partes proprias, siueque muneris ornamenta non solum vtilia, sed in primis necessaria. Nolo huc euocare Græcos illos magnorū exercituum, classiumque ductores Themistoclem, Epaminondā, pericles, nolo cōmemorare Scipiones, Marios, magnos Pompeios, aut his priores Maxi-

mos,

mos, & Marcellos, quorū in bello auctoritas si non verè pietatis, certe pro illius gentis miserabili ignoratione, existimatæ religionis præsidij maxime nitebatur. Facebant prisici illi omnes quorū inanis sonitus solum ad nos peruenit, animi vero sicut vera religione ac pietate, ita & felicitate vacui descenderūt, iuxta prophetæ vaticinium, in infernum viuentes. Tuo, tuorumque exēplo Barbara illa, & illiterata opinio refellatur. Auus siquidem ille tuus Gonsalus Fernāus Corduba, cuius tu cū nomine, & ditione, morum etiā expressam imaginē refers: ille (inquam) cui magni Ducis cognomentum innumere, immortalesque victoriæ iustissime perpererūt, nobis satis esse potest. Qui non modo sui, nostrique seculi hominum gloriam, sed etiā antiquitatis memoriā vsque ad eodē virtute superauit, vt omnium ferme scriptorū calamos rerum ab eo gloriose gestarum historia merito occupet. Quanta autē in illo bellatore maximo pietatis, religionisque non adumbrata imago, sed solida & perfecta virtus extiterit alij longiori oratione, alijs eius factis latius explicatis, prosequuntur, ego vnum immortalitate dignissimū opus, quod ad nostri ordinis peculiarem religionem proprius accedat cōmemorabo. Cū magnus igitur Gonsalus acie fuso Gallorū potentissimo exercitu, fractisque iam & attritis illorū rebus, Neapolitanorū regnū Ferdinādi regis Catholici imperio, potestati que subiicisset, in ea que nobilissima tota Italia, vrbe Neapoli victor versaretur, accidit, vt ibidem etiā à nostri ordinis eremitarum D. Augustini patribus generalis cōuentus ageretur, vbi velut Centuriatis comitijs ex vniuerso ordine, totoque pene Christiano orbe grauissimi Monachi generalē præfectum, summumque magistratū creaturi de more aderant. Aderat tunc, non vt principes seculares, laicique proceres consueuere, extra secretis comitijs cōsistere, sed in medio lectissimorū patrū confesso magnus ipse Gonsalus. Cōtemplari patres summū in bellatore principe religionis amorē, admirari raræ cuiusdam pietatis studiū erga monachorū sacra instituta, & præcipue in nostri ordinis incrementa propensionē animi singularē, mirari sanctitatē spirātia verba, sermonesque eloquentia & ingenio manantes, & pene ab vno pēdere videbātur omnes. Cū vero suffragia iam iam incunda, serēdaque ex lege institutoque maiorū essent, noluerunt religiosissimi patres per tabellas, quæ veteri Romanorū more deriberentur, magistratū creare, sed cōiectis in magnū Gonsalum oculis ipsum oblectātur, vt designet quæ summū muneris gubernaculis putet potissimum ad omniū, quæque existimet totius ordinis res solertius curaturum, remque publicam administraturū religiosius, pro oraculo cælesti se fore accepturos, quæ dixisset sententiā, tanti erat apud tam diuersarum nationum, & ingeniorum patres magni Gonsali incredibilis, ac diuina virtus. Annuit ille obsecrātibus præstantissimis viris, ac prope assidentē Aegidium Viterbiensem, cuius insignem sapientiam, moresque religiosissimos familiari cōsuetudine iam pridem explorauerat generalem ordinis magistratū declarat. Suffragijs concordibus eam vocem complexi patres magnum Ducem præeuntem sequuntur, virumque multis excellentibus virtutibus clarum Aegidium, Romana sed facundia clarissimum, cuius etiam ingenio plenam eloquentiam luculentissima ab eodem edita monumenta testantur, nostræ religionis communem patrem, generalemque præfectum, de more nostro, venerabundi suscipiunt. Non ergo res sacras, religionisque ac pietatis curam bellicosi Duces, ceu alienam, negligendam, reiiciendamque putarunt. Quod si Auus ille tuus belli virtutibus simul, atque piæ religionis cultu admirabilis, nobis tam certum argumentum non dedisset, tu vnus, tu

Princeps

Princeps clarissime instar omnium nobis esses. Qui res bellicas ita geris, ac si nihil præter arma, ferrum, & rubas nosces, atq; ita ingenio, & mitioribus curis præstas, ac si cum hoste nunquam conflixisses, tam feliciq; dexteritate, res, quæ apud homines existimantur diuersissimæ, coniungis, vt iam nihil miremur si veteres poëte vni Mineruæ bellorum ac pacis artes tribuendas iudicauerint, literarij; & bellici certaminis eandem voluerint esse deam. Testis est non semel Italia, quæ imminentibus hostium copijs bellica tua virtute est non solum à periculo, sed à periculi metu liberata, testis sæpius est vtraque Gallia, cuius tu, munitissimis vrbibus expugnatis, & direptis, vires toties fregisti, quæ etiam suorum civium internicione patefactum à te nostris legionibus iter oculis suis aperxit. Sed quid longinqua commemoro? quid externas victorias refero? restis nostra est Hispania, nosq; ipsi cū superiori anno tetra, ac pene seruili, periculosissimoq; bello premeremur, cumque Mahumetanæ gentis Barbari Baticorum montium insidiosa asperitate freti, multisq; nostrorum millibus fœdè contrucidatis, quasi parva victoria, inflammati insolescerent. Hoc tantum bellum, tam turpe, tam importunum, frustra; à tot magnis ducibus toties susceptū, virtute tua magna ex parte sublatū, à ceruicibus, capitibusq; nostris depulsum, extinctum, sepulcūq; est. Quis credat inter tot belli tumultus, tubarumq; clangores locum fuisse ingenio placidioribusq; cogitationibus? at vero ingenij tui eximie vires interquiescere tantisper aliquando possunt, sed debilitari, aut attenuari, auocamentis quantumuis magnis externe se dantibus, non possunt, ex erit se vis illa animi necia mori, excutit degeneres curas, locumq; suauioribus studijs facile concedit. Non est ergo quod vereamur conciones sacras, pietatem, religionem, diuinosq; ardores omni ex parte spirantes, quarum etiam authorem religiosissimum beneuolentia olim, & singulari studio, familiaritateq; humanitatis plena fueras complexus, tibi, Dux Illustrissime, dono dare, quantumuis te orientale bellum, iam nunc sollicitet, magnæq; classis molitio, ingentisq; belli apparatus, fortunatissimaque aduersus Turcarum tyrannum ista expeditio alio vocet: erit & his amcenioribus mentis, spiritusque delicijs suis in te locus. Vale, ex collegio nostro Complutensi.

INDEX CONCIONVM QVAE VTROQUE
tomo continentur.

I n dominica prima aduentus concio, thema, Tunc videbunt filium hominis, &c. fo. 1.	fructibus confessionis. fo. 94.
De eodem themate in eadem dominica concio altera de iudicio supremo. fo. 5.	In feria sexta dominicæ quartæ quadragesimæ, thema, Voce magna clamauit, Lazare veni foras. fo. 97.
Tractatus de aduentu domini, thema, Dicite filia Sion, ecce rex tuus venit tibi. fo. 10.	In dominica de passione domini, thema, Quis ex vobis arguet me de peccato? fo. 102.
In dominica. 2. aduentus, thema, Tu es qui venturus es, &c. fo. 14.	In feria sexta eiusdem dominicæ, thema, Collegerunt pontifices, &c. fo. 106.
De eodem themate altera concio. fo. 19.	In sanctæ resurrectionis die, thema, Præcedet vos in Galilæam, &c. fo. 109.
In dominica. 4. aduentus, thema, Vox clamantis, &c. fo. 27.	De eodem festo concio altera, thema, Surrexit sicut dixit. fo. 114.
De natali domini, thema, Transcamus vsque Bethlehem. fo. 29.	De eodem festo in feria. 2. thema, Tu solus es peregrinus in Hierusalem, &c. fo. 115.
De eodē festo, the. Egredimini filia Sion. fo. 34.	In octaua paschæ, thema, Quia vidisti me Thoma credidisti, &c. fo. 117.
De eodem festo. fo. 37.	In dominica. 4. post pascha, thema, Cū venerit ille arguet mundum, &c. fo. 121.
De eodem festo in die diui Stephani, thema, Paruulus natus est nobis. fo. 41.	In ascensione domini, thema, Viri Galilæi, quid statis, &c. fo. 125.
De eodem festo. fo. 44.	De eodem festo concio altera, thema, Qui descendit, ipse est qui ascendit, &c. fo. 129.
De partu virginis, thema, Antequam parturiret. fo. 192.	De eodem festo concio. 3. thema, Exaltare super caelos Deus, &c. fo. 132.
In epiphania domini, thema, Apertis thesauris &c. fo. 51.	In die Pentecostes, thema, Emitte spiritū tuū, &c. fo. 134.
In septuagesima, thema, Quid hic statis tota die otiosi? fo. 55.	De eodem festo & themate concio altera. fo. 139.
In sexagesima, thema, Exijt qui feminat, &c. fo. 57.	In festo sanctæ Trinitatis, thema, Tres sunt qui testimonium dant, &c. fo. 144.
In quinquagesima, thema, Ecce ascēdimus Hierosolymam. fo. 59.	De eodē festo & themate concio altera. fo. 146.
Cui fragmentum concionis alterius subiicitur fo. 61.	In die sancto corporis Christi, thema, Manhu. fo. 152.
In feria sexta ante quadragesimam, thema, Diligite inimicos vestros, &c. fo. 62.	De eodē festo & themate concio altera. fo. 155.
In quadragesima, thema, Ductus est Iesus, &c. fo. 65.	De eodem festo concio. 3. thema, Probet autē seipsum homo, &c. fo. 158.
In eadem dominica, thema, Scuto circumdabit te veritas eius. fo. 68.	In transfiguratione domini, thema, Duxit illos in montem, &c. fo. 162.
In feria. 4. dominicæ primæ quadragesimæ, thema, Nininitæ surgent, &c. fo. 73.	Dominica 17. post Pentecosten, thema, Diliges dominum Deum tuum, &c. fo. 167.
In feria sexta quadragesimæ, thema, Surge, tolle grauatum tuum, &c. fo. 77.	De eodem festo concio secunda. fo. 170.
In dominica. 2. quadragesimæ, thema, Misere-re mei domine fili Dauid, &c. fo. 79.	De eodem concio tertia. fo. 174.
In eadem dominica, de eodem themate. fo. 82.	Commentarij in cantica canticorum Salomonis. fo. 180.
In feria sexta dñicæ. 2. quadragesimæ, thema, Auferetur à vobis regnum, &c. fo. 86.	In rogationibus pro expeditione aduersus Turcas suscepta, thema, Exurge dñe, &c. fo. 197.
In dominica. 3. quadragesimæ, thema, Cū eiecisset demonium, &c. fo. 88.	De fœdere Eurgis inter principes Christianos, thema, Ecce quam bonum, &c. fo. 201.
In feria sexta eiusdem dominicæ, thema, Omnis qui biberit ex hac aqua, &c. fo. 91.	Dominica. 19. post Pentecosten, thema, Simile est regnum caelorum. fo. 204.
In dominica quarta quadragesimæ, concio de	De natiuitate virginis, thema, Liber generationis, &c. fo. 209.

INDEX CONCIONVM

De eodem festo concio altera, thema, De qua natus est Iesus. &c.	fo. 212.	De multis martyribus, vel de Cosma & Damiano, thema, Qui vicerit dabo ei. &c.	fo. 296.
De eodem festo concio. 3. thema, Ab eterno ordinata sum. &c.	fo. 217.	De eisdem concio altera, thema, Multę tribulationes iustorum, &c.	fo. 300.
In annuntiatione domini, thema, Regnabit in domo Iacob. &c.	fo. 220.	De multis martyribus, vel de Quirito & Iulita, thema, Hi sunt qui viciunt. &c.	fo. 304.
De eodem festo concio altera, thema, Missus est angelus. &c.	fo. 225.	De diuo Augustino P. a. thema, Sicut sol refulgens. &c.	fo. 308.
De visitatione virginis, thema, Maria exurgens &c.	fo. 229.	De eodē festo concio altera, thema, Dedit illi dominus cor ad præcepta. &c.	fo. 314.
De purificatione virginis, thema, Tulerūt dominum. &c.	233.	De eodem festo concio. 3. thema, Ecce sacerdos magnus. &c.	fo. 318.
In assumptione virginis, thema, Maria optimā partem elegit. &c.	fo. 237.	De diuo Illephonso, vel de vno pontifice confessore, thema, In fide & lenitate ipsius. &c.	fo. 322.
De eodem festo concio altera, thema, Quę est ista quę ascendit.	241.	De eodem festo concio altera, thema, Sint lumi bi vestri præcincti. &c.	fo. 328.
De eodem festo concio. 3. thema, Martha sollicita es.	fo. 245.	De diuo Martino, vel de vno pontifice, thema, Quis sicut dominus Deus noster? &c.	fo. 332.
De eodē festo concio. 4. thema, Mariam optimam partem elegit.	fo. 249.	De eodem festo concio altera, thema, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. &c.	fo. 337.
De diuo Michael archangelo, thema, Quis ducet me in ciuitatem munitam? &c.	fo. 255.	De diuo Nicolao pontifice, thema, Inspice & fac. &c.	fo. 243.
De eodem festo concio altera, thema, Dico enim vobis, quia angeli eorum, &c.	fo. 260.	De eodem festo concio altera, thema, Erit tanquam lignum. &c.	fo. 346.
De Ioanne Baptista, thema, Erit magnus corā domino. &c.	fo. 265.	In festo sancti Aegidij abbatiss, thema, Gloria & honore coronasti eum. &c.	fo. 349.
De eodem festo concio altera, thema, Ille erat lucerna ardens.	fo. 269.	De eodem festo concio altera, thema, In memoria eterna erit iustus.	fo. 354.
De eodē festo concio tertia, thema, Secundum nomen tuum, sic & laus tua, &c.	fo. 273.	De diua Dorothea, vel de vna virgine & martyre, thema, Prudentes virgines. &c.	fo. 359.
De diuo Ioanne Euangelista, thema, Cōuersus Petrus vidit illum. &c.	fo. 277.	De eadem festo concio altera, thema, Mulier innupta & virgo &c.	fo. 363.
De Iacobo apostolo, thema, Die vt sedeāt. &c.	fo. 282.	De diua Magdalena, thema, Dilexit multum. &c.	fo. 366.
De vno martyre, vel de sancto Adelesmo, thema, Iustum deduxit dominus.	fo. 285.	In dedicatione ecclesie, thema, Templum Dei sanctum est. &c.	fo. 375.
De vno martyre, vel de diuo Romano, thema, Et firmabitur in illo. &c.	fo. 287.	Concio funebris, thema, Dormierunt somnū suum. &c.	fo. 378.
De vno martyre concio. 3. thema, Si quis vult venire post me. &c.	fo. 291.		
De eodem festo.	fo. 293.	FINIS.	

NOS don Phelippe, por la gracia de Dios, rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Vngria, de Dalmacia de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valécia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iacn, de los algarbes, de Algezira de Gibraltar, de las Illas de Canaria, de las islas indias y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, duque de Borgoña, de Brabante y de Milá Conde de Barcelona, de Flandes y de Tirol, señor de Vizcaya y Molina duque de Athenas y Neopatria. Cōde de Rosellon y Cerdana, marques de Oristan y Gociano. Por parte de los prior, frayles y conuēto del monestrio de S. Augustin de la presente villa de Madrid, nos ha sido hecha relación que mediāte nra real cedula, dada en el Escorial a dos dias del mes de Octubre, del año mil quinientos sesenta y nueue, les dimos licencia q̄ por tiempo de diez años pudieffen hazer imprimir en estos nuestrs reynos de Castilla vn libro de sermones, que fray Thomas de Villanueva frayle profeso de dicha orden, Arçobispo que fue de Valencia, compuso y dio ala dicha ordē, prohibiendo q̄ ningun otro lo pudieffe imprimir, ni hazer imprimir en los dichos reynos por el dicho tiempo, sin expressa orden suya. Y que auiedo se ya hecho la dicha impresion en la nra villa de Alcalá de Henares, y dado licencia para q̄ se venda el dicho libro: temen q̄ algunas personas, sin orden ni consentimiento del dicho conuento lo harā imprimir en alguno de los nros reynos y señorios de la corona de Aragon. Suplicādonos que atēto, q̄ si esto se hizieffe, resultaria en gran daño y perjuizio dela dicha ordē: fuessemos seruido darles licencia de imprimir el dicho libro, en los nros reynos y señorios de la corona de Aragon, y prohibir q̄ ningun otro enellos lo pueda hazer imprimir ni vender sin su orden y consentimiento, por el tiempo que fueffe nra voluntad. E nos queriendo hazer biē y merced a la dicha orden, lo auemos tenido por bien de la manera infra escripta. Por ende con tenor de las presentes, de nra cierta sciēcia, y real auctoridad, de liberadamente y consulta, damos licēcia permisso y facultad, a los dichos Prior frayles y cōuento del monestrio de S. Augustin dela dicha y presente villa de Madrid, y a quien su ordē y poder tuuere, q̄ por tiempo de diez años, contaderos del dia de la presente en adelante, puedan imprimir o hazer imprimir donde bien les pareciere de los dichos nros reynos y señorios de la corona de Aragon, al impressor o impressores que quisierē el dicho libro de sermones, y prohibimos cō la presente, que ninguna otra persona lo pueda imprimir ni hazer imprimir ni veder, ni llevar impressos de otra parte a veder en los dichos reynos y señorios de la corona de Aragón, sino los dichos prior frayles y conuento, o la persona o personas que su orden y poder tuuieren como dicho es, por tiempo de los dicho s diez años: so pena de dozientos florines de oro de Aragon y perdimiēto de moldes

y libros diuididera en tres eguales partes, vna a nuestros cofres reales, y otra para la dicha orden, y otra para el acusador: con esto empero, q̄ no se puedan vender los libros, hasta q̄ se aya traydo vno de los impresos, a este n̄ro sacro consejo q̄ cabe nos reside, para q̄ se comprueue con el original q̄ agora se ha presentado en el: mandado en el mismo tenor de las presentes y de la dicha n̄ra cierta ciencia y real auctoridad, a qualesquier lugares y capitanes generales, regentes la cancelaria, regente el officio, y portat̄ vezes de general gouernador, alguaziles, porteros, vergueros, y otros qualesquier oficiales y ministros n̄ros mayores y menores en los dichos n̄ros reynos y señorios, constituydos y constituyderos, y a sus lugares y regentes los dichos officios lo encorrimiento de n̄ra yra e indignacion, y pena de mil florines de oro de Aragon, de los bienes del que lo contrario hiziere exigideros y a n̄ros reales cofres aplicaderos, q̄ la presente n̄ra licencia y concession y todo lo en ella contenido, tengan guardé y obseruen tener guardar y obseruar, hagan sin contradiccion y sin permitir nidar lugar q̄ sea hecho lo contrario en maneia alguna, si nuestra gracia les es cara y demas de n̄ra yra e indignacion en la pena suso dicha deffean no incurrir. En testimonio de lo qual mādamos despachar las presentes, cō n̄ro sello real comū en el dorso selladas. Dat. en la n̄ra villa de Madrid a ve ynte dias del mes de Nouiembre, año del nascimiento de nuestro señor Iesu Christo, mil quinientos setenta y dos.

YO EL REY.

V. dnº Bnº. vicº.
V. Comes. g. R.
V. Campi. R.

V. Saganta pro consi. gñali.

V. Sentis R.
V. Sapena. R.

ERRATA:

Folio. Columna Linea. Pro. Di
H. C. s. i. col. 1. li. 3. mutice lege gannire, ho. 4. co. 3. li. 1
interdum di, inter Deum ho. 1. co. 2. li. 2. 9. quecitur dig,
causatur, ho. 1. co. 2. li. 4. o. dclataret di, dclatate. li. 4. 3.
Paruum di, Parum ho. 1. co. 4. li. 6. amore di, amor ho. 1. co. 3.
li. 8. pariatur & di, patiatut vt ho. 1. co. 2. li. 15. uo p̄ulo meo di,
pauperibus misit me co. 3. li. 6. populo meo di, pauperibus misit
ho. 2. co. 1. li. 2. est di & lin. 23. innuunt di, annunt, ho. 2. co.
4. li. 11. professione: natura di, professione, non natura ho. 2. co.
4. li. 16. & qualis. Paruulus di, & qualis paruulus? ho. 3. 7. co.
2. li. 11. agent. Tibi hac di, agent tibi. Hac ho. 4. co. 1. li. 37. ci-
ho di, cibus ho. 4. co. 4. li. 10. que di, qua. ho. 4. co. 3. li. 6. Orbe
apostolis di, Orbe ab Apostolis col. 4. li. 10. diuinitatis di, diui-
nitate, ho. 5. 1. col. 1. li. 7. illustra it di, illustrabit ho. 5. 1. co. 2. li. 4.
documento di, documentum ho. 5. 4. co. 2. li. 6. docentur di, doc-
centur ho. 5. 8. co. 3. li. 1. viam di, vitam: li. 17. morem di, humorē
ho. 6. 7. co. 1. li. 22. argento di, argēteo, ho. 7. 9. co. 1. li. 2. obrutuit
di, obbrutuit ho. 8. 0. co. 1. li. 4. 1. voluerit di, noluerit ho. 8. 1. co. 4.
li. 4. occidens di, occidentem ho. 8. 2. co. 1. li. 4. Aculonis di, Aca-
lonis ho. 8. 1. co. 1. li. 4. viuumus. In hoc seculo huius di, viuumus
in hoc seculo. Huius ho. 8. 4. co. 1. li. 2. 1. mulieris veritatē di, vir-
gē veriditatem co. 3. li. 19. obrutuit di, obbrutuit ho. 8. 5. col. 1.
li. 13. factū di, sanctū li. 33. potens di, patens ho. 8. 6. co. 1. li. 2. 9. dño
di, dono. co. 3. li. 9. fit di, sic ho. 9. 1. co. 3. li. 5. 0. voluptariē di, volūta-
rie ho. 9. 2. co. 3. li. 13. lices o. d. lices vos ho. 9. 4. columna. 3. linea
2. 6. hæc vel di, vel hæc. linea. 11. præpa. di, repa. ho. 9. 6. colum-
na. 1. linea. 18. cor ante me di, cor ante me co. 1. lin. 23. aliquot
di, aliquod ho. 9. 9. co. 1. li. 9. fccantur di, sequantur ho. 10. 0. co. 4.
li. 2. 8. abrupta di, criptas ho. 11. 8. co. 1. li. 12. est di, es, ho. 11. 4. co.
2. li. 1. 6. fratris di, fratres ho. 11. 5. co. 3. li. 4. 1. veritatem di, veri-
tatis ho. 11. 1. co. 4. li. 7. quenquā edentis, nāque di, quenque: eden-
tis nunq̄ ho. 11. 4. co. 1. li. 16. 11. hoc di, hoc? co. 4. li. 2. 4. cupla,
di, culpa ho. 11. 9. col. 4. fina. vite di, animæ, ho. 11. 6. col. 1. li. 18.
obrutescit di, obbrutescit ho. 11. 8. co. 1. li. 4. 0. dominus di, domi-
no, col. 3. li. 0. lignum di, linum col. 4. li. 9. omni. di, omnia ho.
11. 8. co. 4. li. 14. tula. animæ di, tula. sponse animæ ho. 11. 8. co. 1.
li. 30. er. di, oris co. 3. li. 4. 2. Quam di, quām co. 4. li. 5. prod'ft
di, profuit, li. 0. & di, est ho. 11. 8. co. 4. li. 2. 8. obrute. di, obbru-
te. ho. 11. 8. co. 1. li. 19. eum di, cum co. 1. li. 3. 0. obrutescas di, ob-
brutescas co. 3. li. 16. quāam di, quā ho. 11. 8. co. 3. li. 13. At si di,
Ac si ho. 11. 9. co. 1. li. 7. prolustra. di, perlustra. ho. 11. 9. col. 1. li. 3. 1
quenda di, sequenda, ho. 11. 9. co. 1. li. 4. 2. obedientiam debitam
di, obedientiani, & rauerentiam debitā col. 2. li. 12. si. di, fri. ho.
11. 8. co. 3. li. 9. petimus di, peimus ho. 20. 2. co. 4. fin. diligeret
di, diligerem ho. 20. 6. co. 4. li. pe. angustiori di, ampliori ho. 20. 7.
co. 3. li. 7. suam di, tuam li. 7. 2. tuam di, suam li. 4. 1. oblitus di, obli-
ti, ho. 2. 1. co. 2. li. 4. 1. & he di, & ad hoc. col. 4. li. 4. 3. quomodo di,
quod ho. 2. 1. 8. co. 4. li. 4. 0. fum di, fufca fum ho. 2. 1. 9. co. 2. li. 3. 8. De-
niq̄: cuiuscunq̄: virtutis secundum legem ordinariam est capax
pura creatura di, Denique quicquid capax ex non solum huma-
na natura, sed & pura creatura, col. 4. li. 2. 1. Ioannes di, Ioannis
ho. 2. 0. co. 3. li. 3. 1. vide bis di, videtis ho. 2. 2. 2. co. 2. lin. 15. ipse di,
ipsa ho. 2. 2. 9. co. 3. li. 4. 3. bras di, ra ho. 2. 3. 1. co. 4. li. 12. pulcherri-
mam di, pulcherrima ho. 2. 3. 2. co. 1. li. 2. 0. nonitis di, nitis ho. 2. 3. 4.
co. 3. li. 15. sene de di, sene ho. 2. 3. 6. co. 2. li. 6. mortis dure di, istius
pueril. 4. 2. vidua di, viduæ co. 4. lin. 2. 4. tuis di, suis lin. 2. 7. licet
mercedem postulare pro administratione fas sit di, nam & mer-
cedem postulant hodie 1. 10. sacramētis, vt dicitur ho. 2. 3. 8. co. 3.
li. 3. 9. & ait di, & vt ait ho. 2. 4. 4. co. 2. li. 2. 9. est. ob. di: est obsecro
vos, & ob. ho. 2. 4. 8. co. 1. li. 3. 6. vitæ di, vita col. 3. li. 3. 7. dederat
di, dederat ho. 2. 5. 2. co. 2. li. 1. 1. viñcā di, viuificā ho. 2. 5. 3. co. 4. lin.
3. 7. bilia on. ni di, bilia nimis omni ho. 2. 5. 7. co. 2. li. 2. 4. quæ diligit
di, quem diligit ho. 2. 5. 8. co. 1. li. 2. 6. latentē in. di, latentē intus in
ho. 2. 6. 1. co. 4. li. fin. ambulat di, ambulabat ho. 2. 6. 7. col. 4. lin. 1. 8
quis di, qui ho. 2. 6. 8. co. 3. li. 3. pœnitentiā di, pœnitentia ho. 2. 6. 9.
co. 2. li. 12. tuam di, meam li. 2. 7. laudare di, laudari ho. 2. 7. 0. co. 3.
li. 3. perquire di, perquirere ho. 2. 7. 1. co. 3. li. 4. charitati di, chari-
tate ho. 2. 7. 1. co. 3. li. 4. & ignem di, & in ignem ho. 2. 7. 4. co. 3. li.
2. 4. multipliciter di, multiplici gratia ho. 2. 7. 5. co. 4. lin. 7. fior di,
for. lin. 9. bafatores di, vastatores ho. 2. 7. 6. co. 1. li. 1. 1. Abraz dig-
nos di, Abraz, nota dignos col. 2. li. fin. est docendum di: est ad do-

¶ LAVS DEO:

OPERILLVSTRIS AC

REVERENDISSIMI. D. D. FRATRIS
IOANNIS MUGNATONII EPISCOPI SEGOR

bigensis, ex ordine Eremitarū diui patris nostri Augustini.

De vita & rebus gestis ab Illustrissimo & reuerendis-
simo D. D. fratre Thoma à Villanoua, eiusdem
ordinis, Archiepiscopi Valentini,
Præfatio.



VERSARE MECVM COGITANDO SAE-
pe soleo (impari tamen pro rei grauitate animi dolo-
re) infelicem ac calamitosam horum temporum, in quæ
incidimus, conditionem. Subeunt illinc meum animum
Barbarorum hostium terra, marique latè grassantium
infractæ vires, numerosissimique exercitus potentia
vsque adeò subitis rerum successibus aucta, vt vniuersum propè
mundum vexare diripere, obruere etiam posse videantur. Hinc ve-
rò triftis illa Lutherana pestis imago se oculis meis subiicit om-
nes propè Christiani orbis partes peruagata, sic in omnes sese Chri-
stiana religionis prouincias lethaliter insinuans, vt pene vniuer-
sa quæ Christiano nomine censetur loca contaminauerit, infusoque
veneno infecerit. Ab Hispanis nostris abstinuisse videri potest, at fa-
xit Deus optimus ne tacitis, & clancularijs afflatibus aliqua ex parte
in nostrorum viscera latenter ea contagio irrepsit, puraque & pe-
nitus illæsa arcana pectora cancer iste tam insidiosè serpens nobis re-
liquerit. Pro cathedra pestilentia, verissimo cognomento iam pri-
dem à propheta compellata. Illud verò in vasto hoc calamitatum pe-
lago iactatis nobis dolendum imprimis, alteque gemendum erat,
quòd duo illa probitatis ac virtutis retinacula, quibus in officio con-
tinentur homines, timor & amor, aut dissipata prorsus, aut maxi-
ma ex parte labefacta oculis nostris aspiciamus. Refrixit ille amoris
& pietatis ardor, quo in diuina inflammati rapiebamur, euanuit il-
le timor, quo à prauis studijs coerciti arcebamur. Nuuc nunc ma-
ximè si vnquam meritò repetere Deus exostulationem illam vete-
rem cum populo suo posset. Si ego pater, vbi est amor meus? si ego
dominus, vbi est timor meus? O mores perditos! ô tempora peri-
culosa! inundant vitiorum ad nubes vsque intumescentes fluctus,

¶ effrænis

PRAEFATIO.

effrænis peccandi licentia impotenter secum omnia rapit: perfricit frontem, sese que vbiq; ostentat in immensum elata improbitas, iniustitia, fœdidas & turpitudines, bonum & æquum contemnitur: religio denique & omnis virtus posthabita iacet. Quocirca diuini hanc esse numinis vindictam exploratum fatis & compertum habemus: immisiones hæ sunt (vt Prophetæ verbis vtar) per angelos malos, barbarorum immanitas, hæreticorum truculentia, aliæ que afflictionum acerbitates, quas respublica Christiana continenter perpeffa est, flagella sunt superni iudicis in nostra scelera seuerissimè iuxta ac æquissimè animaduertentis. Cæterum si ecclesia catholica excellentium virorum copia abundaret, qui zelo diuini nominis succensi illud propheticum verè dicerent, Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, quique forma facti gregis Dominici, vitæ sanctitate conspicui se populo in exemplum & imitationem proponerent, opitularentur que reipublicæ laboranti, ac meatus illos intercluderent, quibus se virus perniciose diffundit, salutariq; remedio tot malis occurrerent, minus fortasse esset quod doleremus. At proh dolor, illud certè Esaiæ vaticinium iam nunc nostræ huic tempestati aptissimè quadrat, Non est qui inuocet nomen tuum, qui cõsurgat & teneat te, regnavit planè retro actis seculis peccatum, nec fuit vlla ætas vsq; ad eò sceleris pura, quin vario flagitiorum genere, ceu panno illo mēstruat, fuerit cooperta. Verum haud temere affirmari posse crediderim, nullis vnquam temporibus tantam sanctorum, piorumque virorum raritatem esse visam ac hisce nostris: neq; tam sterilem & infœcundam vllorum temporum sortem in producendis Dei summi cultoribus extitisse, quàm nostrorum. Hancannonæ caritatem deploratam esse à tolerantissimo illo Iob, non sine causa censere possumus, ante faciè eius, inquit, egestas. Hanc enim ille aduentatis Antichristi fore prenunciam propheticè admonebat: neq; aliam potiorè esse causam mihi persuasum habeo huius vitiorum lernæ, quæ nunc innumeris pene capitibus in mundo impunè grassatur, depopulaturque & vastat omnia: neque vllam hominum conditionem incontaminatam esse finit, quàm insignium virorum paucitatem, ac penuriam, hic mali fons, hæc totius labis origo, hæc certissima perditionis causa est. Desunt Hercules horum monstrorum domitores, qui ferro & igni subinde repullulantia capita, renascentesque ceruices intercipient, obtruncant, dissipant, & dilanient. Cogitanti mihi hæc omnia, & pro mei ingenij imbecillitate, seridò expendenti complures in memoria occurrerunt

PRAEFATIO.

virum eruditione & virtute insigniter præclari, qui ante actis temporibus feliciter cum summa gloria floruerunt: illique potissimum me in sui recordationem excitauerunt, qui priuatas monachorum religiones gloriosius illustrauerant, quorum non parum multos & mihi per ætatem agnoscere, & cum eisdem versari contigit. Vnum verò ex omnibus iam ego scelligam, quem nunc præcipuè referam cuiusque memoriam reuerentiam. Ille autem est magister frater Thomas à Villanoua dignissimus olim Archiepiscopus Valentinus, cuius quoniam nonnullæ conciones, spectatæque doctrinæ in hoc volumine magna ex parte continentur, iudicium non abs re facturum me, si vestibulum ante ipsum operis, lectori aliquid de eò viro deq; illius immortalitate dignissima vita commemorare. Thomasigitur à Villanoua, in Villanoua ortus est, vnde & cognomen à accepit, quod oppidum in ea est parte ditionis Hispaniæ situm, quam Hispanorum vulgus la Mancha de Aragon vocitat, olim agrum Laminitanum cosmographis dictum, ad fontes nimirum Anæ fluminis, doctorum hominum est eximium. Est verò editus parentibus honestis atque honoratis, natalibus etiam non Christianis solum, sed & ab omni impuritate labe que alienis, matrem præsertim sortitus est insigniter piam, egregieque in Deum & proximos caritatis foemina, adeoque flagrantis spiritus, vt suauitates illas, spiritualesque delicias à Deo hisce hominibus tribui solitas, quorum familiaris conuersatio in caelis est, quorumque animæ amore læguent diuino, ipsa etiam fuerit experta. Quæ ita filius de matre narrabat, vt Augustinum de matre Monicha historiam texere diceres. Studio liberalium artium iuuentis operam dedit in Complutensi academia, celeberrimo in hisce artibus Hispaniæ gymnasio, vbi haud longo post tempore eam disciplinarum liberalium eruditionem est nactus, eamque opinionem ac famam philosophicæ doctrinæ assequurus, vt publico in auditorio & publico academiæ stipendio, prælegeret ac doceret liberales artes. Talis in iuvene adhuc eminebat ingenij acumen, viuidaque & prompta intelligendi ac penetrandi abstrusissima quæque vis animi. Prodiere tunc ex illius institutione ab eo eruditi innumeri discipuli, inter quos in historia de rebus gestis à Francisco Ximeno Cardinali, Complutensis academiæ cura, & Aluari Gomecij Toletani opera edita, ob insignioris famæ celebritatem duo Thomæ à Villanoua discipuli memorantur, Ferdinandus Enzinas, qui acuminibus quibusdã argutissimè excogitatis, dialecticã artè alijs admirationi, alijs verò ingenijs terrori esse fecit, & Dominicus Sotus, qui cū initio eandem ire viam, quàm Enzinas cœpisset tantū postea nō in

Magister Ferdinandus Enzinas & magister Dñi Sotus discipuli.

PRAEFATIO.

liberalium artium disciplinis solū, sed & in theologicis sacrationumque
literarum studijs promouit, vt & Dominicanū ordinē eius instituti mo-
nachus, & Salmaticensem academiam primarius theologicæ cathedræ
præfctus, & sui nominis memoria & vtiliū librorū editione aūxerit. Tum
ergo ob hæc ingenij & literarum merita, cū ob senilē in iuuenili ætate
morum vitæque sanctissimæ probitatē, in præclarum diuī Illēphōsē eius
dem academix collegium fuit collega cooptatus. Aderat in eodem tūc
collegio magnus ille Ioannes Vergara doctor theologus, sapientia, do-
ctrinarūq; omnium immortalī famæ percelebris, qui Thomæ à Villano-
ua vitæ integritatem, & in medijs literariæ palestræ concertationibus,
atque in ipsis studijs emulantium iuuenum quasi fluctibus sanctitatē, pie-
tatemq; in omni negotio eximiā, erga pauperes inopesque homines, fre-
quēti prædicatione admirans, solitus erat referre. Hinc demum à Salmā-
ticensi academia accersitus, vt cathedræ, quæ vocant philosophiæ natū-
ralis, moderari vellet, haud quā; leui proposito salatio estrogatus. Cæ-
terum poscentibus id Salmaticensibus minime acquiescēdum putauit.
Repudiavit libenter oblatum honorem ractus iam tunc profecto de cæ-
lo, diuinitusque ad perfectionis Christianæ viam affectandam impulsus.
Et quæ neque honorū, neque aliarum comoditatum irritamēta Salmāti-
cam perduxerāt, Christi redemptoris imitatio, perfectæque virtutis stu-
dium facile eo pertulerunt. Quam obrem Salmantici in monasterio re-
ligiosissimo diuī patris nostri Augustini religionis habitū suscepit anno
suæ ætatis circiter trigesimo, vbi toto illo tyrocinijs, ac probationis (vt
dicunt) tempore, ac proximo etiam ab edita professione, ita vigilijs &
precationibus mirificè erat deditus, ea etiam vitæ modestiæ ac parsimo-
nia corpus temperabat, vt omnes pene ordinis nostri viros, in magnam
spem erexit ratæ suæ excellentisque virtutis, futurūque virū clarissi-
mum haud vano præfagio diuinarent. Scholasticam theologiam ibidē
profiteri iussus librum sententiarum monachis prælegendum suscepit.
Sacrarum, mox concionum munus ea dexteritate obiuit, vt vel in ipsis
initijs specimē clarissimum daret ardentissimi in Deum spiritus, stu-
dijque admirabilis in cultum, honorēque diuinum, spiritalemque pro-
ximorum salutem. Quo factum est, vt tota vrbe Salmantica Thomæ Vil-
lanouani fama, nomēque breuissimo tempore increbresceret. Ac-
cepi equidem grauissimorum hominum prædicatione, ac testimo-
nio indubitabili clarissimum illum patrem Ioannem Furtatum instituti
diuī Dominiçi monachum (virum sanē tota Hispania notissimum ob
egregias prædicandi verbi Dei, necnō literarū, ac sanctitatis dotes) famē

illius

PRAEFATIO.

illius celebritate adductum, vt cōcionantē pergeret audire, explorabū-
dum accessisse, num res ita se haberet vt publico præconio iactabatur,
perorataq; cōcione exclamasse, sūmas se diuinæ bonitati gratias agere,
quod ecclesiæ suæ tam strenuum cultorē egregiūq; operarium impen-
disset. Breui post tēpore, eo videlicet anno quo Hispanici tumultus ad-
uersus regiam maiestatem fuerunt excitati clerus, Salmaticensisq; eccle-
siæ capitulū eidem habēdas per quadragesimā in summā eade conciones
demādauit. Enarravit ille tunc psalmū percelebrem, In exitu Israel de
Aegypto, aderam ego inter auditorum cœtum nondum monachus, sed
laicus adhuc iuuenis. Ibat ad illum plenis vijs, accurrebāt admirabun-
di & propè attoniti homines, mirari nouum dicendi gēnus, mirari ora-
tionis impetum auditorū animos quoquo vellet rapientē, mirari arden-
tissimos affectus viscera ipsa hominū exurētes. Vsq; adeo descēdit præ-
alte ea doctrina in omnium popularium pectora, vt non populū ex laicis
ciuibus constantē per id tempus Salmantinam urbē diceres, sed monaste-
rium rectē institutum esse putares, religiosorumque fratrum conuentū.
Affecit præsertim scholasticos homines literisq; vacantes in amplissi-
mā academia, quæ in ea vrbe iandiu floret, vitæq; præsentis fastidire il-
lecebras, futuriq; seculi æternis inhiare bonis, diuinisq; rebus ita
sefe dedere docuit, vt non tantum eius vrbe monasteria nouitijs mona-
chis redundarent, sed & finitimorū oppidorum cœnobija, & omnium pro-
pè vrbiū conuentus vix, religionis sacris initiari petētibus, sufficerēt.
Miris incrementis sefe in dies singularis eius doctrinæ fama atque au-
thoritas diffundebat. Illud verò summo studio curabat, vt doctrinam &
eruditionem additis virtutis, ac seuerioris vitæ firmamentis cōmuni-
ret: quo nimirum verbo & opere ecclesiam Dei adiuuaret, exemploque
ad bene beatęque vitæ dum hominibus præluceret. Quapropter subito
Hispaniā vniuersam Thomæ à Villanoua percelebre nomen impleuit,
sanctitatisque & eximiæ religionis sonitu tantū non obstupescit rotam
hæc Hispanici orbis oram, curiamq; ipsam regiam, regalemque princi-
pis aulā clarissimo præconio penetrauit. Quo factū est vt Carolus quin-
tus Imperator Christianissimus, idemque Hispaniarū rex catholicus
ac dominus noster, necnon Augusta ipsius spectatissima cōiux, non pa-
ram multis quadragesimis, cōpluribusq; alijs diebus festis cōcionantē
audire gestiētes ad se euocarent, ex illiusq; oratione insigni animi cōso-
latione sefe perfūdi, haud obscura significatione Christianissimi princi-
pes declararēt. Illud etiā miraculi loco mihi esse videt, quod in vniuer-
sum ex omni hominū ordine, ex omni statu ac conditione spiritu quodā

PRÆFATIO.

quasi cæstro perciti homines ad illius conciones certatim contēderent. Mitto nūc promiscue multitudinis innumerabile vulgus, quod velut sui ignarum pietate inflāmbat: proceres quoq; & sumates mitto, quos suis etiā magistrat^o & ex equestri ordine spectatos viros, qui omnes incredibili ardore correpti incitabātur, sed (& quod magis demirari soleo) literatos homines egregiosq; cōcionatores, atq; omniū prope religionū monachos, nullos non deniq; viros literis & eruditione cumulatos anxios, audiēdi avidos, sui oblitos, vnde quaq; excitatos ad se rapiebat. Res sanē summa admiratione dignissima, tā diuersis hominū ingenijs vna eadēq; oratione tā plene satisfieri posse. Sunt he liquidā veritatis, synceræq; virtutis diuinæ vires. Horum ego testis sum oculatus, qui diligēter curabā, ne qua ratione vnquā ab eius viri cōcione abessem. Neque vero talentum vnicum prædicandi verbi Dei Thomas hic clarissimus, de quo agimus, duntaxat est diuinitus affequutus, sed & alia cōplura, prudentiam potissimum administrandæ reip. singularem, cōmissa q; proinde illi sæpe numero cura est regendi præcipua nostri ordinis monasteria, quæ ille sanctissimè moderabatur, illud in primis quod pater Augustinus obseruādū prelatis in regula proponit, patiēs sit ad omnes, temperansq; modestiā cū infracta authoritatis seueritate admonet, re ipsa insigniter præstabat. Liberalitate in super conspicuus omniū necessitatibus diligenter prospiciebat, mox exhibitis alacriter his quæ oportebat cōferri. Caritate præsertim totus videbatur ardere, maximè erga monachos ægrotos quiq; in valetudinario hospitio languebāt. His rebus adducti patres religionis expertique illius in omne opus eximias dotes bis priorem prouincialē designarunt: quibus tandem cū diu restisset morē gessit, ægre enim a secretioris cubiculi, cellæ que secessu diuellebatur. Hauriebat siquidem ex spiritali præcatione ac meditatione nihil minus quā ex libris ipsis & literarum studio, vnde cōciones suas instrueret & concinnaret, quam obrēm eiusmodi functiones & gubernandi curam vitabat, trahebatur tamen inuitus & reluctās religione vehementer vrgente ob publicam cōmoditatem. Tanta illi inerat sapientia & ingerenda republica spectatissima prudētia, & grauitas. Illustriores multo quā antea sui splendorēs cœpit solida huius viri virtus iam emittere: augebatur (vt veræ ac minime fudatæ virtutis est ingeniū) procedente tēpore sanctitas, & simul sanctitatis fama se fundebat latius. Porro accidit Deo ita rebus humanis consulente, vt eo tēpore archiepiscopatus Valentinus Antistite vacuus pastore destitueretur, & Valentina vrbs suo Præfule careret vita feliciter defuncto. Cæterum Imperatoris Caroli

PRÆFATIO.

Caroli quinti maiestas in eo præcipuas suas cogitationes potissimū ponebat, vt ecclesijs ij Prælati præficerentur, qui numeris omnibus absoluti rem ecclesiasticam pro dignitate administrarent. Procul autem ab Hispania per id tempus Cæsar apud interiorē Germaniā agebat Germanicis rebus valde perturbatis Imperatoria maiestate prospiciēs, inter illos igitur magnorum bellorum æstus, heroica Thomæ à Villanoua virtus Cæsaris animo sese obijcit: illa sola est quæ sanctissimi viri negotiagerit, illa quæ absentis, nihilque minus quā de honoribus, aut de dignitatibus incundis cogitantis memoriam apud occupatissimum principem excitat. Nuncio itaque accepto, mox prudentissimus Imperator Thomam à Villanoua Archiepiscopum Valentinū creat. Susceptū igitur archiepiscopatum ea vitæ sanctimonia, religionisque singularis exēplo ad finē vsque vitæ rexit, vt expectationi, quam amplissimam de eo homines conceperant cumulatissimè responderet, populū frequētibus cōcionibus, vt verū pastorem decet, pascens, summaq; sollicitudine nihil omittens earum rerū, quas à reipublice parēte præstari oporteret. Magister Segria episcopus Sacerēsis in Sardinia, vir plane literis & virtutis exemplo sat multum cognitus, quiq; studiosissimus fuit affectator doctrinæ ac cōcionum illius, is mihi sermone familiari affirmabat, grandius quid & ardentius insonuisse, superasseq; se ipsum post initam dignitatem, acceptamq; pastoralē curam, & maiori intentione ac riori q; zelo velut fulgurasse in cōcione è suggestu, ex quo factus est Archiepiscop^o, zelotypo, nimirū affectu, spōsa ducta, succēsus. Minime verò mihi est animus euāgelici illius pectoris sigillatim virtutes per censere, quāq; luculenta boni pastoris exēpla omni in negotio ediderit, immensæ hoc esset operæ, sed de eleemosynarū largitione nō nihil perstringam duntaxat. Dubio procul certoq; rei experimēto compertum est, redituum prouētuumq; omnium qui ad ipsum legitime redibant, tam copiosam portionem pauperibus egenisque erogare esse solitum, vt tantummodo sibi suisq; rebus id relinqueret, quo nihilo delicatius vitā degere posset. Archiepiscopus, quā olim monachus pauper in monasterio degisset. Itaq; eadē sibi vtendum esse parsimonia in dignitatis gradū promotus animū induxit, qua in religione & monachatu fuerat vsus, quō superesset vnde largiori beneficentia pauperibus consuleret effusiori q; benignitate prouidere posset. Quæ res quoniā vrbe Valentia totoq; Valētino regno cognita satis explorataq; est, in ea cōmemoranda diutius immorari nolo. His moribus viuendi q; ratione vitam sanctissime perduxit, donec à Deo optimo maximo accersitus diem suū obijt anno salutis millesimo

PRAEFATIO.

quingentesimo quinquagesimo quarto, cū nimirum sacramentis ecclesiae susceptis, magno animo pietatēq; insigni flagrans, serenōq; & equabili vultu in alacritatēq; propēso animā creatori Deo reddidit, maxima assidentiū admiratione, tam sanctū ac beatū vitæ finē demirantiū. Fuisse etiā lacrymis & lamentis & vario eiulatu ipsius obitū plurimi homines prosequuti pauperes præcipuè, & egeni palā clamitantes sibi suum parentem ereptū, cuius solitudine & largitate suā inopiæ & egestati hætenus fuisset consultum. Tenebatur verò summo desiderio clesus capitulumq; Valētinæ ecclesiae honorificētissimo sepulchro apud se facti viri corpus sepeliendi: misis que ad eum paulò antequā vita excederet lectissimis de capitulo ac sacerdotali senatu viris magnis precibus contenderunt, vt desiderium hoc suum boni cōsuleret, ratūmq; haberet: decreuisse se pro veteri in eum obseruātia ac veneratione in insigniori tēpli loco tumulū erigere quo cōderetur. Negauit ille singulari modestia, monachū se esse respōdens in monasterio sui ordinis ac instituti debere tumulari. In monasterio itaq; eremitarū Augustiniensū in eade virginis à succursu nūcupatæ humili sane loco ad tēpli ingressum, suum de mortui corpus sepeliri mādauit. Vbi quo magis, magisq; ille magnifici sepulchri honorē fugisse videtur, tātō maiori populi honorificētia colitur: inuisitūque frequēter id sepulchrū à totius vrbis Valētiæ popularibus, ibidēmq; preces suas pij homines ad Deū fundunt, votāque suscipiūt, sanctissimūque Archiepiscopū patronum sibi aduocāt illi præsertim, qui proprius & magis familiariter viuētē cognouerāt. Cū verò in excellētis huius Præsulis sacrarū cōcionū possessionē magna ex parte ego venerim (nā intercidisse aliquas nō sine magna rei pretiosæ iactūra certò scio) intelligāque quātum eximię vtilitatis fructū ecclesie Christiane illarum æditio sit allatura, hisce potissimū temporibus de quarū sinistra sorte supra incipiebā cōmemorare non cōmittam, vt tantus thesaurus in tenebris delitescat, sed vt in lucē potius, & in oculos manusq; hominū veniat sedulò curabo. His accedit, quòd cū olim, ego cū auctore ipso de maturanda editione agerem, illūmq; obnixè rogarē, ne pareretur tā fructuosus vigilijs defraudari homines, qua ille erat modestia insigniter præditus, respōdit, nō se tam suarū rerū admiratōrē esse, vt in tāta sribentium felicitate, prodeuntibus quotidie præstantissimorum authorū egregijs lucubrationibus, auderet tenuitatē angustę suę doctrinæ in publicum emittere. Ceterū cū iuxta cōsuetum modū cursūmq; naturæ ego, qui minus quā ille prouectæ essem ætatis, videbar illi futurus superstes, facerē postquā ille vita esset functus, id quod magis è re publica

PRAEFATIO.

blica fore iudicārem, totum id quicquid esset negotij se mihi dare, pro meo arbitratu, aut premērem, aut publicarem. Quare haud quaquā integrum iam mihi esse cēseo non edere, cū tam vtilem imò necessariā reip, editionem hanc esse videā. Mihi itaque ea exēplaria, quę apud me erant, patri Prouinciali, patribusq; Castellæ prouincię nostri ordinis, vt virū doctum deligerēt, cui curam delegarent, recognoscēdi, purgādi, emendandi etiā si quid in his scriptis librariorū amanuensiumue in curia (qui rudes sepe & imperiti nobis contingunt) castigatione dignū videretur: daretq; operā vt in voluminis formā cōciones redactæ excudi possēt, quando mihi per crebras meas occupationes, quibus necessario distrahor; id perficere nō licebat. Opere præstitērūt mox quod à me rogabantur patres, curamq; eam delegarūt magistro fratri Petro Vzedæ collegij nostri ordinis in Cōplutenā academia Rectori, cuius viginti annorū theologicis prælectionibus explorata eruditio, & inde cōfirmatū in sacra doctrina iudiciū, vota desideriaq; mea plene & cumulatè explebit. Sumasq; diuinæ bonitati gratias ago, quòd perfectum iam & absolutū opus video. Ex quo tamēti omne studioforum hominum genus cōmoditates & emolūmēta magna haurire posse persuasum habeo, illis tamē quibus populum Christianū concionādo doctrina & bonis moribus imbuere cura est, multo amplissima laturos dubitare nemo potest. Hinc rationē inueniendi artificiosam colligent, hinc disponēdorū argumētorum artē addiscent, hinc deniq; totius orationis ductū haurire poterūt, supelletilēq; variā & multiplicē sibi cōparabunt, vnde suas conciones affatim cōdiant, feliciterq; locupletent. Ecce illis proponimus exēplar ad quod sese effingāt, quod sane si fuerint imitati, nō dubito quin seriò, seduloq; ac magno spiritū ardore incumbāt aduersus hominū peccata, flagitiorumq; syluam, quæ tā altè in humanis pectoribus radices egit, penitus amoliātur & vastent. Faxit Deus optimus, vt is ardor, sanctusq; ille zelus, quo harum cōcionum anthor deflagrabat, populūq; Christianū suo tēpore in virtutis studiū accendebat, excitetur modo, moueatur que in his hominibus, qui hunc librum in manus sumēt, hinc vitia euellāt & destruāt, illinc virtutes edificent & plātent, quēadmodum & ipse operis auctor sanctè præstitit. Inter alia verò egregia documēta, quæ ecclesiasticos cōcionatores hinc mutuari oportet, illud vnū est cōmendatione dignissimum, quanquā nō ad eò magni pōderis aliquib; forsan videbitur, vt breues esse laborēt, à prolixitate enim priscos concionatores, qui sanctitate & literis ecclesiā illustrarunt abhorruisse ex eorum scriptis homilijs liquido cōstat. Quo factū est, vt gloriosus pater diuus

Franciscus

Magi-
stro fra-
tri Pe-
tro Vze-
dæ cura
datæ re-
cogno-
scenda-
tū harū
concio-
num.

PRAEFATIO.

Frācisus suis religioſis fratribus in regula preſcripſerit, vt predicarent virtutes cū breuitate ſermonis: quod quidē eiſdē pene verbis ex regula eadē deſumptis cōcilium nunc Tridentinum, ſeſſione quinta, pātoribus doctoribusq; eccleſiaſticis edixit, paſcāt, inquit, plebes cū breuitate & facilitate ſermonis. Quā plane rem niſi in primis neceſſariā eſſe ſiſtentiſſe, ne utiquā tam anxie admonendā putaret. Indulgere ſibi nimiam in hac parte noſtræ tēpeſtatis cōcionatores video, dū ex prolixitate cōcionis, ſibi authoritatē cōciliari opinari videntur: nullā rationē imbecillitatis & impatientiæ auditorū haberes. Neq; enim animaduerrunt cōronā audiētium ex promiſcua multitudine cōſtare, vbi alij inuālidij, & debiles & egri, alij varijs negotijs diſtracti, alij alijs rebus impediti ad audiendum accedunt, cōncioniq; vacare vna hora licet, duabus non liceat. In cōuiujs quidē quiſq; illum cibū duntaxat deſumit, quo magis oblectatur, reliquos reiſcit, nec fas eſt cogi & illata vi cōpelli cōuiuam inuitum ad edendū. Quo igitur iure in ſpirituali cōuiuio, reſectio neq; animarum cogēdi ſunt homines, vt ſaſtidiētes etiā ſumant, quæ cōcoquere nulla ratione poſſant? Nūquid nefas eſt cōcionatorē in preſens quicquam omittere eorū quæ didicit, aut memoriæ mādauit? Hæc ratione fieri hō dubito, vt multi vix inducere in animū queāt ad cōcionē accedere, multi inuiti & reluctanti animo accedat, nimirū prolixitatis cōcionum tædium veriti. Dolēdum & magna cōmiſeratione genēdum eſſe videtur, quod cū euāgelica doctrina, verbūq; illud quod pectorib; noſtris inſertum (vt Iacobus apoſtolus ſanctiſſimus dixit) ſeruare poteſt animas noſtras, ita aliquorum vitio odioſum ſit redditum, vt ad eum modū homines ab eo fugiāt, quo ſolēt qui è carcere elapſi ſeſe fugitiui in laſebras abdūt. Habet vnaqueq; hominū cōditio vitæq; genus ſua, quibus pulſatur, animi irritamēta, alij alias tētationū acerbitates patiūtur: cōcionatores eccleſiaſtici (vt mea fert opinio) huic culpæ ſunt obnoxij, quā tentātur cū magno reipublicę detrimēto. Populus quidē vnius horę ſpatiū (quod pro inſtituēda, cōfirmādaq; plebe ſatis eſſe videt) auſcultat, attēdit, pēdet, cōquieſcit, beneuolū docilē & attētum ſe exhibet. Quod ſi diutius cōcione detineatur, ſaſtidit, oſcitāt, commouetur, detrectat, etiā ſi gemmas & margaritas pro verbis illi obijcias, & vt aiunt, roſas loquaris: ſibi igitur ſolus placere ſtudet cōcionator, ſibi ſoli canit, ſuę tantū voluptatis affectator. Ortū forſan habet hæc dicēdi libido ex nimio tacitoq; ſui ipſius amore, ſuarūq; rerū admiratione cū cōcionis totius nauſea. Vitauit ſummo ſtudio hic eccleſię Antifteſ hoc in dicēdo multi loquiū, teſtes ſunt hæc cōnciones, teſtes ſunt qui dicentē ipſū audierūt.

Per

Per Illuſtri ac reuerendiſſimo D. D. fratri

Ioanni Mugnatonio Epifcopo Segobrigenſi, ex ordine Eremitarum diui patris noſtri Auguſtini. Frater Petrus Vzeda Guerrero ſacræ Theologiæ magiſter, & Rector collegij Complutentiſis diui Auguſtini. S.



VM mihi patres noſtræ huius prouincię recognoſcēdarum ſacrarum cōcionum Archiepiſcopi Valētini, ſanctiſſimi plane viri, Thomæ à Villanoua, quas ille amplitudini tuæ olim quaſi poſtrema moriēs volūtate, legarat, curā demandarunt, ſimul mihi ab eiſdem patribus copiā fieri intellexi, gratias tibi quā poſſem maximas publico nomine agendi, quod nō in priuatos vſus nobile theſaurum conuerteris, ſed in cōmunes potius cōmoditates edendum publicandūq; curaueris. Nobilitati plane inſigni beneficio vniuerſum ordinem noſtrum, in quem ille quondā cooptatus vixit: cumulaſti ſingulari beneficio prouinciam hanc noſtrā, quæ tanti alumni ſplendoribus illuſtrata meritō gloriatur: prouexiſti mirum in modum ſtudioſorū hominum ſtudia: eccleſiaſticorū deniq; cōcionatorū laboribus excellēti beneficētia proſpexiſti: defixiſti tu ſanē iam pridem in hoc vno cogitationes, rationesq; omnes tuas, vt reipub. Chriſtiænę quo quomodo poſſes opitularere, ſubſidiaq; & adiumenta minimē vulgaria ſedulo cōferres. Hæc tibi antiquiſſima cura, hoc indefeſſum ardensq; ſtudiū, totus in hoc incūbis. Tui igitur muneris eſt Præſul ampliſſimē, quod opibus his ſpiritualibus orbis fruitur, tu illas è tenebris & cæco carcere, in lucē & libertatem aſſeris. Pijs hoc etiam authoris manibus officiū à te debere dicere auſim, quē ille tā eximia beneuolētia coluit, quē etiam non cōmunis inſtituti ratione ſolum, ſed arctiſſimo ſacratoris amicitia iure eſt cōplexus. Quid igitur? cur non monachus tui ordinis monachum, eccleſiaſtes eccleſiaſten, præſul præſulem: & (quod apud ſapientiſſimos quoſq; plus momenti habere putatur) amicus amicum, nō omniū beneficiorum genere proſequare? Equidē quod ad me attinet, pro virili mea portione, curauit, vt quā emendatiſſimum in manus hominū prodiret opus. A verborum autē & ſententiā mutatiōe, ita abſtinere cōſtitui, vt tamen interim illiberales quaſdā voces, & quaſi plebei ordinis, aut ſuſtulerim, aut cū alijs commutarim, & orationes præ terea nonnullas, integrasq; peryodos, quas ille, ne quid impetū moraretur, vernacula lingua Latinæ cōncioni libere admixuerat, ita verterim, vt ſimili filio & contextura ſermo procederet, neq; Sicyonios calceos, vt dicitur, Socra

ti

ti inepte induerem. Cæterum illud summopere caui, nequa loquendi formula, nequa metaphora, nequa exaggerandi ratio cauillis, aut sycophantijs ansam vllã calumniosis hisce temporibus præbere posset. Quid verò nostra hæc opera emolumenti attulerit ille exactius iudicabit, qui editionem hanc sane tuam, pater amplissimè, cū illis manu scriptis exemplis contulerit, quæ deprauata & ab imperitis scribis exscripta vulgo circumferuntur. Quare non solū auctori nō inini iacturam, sed & doctrinæ alioqui sanctissimæ periculum certum creari non est qui nō videat. Acceptum igitur à te immortale beneficium fert, cū tota respublica Christiana, tum noster ordo, priuatiq; instituti religio. Pro quo sūmas tibi gratias agit, quas si tanto Præsuli tam principi q; viro minime refert, nequaquã excellentis muneris ignoratio, sed magnitudo potius nullo officiorum genere coæquanda est in causa. Ego etiam, quod equi boni que consulueris mihi negotium concinnandi, & in melius restituendi sacras has conciones esse datum, neque ea me indignum functione existimaueris, æterna me tuis obsequijs ratione deuinctum intelligo. Seruet amplitudinem tuam Deus Opt. Max. nobis quàm diutissimè incolumem. Vale, Compluti. &c.

INDEX RERVM AC SENTENTIARVM MEMORABILIVM, quæ in vtroq; tomo continentur, quo obiter nonnulla loca ceu commentario explicantur. Numerus folium, notæ vero columnam indicant. Authore magistro fratre Petro Vzeda Guerrero.

A braam producit in exemplum fidei obedientiæ & religionis. folio. 124. d. & infra.		Amor margarita est cælitus danda	18. d
Abraam Dei amicus.	352. c.	Amor eo magis inardescit quo tenerioribus annis innalescit	51. b
Accidentia sine subiecto in eucharistia sacra. 355. d. & habent modum & proprietatē substantiæ		Amor fororum Marthæ & Mariæ erga dñm admirabilis	97. b
Actio & contemplatio in virgine sacra vtraq; perfecta	239. d	Amore nihil fortius, nihil fidelius	97. b. c
Actio debet contemplationē præcedere. ita tamē vt contemplationē ipsa actio vocet	243. a.	Amoris vis magna	111. c. d
Actio quandoq; sancta est, sed melior est contemplatio in quantum in se est	251. b.	Amor rapit a mantem extra se. 165. c. & transformat in amatum. 202. & vnitatē efficit, infra.	
Adam atque Eua peccati confessionem omitentes sunt puniti	89. c	Amoris idioma proprium & peculiare, amantī soli cognitum	167. c
Adam vera nomina rebus in dedit ante peccatum	274. a	Amoris præceptū est suauissimum, ibidem. d. & infra	
Aduētus domini nostri Iesu Christi, &c. quasi instet dies domini	6. b	Amore sublato, vita est quādā mors	168. a
Aduētus dñi ad iudiciū si vt fur inopinus, si repentinus, quomodo dicitur quod præ timore arecentur homines expectantes illū? 7. a. soluitur illa dubitatio distinctis temporibus: superueniet enim repentina calamitas, perturbatioq; rerum: sed postea expectata veniet dñi dies redditur, & altera solutio propositæ quaestionis, ibidem. b.		Amor Dei facile porabilis	168. a. b
Aduentus domini in carne causa potissima redemptionis hominis	10. a	Amoris lex euāgelica. 168. d. & quare vocatur noua, infra	
Adulator coram, & in os laudes exaggerans taxatur	21. d. 22. a	Amor Dei, donū dei est. 169. a. d. & infra	
Adulatores ammoniti apte cōparantur.	22. a	Amor Dei est, in quō nostrū bonū agit. 169. c	
Adulatio abiecti & vilis animi vitium.	22. a	Amare quilibet potest, nemo habet vnde excusationem prætexat	ibidem
Adulatores reprehenduntur	230. c	Amor quā vita pretiosior	ibidem
Affectus sensuales abijciendi cū ad mysteria meditando accedimus	35. a	Amoris diuini laudes	170. a. b. & infra
Alexander olim magnus vocatus	265. a	Amare Deum superat naturæ vires	170. a
Aleatores increpantur	262. a	Amoris diuini impetus, & vis cōtra obijces impediētes	171. d. & infra
Amaritudo dulcedine temperatur à deo in hac vita	183. d	Amor noster nisi in Deo non quiescit	
Ambitio taxatur	260. c	Amor Dei impeditur corpore	172. c
Ambitio reprehenditur	282. c. d. & 283. a. b	Amor creaturarū post habito Deo reprehenditur.	173. b. c
Ambitio, vide superbia		Amor debet esse amoris principū & finis.	175. a
Amor ex amore nascitur	17. c	Amor mercenarius imperfectus	ibidem
Amor potissima causa incarnationis	18. b	Amor sui factus est per peccatum origo nostrarum affectionum	175. b
Amor de Deo triumphat	18. c	Amoris quatuor gradus	175. b. c
		Amor sensualis consumitur ab amore diuino.	175. c
		Amor diuinus deliquium est animi. 177. & lan guor. 185	
		Amor est pretium quo Deo es alienum solui mus	176. b
		Amor Dei utilissimus homini	177. a
		Amantī deū omnia cooperantur in bonū.	ibidē
		Amor dei quantus & qualis	177. c
		Amare deū tripliciter, dulciter, prudētē & fortiter	178. c
		amore & timore deo cōiūgimur intimissime. 178. c	

INDEX.

Amor proximi, amorem dei introducit. 79.c.
 Amor imperfectus, & incipiens charitas, incipitur & mouetur dulcedine, sed amor perfectus sine suauitate inter cruces & tormenta ardet 181.d. & infra
 Amadus proximus, sed non plusquam anima propria. 185.b.c.
 Amoris uadantis feruor 185.c.d.
 Amor motu subito & repentino exploratur, na prudētia saepe fallit experimentum 186.c.
 Amor glutinum est 178.c.
 Amore tendimus in deum. 204.d. & amantis animę ingenium & mores 250.a.b.
 Amor potiusquam timor optadus in subditis. 206.b.
 Amoris ecclasiā quandam passus est Deus. 165.b.
 Amor dei sūma perfectio uix. 216.d. & 237.b.c.
 Amor pretiū est, & valor nostrorū operū. 237.c.
 Amor dei triplex naturalis acquisitus & infusus. 253.c.
 Amor dei facit bonū, sed noster amor antecedentem bonitatem respicit 278.a.
 Amore nihil patientius 278.d.
 Amoris quatuor signa 280.b.
 Amore aspera fiunt suauia 295.a.
 Amoris debitum nunquam exacte persolui à nobis debemus existimare 351.b.
 Amore deus nos ad se prouocat 354.d.
 Amore seruare legē perfectiorum est 355.d.
 Amori obediunt omnia 367.c.
 Amor & fructio ibidem
 Amor est naturalis inclinatio in bonū. 368.d.
 Amorem dei, quomodo in seipso inuestigabat author 369.c.
 Amor dei interdum se prodit indicio, interdū se occultat 369.d. & infra.
 Amor deo debitus sicut fructus debetur agricolę. 370.a.
 Amor, amore solo rependitur 370.d.
 Amor non vilescit, etiā si in uili & contemptibili sit subiecto 370.d.
 Amoris suauitas & dulcedo 371.b.
 Amor amicitie & perfectus, non est mercenarius, est tñ licit⁹ amor dei ob premiū. 372.a.b.c.
 amor ignis, cuius ardor occultus, & flamma publica 372.c.
 amoris tria indicia late tractantur, ibidē & infra
 amor vis est transformatiua 372.d.
 amor triplex, bonus, malus, indifferens, ex Bernardo ibidem
 amor dei, donum dei 373.a. vide charitatis
 amoris spiritualis suauitates maiores quā corporalis amoris, vide spiritus
 amor uidetur saepe insolenter agere 373.b.c.
 amor sine modo est ibidem.c.
 amor in brutis temerarior quā in homine. 374.a.
 amor dei peccata aliquando remittit. 375.e.
 amici debent esse omnes Christiani, quia eundem sacrum panem in mensa domini comedunt 201.d.
 amici dei mors somnus est 97.a.
 amicitia cū bonis texenda præsertim principi & prelato 206.c.
 amicitia uera quæ sit 230.b.
 amicitia noxia uitanda 262.d. & infra.
 amicitia specialis est inter animam & custodē angelum. 264.d.
 amicitia magnum est commodum 280.b.
 amicitia cū deo raro inuenitur inter homines. 354.a.b.
 angelicę nature diffinitio 257.b.
 angeli separabunt electos à reprobis 7.d.
 angelorum cantus & læticia nascente redēptore 32.b.c.
 angeli assumptis corporibus corporeum dominum concelebrant 36.d.
 angeli mirantur nascente domino. 38.c.d.
 angeli aliqui à sanctis prophetis didicerūt mysterium incarnationis 45.d.
 angeli ministri & officarij in domo Christi. ibidem
 angeli cecinere morientibus Stephano & Bernardo. 43.d.
 angeli exultant ob Christi de damone uictoriam 67.c.
 angeli semel, hoc est de uicto damone ministrasse redemptori leguntur ministeriumq; describitur 67.d.
 angelus terruerat custodes sepulchri dominici sed Marias ad euntes solatur 112.a.
 angelorum chori assistunt domino ascendenti in celos 128.a.
 angeli nuntiant resurrectionem. 112.c. & 119.a.
 angeli testimoniū perhibēt fidei nostrę. 150.d.
 angelus naturaliter non assequitur modum extendi corpus Christi in sacramento. 156.a.
 angeli custodiunt animam ab incurso demoniorum 191.
 angeli omnes adorant dominum nascentem in terris 194.a.b.
 angelorum colloquia, ut concedantur uitanda sunt hominum 197.a.
 angeli ad sacram uirginem nuntiantis incarnationem uerbi ingressus per hypotiposin & subie-

INDEX

subiectionem uelut delineatus. 221.b.
 Angeli soliti sanctos homines in hac uita ceu inferioris notę alloqui. 221.a.
 Angeli paronymphi, ad sacram uirginem legati prudens, & prouida oratio. 221.c. d. & infra.
 quæ legatio figurata fuit per famulū Abraę. 224.d.
 Angeli boni ac mali discerniculo coniecturali dignoscuntur apparitiones, bonus enim angelus terret initio, sed in fine sermonis solatur placide, malus e contra se gerit 226.c.
 Angeli sacre uirginis pulchritudinem mirantur. 244.c. & 255.b.
 Angelus Gabriel morienti sacre uirgini assistit, & ad illam eius oratio 254.d.
 Angeli in assumptione beatę uirginis exultant. 255.b.
 Angeli minus noti sunt nobis quā Deus. ibidem.
 Angelos, tradit scriptura sacra esse, & in magno numero esse, & deo regi esse dicto audientes. 256.a.
 Angelorum leges inter se & modi uitę atque creatio parum sunt nobis in aperto. ibidem.
 Angelorum natura, diuina drachma intelligitur, philosophicę exponitur. 256.c.d.
 Angelorum uoluntas, & intellectus stabiles & cōstantes. 257.a.b.
 Angeli cōfirmati fuere in gratia, mox post bonam electionem qua adheserūt uirtuti. 257.b.
 Angelorū perfectiones, nobis in scriptura metaphoris & similitudinib⁹ reuelantur. 257.b.c.d.
 Angelus vnus vnum caelestem orbem mouet. 258.a.
 Angelorum pulchritudo in corporibus assumptis. ibidem.b.c.
 Angelorum magna multitudo. ibidē.d.
 Angelorum ornatus admirabilis. 259.a.
 Angelorum loquutio, qualis. 259.b.
 Angeli perpetui laudatores maiestatis Dei. ibidem.
 Angeli nos magna dilectione prosequuntur 263. & aliqui puincias & regna gubernāt, &c.
 Angelorum erga homines varię beneficentię, ex historijs sacris. 263.c.d.
 Angeli studiose nos emundant & ornant, sicut serui equos quibus inflexurus est dominus. ibidem.d.
 Angelus non dominus, sed cōseruus noster est. 264.a.
 Angeli quare nostrę custodię incūbunt. 263.d. & infra.
 Angeli beati, si in illos liuor cadere posset, martyribus inuiderent. 289.b.
 Animę humane nobilitas illiusq; cognitio utilis. 24.a.b.
 Anima ex ignorantia suę dignitatis demittit se ad uilia 24.b.
 Animā debet quisque habere in manibus suis ut illam exornet 26.d.
 Anima nostra ideo varijs desiderijs distrahitur quia quinq; sc̄sib⁹ ceu maritis est alligata. 91.c.
 Anima ignara requiem & fatietatem quærit ubi non est. 91.c.d. & infra.
 Animę morbos negligentius curantes quā corporis redarguuntur. 99.c.d.
 Anima sine gratia sterilis. 142.d. & infra.
 Anima quæ quiescit extra Deum pene prodigium est. 172.b.
 Anima nostra ad terrena delabatur 173.a.
 Anima feliciter debet deū quærere. 174.c.d.
 Anima hominis qualis secundum naturam, & secundum gratiam. 183.a.b.
 Anima in hoc exilio spiritualibus illustrationibus recreatur. ibidem.b.
 Animę pulchritudo depingitur. 184.a.
 Anima post contemplationem gradibus quibusdam deum cognoscit. 186.c.d.
 Anima contemplatiua quatenus secura, & quatenus in metu esse debet. 188.b.c.
 Animę deum quærētis anxia sitis. 189.b.
 Anima nostra introducit sponsum in beatitudinem, quia uerē meremur gloriam, & introducitur ab sponso in cellā uinariā, quia gratiā quæ est merēdi principiū ab sponso Christo accipit. 190.c.d. & infra. 197.b.c.
 Animę duplex ascensus in deum. 191.b.
 Anima sacrificat deo in ara cordis, affectiones omnes suas. ibidem.c.
 Anima contemplans lectulus uocatur Salomonis. 191.d. & infra.
 Anima nostra nunciamenti, nunc equi, nunc uehiculi nomē accipit ob diuersas rationes. 192.a.
 Animę Christum concipiunt, & aliquando pariunt, aliquando abortiuntur. 197.a.
 Alię animę periclitantur in partu, alię lactis nutrimento carent. ibidem.b.
 Animę nostrę multis modis possunt considerari, ut filia, ut sponse Dei, &c. 204.b.c.
 Animę studium, ut proficiat in melius. 205.a.b.
 Animę nostrę nobilitas. 208.b. quæ indigne peccando degenerat. c.
 Animę sanctę cū Deo unio 208.d.
 Anima intra seipsam debet habitare. 242.c.
 Anima debet ueniēti Deo occurrere, neque cunctando morari. ibidem.d.

INDEX.

Anima castello bene fundato cōparatur. 249. b. & infra.
 Anima curamica formosa & columba tribus nominibus vocetur. 250. a.
 Anima pulchra est ppter cōtēplationē. 250. b.
 Anima dicitur columba propter sui sollicitudinem. ibidem.
 Anima rationalis in quo est inferior angelis. 257. b.
 Anima nostra equo comparatur. 263. d.
 Animæ rationales à Deo corporibus secundū prouidentia ordinē infunduntur. 285. b.
 Animæ deum amantis, corporisq; litigiū intra nos. 373. d.
 Animæ nostræ templa sunt Dei. 376. c.
 Animæ pulchritudo postquam à Deo est occu-
 para. 377. a.
 Anima quò studio mundici à se uare debet,
 ob inhabitantem Deum. ibidem. b.
 Anima Deo absente squalida & sordibus ple-
 na relinquitur. ibidem. c. d.
 Anima iusti exultat soluta corpore. 378. c.
 Animæ defuncte corporibus recordatur. eoiū
 que gessere velut veterum somniorum. 379. a.
 Animæ damnatæ cōquerruntur ob res ludicras
 torqueri. 379. a. b.
 Anima vigilat saepe Deo licet mūdo dormiat.
 379. c. d.
 Animalia bruta beneuolūt benefactori suo, &
 grata sunt. 176. b.
 Apostoli edocti à virgine sacra ea mysteria
 que in natali Christi fuerē celebrata. 33. a.
 Apostoli & discipuli tremunt & dissipātur an-
 te resurrectionem. 110. d.
 Ap̄li mirābundi & letābūdi resurrectione do-
 mini explorata eius diuinitatē agnoscūt. 113. a.
 Apostolorum ad Christum resurgentē & eius
 matrem oratio. 113. a. b.
 Apostolorum dubitatio circa resurrectionem
 domini Deo prouidente fuit, vt certioribus
 firmaretur testimonijs. 119. c.
 Ap̄li valde cōtristati audito discessu dñi. 121. b. c.
 Apostoli exercentur à dño circa patientiā, vt
 discant alienis culpis compati. 126. d.
 Apostoli ascendētē in cælos dñm interrogāt
 de libertate Israelis à seruitute Romanorum.
 127. a.
 Apostoli gloriā Christi, non suā quærētes Chri-
 stianos vocabant, non Petrinus, aut Paulinos
 fideles qui conuertebantur. 136. c.
 Apostoli in viros esse alteros, subito mutatos,
 accepto spiritu in Pentecoste 137. b. c. d.
 Apostoli vidētes transfigurationē dñi sūmum
 testimoniū accepere deitatis Christi. 163. c. &
 velut hausta gutta diuinitatis inebriati. 154. d.
 Ap̄li in pentecoste quodāmodo inebriati. 203. c.
 Apostolorū particulaes ecclesie variatæ, sola
 Petri durat, & durabit, p̄mittēt Christo. 219. d.
 Apostoli de præcedentia disputant, & reprehē-
 si sunt à domino. 260. b. c.
 Apostoli de præcedentia ambitiose certāt pas-
 sionis dñice in sanre tempore. 283. b.
 Apostoli fidem habuere. 326. a.
 Apostoli omnibus reliquis sanctis excellentio-
 res secundum Hieronymum. 336. d.
 Apostolorū doctina nobis sequenda. 349. b.
 Apes virginū sanctarū symbolum. 366. a.
 Aquila in edito locat nidum quo serpentes vi-
 tet. 72. b.
 Aquila quomodo iuuenescit, ex August. 78. a.
 Apocalypsis Ioannis continet statum ecclesie.
 198. a.
 arbores variij generis ad mores varios hominū
 applicantur. 348. b.
 arbores domino Hierusalem intrātī per viam
 cur sint strāte. 349. b.
 armis fundata synagoga, sed non ecclesia. 199. c.
 aromata spiritali thuribulo igne diuino accē-
 sa & fumantia. 191. c.
 Aristotelis sententia de intellectu agente, &
 possibili explicatur. 47. a.
 Arrius ex Platonica philosophia hausit errorē
 circa Trinitatem, diuidendo essentiam. 49. b.
 ars ad scientiam comparandam est necessaria.
 82. d.
 ars artium seruire Deo. 8. d.
 artis opera admiranda. 126. c.
 arca fœderis olim cherubin erat subiecta. 130. c.
 arca fœderis olim sūma veneratione culta &
 grauissimis multati poenis qui ea in re quic-
 quam deliquissent. 158. d. & infra.
 arca fœderis gemina olim trāslatio quid por-
 tenderit. 244. d. & infra.
 ascensio domini nostri, in cælos nostræ ascēfio-
 ni fecit fidem. 126. c. d.
 ascendens dominus, reprehendit suos de incre-
 dultate, vt fixius hereret memoria increpa-
 tio. 126. d.
 ascendētis in cælos redēptoris oratio ad suos.
 126. d.
 ascensio domini in cælos de Monte oliuarum
 facta. 126. d.
 ascendētis domini triumphus per hypotipo-
 sin exponitur, & velut depingitur. 128. a. b. c.
 ascendit nemo in calum virtute propria, præ-
 ter Christum. 130. a.
 ascensio

INDEX

Ascensio domini per prophetas cātata. 130. c. d.
 Ascensio redemptoris nobis vtilissima. 131. b. c.
 & 133. b. c. d.
 Ascensio in cælum, quot & quibus gradibus cō-
 stet. 132. c.
 Ascensio animæ nostræ, qualis. 241. b.
 astrologia iudiciaria vana est. 127. b. c.
 Augustinus & mater Monica quærētes Deū
 inueniunt. 190.
 Augustinus cōparatur merito soli. 310. b. cuius
 lux propria, non à magistro humano accepta
 fixa & stabilis intelligentia scripturarū, & in-
 tellectus acumine præstātissimus. c. & quot
 modis fulsit in ecclesia dei. d. & 312. & 313. c. d.
 & 321. a. b. c.
 Augustinus hæreticorū expugnatō. 311. a. b. &
 & 320. d. & infra.
 Augustini doctrina. ibidem. c.
 Augustinus omnib; vitæ cōditionibus sancte
 viuendi normam dedit. 312. a. b.
 Augustini opera aliqua recēsentur. ibidem. b.
 Augustinus docendi theologiam methodum
 ostendit. 312. b. c.
 Augustinus ordinatus episcopus inuitus eccle-
 sia, cui superstes erat episcopus. 312. d.
 Augustinus in magnas occupationes distract⁹
 tamen innumerabiles libros sapiētissimē scri-
 psit. 313. a. b. & 321. b.
 Augustinus videtur saepe distante spiritu san-
 cto scripsisse. ibidem.
 Augustini ardor spiritus, & eleuatio egregia
 mentis in Deum ibidem. b.
 August. licet ordinis eremitarū & canonicorū
 fundator specialis extiterit tamē fuit aliquo
 modo omnium religionū monachalū institu-
 tor. ibidē. & regulā dedit ferme oibus. 313. b. c.
 Augustini stylus pro librorum varietate va-
 rius. ibidem. c. d.
 August. cādelabro aureo, de quo apud Zacha-
 riā cōparatur à beato Vincētio. ibidem. d.
 Augustini sanctitas doctrina & religio mirabi-
 les. 317. b. & infra.
 Augustinus publicata suorū peccatorū cōfessio-
 ne videtur inter sanctos eminentiā naclus
 317. c. d. 321. b.
 August. cōscientia crystalina & pura. 238. a.
 Augustinus similis aquilæ magne, quā Ioānes
 in apoc. vidit, & Ezechiel propheta, ibidem.
 August. ab errore Manicheorū respuit. 318. d.
 Augustinum imitantur patres aliorū ordinū
 fundatores. ibidem. b.
 August. sacerdos magnus esse ostēditur ex posi-
 tis p̄ enumerationē illi⁹ virtutib; 320. d. & infra.

Augustinus in Ezechiele figuratus. 311. a. b.
 Augustinus sicut Paulus apostolus vas electio-
 nis factus ex persecutore ecclesie. 321. a.
 Augustinus plus potuit scribere, quā nos lege-
 re. ibidem. d.
 Augustini tēpore excellētes prodire sanctita-
 te & doctrina viri in ecclesia. ibidem. b.
 Augustini doctrina cum pastorali cura cōiun-
 cta. ibidem.
 Augustini cōfessionum libri, sine cōfusione le-
 gi non possunt. ibidem.
 Augustinus numerosa caterua monachorum
 stippatus. ibidem. c.
 Augustin⁹ magnus dicitur, quia fecit & docuit
 & vsq; in extremam senectā concionatus est
 in ecclesia Dei. ibidem.
 August. & corū qui hæreticorū fuere victores,
 animę frameq; fuere manu Dei rotatæ. 65. b.
 Auster ventus excitat ab imo arenas maris, &
 poenitentia est typus. 78. c.
 Aues & pisces eodem elemento progētur,
 dissimili tamē ingenio. 363. d.
 Authoritas dicentis fidem facit rebus alioquē
 non credendis. 156. b.
 Auxilium Dei omnibus ad operandū necessa-
 rium, sed sanctis ad merendū specialius auxi-
 lium requiritur. 241. b.
 Auxilium speciale Dei necessarium, vt repue-
 rescamus. 261. d.
 Aulici aulicęque foeminae operis admonētur.
 56. c.
 Auditus nō oculus circa diuina ornatur in hac
 vita. 183. b. c.
 Auditus in oratione parandus non lingua. 245.
 d. & infra.
 Auditoris vitium impedit prædicationis fru-
 ctum. 58. a.
 Auditores verbi Dei, tres cōditiones. 59. a. b.
 Audire monita salutare est. 207. a.
 Auari damnabile vitium. 67. b.
 Auari & negotiosi homines increpantur. 86. b.
 Azyma, puritatem designat. 161. b.
 B
 Babylonis filij spinis onusti. 184. d.
 Babylonis filij degeneres & in inferiora procli-
 ues. 61. a.
 Baptismi caremonia explicatur. 25. a.
 Baptizatus promittit Deo vitæ sanctitatē. 25. a.
 Baptismo ablui magnæ gratiæ est nobis à Deo
 collatę 285. b. c.
 Baptismi sacramenti caremonia exponitur.
 319. d. & 322. a.
 Baptista dicitur magnus coram Deo. 265. d.
 117 3 Baptista

INDEX

Baptista summe dignitatis officium est nactus
265.d.&271.a.
Baptista lux quaedam media inter nos & Deū.
265.d.&266.a.b.
Baptista mūdi vniuersalis apostolus natus fuit
266.a.& proximus fuit ipsi redemptori digni-
tate.b.&275.b.
Baptistæ natalis dies solus celebratur, excepto
Christi & virginis natali.266.b.&271,275.c.
Baptista præparabat homines excipiendo re-
demptori.266.b.c.& omnium oculos attra-
hit.271.b.
Baptistę summa fuit autoritas.266.c.d.&167
b.c.d.& Meisias creditur.271.c.& optatur.
276.c.
Baptista nascēte plurima edita miracula.266.d
Baptistæ septimum agens annum eremum cō-
tendit.267.a.vbi de victu eius & vestitu pluri-
ma dicuntur.270.c.
Baptistæ sanctamoniaprodigiosa.267.a.&275
c.d.
Baptistam puerum per apostrophē alloqui-
tur.267.b.
Baptistę visuri occurrunt populi. ibidem.b.c
Baptista superbos pharisæos humiliari cōpel-
lit. ibidem.c.
Baptista cur non edidit miracula, sed tota eius
vita miraculum fuit.267.d.&infra.271.c.d.
Baptista vox Dei fuit.268.a.& Christo quale
testimonium perhibuit.268.a.b.c.&276.d.
Baptista consulto abstinet à familiaritate re-
demptoris inuitus tamen.268.b.a.
Baptista de facie redemptorē non norat.268.c
Baptista redemptorem præcipientem bapti-
zat. ibidem.d
Baptistę lætitia ob manifestatum Meisiam ho-
noremq̃ redemptori delatum.268.d.&in-
fra.
Baptistam omnes euangelistę celebrant.269.a
Baptista à Christo fusa oratione laudatur.269.
b.non sicalios laudat Christus.269.d.277.a.
Baptista à prophetis dictus angelus.269.b.& il-
lo nullus surrexit maior.
Baptista exemplum est quod imitemur, ibi-
dem.d.
Baptistę eminentia super alios sanctos.270.
b.c.d.
Baptistę perfectio magna, ibidem.&276.c.
Baptistę sanctitas hominibus est confusio.
270.b.c.d.
Baptistę ardor charitatis.271.d.&276.a.&in-
fra in Deum & proximum.272.c.
Baptista viginti tribus annis in eremi secessu
delituit.272.a
Baptistę doctrina excellens.272.d.&273.a.b
& veritatis libera admonitio.275.d.&infra.
Baptistę magis solemniter quā alijs sanctis no-
men est impositum.274.b.
Baptista ab eremo egressus hominib⁹ se mani-
festa. trigesimo anno ætatis.275.c
Baptista Deo magistro est vsus triginta annis
ab ipso, scilicet, vtero matris.276.b.
Baptistę magnanimitas & constantia & mo-
destia dum se negat Meisiam esse.276.c.d
Baptista primus monasticę vitę institutor.
277.a.
Baptista suis meritis & exemplo ecclesiam lo-
cupletat. ibidem.b.
beati admirantur iudicij Dei consilia in distri-
buendis præmijs.56.a.
beati omnes erunt sapientes & eloquētes.60.c.
beatitudinis præmium exponitur.155.a.
beatitudo celestis affectanda diligenter, vbi &
segnities nostra increpatur.167.a.b.
beatitudinem celestem frigide affectamus.
59.d.
beatitudo præsentis vitę in sola virtute confi-
stit.346.a.b.
beatitudinis obliuio, causa est cessandi ab ope-
re bono, & à virtutis laudatione.381.b.
beatitudo perfecta actum voluntatis & intel-
lectus amplectitur.367.d.
beatitudinis spe subeundę libenter quæcumq̃
acerbitates rerum60.d.
beatitudo promissa excitare debet ad aman-
dum Deum.176.d.&infra
beati quomodo diligunt Deum ex toto corde
178.b.
beatitudo anxie desideranda ostenditur.182.
b.c.
beatitudinis odorem percipiunt sancti in hac
vita.183.d
beati inter se magna charitate amant.203.b
beatitudo patrię mansiones habet varias.205.a
beati sine inuidia. ibidem.
beatis vnitur Deus magis quā ipsi sibi vnū
tur.208.d
beatorū cognitio matutina & vespertina.209.
&infra.
beatitudo schola quaedam est & rerum mirabi-
lium scientia. ibidem.c.
beatitudo patrię emitur meritis.237.a.
beatorum stabilitas in intellectu & voluntate
257.a.
beatitudinis musica celestis.259.b.c.
beatitudo celestis valde desideranda, ibidē.d
beat

INDEX

Beati omnes magni sunt269.c.
Beatis, quomodo Deus in cælo ministrat præ-
cinctus.330.c.&infra
Beatorum visio matutina & vespertina.330.d.
Beati illuminantur inferiores à superioribus.
331.a.
Beatitudo futura explicatur.284.a. lege p̃miū.
Beatitudinis æternę septem proprietates.300.
a.b.&infra.309.a.b.c.
Beati fidem non habent, sed visionem.326.b.c
Beatitudo essentialis animæ non varietur post
resurrectionem corporis, contra quendam do-
ctorem.330.d.
Beatitudo Christi & aliorum sanctorū.331.a.b
Beatitudo, aut rapitur, aut cantur, aut sola do-
natione acquiritur.345.d.
Bella & tumultus populorum, iudicij vniuersi sa-
lis signa prænuncia.6.c.
Bellatori tria potissimum seruanda.200.a.b.
Bellum tunc gerendum cum vitari non potest
206.d.
Bellum gerimus omnes in hac vita.296.c.d.
Benedicti visio gentium tendentium in cælum
345.a.
beneficijs inuitat⁹ homo magis insolescit.27.c
Beneficiorum Dei memoria, amorem diuinū
excitat.179.c.202.d.
Beneficiorum collatio, indicium amoris.280.b
Bernardus vidit hora natiuitatis redempto-
ris, redemptorem nascentem.37.b.
Bernardo moriēte cecinisse angelos audiit mo-
nachus.43.d
Bernardus vix clare valli monachos à nimia
vitę asperitate temperare potest.295.b
Bernardi visio multorū cōscendentium in cę-
lum.345.a. & centum sexaginta monasteria
sunt Bernardi exemplo monachis repleta.
ibidem.
Bestia tangens montem lapidatur, & bestialis
homo contrestans sacra.159.d
Bethlehem oppidum commendatur.30.b.
Bethlehem, interpretatur domus panis,33.d
Bethlehem vsque transire debemus.33.d.&
34.a.
Bethsamite curiosus arcam domini vidētes, &
ideo grauiter puniti, curiositatis hæreticorū
nisiq̃ sunt figura.159.b.
Bonitas nostra accidentalis, & per conformita-
tem ad Deum est.278.a.
Bonitas naturalis in conformitate ad suū pro-
totypum primumq̃ exemplar sita est.
1.b.
Bonitas moralis in conformitate ad legem

est.1.d
bona temporalia vilia.169.d. & 241.d.&in-
fra.
bonorum alia iucunda, alia non.201.a.
bona temporalia moderate petenda à Deo.
283.c.
bona temporalia licite petere possumus à deo
372.c.
bruta animalia iudicij, & red dē de rationis legi-
bus exempta.1.d.
brutorum opera non dicuntur libro diuino cō-
signata quia cū sine libertate sint facta illorū
ratio non exigitur à Deo.1.c.
brutorum animalium erga homines obediē-
tia notatur.286.d.
brutorum animalium, amor audētius aggre-
ditur terribilia pro re amata quā hominum.
374.a.

C.

Cananæ mulier magnę fidei.80.b.c.
Cananæ mulier commendatur à varietate vlr-
tutum.83.d.&infra.
cananæ nobis proponitur in exemplum pœ-
nitentię.84.b.
cain noluit confiteri parricidij, & pœnas de-
dit.89.c
cain tremore membrorum multatus à Deo,
ibidem.
cantica Salomonis insigniter obscura & diffi-
cilia intellectu.180.b. sed amore inflamma-
ta.205.b
captiuitas summa est seruire peccato84.c.
capræ beatas animas visu perspicaci signifi-
cant.186.b.
calceamenta deponenda, hoc est afflictiones
carnis exuendę sunt accedenti ad diuinorū
contemplationem.34.d.
caro quid infinitum est in rebus.49.c.
caro omnis importabilis erat ante incarnatio-
nem verbi.49.d
caro post incarnationem verbi exiccata est spi-
ritu Dei afflante, & ideo sanctitas in homi-
nibus quā antea frequentior.50.a.b.c
Caro Christi ceu nubecula leuis à peccato im-
mūnis fatigabilis tamen erat.50.c.
Caro electorum, carni Christi assimilanda.
50.d.
Carnis maceratio sine dolore voluntatis non
delet peccatum.105.a
Carnis bellum intestinum.296.c.d.&297.a
Castitatis cerramen durum.297.a.
castitas

INDEX

Castitas præcipue sacerdotibus conueniens. 320.b.
 Caiphas prophetauit ignarus mysterij mortem Christi necessariam. 107.a.
 Castrumargia Græce, gastrumargia graue vitium, gulositas Latine. 66.b.
 Celorum impassibilium substantia non mutatur, aut conuulsa, sed secundum apparentiam & effectus tantum. 7.c.
 Cælum multipliciter dicitur, est enim æreum, sydereum, aqueum, empyreum, spirituale, intellectuale, & super substantialiale. 130.c.
 Cecilie virgini angelus flores tradidit. 185.d.
 Cereus accensus Christi typus est. 234.c.
 Caritas nostra tempestate refrixit. 40.b.
 Caritas in merito attenditur. 55.c.
 Caritas inuit viam & facilem facit ad patriam. 60.d. & infra.
 Caritas via regia est. 61.a.
 Caritas misere ur peccatoris. 100.a.
 Caritas vnctio est. 130.a.
 Caritas est que virtutem operibus nostris confert. 132.c.
 Caritas fidei & alijs virtutibus dignitate præstat. 170.b.
 Caritas figure multæ. 170.a.b. & infra.
 Caritas quomodo ex spe ortum habet. 175.b.
 Caritas debet esse ordine certo recta. 185.b.c.
 Caritas glutinum est valde tenax. 190.c.
 Caritas bonum quid est iucundum. 201.a. & à Christo maxime mandatur. c. & tre. causæ ab apostolo traditæ exponuntur. d. & infra. 202.b.
 Caritas fidem propagauit. 203.c.
 Caritas excellentia. 252.a.b.
 Caritas refrixit iam. 272.a.b.
 Caritas velo nautico spiritu sancto afflato comparatur. 326.b.
 Caritas carentia damnantur multi alioqui virtutum rigidi cultores. 360.a.b.c.d.
 Caritas vocatur aurum, oleum, & ignis. 361.b.
 Caritas communicata augetur. 362.a.b.
 Caritas vel vnus gradus, sufficit ad soluendum debitum, & de effectibus charitatis quæ oleo comparatur. ibidem.
 Caritas excellentior reliquis virtutibus. 367.a.b.
 Caritas, aliquo modo est virtus omnis. 367.b.
 Caritas laudes, ibidem, & infra.
 Caritas est maximum donorum que à Deo nobis dantur. 367.d. vide amor.
 Christus agnus. 4.b.
 Christus caro & frater noster. ibidem.
 Christus iudex viuorum & mortuorum consti-

tutus à patre. ibidem.c.
 Christus super cacumen Oliueti montis apparebit iudicaturus orbem angelorum agminibus comitatus, præcedente vexillo crucis. 7.d.
 Christus in iudicio ignorare dicitur eos qui ipsius legem præuaricati sunt, etiam si prophetauerint, & alioqui miracula in nomine Christi ediderint, quod si hos magnos, viros ignorat, & excludit quid blasphemis, auaris, lubricis ve facturum putas? 8.d.
 Christum esse verum Messiam, ex scriptura constat. 14.c.
 Christi anima Deo charissima & sanctissima, & Deus mediante anima sumplit in vnitatem suppositi carnem. 19.c.
 Christi mater, locus natiuitatis, & tempus, opera, mores, doctrina, mors, & resurrectio, & denique omnia prophetata. 20.a.
 Christus opere ipso de se testimonium perhibet. 21.a.
 Christus per miracula & scripturas ostendit se Messiam. 21.a.
 Christus ex modo faciendi miracula scilicet, in operando se Messiam & Deum ostendit. 21.a.
 Christus laudans Ioannem Baptistam illius de se testimonium simul roborat. 22.a.
 Christus laudauit Baptistam, Nathanaelem, Petrum, Magdalenam, Centurionem, Cananæam. 22.d.
 Christus habet maxima & valde credibilia testimonia. 23.a.
 Christum tantum abest vt imitentur multi ex christianis, vt oppositam illi vitam instituât. 25.c.
 Christi diuinitas. 29.d. & 45.b.c.
 Christi natiuitas occultatur mysterio. 26.d.
 Christus Nazareth ortus putabatur vulgo, & inde multi scandalizabantur. 30.a.
 Christi secundum carnem natiuitas hypotipose explicatur. 30.d. & 31.a.
 Christus nocte editus à virgine. 30.d.
 Christi paupertas patrimonium est nostrum. 31.c.
 Christus totus in nostros vsus expensus. 31.c. & 41.d.
 Christi nascentis paupertas & præsepium. 31.b.c.
 Christo pauperi plus debemus quam mirabilia operanti. ibidem.c.
 Christus inter animalia bruta nascitur. ibidem.
 Christum nascentem, dominum agnoscunt bruta animalia. ibidem.c.d.
 Christus in præsepio positus, transfert gloriam suam

INDEX

in similitudinem foeni, quia homo mutarat gloriam suam in similitudinem vituli comedentis foenum. 32.a.
 Christi præsepium magnæ eruditionis nobis est. ibidem.
 Christus vna persona cum duabus naturis. 32.c.d.
 Christus in mundo nascens, pastores primum vocat quali futuro gregi pastoris curam præ ludens. 33.a.
 Christus rex Salomon merito dicitur. 35.a.
 Christus auctor pacis. ibidem.a.b.
 Christus suo sanguine rependit Deo debitam satisfactionem. ibidem.b.
 Christus diademate carneo à matre virgine coronatus, fabricante spiritu sancto. 35.b.
 Christi caro corona est nostra. ibidem.
 Christi caro est, per quam ianua cælestis homini patet: & ante illam nemo sanctorum patrum cælum ingressus est. ibidem.
 Christi dies desponsationis fuit, quo in utero virginis est conceptus. ibidem.b.c.
 Christus nascens ex utero virginis, egreditur de thalamo ecclesie. ibidem.c.
 Christus quam homines & angeli speciosior forma. ibidem.
 Christus alter Samson amoris vinculis ligatus. ibidem.d.
 Christus est lux in laterna, & sol in nubecula, & Oceanus vasculo inclusus. 36.d.
 Christi natalis dies omnes debet exhilarare christianos. 41.a.
 Christus angelorum reparator, hominum redemptor creaturæ corporalis innouator. 41.b.
 Christus nascens, grano synapsis comparatur. 41.c.
 Christus hominibus natus ex matre, sed angelis natus ex patre. ibidem.c.
 Christus nobis natus ex matre, & nobis donatus à patre. ibidem.d.
 Christus similis vnicorni, quem sacra virgo concepit. 42.a.
 Christum nascentem a dire omnis homo cuiusuis status vel conditionis existat confidenter potest. 43.b.
 Christus sanandis peccatoribus venit. 43.c.
 Christus pastor ouem humeris portat. ibidem.
 Christo filio pater æternus domum fundat, instruit, & locupletat. 46.a.
 Christum nascentem tanquam suum dominum omnes adorant. 46.b.
 Christus mox natus sponsalia celebrat. 51.b.
 Christus sponsus generosus & pulcher sponsus

ignobili, & inueniuntur copulatur. ibidem.
 Christus deamat sponsam ecclesiam. 51.c.
 Christum presentem ignorat synagoga & de absente vaticinatur, similis Isaac Patriarche qui presentem filium non videt, & tamen futura prouidet. 52.c.
 Christus fide duce querendus. 54.d.
 Christi principis & cacodemonis singulare certamen. 65.a.b.
 Christus prior indicit bellum, & prouocat ad certamen diabolum, quia partes agebat eius qui iniuriam acceperat. 65.b.
 Christus leges duelli aliqua ex parte seruat, dum cum demone init certamen. 65.c.
 Christus spirituali exercitio se ad certamen cum demone munit. 65.c.
 Christus prius hominem lachrymis quam sanguine lauat. ibidem.
 Christus pugnator descendit eruditurus suos militarem artem. ibidem.d.
 Christus repulit scripturæ testimonijs tentationes demonis. 66.b. & infra.
 Christus tentari se à demone voluit, vt nos doceret vincere ob meritum ex illa deiectione & humilitate sui, sed potissimum vt exaltaret victicem humanitatem nostram. 67.d. & infra.
 Christus instaurat mala quæ demon intulerat nobis, per passionem quidem damna, & per victoriam in tentatione in honoratione. 68.a.
 Christi humanitas regebatur à verbo. 68.a.
 Christi iudicaria potestas figuratur. 68.a.
 Christus vincens, vt vinceret cur dicitur. 68.b.
 Christi humanitas per equum album designata, immaculata fuit. 68.a.
 Christus pastor. 83.b.
 Christi occisi poena luitur Iudæis. 87.a.b.
 Christus iudex propitius & beneuolus. 90.a.b.
 Christus delegat iudicandi vices sacerdoti homini, scilicet, puro, atque ideo leni. 90.b.
 Christus inuitat ad potum quo sitis restinguitur. 92.d.
 Christus voluntarie & vltro se turbat, non autem anticipante turbanteque passione. 97.c.
 Christus lachrymatur ex pietate. 97.c.
 Christus suscitaturus Lazarum, fremit, aut exhorrens Iudæorum pertinaciam, aut suæ passionis acerbiter. 97.d.
 Christus habuit auctoritatem remittendi peccata. 102.b.c.
 Christus sine peccato. 102.d.
 Christi humilitas & modestia aliena ab omni ambitione. 106.c.
 Christus

INDEX

Christus voce præconis quaeritur ad necem. 107.a.
 Christus cogitationes nouerat hominū, & ideo à pontificibus odio habitus. ibidem.b.
 Christus ob reprehensiones crebras odio habitus à senioribus populi. ibidem.b.c.
 Christi vita singularis & perfecta odiosum pharisæis illum faciebat. ibidem.c.
 Christus verbo solo prostrat omnes milites, vt constet sponte sua se capi. ibidem.d.
 Christus morte factus est illustrior. 108.a.b.
 Christū, multi sūt quibus si oblata olim fuisset occasio occidissent, & modo occidunt corde & crucifigunt iterum. 108.d. & infra
 Christus in resurrectione accepit retributionē passionis. 109.c. & 110.b.
 Christo gratulari debemus felicitatem resurrectionis. 109.c. & 110.a.
 Christus radix nostra. 109.d.
 Christus nouus Adam. 109.d. & primogenitus mortuorum. ibidem.
 Christi decensus ad inferos explicatur, & sanctorum animarum liberatio. 110.c.
 Christus animas sanctorum patriarcharum vsque ad suam ascensionem in paradiso terrestri deposit. ibidem.d.
 Christi iacentis in sepulchro habitus. 111.b.
 Christi resurgentis alloquium ad Magdalena. 112.c.
 Christus re vera sustulerat de sepulchro corpus quod Magdalena querebat. ibidem.
 Christus à Magdalena se tangi noluit, sed illā ire viam ad apostolos iussit. ibidem.d.
 Christus resurgēs quadraginta dies solatur suos vsque ad ascensionem. 113.b.
 Christo debentur maxime gratiæ, & quod patrem suum fecit nobis communem, & quod Deum, sese deiciens, fecit suum. ibidem.c.
 Christo non adhiberent homines fidem, nisi resurrexisset. 114.b.c.
 Christi diuinitatem alij magis gaudent cōtemplari. 117.b.c.
 Christi cura ne pereat ouis aliqua. ibidem.d.
 Christi pœtus thesauri sapientiæ. ibidem.
 Christi vidisse corpus felicitatem quandam aruit. 118.a.b.
 Christus triplici ratione consolatur suos, assimilaturque patrifamilias, qui peregre proficiscens mœstam familiam consolatur. 121.c.
 Christus ascendens in cælum triumphauit inter angelos. 125.d.
 Christi humanitas figurata per arcam foederis synagoga. 128.a.
 Christus dominus in caelos ascendens matrem virginem & familiam amplectitur. ibidem.b.
 Christus aperuit nobis ianuam cæli. 129.a. & 134.a.b.
 Christi sectatores lenti & segnes increpantur. ibidem.
 Christus solus, sed totus cum suis mēbris viuus fide, scilicet, & charitate vnitis in cælum ascendit. 129.d.
 Christus indutus & ornatus ascendit in cælum. 230.a.
 Christus vnctus insigniter. ibidem.
 Christus ascendens a quile comparatur, quæ imbecillos adhuc pullos alis impositos defert in altum. ibidem.
 Christus primus aperuit hominibus cæli fores. ibidem.a.b.
 Christus passer solitarius, cuius nidus sinus est Dei patris. ibidem.b.
 Christus ascendit super omnes caelos. ibidem.c.
 Christi humanitas supra cherubin locata. 130.c. & per arcam foederis fuit figurata. ibidem.
 Christi decensio profundissima. 130.d. & ascensio summa. ibidem & infra.
 Christus tribus gradibus descendit, & totidem ascendit. 131.a.
 Christus sedere dicitur ad dexterā patris propter summam præsentiam quam supra res omnes est adeptus. ibidem.
 Christus frater noster optat nos suæ gloriæ participes facere. 131.b. qui & ascendens in cælum dona ecclesiæ distribuit. ibidem.d.
 Christus dilexit summè ecclesiam atque ideo ascendit in cælum. 133.a.b.
 Christus viator fuit in terra. ibidem.
 Christus aduocatus noster. 134.a.b.
 Christus quare potissimum vocat fratres suos post resurrectionem. 336.c.
 Christi gloria quarendam non propria. 136.c.d.
 Christo tota Trinitas diuinarum personarum singularim perhibent testimonium. 149.a.b.c.
 Christus prouidens futuras hæreses sui corporis sacramentum expresse asseruit. 161.a.
 Christus diuinitatem suam sufficienter probauit. 162.d.
 Christi gloria magis hominem confirmat, quàm eiusdem passio scandalizat & terret. 164.a.b.
 Christi ad tres apostolos in monte antequam transfigeretur oratio. 154.c.
 Christi transfigurati splendor & habitus corporis. ibidem.c.d.
 Christus

INDEX

Christus à tota Trinitate testimonium accipit. 166.b.
 Christus dilectus vocatur. 166.b. & infra
 Christus doctor & magister dat us à Deo. ibidem.d.
 Christus in passione & sitiens & saturatus opprobrijs, sitiens quantum ad affectum, sed satur quantum ad effectum, 177.b.
 Christus in nobis formatur persecutionis maleo. 178.c.
 Christus in quantum homo, imitandus ab homine perfecto. 182.a.
 Christus lauit & pulchrā reddidit ecclesiā. 183.b.
 Christi sponsi pulchritudo magna. 184.a.
 Christus quare flos cæpi, id est, nō priuatus, sed cōmunis. 184.b.c. & quare liliū cōuallū. ibidem.
 Christus fructifer est, nos seu arbores steriles. ibidem.c.
 Christi duæ manus exponuntur. 185.d. & infra.
 Christi pueri magnitudo excelsa. 194.b.c.d. cuius figurā gerebat lapillus sine manib⁹ cōminuens statuam. 195.a.b. & infra.
 Christi anima cōcipit si virtutes virginis sacre imitetur. 197.a.
 Christus venit vt dissolueret opera diaboli. 202.b.
 Christi maxima charitas. 202.c.d. & ipsius humanitas summa charitate perfusa per barbā Aaron designata. 203.a.
 Christus sponus est tribus de causis. 204.b.c. & infra, & medicus, & dominus.
 Christi dignitas ex veteri testamēto probata. 205.d.
 Christi sponsi laudes ex Dauide collectæ. 205.c.d. & eadē rursus explicat. 206.a. & infra.
 Christus homo, & super homines. 207.d. & infra.
 Christus laborat vt animā reddat pulchrā. 208.c.
 Christus est exemplum quo erudiamur. 211.c. & ideo liber idealis dicitur. b. & quomodo scriptus in sacra virgine. 211.d. & infra.
 Christus nō est nobilitat⁹ ab humano genere, sed ipse nobilitauit suū genus. 212.d. & infra.
 Christus nō affectauit generis nobilitatē. 114.a.
 Christi olim cognati dñici vocabantur. 214.c.
 Christus Deus & homo cōuincitur, ex euangeliorum Matthæi & Ioānis exordijs. 218.b.
 Christus splendor patris & mūdi gloria. 219.a.
 Christi oratio semper exaudita à patre eterno. 219.d.
 Christus nō solū sanctus, sed sanctitas ipsa. 222.c.
 Christus seruus, quia ancillæ filius. 223.a.
 Christi corpus qualiter organizatum in vtero virginis. ibidem.b.
 Christi diuinitas, quomodo humanæ naturæ coniuncta. ibidem.d. & electro comparatur. 224.a.
 Christi regnū solium & maiestas quæ ab angelo annuntiat virgini sacre, quomodo accipi debet. ibidem.a.b.c.d.
 Christus capitur virginis sacri amore, vide vnicornis. 229.b.c.
 Christus redemptoris festinatio liberandi à peccato alios. 229.b.c.
 Christus gestatus vtero virginis, aut animæ sanctæ oneri non est. 232.d. & infra.
 Christus presentatus in tēplo secundū legem Moysam. 233.c.
 Christo paruulo testimoniū perhibet Simeō & Anna prophetissa filia Phanuel. 234.a.b.
 Christus noster est duplici iure. 235.a. & merita illius consequenter nobis cedunt. b.c.
 Christus quomodo seruus. 235.b. & in nostros vsus expensus. c.
 Christus quinq; siclis redēptus in templo. 234.d. & infra. 236.c.
 Christus humiliatus pro nobis, quasi per grad⁹ quosdam. 235.b.
 Christi gemina venditio, altera sancta, altera sacrilega. 236.c.d. alterius geminæ venditionis moralis imago, & infra.
 Christus per Dauidem Goliath victorem figuratus. 238.a.
 Christus rebellantes seruos debellaturus, virginem sacram ceu castellum munitū in primis occupat. 238.b.c.
 Christus uestes à patre, cingulum accipit à matre. 239.a. & pro nobis debitor factus patri, à matre accipit vnde dissoluat es alienum. b.
 Christi caput Deus, pedes vero sacra humanitas. 239.d.
 Christi duplex portio inferior & superior geminaq; officia earum. 240.b.c.d.
 Christi caput ac pedes quomodo vngendi. 243.c.d.
 Christi ascensio per translationem arcæ foederis figurata. 244.d. & infra.
 Christus ad gloriam caelestem assumit sacrā matrem ipseque virgini obuiam prodit. 255.b.
 Christus mutat & inuertit statum mundi, diuitias in paupertatem, &c. 260.d. & infra.
 Christi humanitas equo rufo cōparatur. 263.d.
 Christus vt profit nobis debet agnosci. 266.a.
 Christum futurum esse potentissimum regem Iudæorum fuit existimatio. 282.b.c.
 Christi regnum non fuit de hoc mundo temporale. ibidem.c.
 Christi promissio certa. 291.d.
 Christus

INDEX.

Christus socio in passione non eget, requirit ta-
men illum. 292.b.
Christus docet viam vitæ. 292.b. & infra
Christū sequi debemus nō fugere aut præcede-
re, & alij assequuntur, alij sequuntur tantū 293.a.b
Christus quæ docuit fecit. 293.b.c.
Christi redemptoris verba, alijs visa sunt dura,
& alijs verba vitæ. 294.a.
Christus armat suos milites ad pugnam. 297.d
Christus fidem non habuit. 325.d.
Christi vita clausus est navigationis nostræ. 326.
a.b.
Christi meritis fidendū esse potissimū. 227.a.b
Christi redemptoris beatitudo post Deū prima
& ab illo in alios deriuatur. 331.a.b.
Christus pro nobis pauper factus, quomodo, ex
Augustino. 339.b.c.
Christus literas non scripsit. 344.a.
Christi ingressus in Hierusalem, arboribus tra-
tis per viā cōcelebratus, quid significet, quid
vestes iumento imposte, quid iumentum i-
psū. 349.b.c
Christus redemptor & doctor hominū. 359.b.
Christus olei apotecam habet. 361.c.
Christus plures laudauit. 367.a.
Christus amator puritatis. 376.b.
Christiana professio altissima. 24.d.
Christianum, esse militem & imitatorē Chri-
sti. ibidem
Christiani nomen obligationis ad vitā Chri-
sto conformem. ibidem
Christiani hominis vita, si secundū euangeliū
sit, crux est, ex Augustino. 25.b.
Christiani horum tēporum si cōferantur cum
sanctis antiquis formicæ videbuntur ad ele-
phantos comparatē 25.c
Christiana professio his qui nequiter viuūt, iu-
diciū affert, non salutem. ibidem.d
Christiani multi seruaretur in humili loco po-
siti, qui in altiori gradu pereunt. ibidem.
Christiani sicut & nomine, ita & morib⁹ Chri-
sti: debent referre. 36.b.
Christiana generatio spiritualis. 37.d.
Christiana perfectionē sectati etiā extra obli-
gationis euentū diligēdus & promerēdus est
inimicus. 62.d.
Christiani peccantes grauiori poena digni, quā
ignari infideles. 129.a.b.
Christiani homines dignitas magna est, nā ha-
bet imaginē sacerdotij quod explicatur cōtra
hereticos præsertim Lutheranos. 321.d. & infra
Christiani turpiter viuētes, quomodo tēplum
Dei violent. 322.a.

Ciuis vtriusq; Hierusalē triumphātis & mili-
tantis in vnam rem publicā coalescent pepe-
tua pace fruētes. 7.d.
Ciues inardescunt patriæ amore. 60.a. & 61.a.b.
Ciues regni cælorum desiderant illud. 60.a.
Ciues supernæ Hierusalem gemini, alij indige-
nē sunt, vt angeli, alij aduenē sunt vt homi-
nes. ibidem.b.
Ciuium cælestis Hierusalē generosi animi. 61.a
Claues sacerdotales geminē discernendī & iu-
dicandi. 101.a.
Clauium sacerdotaliū virtus & efficiētia. 102.a
Cognitio sui pernecessaria homini 23.b
Cognitio Dei necessaria ad charitatem. 23.c.
Cognitio sui vtilitatem habet magnam. 182.d.
Cognitionis quidā gradus in hac vita. 186.c. d.
& infra. 187.b.
Cognitio matutina & vespertina beatorum.
209.b. & infra.
Colocynthidē labores significant quos dulce
facit Heliseus, id est Christus. 295.a.
Comparatur anima accipitri, qui nisi pedicis
solutus & oculorū opericulo deposito ad præ-
dam non euolat, sic anima nisi corporeis solu-
tis impedimentis. 35.a.
Concilium pontificum Iudæorum de Christi
nece. 105.c.d
Concilium sacerdotum de nece Christi fuerat
per Salemonem prædictum. 107.b.
concordia & pax componenda ad recipiendū
spiritum sanctum. 139.a.b.
condemnationis sententia vltima, verbum di-
citur asperum. 70.d. & infra.
confitenda hic peccata vni sacerdoti, ne in iu-
dicio vniuersali omnibus patefacta ignomi-
niose sint. 3.c.
confessio ad deo integra esse debet vt vno pec-
cato temere occultato irrita reddatur aliorū
explicatio. 3.c
confessio peccatorum Deo soli facta, non suffi-
cit, sed homini constituto à Deo. s. sacerdoti
iurisdictionem habenti est faciēda, postquā
deus factus est homo, nam ante incarnationē
secus erat. 89.d. & 90.a.
cōfessionis sacramētalis præceptū nō est graue
sed mīæ magnē est beneficiū. 90.a. & infra.
confessionis vsus & frequentatio, rarior modo
quā olim in ecclesia. 90.c.d
Confessionē in annū totum differentes incre-
pantur. 90.d
Cōfessionis sacramētalis fructus septē, cōiectu-
ralis certitudo gratiæ. 91.b. & quies animæ. b.c
& facilitas veniē. c. & cuitatio nouę culpæ. d.
confes-

INDEX.

Cōfessionis plurime vtilitates enumerantur. 95.b
Confessio frequentanda, etiam si peccata mor-
talia non sint ob augmentum gratiæ, quæ per
sacramentum illud confertur. 95.b.
Confessionis fructus non percipiūt multi, quia
sine dolore confitentur, sed velut historiam
narrantes. 95.c
Confessionis sacramentalis condiciones, vt fru-
ctuosa sit. 95.d
Confessionē præcedere debet meditatio pec-
catorum, & dolor etiam excitandus, & detēr-
minatio propositūq; cauendi in futurū. 95.d.
Confessio peccatorū nuda & aperta esse debet
95.d. & infra
Confessio accusatoria esse debet. 96.a.
Confessione peccatorum, nō debet prodi per-
sona alteri, nisi vbi id fieri oporteret. 96.a.b.
Confessio debet esse integra, lachrymosa, se-
creta. 96.b.
Confessio vbi cōsulto occultatur peccatum ali-
quod, est nulla & nouum cōmittitur in ea pec-
catum. 96.b.
Confessionem generalem semel facere ad sar-
ciendas cōfessiones per pueritiā imperfectē
factas salutare est consilium. 96.b.
Confessio secretum perpetuum ex parte
quidem sacerdotis qui audiuit, vt Deus & nō
vt homo, & ideo in nullo rerum euentu reue-
lare potest confessionem, sed ex parte poenit-
tentis est reprehensibile vulgo prodere quæ
ibi gesta sunt. 96.c.d
Confessionis figuræ multę recensentur. 96.c.
Cōfessione remittuntur quantumuis grauis-
sima peccata. 96.c.
Confessio peccati vtilis apud Deum iudicem,
secus apud humanum tribunal. 100.b.c
Confitendi propositum debet esse cum contri-
tione. 103.b.c.
Confessarij ecclesiastici monentur. 101.b.c.
Confessarijs datur consilium circa satisfactio-
nes imponendas poenitentibus. 101.d.
Cōfessari⁹ per sacramētū poenitētiæ peccatorū
ligatū vere absoluit, neq; solū declarat esse ab-
solutum cōtra quorundā opinionem. 102.a.
Comminationes non adimplentur, quia cōdi-
tionales sunt virtualiter. 76.c.
Conscientia propria homini obscura. 26.a
Conscientia est hominis domus. 356.c.
Constantinopolitanorum clades. 198.c.
Constantinus Victor maxentij. 199.a.
Consilia mundi dissipantur à Deo 53.a.b
Contemplationis auocamēta submouet à no-
bis Christus. 186.a.b. & 191.a.

Contemplationis quietē multa debent præce-
dere. 187.d. & infra. 191.a.b.
Contemplatio triplex. 191.b.c.
Contemplationis modus exponitur, quo ani-
ma in sublimē rapitur. 191.b.
Cōtēplationis quies, quomodo quarēda. 243.c
Contemplatio est pulchritudo animæ. 250.b
Contemplatio etiam sine actione sæpe est lau-
dabilis. 250.c. & dulcis est, & appetitur ab eo
qui expertus illam est. 250.d.
Contemplatio æterna est. 251.b.c. & actione est
perfectior. d. sed interdum omittēda. ibidē.
Conuersio nostra tepida & lenta reprehendi-
tur. 85.a
Conuersio gentiū ad fidem rerūq; innouatio
mira aduentante spiritu sancto. 141.b.c.d.
Conuersiones rerum mirabiles factæ à Deo sub
Moysē, & alibi sæpe. 156.c.
Contritio est effectus gratiæ 347.d
Contritionis definitio. 103.a.b
Contritio debet habere propositum confiten-
di suo tempore, & adimplendæ satisfactionis
impositę, & non peccandi. 103.d.
Contritionis perfectę, quinq; cōditiones. 103.d
Contritione certo & infallibiliter delētur pec-
cata. 104.c.
Contritio similis dolori esse debet quem ma-
ter ob vnigeniti mortē solet suscipere. 105.b.
Cōtentionē debet homo studiose querere. 105.c
Contritio quomodo paranda practicē ostendi-
tur. ibidem.d.
Contritio petenda à Deo. 106.b.
Contritio & atritio differunt ex obiecto & fi-
ne non solum intentione. 103.c.
Cordis duritia impedit fructum seminati ver-
bi Dei. 58.a.b.
Cordis tepiditas sterilē reddit animā, neq; se-
minati verbi dei fructū finit adollescere. 58.c.
Cordis tepiditas ex defectu orationis spiritua-
lis, aut ex ardore cōcupiscētię puenit. 58.c.
Cor nostrū interne dat testimonij fidei. 49.d.
& infra.
Cor suū diuidētes reprehēduntur. 178.a. illi ni-
mirū qui amat simul mundi delicias illicitas
& Deum.
Cordis os desiderij est. 179.b.
Cordis donū habere qui dicantur, & qui sint
ex cordes. 314.a.b.c.d.
Corp⁹ mortali cōditioni obnoxij nequit habi-
tare in cælo, sed gloriosum corp⁹ posse locari
super astra, hoc fides docet & probabilibus
ostēditur ex cōplis corporis glorificatio possi-
bilis esse. 126.b.c.
Corporis

INDEX.

Corporis dominici celebritas in admiratione
 sapienter iudicet si adessent. 152. manna figure
 sacramenti eucharistia. 152. a. b. & infra
 Corpus Christi in sacramento modum: habet
 spiritus. 155. d. & est totum in qualibet particu-
 la quantitatis, & eius partes in ordine ad se
 inconfuse & distincte sunt, sed in ordine ad lo-
 cum ordinem non habent. 155. b.
 Corpus retardat diuinum amorē. 172. c. & 173. c
 Corpus simul cū anima habitat a deo. 184. b
 Corpus impedit intelligentis cognitionē. 187. a.
 Correctio fraterna est opus miseri. ordie. 339.
 d. & infra.
 Correctio utilis semper opportuna 126. d.
 Cosmas & Damianus martyres referuntur. 299
 b. & infra
 Creatio videt mundus
 Creatura nō ita facile unitur alteri creaturę in
 unitatem suppositi sicut creatori. 19. d.
 Creatura omnis testata fuit creatorem suū ve-
 nisse in mundum. 23. a.
 Creaturę omnes sunt voces Dei, nos monētis.
 27. c.
 Creatura omnis pendet a verbo Dei, sicut ima-
 go speculo relucens pendet ab obiecto. 48. c. d.
 Creatura corporalis tenebra dicitur. ibidem. d.
 Creaturarum cognitio, non satis ad vitam eter-
 nam comparandam. ibidem.
 Creaturę diliguntur a Deo per Christū, & pro-
 pter Christum. 166. c. d.
 Creaturę oēs inuitat ad amorē Dei. 171. a. b. &
 illum plusquam se amant pro modo suo. c. d.
 Creaturę sequuntur contra inimicos Dei. 177. a
 Creatura nulla animę nostrę sponsus est. 189. c
 Credulus as ita reprehenditur, qualis fuit in pri-
 ma muliere. 226. a
 Creaturarum cognitio utilis est. 210. a. b.
 Creaturę oēs ab eterno ordinatę a Deo. 217. b. c
 Creaturę amant naturaliter magis creatorem
 quā seipsas. 253. & pugnabūt cōtra hostes dei.
 ibidem.
 Creatura pro ratione dignitatis naturalis ma-
 gnitudinem accipit naturalē, & simili etiam
 proportione in supernaturalibus philosophan-
 dum est. 265. b
 Creaturę bonitas accidentalis. 278. a.
 Creaturę placent deo, nō propter materiā, sed
 propter artē & manū artificis. 276. d. & infra.
 Creaturę omnes ordinatę sunt. 301. a
 Crux precedit aduentantem ad iudicandum
 dominum. 7. d.
 Crux Christi nō solum fide, sed dilectione ve-
 ra & peccatorum displicentia apprehēsa, sa-

rificatio est pro peccatis. 74. b.
 Crux humilitasq; redemptoris euerit mundi
 potentiā, sicut in uos Hierico uisibilia circa
 dñi. 139. d. & infra vsque 140. c. d.
 Crux Christi titulus regnū Christi pręferēs a
 Dauide prophetatus. 224. d.
 Crux nō suauitas & illecebre, proponitur Chri-
 sti famulis. 299. d.
 Crux quomodo tollenda. 292. a. propria uo-
 Christi, hoc est, leuis non onerosa. b. c.
 Crux sponte sumenda. ibidem. c.
 Crucis clauis moraliter explicatur tres, amor,
 spes, timor. ibidem. c. d.
 Crucis portatę mirabilis effectus. 294. d.
 Crux duplex carnis & spiritus. 295. c.
 Crux dæmonis mala. ibidem. d.
 Crux dñi quāta secūdū omnē dimēsiōnē. ibi-
 dem.
 Cure & negotia secularia, spine sunt suffocātēs
 seminatum in corde uelbum dei. 38. d.
 Custodes ac satellites sepulchrum dñi obseuiā
 tes describuntur. 112. a.

D

Dalida figura virginis sacra. 42. d.
 Dammati astringuntur, ut considerent propriā
 miseriam. 26. d.
 Dammati grauissimē dolent ob nō actam pec-
 nitentiam. 78. b.
 Dammati dolent de peccatis propter pccnam
 tantum. 103. c.
 Dammati oderunt deum. 167. d.
 Dānatorum poenę, sine vlla cōsolatione mixta
 284. a. b.
 David saltat coram arca domini 138. b.
 David ciuis celestis Hierusalem ad illam sum-
 mo studio contendit. 61. b.
 David quare videatur imprecari mala inimi-
 cis suis. 62. d. & infra.
 David cōfessione peccati est absolutus. 89. d.
 David rex dilectus a Deo. 278. & infra pccnia.
 Deitas non est capax tristitię. 331. b.
 Deus, nō angelus iudicaturus homines. 3. c.
 Deus simul iudex & testis omnium. 4. a.
 Deus a se peccatis separatū hominē, timore amo-
 re multisq; modis ad reducere tētat. 12. d.
 Deus assimilatur patri, qui filium nequā curat
 emendare. 13. b.
 Deus insolentiā humanā est vltus excitādo ca-
 ritatē in homine, qua mortē obiret pro Deo
 ipso. 13. b. & 17. d.
 Deus odit peccatū quod late ostenditur. 16. b.
 Deus amore curat sanare hominem quē timo-
 re non sanauerat. 17. c.
 Deus amat sine mensura & modo. 18. d.
 Deus

INDEX.

Deus illabitur spiritibus angelicis vniturq; il-
 lis intimius quā ignis ferro ignito 19. c
 Dei opus proprium, seruare 19. b
 Deus impassibilis in se, alienaq; est illi passio.
 ibidem
 Deus ratione suę infinitatis magis vnibilis est
 suę creaturę quā angelus ibidem. c
 Deus eminenter omnem perfectionem crea-
 turę continet 19. d
 Deus ideo admirabilis, quia incomprehensibili-
 bus ibidem
 Deus solus illabitur animę humanę. ibidem
 Deus pręmisit prophetias ante incarnationem
 verbū, ut fieret credibilior. 20. a.
 Deo absente, anima fit sterilis & infecūda. 27. b
 Deus licet offensus, excitat tamen, & vocat ad
 se peccatorem ibidem
 Deus voce quadruplici peccatorem vocat. ibidem.
 Deus beneficijs nos vocat 27. c
 Deus per prædicatores nos vocat. 27. d
 Deus plagis infligitis hominem vocat. 28. a
 Deus in inspiratione vehementi quasi trinitui
 peccatorem excitat, qui ad alias voces obsur-
 duerat. 28. c
 Deus quos amat castigat ibidem. d.
 Dei est corda nostra diuitijs spiritualibus auge-
 re 29. a
 Dei donū est, & quod beneficia accipiamus,
 & quod eadē agnoscamus ne simus ingrati. 29. c
 Dei omnipotentia emicuit splendidius in na-
 tali Christi, quā in creatione orbis. 38. d. 39. a. b
 Dei multitudo virtutum lucet in Christi nati-
 uitate 29. c. d
 Deus creato homine quę uuit, non autem crea-
 to angelo, quia in homine materia beneficē-
 tię parabatur deo 40. a.
 Deus misertus miserię humanę, factus est ho-
 mo. 41. d
 dei laudibus operam dare debent assiduā qui
 vitam monachalem agunt. 40. c. d
 deo huius nominis, verbum, reuelatori summe
 debentur gratię. 46. d
 deus suę essentię verbum producit. 47. b. c.
 deo dicere, facere est 48. a
 deo offerimus quod ab illo accepimus 54. d
 deus vocat & velut operarios condocit omnes
 homines. 57. a
 deo & mundo simul seruire impossibile 58. d
 deum laudare est munus perpetuum supernę
 Hierusalem. 60. b
 deus non præcipit impossibile 62. b
 dei præcepta facilia. 62. b. & infra
 dei præcepta vitiosis videntur grauiā. 62. c

deus milites suos munit ad bellum. 70. b. c
 deum decet non deserere ad illum fugientes.
 ibidem. d.
 deo inferuire maxime est delectabile. 71. b.
 deus inuocandus, ut dæmonis vitemus insultus
 & oppugnationes 72. b
 deus pro peccatis flagellat. ibidem. c.
 deus quomodo nos a dæmonum incurfibus ser-
 uat. ibidem. b. c.
 deus multis modis fauet his qui sperant in eo.
 ibidem. d.
 dei iudicia consolationi sunt homini. 73. a.
 dei iudicia terribilia & horrenda. ibidem. b.
 deus neminē ad se venientē repellit. ibidem. b. c.
 deum decet placari pccnitentia peccatoris.
 74. a.
 deus terribilis aduersus rebelles, & pius in pcc-
 nitentes. ibidem.
 deo nemo potest resistere. ibidem. b.
 deus mutat sententiam condemnatoriam, mu-
 tato peccatore. ibidem. d.
 deus propensus ad miserendum latē ostendi-
 tur. 75. d. & infra.
 dei serui magnę apud illum authoritatis sunt.
 76. a.
 deum videntur obiurgare insolenter serui i-
 psius, sed non est insolētia in uiris sanctis, sed
 mysterium illud est. 76. a. b.
 deus mutando sententiam cōminatoriam, nō
 mutatur, quia alia est sententia cōminatio-
 nis, alia est sententia prædestinationis. 76. c. d.
 deus non negat gratiam, faciēti quod in se est.
 79. b.
 deus benedicendus multas ob rationes a Dau-
 de insinuat, quia scilicet bonus est, & quia
 nobis beneficentissimus. 77. c.
 dei erga nos sex beneficia insignia recēsentur,
 quia remittit culpam, abluit maculā, liberat
 ab inferno, dat gratiā, dat virtutes & inclina-
 tiones ad bonum, & tandem instaurat pristinā
 pulchritudinem. 77. c. d. & infra.
 dei prouidentia persecutiones passā est eccle-
 sia, ut se toto orbe diffunderet. 81. b.
 deo inferuire summe artis est opus. 82. d
 deo a peccatore faciliē satisfactiōnē petit. 89. a. b
 deus dum primi hominis peccatum punit iu-
 dicibus humanis, iudicandi rationem, ordinē
 quę cognitionis præscribit. ibidem. b. c.
 deus per Christū placatus, iam facile remittit
 iniurias. 90. c.
 deo cōqueritur se a suis derelinqui temere. 91. d
 deus possessus, magis delectat, quam nondum
 habitus. 92. a.
 deus

INDEX.

Dei auxilio facile superatur difficultates. 99.c
 Dei auxilio omnis conuersio peccatoris facili-
 lis 102.d
 Deus pluris æstimat doloris causam & finem,
 quam intensiorem 103.c
 Dei maxima pietas erga peccatorem 104.d.
 Deum nemo fallere aut vincere potest. 105.a.b.
 Deus quia nos amat non potest non placari no-
 stro dolore 105.b
 Deus cognoscens figmentum nostrum nõ pe-
 tit vt doleamus ob peccatũ, sicut ob damna
 temporalia soliti sumus 105.c
 Dei benignitas consideranda, vt doleas de pec-
 cato 105.d
 Deus orandus vt det donum cõtritionis. 106.b
 Deus astutiam hominum comprehendit. 109.a
 Deus est pater noster 113.c
 Dei præcepta sunt regula vitæ 124.d
 Dei præcepta seruanda 124.d
 Deus internè clamat & vocat hominẽ 134.d
 Deum nosse naturale desiderium hominis. 144.d
 ipse tamen Deus se occultat, & cũ opera sua
 in propatulo esse velit, sui tamen notitiã non
 facile concedit, infra
 Deum aliquẽ Barbarus omnis colit quia deũ
 esse natura dicitur. 145.a. sed dei veras virtutes
 & attributa cæca gens ignorat
 Deorum multitudo ridicule à gentibus culta. 145.b
 Dei vnitas reuelata vulgo ante euangeliũ, sed
 Trinitas solis amicis dei 145.d
 Deum nouisse summa est sapientia 146.b.
 Deo dicenti ardua quantunuis, credere nõ est
 difficile 148.c. & 156. b
 Dei mysteria tunc melius loquimur cũ ignorã-
 tiam nostram agnoscimus 155.b.c
 Deus magnopere coli, & suspici Mosaiica sacra-
 menta iussit 158.d
 Deus preparationem ac dispositiones confer-
 re debet 160.b.c
 Deus munditiæ amator 161.c. & 179.a.b
 Dei erga nos summa clementia in eucharistiã
 161.c
 Deus in corpore glorioso videtur, sicut anima
 videtur in corpore viuo 163.b
 Dei amor nimius erga nos. 165.b. & 169.a. & 370
 b. & 177.a.b.c.d. & 202.b.c. erga sanctos. 352. a.
 Dei præcepta suauia sint tantũ abest vt impos-
 sibilia 167.d
 Deus neq; fallere, neq; falli potest 166.d.
 Deus volũtate liberali mundũ creauit 268.c
 Deo debitus amor 168.c
 Deus amari vult. 169.b. & postulat 174.b.c
 Deus diligere debet ob plurimas (quæ referuntur)
 causas 171.a.b.c. & infra & 173.b. & 368.b.c
 Deus diligens ratione sui in se. 171.a.b. & infra
 Dei infirmitas. 171. & 368.c.d.
 Deo ratione sui honor debitus ibidem
 Deus ipse est dulcedo & benignitas omnis in ma-
 terialis 133.d. & infra. 368.d
 Deus satietas nostra 173.d. & infra
 Deus non est quicquid imperfectionem vllã
 habet 174.b
 Deus aliquando recedit vt desiderium sui acuat.
 174.c
 Deus si ametur propter aliud, minus perfecte
 amatur 175.a
 Deum amamus ob nostrum bonum post natu-
 ram lapsam 175.b
 Deus licet ab spe incipiatur amari, tamen p-
 stea explorata eius bonitate propt eripsum il-
 lũ amamus, itaq; ex spe oritur charitas. 171. b.
 Deus curam habet nostri, & idco amãdus. 175.
 d. & 243.b.
 Dei in nos maxima beneficia. 175.d. & infra
 368.b
 Deus diligendus saltem quia noster est. 176.c.d
 Deũ possessũ amittere summa est iactura. 176. d.
 Deus quomodo amandus 177.c. & 368. b
 Deo tripliciter ex toto corde intelligitur ama-
 ri 178.a.b.
 Deus amatores suos docet 181. b. & 187. b
 Deus temperat dulcibus amara. 183. d. & infra.
 & in hac vita confert suauitates 184. d
 Deus corpus & animã nostrã inhabitat. 184. b
 Deo deducente homo ingreditur ad spiritua-
 les suauitates, & egreditur ad corporales soli-
 citudines 185.a.b
 Deus cognoscitur per gradus quosdã 186.c.d
 Deus cupide vocat sponsam animã 187.c.d
 Deus solus sufficit, & ille solus queritur ab ani-
 ma sancta 188. c
 Deus spirituales escas amat 188.d
 Deus querendus transcendendo creaturas etiã
 beatas 189.d. & infra
 Dei laudes solus deus plene potest efferre. 193.a
 Dei geminum erga nos beneficium, & quia de-
 dit, & quia reuelauit 193.a
 Deus infinitus se, puero admetitur in Christo
 196.c
 Deo soli gloria debita & honor 196.d
 Deo sollicitudo nostri 198.d.
 Deus nõ minus auxiliator est modo, quã olim
 cũ prodigiosas victorias suis cõcedebat. 195. c
 Deus orandus non tentandus expectato mira-
 culo 200.a
 Deus multis modis se ostendit nobis, vt medi-
 cus,

INDEX

cus, vt magister, &c. 204. b.
 Deus regum potestates mutat. 206.b.
 Deus non mutat, sed aliquando habet se ad-
 modum quo solent qui mutantur, & ideo po-
 nitere dicitur. 218.a.
 Dei auxilia necessaria nobis quæ & volenti præ-
 sto sunt. 241.b.
 Deo est grata querela quando velut cũ illo ex-
 postulam quod nõ exaudire videatur. 243. b
 Deus interne loquens ad cor, quomodo nos af-
 ficiat. 244.a.b
 Deus stabilem & firmam conscientiam quasi
 bene fundaram domum inhabitat. 249.b.
 Deus est in paupere cui subuenitur. 250.a.b.
 Deus quomodo sit supra naturam angelicam.
 257.b.
 Deus finis noster non angelus 264. a.
 Deus magnos facit quos vult. 265.b.
 Deo placere summa creaturæ dignitas. 277.c.d
 & infra.
 Deus amando beatos facit. 278.a. & infra.
 Dei bonitas essentialis. 268.a.
 Dei voluntas regula est omnium 278.a.b
 Deus aliquos diligit secundum præsentẽ iusti-
 tiam tantum. 278.c.
 Deus diligit vnum primo dilectum, in quo re-
 liqui diliguntur. 279.c.d.
 Deo rectore gubernatus non errat. 285.a.b.
 Dei decem beneficia nobis collata ex Dauide
 afferuntur. 285. d. & infra.
 Dei beneficia erga veterem populum. 288.a.
 Dei beneficium est quod ecclesiam afflixerit
 temporaliter, virtus enim sic illustrabatur. ibi-
 dem. d.
 Deus postquã pro nobis passus est, exigit à no-
 bis vt pro illo moriamur. 289.a. & in virtute
 exercet sanctos suos immissa tribulatione vt
 splendidius fulgeant. b.
 Deum vix est qui sequatur, nisi illectus præmio.
 290.a.b.
 Dei causa deserta iacet. ibidem. d.
 deus non cogit nos, sed vocat & monet vt libe-
 re veniamus. 291.c.
 Dei prouidentia confirmatur. 301.b.c.
 deus suos filios castigat. 304.a.b. & decẽ ob cau-
 sas illos affligit. 306.c.d.
 deus per solẽ maxime representatur. 30.a.b
 deo optima quæq; offerenda. 319.a.
 deus non potest mentiri. 323.a.
 deo non credere stultum est ibidem. d.
 deo ac hominibus placere difficilimum est & ra-
 rum. 327.c.
 deus suos zelatores egregie remunerat. ibidem

deus quomodo beatis dicitur in patria mini-
 strare. 330.c
 dei essentia & magnitudo. 333.a
 dei erga homines humanitas & virtus. 333. a.b.
 deus quomodo omnia in omnibus. 337.c
 deus nunquam voluit sibi humano sanguine
 litari. 338.a.
 deus odit omnem culpam. 346.b
 deus supremus debetur honor. 350.a
 deus fons est à quo omne bonum defluit. ibi-
 dem.
 deus solum honorem sibi aliquo modo delatũ
 remunerat. ibidem. b.
 deus honorat sanctorũ ossa, vestes & reliquias
 illorum. 353.d.
 deus vix inuenit amicum in terris. 354.a.b.
 deus salutem & beatitudinẽ nobis multis mo-
 dis procurat, & nos vocat inuitans ad illam.
 354.c.d. & 355.a.
 deus promissionibus nos ad se allicit: 355.b.
 deus prior ad miserendum quã ad punien-
 dum. 356.a.
 deus iustis patrocinatur. 357.c.d.
 deus se attẽperat pro captu recipientiũ. 359.c.
 deus cæteras creaturas condens benedixit, ho-
 minem vero præteriuuit. 365.a.
 deus omnia certo pondere & mensura cõdidit
 & merita examinat hominum. 366.d
 deus fit noster per amorem. 367.c.
 dei dona non possunt sine ipsius dono intelli-
 gi. 368.c.
 deus vere cognitus, & vt ipse est necessario ama-
 tur. 369.a.
 deus inter cruciatus amandus. ibidem. d.
 deus amari exigit. 370.a.b.
 deus redamãdus, quia prior amat ipse nos. 370.
 d. & infra.
 deus non vult recipi coacte, sed vltro. 371.c.
 deus rogat vt excipiamus illum domo. ibi-
 dem. c.d.
 deus receptus animam locupletat. ibidem. d.
 deus an diligere debeat ob præmium. 372.a.
 dei trini vnitas essentialis infinitate amoris
 constat. ibidem. d.
 deus hominis hospitium inhabitare gaudet.
 376.d.
 deus solus illabi potest animæ nostræ. ibidem.
 deus quodammodo est anima animæ no-
 stræ, forma tamen esse deus non potest crea-
 turæ alicuius. 377.a.
 deus est qui potest solus peccatorem excitare à
 somno. 376.c.d.
 deus peccatorem increpat. ibidem.
 ¶ ¶ ¶ decachor.

INDEX

Decachordum Davidis exponitur. 230.c.
 Diffinitio rei premissenda ante disputationē,
 ex Tullio. 346.a.
 Delectatio spiritualis suavior & pretiosior cor
 porali, ex Bernardo. 92.a.b. & 93.a.b.
 Dæmon alienorum usurpator. 141.c. & spolia-
 tur à Deo. d.
 Dæmon illusus, nam dum sternere hominem
 per peccatum studet, eleuat, & ut Deus fiat ho
 mo occasionem præbet, & dum hominem
 deum in mortem agit, per Christi mortē ca
 pti homines liberantur. 16.a.
 Dæmon non hominem ad peccatū incitasset, si
 inde tantæ dignitatis sumēdam occasionem
 putasset. 15.d.
 Dæmon attente obseruabat redemptorem in
 eremo agentem. 66.a.
 Dæmon iniuriā attulit humanæ naturæ. 65.b.
 Dæmon in habitu eremitico redēptorē aggre
 ditur tentatione ut exploret & decipiat. 66.a.
 Dæmonis ad redemptoris insidiosa oratio. 66.a.
 Dæmonis argumentum refellitur quo aiebat,
 si filius dei est dic ut lapides isti, &c. 66.a.b.
 Dæmonis redemptorem tentaris obscura mēs
 & intentio. ibidem.b.
 Dæmon deprauat & torquet sensum scripture
 quæ eius mēbra imitatur hac parte. ibidem.d.
 Dæmonis imbecillitas. ibidem.
 Dæmon nullum ius habet in mundum. 67.b.
 Dæmonē plures modo colerēt, p pecunia. 67.b.
 Dæmon cōtemnit redemptorem. ibidem.
 Dæmon duo mala naturæ nostræ intulerat læ
 dendo & inhonorando. 68.a.
 Dæmon transfiguratur se in angelum lucis, & oc
 culte insidiatur. 72.a.
 Dæmon meridianus quis sit. ibidem.b.
 Dæmon aperto Marte quandoq; tentat. 71.d.
 Dæmon à suo cultore sanguinem postulare so
 let. 88.d.
 Dæmones insidiantur animabus. 191.d.
 Dæmones musica expelluntur. 230.c.
 Dæmones hominum hostes. 263.b.
 Dæmonum potestas magna. 297.a.
 Dæmon humanum sibi sacrificari sanguinem
 postulabat. 338.a.
 Dæmon perfectiores homines aggreditur. 297
 c. & 300.d.
 Dæmones obstinati sunt in malo mox post pri
 mum peccatum. 257.b.
 Difficilium aggressio signū est amoris. 373.d.
 & infra.
 Dignitas onerosa est. 25.d.
 Diogenes philosophus cur hominem in me
 dio hominum turba, accensa lucerna, quære
 bat. 24.d.
 Discordia summas attulit Christiano nomi
 ni clades. 204.a.
 Dispositiones quænam & quales ad recipien
 dum spiritum sanctum. 139.a.
 Disputatio de fide hoc tempore periculosa.
 14.c.
 Diuitiæ vocantur spinq. 59.a.
 Diuitiæ mundi contemnendæ, 378.d. & in
 fra.
 Diuites damnabuntur, quod non dederint
 eleemosynā, sed acrius punientur q; alios spo
 liauerint. 9.d.
 Diuitibus quare eleemosynæ sunt præcipiendæ
 338.d. & quando ad illas teneantur. 340.d.
 Diuites an sint honorandi. 349. & infra.
 Diuina inspiratio duplex altera inflammans
 suauiter, altera terribiliter increpans. 28.
 c.d.
 Diuinorum operum ideo rationem plene ne
 scimus reddere, quia est Deus ineffabilis. 19.d.
 Diuina humanis imma sumis copulatur nascē
 te Christo ex virgine sacra. 32.c.
 Diuinorum cōsiliorum scrutatores curiosi re
 prehendantur. 127.d.
 Diuina aliqua a tributa ex creaturis nota. 211.a.
 Diuinitas Christi non quidem sensibus fuit vi
 sa in transfiguratione, sed ex sensibus fuit co
 gnita. 163.b.
 Doctrina ex brutis animalib; capitur 210.b.
 Doctrinæ nouitas vitanda. 293.a. & 311.c.d.
 Doctrina nunc abundat in ecclesia, sed ex pla
 defunt. 344.d.
 Doctores ecclesie sunt gubernatores nauigij ec
 clesiastici. 326.a.
 Doctores errorum increpantur. 262.a.
 Doctores sacri spiritu sancto illustrante intelli
 gentiam scripture sunt assequuti. 180.b.
 Dolor duplex alter voluntatis, alter sensus.
 103.b.
 Dolor sensualitatis non est contritio, sed signū
 contritionis, ex Augustino. ibidem.
 Dolor timore mali exortus imperfectus est.
 ibidem.b.c.
 Dolor ex Dei offensa amore procedens est per
 fectus. ibidem.c.
 Dolor de peccatis debet esse humilis non furē
 tis. 104.a.
 Dolor contritionis maximus appetitiue, nō
 tenemur habere intensione certa. ibidē.
 Dolor sensitius de peccato aliquādo moderā
 dus ne desperationē inducat. ibidem.a.b.
 Dolor

INDEX

Dolor de peccatis perpetuus tota vita debet
 durare. 104.b.
 Dolor debet esse generalis peccatorum in par
 ticulari. ibidem.b.c.
 Dolor contritionis ita magnus esse potest, ut
 omnis pœna purgatorij remittatur. 105.a.
 Dolore recuperamus Deum amissum. 237.b.
 Dominici patris eximia humilitas. 334.d.
 Donum intellectus est magnum. 122.c.
 Dormientes peccati somno increpantur. 319.d.
 & infra.
 Dorothee virginis & martyris martyrium &
 laudes. 262.c.
 E.
 Ecclesia turturi gemēti cōparatur. 130.b. huius
 domus pectus est redemptoris Christi. ibidē.
 Ecclesie præsentis immutata est perfectio. 131.
 d. & 142.a.
 Ecclesia magna dona collata ascendente in cæ
 los redemptore. ibidem, & infra.
 Ecclesia diuersis temporibus redemptorem ut
 veniat orat, & ut abeat monet. 133.c.d.
 Ecclesie propagatio admirabilis in Pētecoste.
 137.d. & infra.
 Ecclesie primitiue sanctitas & religio eximia.
 138.a.b.
 Ecclesia de latere Christi cœu Eua de costa Adā
 dormientis formata. 141.a.
 Ecclesia primitiue mirum incrementum infra
 quatuordecim annorum spatium. 141.d.
 Ecclesia vel anima perfecta sponsa est Christi
 in cantico salomonis. 180.d.
 Ecclesie pulchritudo per Christum. 183.b.
 Ecclesia omni tempore persecutiones passa est
 sed quatuor præsertim recententur persecu
 tionum formæ per Daniele prædictæ. 197.d.
 & infra.
 Ecclesie querimonia persecutionibus afflicta.
 198.b.c.
 Ecclesia plantata miraculis. 199.c. non armo
 rum vi.
 Ecclesiam suam armis etiā protexit deus. 199.c.
 Ecclesie reformatio quantū Deo grata. 200.b.
 Ecclesia militantis charitas qualis. 203.c. præfer
 tim primitiue. d.
 Ecclesie orientalis ab occidentali secessus. 203.d.
 Ecclesie status varij. 205.a.
 Ecclesia processiones facere, consuetudine ex
 ipso Christo in tēplo præsentato inchoata, so
 let. 234.c.
 ecclesia apostolopetro data à christo, regēda 48 c.
 Ecclesie thesaurus ex sanctorum meritis etiā
 augetur. 277.b.c.
 Ecclesie reformatio est pacis & quietis causa.
 29.a.
 Ecclesie matris censurę scripta sua generalitē
 subiicit auctor. 46.c.
 Ecclesia Deo pro filiis supplicans, per Cananā
 designatur. 80.c.
 Ecclesie clamatis pro filiis, sepe Deus nō respō
 det verbum, sed illa instat semper. 80.d.
 Ecclesie oratio pro defensione ab hostib; 81.a.
 Ecclesie initia persecutionibus obnoxia. 81.a.
 Ecclesie vexatio à falsis doctorib; fuit magna
 in ipso exortu euangelij. ibidem.b.
 Ecclesia persecutiones quatuor modis est per
 pessa. ibidem.b.c.
 Ecclesia ad angustias redacta per Turcas. 81.c.
 Ecclesia imperiū & amplitudo magna ex par
 te imminuitur ualiditate & direptis prouincijs
 christianorum. ibidem.d.
 Ecclesie clades lamentatur auctor pie. d. & in
 fra.
 Ecclesie summa persecutio est insensibilitas. 82.a.
 Ecclesia æternum duratura. 87.c.d.
 Ecclesie fidem ad aliam gentē transferendam
 merito timere debemus. 87.d.
 Ecclesia curat depellere dæmonē ab homine
 potissimū tempore quadragesimæ. 88.c.
 Ecclesie citra omnem proportionē fuere ma
 iora beneficia collata quā synagoga. 102.c.
 Ecclesia primitiua erat cœu quædam reforma
 ta religio monachorum. 125.b.
 Ecclesie nasci filiū, & nō intrinsecus benefi
 ciū est diuinum sine meritis collatum. 285.b.
 Ecclesia velut à Deo deserta querimonia. 288.
 a.b. & infra, & querimonię respōsio. d. & infra.
 Ecclesie varię afflicta. 310.d.
 Ecclesie autoritas quā bene fundata. 313.c.
 ecclesia nauis per similes, vbi instrumenta nauis
 gationis moraliter tractantur. 326.a.b.
 ecclesia quomodo propagata. 344.a.b.
 ecclesie præsens status degener. 344.d.
 ecclesiasticorum aliquorū ambitio & superbia
 reprehenditur. 132.a.b. & 142.a.b.
 ecclesiastici negotiosi taxantur. 348.b.
 ecclesie in calamitatib; sumū malū insensibili
 tas & vacuitas doloris, hoc est malū spirituale
 cū cetera corpus videatur tantū vexare. 82.a.b.
 elephāti beneficentię vicem reddūt. 176.b. & de
 alijs animalibus, infra.
 Agedij magna miracula. 352.c. & de eius vita.
 358.d. & infra.
 electi iudices erunt. 7.d.
 electi per familias dispositi ad dexteram iu
 dicis consistent, ut Abraam cum vxoratis,
 Augustinus

INDEX

Augustinus & Franciscus cum suis monachis eademque ratione alij. 8.a
 Electi superiores seu iudices inferioribus manifestabunt quæ in libris vitæ continetur. 8.c.
 Electorum decedentium tres sunt partes, bona, melior, optima. 241.b.
 Electio Dei differt quatuor modis ab electione nostra. 217.c. quia nostra procedit ex consilio; sed Dei electio est ipsa consilij ratio. d. & nos supponimus bonitatem, sed electio diuina illam facit, & nostrâ sæpe fallitur Dei vero infallibilis est electio, & ideo immutabilis, sed nostra varietatem habet. 218.a.
 Eleemosyna commendatur. 54.d.
 Eleemosynam aliqualem habet rationem iustitiæ. 123.b.
 Eleemosyna, vide misericordia.
 Eleemosyna de superfluis necessario facienda. 341.a.
 Eleemosyna qua intentione facienda. ibidem. d.
 Eleemosyna melius per seipsum quàm per famulum fit. ibidem.
 Eleemosyna quomodo facienda. ibidem & infra.
 Eleemosynâ dare feneratori est & dare ad usurâ. 341.c.d. & infra.
 Eleemosynæ admonemur. 342.c.d. & 345.b.c.
 Eleemosyna exhilarat cum qui illâ facit. 357.a.
 Eleemosyna est via ad beatitudinem. 357.d. & infra.
 Eliæ prophetæ historia exponitur dum pugnat cum seueritate prophetæ misericordia Dei. 76.b.c.
 Elifeus incuruatus puerum suscitans figura verbi diuini. 195.d. & infra.
 Eloquentiæ affectatio curiosa in eo qui audit verbum Dei reprehenditur. 59.a.b.
 Emulatio quædam sancta proficiendi. 205.a.b.
 Episcopi non residentes, reprehenduntur. 348.b.
 Epithalamiū quod cecinit Dauid ps. 44. exponitur. 205.c. & infra.
 Equitatu Pharaonis comparatur anima secundum naturam. 183.a.b.
 Euangelium est professionis Christianæ regula perfectissima. 25.b.
 Euangelio non credere sic confirmato magne est indurationis, sed credere & nolle obedire insanie est manifeste ex mirandulano. 25.c.
 Euangelium Ioannis altius alijs. 45.a.
 Euangelij locus obscurus tractatur. 121.d.

Euangelica præcepta visa sunt infidelibus vincula quædam molesta. 140.b.
 Euangelij sacri puritas & sanctitas testimoniū perhibet fidei nostræ. 15.b.
 Euangelica lex seuera, & ideo proposito præmio summo inuitat, & seueritatem temperat. 163.c.d.
 Euangelium est in sanctis viris ceu in tabulis scriptum. 343.d. & infra. 346.d.
 Eucharistia sacra panis de celo datus, panis viuus, panis angelorum. 152.d. & infra. in ligno vitæ paradisi figurata. c. & aduersus Iudæos defenditur. 152.d. & infra, & per manna figurabatur. 153.a.b. & infra.
 Eucharistia vitam immortalem confert. 153.a. & gratiam pro ratione & proportionem sumentis, & plura de eius effectu mirabili. b.c.d. & infra, quod vero non experiamur frequētius sacros ac mirabiles effectus huius sacramenti potissimum nostra culpa est. 154.a.b.
 Eucharistiæ sacramentum mirabile est opus in carnationis cæteris magis stupendum. 155.c.d. & singulatim plurima quæ ibi supra naturæ ordinem continguntur referuntur.
 Eucharistiæ sacramentum sæpe edidit miracula, quorum nonnulla auctori suere explorata quæ refert. 156.d. & inter alia languentes corpore reficere & confirmare mirabiliter asseritur. 157. & digne sumentibus sæpe miram affert spiritus dulcedinem. d.
 Eucharistiæ sacramentum superat omnia Moysayca sacramenta, & ipsa sancta sanctorum & cum illis confertur. 158.b.c.
 Eucharistiæ religio & cultus in suis figuris commendari debuit, quia in seipsa non poterat præ magnitudine. 159.a.b. & quali sumenda præparatione. c.d. & 160.b. & qui indigne sumebat in ecclesia primitina miraculo corporali dabat poenas. 160.a. estque summum scelus, & velut repetit redemptoris crucem & tormenta.
 Eucharistiæ effectus spirituales recensentur. 160.a.
 Eucharistia veri corporis domini est sacramentum, vbi totum verum corpus Christi est, non sub signo aut figura, idque ex ipsius Christi testimonio aperto constat. 160.c.d.
 Eucharistia summum est beneficium. 161.c.
 Eucharistiam sumere admonemur & præcipimur à Christo. 162.a.
 Eucharistia sacra obses futuræ beatitudinis. 162.b.c.
 Eucharistiæ sacramentū symbolū amicitie. 201.d.
 Eucharistiæ sacramento reddimur fortes & demoniis terribiles. 285.d.

Europa

INDEX

Europa victrix orientalium. 199.a.
 Exemplum valde monet. 83.a.
 Exempla virtutum exterius necessaria propter infirmos qui virtutem nondum sunt assequuti. 192.b.
 Exempla sanctorum nobis proponenda. 269.d. & infra.
 Exempla quam verba vtiliora. 344.d. & infra.

F.

 Fama iustorum diffunditur. 357.a. & iniquorum infamia. b.
 Fame yanus appetitus taxatur. ibidem. b.
 Familiæ cura solicite gerenda. 20.c.
 Familiaritas amoris signum. 280.b.
 Farinula faciebat dulces cibos alioqui amaros. 295.a.b.
 Farinula Aegypti quæ mundanâ sollicitudinē significat, nunquam deesse potest nobis in hac vita, qui de nostro & frumentum & molas habemus. 154.b.c.d.
 Fœdus iustum inter Papam & Imperatorē Carolum quintum & Venetorū remp. aduersus Turcarum tyrannum. 204.a.
 Festinandum in via Dei. 232.d. & infra.
 Ficum quare maledixit dominus. 348.d. & infra.
 Fideiū Neophitorum in ecclesia primitiua poenitentia et lamentatio ignoratiæ propriæ. 138.b.
 Fideles in ecclesia primitiua feruentiores quàm postea fuerunt. 254.d.
 Fidei diffinitio ex Paulo. 322.c. est enim primū fundamentum veritatum supernaturaliū. d. & 324.c.
 Fides necessaria virtus. 208.a. & 275.b. & 284.b.
 Fidei mysteria non possunt cognosci ex creaturis. 211.a.
 Fides confirmatur ostensa genealogia Saluatoris. 114.b.
 Fides Christi eadem nostra, & patriarcharum olim. 218.b.c.
 Fides Abrahæ & patriarcharum exponitur, & cum fide sacre virginis comparatur. 227.d.
 Fides sola non sufficit ad salutem, sed requiritur obseruatio mandatorum Dei. 237.a.
 Fides tormentis attrita fragrat. 289.c.
 Fidei & intellectus mirabilis vnio. 322.c.
 Fidei certitudo mirabilis quæ certitudinē scientiæ superat. ibidem.

Fides primæ veritati innititur. 323.a.
 Fidei assertiones ad dicentem relatæ valde sunt credibiles. ibidem. d. licet quo ad nos sint incomprehensibiles. c.
 Fidei laudes magnæ. 323. c. d. & 324. d. & infra. 120.a.
 Fides est nobis viæ dux. 324.b. & lux. b.c.
 Fides difficulter recepta à mundi sapientibus. ibidem. c.d.
 Fidei necessitas vbique nobis occurrit. 325.a.b.
 Fides penetrat quo scientia intellectualis non ascendit. ibidem. b.c.d.
 fidem figuratam per cimbam apostolicâ. ibidem. d.
 fides tutior quàm priuatæ reuelationes. 326.b.
 fides ratione explicanda ne infideles calumnientur. 10.d.
 fides assensus superat vires naturales intellectus. 20.a.
 fidem negare factis non dictis est contemnere quæ fides præcipit seruare. ibidem. d.
 fides nostra ab ipsis Christi incunabulis roborata. 32.d.
 fides ratione non probatur. 49.a.
 fides sapientia constat, neque cum ratione pugnat, & in multis cum philosophia congruit. ibidem.
 fidem & spem actualem habet peccator. 59.d.
 fides Marthæ magna, sed adhuc imperfecta, donec colloquio Christi fuit perfecta, nã antea ignara erat diuinitatis Christi. 97.a.
 fides Marthæ quæ antea fuerat magna deficere incepit dum ad ipsum opus resurrectionis Lazari ventum est. 97.d.
 fidem Christi recipientes non viso redemptore seculis succedentibus valde laudantur. 118.a.b.
 fidei nostræ magna sunt fundamenta. 119.d. & infra.
 fides in promissione seruanda. 124.b.
 fides est necessaria. ibidem. c.
 fides sola, post susceptum baptismum, non sufficit ad salutem, sed legis obseruatio est necessaria. 127.c. & infra.
 fides catholica diuina ope recipitur, non naturæ solis viribus. 140.a. & 147.d. & infra.
 fides hominem animat in martyrium, & mutat illum mirabiliter. 140.a.b.
 fides impugnata magis augebatur. 140.c.
 Fidei nostræ quædam difficiliora creditu alijs. 144.a.b.

¶ ¶ ¶ 3 fides

INDEX

Fides baculus est gressus hominis regens. 144. c. & proinde procedere debet intelligentiam 151. c. & 152. c. & 156. a.

Fides necessaria ad salutem. 146. b. & 160. c. 277 a. & 324. a. b. & infra.

Fides nostra magnis testimonijs subnixā. 147. a. b. & 148. b.

Fidei præceptum difficilius cæteris. 147. b. c. & infra.

Fidei nostræ egre assentiuntur illi qui iam adulti & proeclatæ ætatis ex Iudaismo aut Mahometismo conuertuntur. 147. d.

Fidei indebilis firmitas. 148. a. b.

Fides testimonijs exterioribus debuit roborari. 148. d.

Fides dei testimonium habet. 148. c. d. & infra. 156. b. vide testimonia.

Fides de se nō indiget externo testimonio, sed à nostra prouenit imbecillitate necessitas testimonij. 148. d. & infra.

Fidei non euentiam habent sancti viatores. 151. d. licet hæc fides in aliquibus, magnis splendoribus illuminetur, ita ut experiri rē se exestiment.

Fides quā intelligentia vtilior viatori. 152. a.

Fidei & rationis mutuū subsidium. 152. a.

Fidei perspicacitas. 156. a.

Fides non experientia querenda in sacra Eucharistia. 157. d.

Fides est prima preparatio ad Eucharistiæ sacramento. 161. a.

Fides collitium est animæ. 161. d.

Fides accedētis ad Eucharistiæ sacramētū, qualis & quam plena. 162. b.

Fides ex transfiguratione domini magnū accepit testimonium. 162. d.

Fides est scripturæ clauis. 180. b.

Fides est umbra qua Ecclesia hic viuit. 184. d.

Fides per charitatem propagata. 203. c.

Figura victoriæ Christi de damone in Apocalypsi describitur. 68. a.

Figura virgarū quas Iacob variegatas ouibus concipiētibus obiecit aperte ad redemptorem & ad sanctorum hominum exempla applicatur. 83. a. b.

Figura Allophylorum obturantium puteos quos effoderat Isaac Patriarcha applicatur ad eos qui Deo vacāt vt perseuerent. 93. c. d.

Figura multæ confessionis Sacramentalis. 96. c. d.

Figura Iacob Patriarchæ de Simeone & Leui vbi pharisei & Sacerdotes consultantes de morte Iesu representati fuerunt. 108. b.

Figura resurrectionis præcessit in Ioseph somniantē stare manipulū suum, adorari que a fratrum manipulis. 113. c. d.

Figura Resurrectionis recensentur. 115. c. & 118. d. & infra.

Figura quatuor Rotarum Ezechielis naturæ hominis & vitæ studiosè applicatur. 123. a.

Figura humanitatis Domini fuit arca fœderis synagogæ. 128. a.

Figura iulcitadē sobolis fratris sine liberis defuncti Ecclesiæ accommodata. 136. b. c.

Figura legis Moyse bis datæ à Deo, Ecclesiæ & Apostolis accommodatur. 137. a. & aliter. 344. b.

Figura manne late applicatur corporis Domini sacramento. 152. a. b. c. d. & 153. a. b. & infra.

Figura verbi incarnati gessit Heliteus propheta puerum ex suctans. 195. d. & infra.

Figura omnis status Ecclæ, Danieli ostensa. 198. a.

Figura Davidis pulsata cythara daemones pelentis applicatur Christo & Baptista. 230. c.

Figuram Christi redemptoris nostri gessit Iosue. 139. c.

Fiducia in Deo locanda. 199. a. & 200. a.

Filij Dei nominamur & sumus christiani. 219. d.

Filij parentes aliquatenus referunt. 114. b. c. & 218. c.

Flos campi quare dicitur Christus. 184. b.

Flos quam fructus magis in periculo hoc est incipiens virtus quam consummata. 188. c.

D. Francisci eximia humilitas. 260. d.

Fratres eiusdem patris filij sumus Christiani. 201. d.

Fructus contemplationis. 184. d.

Fructus & folia viri iusti. 347. d.

Fruitio amor est. 367. c.

Fumus atque suffitus odoris suauis præcedit flammam amoris. 191. b.

G

Gabriel inter magnos angelos princeps. 221. a.

Gabrielis nuntiantis incarnationem verbi eximia pulchritudo in corpore assumpto. 258. b.

Gallorum Hispanorumque discordia. 204. a.

Gamalielis & Sprephanij apparitio Luciano presbytero facta. 150. d.

Gemmarum productio. 207. a.

Gentilitatis & paganismi vocatio & electio. 87. b.

Gentilitas festinat adire christum ne preoccupetur sponsus ab altera coniuge. 51. c. d.

Gentiles & Pagani nonnulli prouidentiam rerum & delictorū vltices pœnas agnouerunt. 2. c.

Gentilium

INDEX

Gentilium aliquorum spectata probitas Christianis pudorem, & confusionem affert. 84. a.

Gentium vocatio. 231. b.

Genealogia per mares non per foeminas deducebatur apud hebreos. 214. c.

Genealogia redemptoris cōcatenata hamo cōparatur & reti piscatorio; ex. d. Greg. 218. b.

Generatio spiritualis, quomodo per Christū inchoata, & per spiritum sanctū perfecta est. 136. a.

Generatio spiritualis sanctorū, quomodo intelligitur propagari. 356. a. b.

Genus humanum ab vno ortum hominē nequis hominū inolefcit. 213. d.

Generis propagatio aliquid confert ad mores animi. 214. b.

Generis nobilitas quā habet vtilitatem. 212. c. & 213. b. c.

Germanorum perditio notatur. 142. b.

Germania erroribus contaminata. 204. a. & 316. b.

Germaniæ illustris prouinciæ lapsus nobis debet esse exemplo & terrori. 290. d.

Geruasi & Protasi, apparitio facta diuo Ambrosio. 150. d.

Gloria inanis & vana tētatio, & quomodo vincenda. 71. b. c. d.

Gloriatio nostra in Deo esse debet. 214. a.

Gratia summa, quod Deus sit factus homo. 45. c. d.

Gratiam primam, Deus sine merito nostro nobis confert. 190. d.

Gratiæ multiplices sunt. 274. c. d.

Gratia non omnibus datur æqualis. 275. a.

Gratiæ diuinæ summa est celsitudo. 278. b.

Gratiæ diuinæ decem beneficia nobis data. 285. b. & infra.

Gratia diuina etiam protegimur ignorātes & dormientes. 286. b.

Gratia Dei præuenit & sequitur nos. ibidem.

Gratia sine acceptione personarū datur. 291. b.

Gratia adiuuat, vt portemus Christi crucem. 295. a.

Gratiæ diuinæ neglectio & contemptus, puniuntur priuatione spiritualis suauitatis que corde sentitur. 314. d. & infra.

Gratiæ sumus inopes omnes. 337. d.

Gratia assuetudine vertitur aliquo modo in naturam. 346. c. d.

Gratia comparatur aquæ irriguæ. 347. d.

Gratiæ absentia, sterilitatis nostræ causa. 348. a.

Gratiam primam nemo meretur. 359. d.

Gratiam solus Deus infundit. ibidem.

Gratia gratis datur, & sine iusto pretio, emittamē dicitur quia solis dispositis infunditur. 361. b. c.

Gratiæ effectus mirabiles in homine. 363. d.

Gratia & charitas, aut sunt idē, aut sunt simul. 367. d.

Græcorum à Romana Sede dissidium. 203. d. & infra.

H

Hebrei sacerdotes, qua religione tabernaculū intrabant. 376. a.

hebraei non celebrant festa sanctorum hominum. 375. d.

hebreus populus regnum spiritualium ignarus. 37. d.

hebraeus populus mercenarius fuit. 55. c.

hebraei populi mores & pernicia ingenia referuntur. 86. c. d. & præpulsā. 87. d. c.

hædus petulantiam significat. 181. d.

hæresis Arriana circa verbum Dei ex Platonica schola fluxisse. 145. c.

hæresis ex superbia cum ignorantia coniuncta. 324. c.

hæreticorum & infidelium cæcitas ortum habet, ex hoc quod nō considerant Deum esse qui illa dicit que illis videntur non credēda. 156. b.

hæretici curiositate volentes intueri mysteria per Bethsamitas punitos diuinitus significatur. 159. b.

hæretici negantes veritatē corporis Christi in sacramento refutantur. 160. c. d.

hæretici huius temporis increpantur. 293. a.

hæretici & infideles currunt extra viam. 57. b.

hæretici persecutores ecclesiæ. 81. b. c.

hæreticis & qui sunt extra ecclesiæ vnitatē, nō datus spiritus sanctus. 139. b.

hæretici multi periere in mysterio sacræ Trinitatis dum comprehendere tentant. 144. b.

hæretici circa Trinitatem errantes perniciosiores fuerunt alijs hæreticis. 146. c.

hæretici recentiores redarguuntur. 316. a. b. c.

hæreticorum doctrinæ arida. 325. a.

hæreticorum error circa sacerdotium refellitur. 321. d.

hæreticorum extremi errores vitandi circa iustificacionem hominis, Pelagius tollit fidem, Lutherus opera, sed veritas fidem & opera exigit. 326. d.

INDEX.

Hæretici prælati ecclesiæ detrahentes redarguuntur, 351.a.
 Hæretici cultum reliquijs sanctorum exhibitum subsannantes refutantur, 354.a.
 Hæreticorum error circa corpus Christi, & circa virginem, an esset mater vera christi & dei 216.a.b.
 Hermes Trismegistus Priscus philosophus, de verbo Dei librum edidit, 135.b. & 145.c.
 Hermon anathema interpretatur, 331.b.
 Heliseus dulcē facit amaram ollam, 295.a.
 Herodes Idumæus & Iudæorum rex violentus ac tyrannus, 52.b.
 Herodis dolus & vafriçies, 52.c.
 Herodis consilium de occidendo redemptore ibidem, d.
 Herodes redarguitur per apostrophem, ibidem.
 Herodis regis in redemptorem prauitas, 236.c.
 Hierosolyma temere turbatur audito regis Iudæorum nomine, 52.b.
 Hierusalē superna respublica est ornatissima 60.c.
 Hierusalem cælestis describitur figura, 60.d.
 Hierusalem cælestis habet idioma proprium, 61.c.
 Hieronymus laudatur, 251.a.
 Hispaniæ laus, 284.c.
 Historiæ sunt etiam fecundæ mysterijs, 98.a.
 Historicorum mos dum regū historias literis mandant, 212.c.
 Homo inter animãtia solus libertate donatus principium liberum sui morus habes in se, 1.b.
 Homo iudicio sibi solus inter animãtia potest quia solus liber est arbitrij, 1.c.
 Hominis tria indigent reformari, intentio, affectio, & operatio, 147.a.
 Homo per hominem iudicandus, 4.c.
 Homo templum Dei, 161.b.
 Homo debitor, neque est soluendo que à Deo contraxit debita, 175. & 176 a.b.
 Hominis in belluam degeneratio, 11.a.
 Homo per Deum ipsum à quo fuerat format⁹ reformandus fuit, 11.b. & 16.d.
 Homo dicitur liberari à peccato & morte per Christum, non ut peccatum & mors nō sint in homine, sed ne regnent in homine, 11.c.
 Homo libertate donatus per Christum, 11.c.
 Homo non accepit per Christum mox corporis gloriã, ut fidei daretur locus, cuius etiã rei ex diuo Bernardo & diuo Augustino ratio affertur, 11.d.
 Hominum ardor patiendi pro Deo, 13.c.
 Hominis sine christo satisfactio pro peccatis,

non est condigna, 14.b.
 Homines non permetteret deus multiplicari, nisi illis salutis remedium prouidisset, 14.a.
 Hominis exaltatio per incarnationem verbi fuit damoni summa confusio, 15.d.
 Homo à brutis discere debet aliquarum virtutum usum, 176.c. & amorem ex ipsis rupibus, & petris discere potest, 177. b.c. & 201.b.
 Homo stulte facit dum ratione sua intetat dei recondita arcana comprehendere 19.d.
 Homo secundum naturã corruptibilis & mortalis, 23.c.d.
 Hominis vita breuis & varia, ibidem, d.
 Homo ad vitam ratione consentaneã degendã tenetur, quia suapte natura rationalis est, 24.c.
 Homo ob bestiales mores in vulpem, canē, porcum, equum, mulum, & iumentum degenerare dicitur in scriptura, 24.d.
 Homo professione est christianus non natura ibidem.
 Homo debet naturæ, ut bonus sit homo, debet professioni, ut sit bonus christianus, debet officio suo satisfacere, 25.d.
 Hominis est præuenienti Deo parere cor non resistendo, 29.a.
 Homo non angelus causam nascendi christo attulit, 41.c.
 Homini plusquam alijs creaturis aduentus christi necessarius, quia sine christo nō fuisset beatus, 41.c.d.
 Homo, finis proximus mundi corporalis, 46.a.b.
 Hominum piorum familiaria colloquia diuinum amorem excitant, 179.c.
 Homo non carnalis, sed spiritalis esse debet, ut possit intelligere ea quæ inter sponsum animæ deum, & ipsam animam geruntur, ibidem.
 Homo, quid sit secundum naturam, & quid secundum gratiam, 183.a.b.
 Homo cooperatur Deo meritorie, 190.d.
 homo in hac vita paruulus est, 197.c.
 hominis, est clamare ad deum, 198.d.
 hominis varius status & studium 207.c.
 homo merito damnatur, si à demone licet potentiori hoste vincatur, quia praelo erat illi auxilium dei, si inuocasset, 72.c.d.
 homo quare dictus paruus mundus, 220.c.
 hominum prima præuaricatio explicatur, 226.a.b.
 hominis est generalis appetitus iucunde & quiete viuendi, 91.c.
 homo sui ipsi⁹ verus reprehensor esse debet, 113.a.
 homo

INDEX

homo saepe nequit sibi lachrymas exprimere, 113.b.
 homo eget auxilio dei ad operandum, 241.b.
 homo consideratur ad se, & ad proximum, & ad Deum, 122.a.
 homo ante aduentum saluatoris omni flagitio erat contaminatus, 122.a.
 homo quoad se reformatur secundum intellectum voluntatem & sensualitatem, ibidem, b.
 homo intellectu præstans est velut angelus, ibidem, c.
 homo suapte natura in virtutem propensus sensualitate etiam benemorata, 122.d. & infra.
 homo temperatus comparatur orologio figuratus in Ezechielis oculatis rotis, 123.a.
 homo reformatur in ordine ad deum, fide, obedientia, & latrã, 124.c.
 hominum presentium mores taxantur, 125.c.
 homines in hac vita Galilæi & transiigrætes sumus, 128.d.
 homo Dei est instrumentum liberum tamen, 241.b.
 homo debet intra seipsum habitare, 242.c.
 hominum sollicitudo & studia vanitatis plena notantur late, 245.d. & 246.a.b.c.d.
 hominis propria functio queritur, & tandem est cognoscere & amare deum, 246.d. & 247.a.b.
 hominis hostes innumeri, 249.c.
 hominis in hac vita obscura, spiritalium rerum cognitio, 256.b. & mutabilitas ex parte intellectus & voluntatis, 257.a.
 homines sunt ex quibus ruine angelorum sunt reparandæ, 264.a.
 homo non propter angelos, sed propter Deum creatus est, ibidem.
 hominis viatoris miseranda & periculosa conditio, ibidem, b.
 hominum triplex differentia, lucent alij, & nō ardent, alij ardent, sed non lucent, alij lucēt & ardent, 272.b. & infra.
 hominis inconstantia, 286.a.
 homo in hac vita semper est in pugna, 296.c.d.
 hominum dentes maxime resistunt igni, ex Plinio, 299.c.
 homo videtur relictus sine ordine, 301.a.
 homines affectant studiose que sibi noxia sūt, 304.c.d.
 homines aliqui sunt velut ex cordes, 314.a.b.
 homines præstantiores ingenio & habitu corporis, sapientiæ diuinæ, & Deo potius debent vacare quã rebus ignobilibus, 319.b.
 homo ante peccatum minus quã postea indigebat fide, 324.a.

hominis post peccatum rerum igneratio & hallucinatio, ibidem, b.
 hominis vita ex fine querenda est, 328.b.c.
 hominis ætates per noctis vigiliã diuisa, 331.d. & infra.
 hominis modicæ vires & facultas exigua ac naturalis inopia, 333.c.d.
 homines arboribus varijs cõparantur, 348.b.
 homines monentur inire cū Deo amicitiam, 354.a.b.c.
 hominis domus propria consciencia est, 356.c.
 hominum viuacitas cupiditas, 357.d.
 hominum famę affectatio, ibidem, d.
 homines in hac vita hallucinabũ de intelligunt spiritalia, & per conuersionem ad phantasmata corporalia, 359.b.
 homo sibi prius quã alijs debet prouidere in bonis spiritalibus, 361.d. & infra.
 homines sensui dediti reprehenduntur, 363.a. & infra.
 hominis triplex portio & vita, 363.a. & infra.
 homines spirituales qui sunt, & quales, & quomodo ab alijs differant, sicut aues à piscibus, licet eodem elemento natis, 363.d. & infra.
 homines inter se valde differunt, 364.d.
 homines moribus diuersis degenerant in diuersorum animalium quodammodo naturam, 365.a.
 hominis libertas seipsum immutandi, ibidem.
 homo cur à Deo creatore recens conditus, non est benedictus sicut ceterę creaturę, 365.a.
 homo nobilitatur dũ obligatur à Deo ad amorem sui, 370.a.b.
 homicidium minus graue peccatum, quã scandalizando proximum animam illius perdere, 262.b.
 honor & amor debitus, 171.b.
 honor non affectandus, sed ferendus, 182.b.
 honoris appetitus surrepit saepe viris, etiã aliis qui diuitiarum contemptoribus, 282.d. & infra.
 honor exhibendus sex personarum differentijs, parentibus, magistris, principibus, sacerdotibus & sanctis, & an diuitibus? 349.d. & infra.
 honor ministris Dei exhibendus, 350.a.b.
 honor est premium virtutis, 351.a.
 hostes innumeri nos circumstant, 57.a.
 hostiẽ spirituales quanam dicuntur, 322.a.
 hugonis Victorini sententia circa dilectionem Dei, 178.b.
 humanæ cupiditatis vesania, ex d. Bernar. describitur per similitudinem quinq; hominũ, quos cupiditas agebat in rabiem, 92.b.
 humanæ naturæ imbecillis potentia, 282.d.
 huma

INDEX

- humanitas Christi in supposito diuino, non in proprio erat suppositanda. 222.c.
 humilitas virtus a Christo discenda. 36.a.b.
 humilitas prodest apud Deum ad veniam. 98.c
 humilitas est ad exaltationem certa via. 132.a.b. & 260.c.d. & infra.
 humilitas voluntarie assumenda. 261.a. differt humilitas ab humili. b.
 humilitas falsa reprehenditur. 261.b
 humilitas virtus non in vilitate sita est. 333.b. sed est sui contemptus & cognitio. c. ex diuo Bernardo.
 humilitatis diffinitio secundum theologos scholasticos. 334.b
 humilitate virtute, tota fere Christiana virtus continetur, secundum d. August. est que Deo gratissima, illamque Christus publice docuit quasi viam ad celum. 335.a
 humilitas est pacis & tranquillitatis mater, ibidem. b. atque hic et in futuro habet premium.
 humilitas mater omnium virtutum ostenditur. ibidem. c.
 humilitate sublata ruunt omnes virtutes. ibidem
 humilitas animam preparat & disponit ad gratiam & omnes virtutes. ibidem. d.
 humilitas est diuitiarum peccatoris. ibidem
 humilitas acquiritur assidue peccatorum, & vite preterite meditatione conferendo se cum presentioribus. 336.a.
 humilitas eminere inter alios refugit, omnis enim eminentia notabilis nocet. 336.b. adulatorum fugit, reprehensorem amat, esse quam apparere mauult, obsequi gaudet, & imperare odit. &c.
 humilis longe ab hypocrisi, sed cupit alijs pate fieri quam cognoscit in se miseriam. 333.d. & infra.
 humilis laudari fugit, & omnibus se subijcit. 334.a.b.
 humilis prudenter pro loco & tempore se subijcit, licet & aliquando omnes sibi anteponat. ibidem. c. d.
 hypocritarum reprehenduntur. 48.c
- I
- Iacobus apostolus pro hispania bellator apparuit. 199.d.
 Iacobus hispaniarum patronus. 284.c.
 Idolatriarum crudele sacrificium. 338.a.b
 Ieiunium ut gratum sit Deo, quale esse debeat. 65.d.
 Ignis diuini amoris in altari cordis perpetuus esse debet. 179.c. d
 Illephonso virgo sacra conspiciendam exhibuit. 332.d.
 Illephonsus Toletanus pontifex, virtutibus celeberrimus & Eluidiam perfidiam ex hispania sustulit. 327.b. c. d.
 Illephonso cum rege Recifundo & tota curia diuinitus insignis honor delatus. 327.d. & 332.c
 Illephonsi eximie virtutes 332.b. c
 Illephonsus virgini sacre deditissimus. 332.c. d
 Illuminationes subitas deus in hac vita sanctis quandoque concedit. 172.d
 Imitatio necessaria ad scientiam. 82.d.
 Impunitas diuine ire signum. 285.d
 Incarnationis dominice potior causa curatio, quam exaltatio humane nature. 10.b
 Incarnationis diuine causas non nostrum est scrutari. 10.c.
 Incarnationis quatuor causas explicantur congruentes, ex parte culpae, ex parte peccatoris, ex parte Dei, ex parte ipsius remedij. 10.d
 Incarnationis congruentia ex parte hominis, ut reformaretur per idem exemplar quo fuerat formatus. 11.a. & 16.c
 Incarnationis congruentia sumitur ex parte Dei, ut misericordiae & charitatis diuitias ostenderet, sicut iustitiae seueritatem ostendit in primi angeli peccato. 12.b. & 19.b
 Incarnationis congruentia sumitur ex parte culpae, quia hoc fuit aptissimum cauendum futuram culpam, & purgandam praeteritam. 13.d.
 Incarnationis congruentiae multae, sed prima ducitur ab exaltatione hominis. 15.d
 Incarnatio verbi mundi victoria est 18.a
 Incarnatio verbi hominem humiliorem Deo quam subiectiorem fecit quam creatio mundi. 18.a
 Incarnationis amor causa. ibidem. b.
 Incarnationis mysterium creditum difficile. 19.a.
 Incarnationis verbi, tria argumenta ratione humana ignoranter obijciebantur. ibidem. b.
 Incarnatio possibilis fuit. ibidem. c.
 Incarnationem non repugnare ostenditur probabili similitudine. ibidem.
 Incarnatio verbi summa sapientia est, sed excedit metas rationis, & ideo stultitia videtur apud ignaros. ibidem. d.
 Incarnationis beneficium superat vires hominis, atque ideo homo mundanus in eo hesitat. 20.a.
 Incarnatio verbi humanitatem, ac eiusdem sacram passionem contemplari debent illi qui altioribus diuinitatis mysterijs non sunt asuefacti. 192.c. & infra.
 Incarnatio verbi naturali ratione non potuit cognosci. 191.a. b.
 Incarnatio

INDEX

- Incarnatio verbi arcui comparatur, ex D. Bernardo, cuius figuram gerebat rephonius incuruans se, ut mortuum exsuscitaret. 191.d. & infra.
 Incarnatio verbi in solis cursu figurata. 210.d.
 Incarnationis mysterium absconditum. 45. d.
 Incarnationis mysterium superat intellectum creatum. 221.c. d
 Incarnationem tota Trinitas est operata. 222.c.
 Incarnatio verbi philosophis prorsus ignorata. 49.b.
 Incarnatio verbi explicatur per parabolam de tribus facis farinae. 30.d.
 Incarnatio verbi sine nostris meritis, & alia. 230.a. & 231.c.
 Indi noui orbis timori nobis sunt, ne forte Deus repulsis nobis ad illos transferre velit fidem & ecclesiam suam. 87.d.
 Inferni supplicia necessaria, & flammam scelerum vltices. 2.c.
 Infideles quam fideles leuius cruciandi ob peccata commissa. 290.a.
 Ingratitudo hominis redarguitur ex brutiorum comparatione. 31.d.
 Ingratitudo hominis erga Deum. 27.c.
 Ingratitudo magnum hominis vitium. 176.d.
 Inimicus vtilior nobis saepe quam amicus. 63.a. b
 Inimici nostri demones & peccata. 63.b
 Inimici quomodo vincendi. 63.b. c.
 Inimicus amandus, quia Deus id iubet, & ob alias rationes. 63.c.
 Inimicorum dilectioni promissa remissio peccatorum. 64. d. & infra.
 Inimicorum dilectio ostensa in Stephano martyre. 43.d.
 Inimicorum dilectio vtilitates multas habet. 64.d.
 Iniuriam propriam condonare, sed Dei iniurias vltisci debemus. 67.b. c.
 Insula noue emergit submersis alijs tempestate precedente iudicium vniuersale. 6.d
 Intellectus vniuersalis producit imagines rerum intellectuum & imaginari dicimur cum intelligimus. 46.d.
 Intentio praua vitiat opus alioqui bonum. 348.b
 Intentio & causa qua quis patitur attendenda. 295.d.
 Interna Dei illuminatio necessaria ad scripturarum intelligentiam. 118.c. d.
 Inuidia per capram signabatur. 322.b.
 Inuidia detestabile vitium. 108.c. & inuidi babilisco comparantur. ibidem. c. d.
 Ioannes Baptista promissus, ut testimonium grauisimum de Christo diceret. 20.b.
 Ioannes Baptista pietate erga homines affectus discipulos mittit ad Christum. 20.b.
 Ioannes Baptista laudatur a Christo. 21.d.
 Ioannis Baptistae testimonium omni exceptione superius explicatur expositis illis exceptionibus que contra testes solent afferri. 22.b
 Ioannes Baptista missus est a Deo, ut per illum homines doctrinam susciperent, qua consequerentur vitam, quia non sufficiebat ad hoc naturalis scientia ex creaturis collecta. 48.d.
 Ioannes Baptista nondum editus vsu rationis habet. 219.b
 Ioannes Baptista maxime auctoritatis homo. 22.b.
 Ioannes Baptista angelus dictus. 22.e
 Ioannis Baptistae magna laus Christi preconio, non obiter, ut alios solitus erat dominus laudare, sed dedita spaciose opera commendati. ibidem.
 Ioannis Baptistae constantia seueritas, prophetia puritas angelica, praecursorum officium a Christo laudatur. ibidem. d.
 Ioannes Baptista Christi indigebat commendatione, non Christus Ioannis. ibidem
 Ioannes Baptista testimonium perhibet de Christo, non propter Christum, qui per se satis clarus erat, sed propter tenebras lucem illam non comprehendentes. 22.d. & infra.
 Ioannis cur lucerna dictus. 23.a
 Ioannes euangelista aquilae comparatur. 45.a. b.
 Ioannes euangelista diuinitatem Christi aduersus Ebionitas haereticos exposuit. 45.a. b.
 Ioannes euangelista & Paulus consentaneo & concordis sermone loquuntur de diuinitate, sicut duo fistulae eodem sacrospiritu afflati. 46.c. & 48.d.
 Ioannes euangelista multis titulis fuit decoratus. 181.b.
 Ioannes euangelista fuit quodammodo filius sacrae virginis. 280.d.
 Ioannes euangelista gloriatur se dilectum esse a Christo. 277.a. b.
 Ioannis euangelistae secreta sua reuelauit Christus. 280.b. & supra scriptum eleuatus est. c.
 Ioannes euangelista non prohibetur a crucifixoribus Christo patienti adesse, quod diuine tribuendum est prouidentiae. 281.c. d.
 Ioannis euangelistae mors & sepulchrum. 281. & glorificatio. 282.a.
 Ioannes euangelista & frater eius Iacobus, quomodo videantur in hac vita sedere ad dexteram & sinistram domini. 284.c
 Ioannis a S. Facundo, ex eremitarum D. Augustini

INDEX.

Anni patris nostri ordine, apud Salmanticam
 circa dominici corporis sacramentum mira-
 culum. 157.a.b.
 Ionas propheta contendit cum Deo. 353.c.
 Ionas propheta stulte Deū fugere conabatur.
 74.a.
 Ionas vtero piscis receptus & eiectus irridetur.
 ibidem.b.
 Ionæ prædicatio rudis videtur, sed efficacissi-
 ma. ibidem.c.
 Ionas typus redemptoris ibidem.b.
 Ionas fugiebat prædicare Niniuitis veritus, ne
 illi poenitentia correpti diuinam iram auer-
 terent, & ipse videretur falso fuisse commi-
 natus excidium. 75.c.
 Ioseph sponfus virginis Mariæ affligitur ob vir-
 ginis partum in peregrinatione imminen-
 tem. 30.a.
 Ioseph sanctus turbatur cognita gestatione vte-
 ri virginis sponse, 228.c.
 Ioseph lætitia nascente domino. 36.c.
 Israel spiritualis non est repulsus à Deo. 86.c.
 Iudæa abutabatur beneficijs diuinis 17.c.
 Iudæice populi latnētabilis cæcitas. 20.b. & 21.b.
 Iudæicus populus apte cū Isaac excruciente ad-
 rem præsentem & futura prouidentem cōpa-
 ratur. 20.b.
 Iudæi conuincuntur magno argumento Mo-
 saicam legem vmbra esse nostrorum sacramē-
 torum. 38.b.c.
 Iudæorum cōmentitiæ expositiones de pane
 angelorum Israelitis dato refelluntur cū de
 sacramento dominici corporis intelligi de-
 beat. 153.a.
 Iudæus auctori narrat miraculum quod illi ac-
 ciderat circa sacramentū eucharistiæ & ad fi-
 dem conuersus moritur. 156.d.
 Iudæorum electio & reprobatio. 86.b.c. & fla-
 gitia.d.
 Iudæorum ob superbiam reprobatio. 231.c.
 Iudææ proditoris mors. 235.a.
 Iudicij postremi an diffinitiuæ sententia cor-
 poraliter pronuntianda an spiritali tantū pro-
 ponenda distamine. 9.b.
 Iudicij diuini examen exactum cognitioque
 causarum plene habetur. 9.a.
 Iudicij vniuersalis sine cunctatione diffinitio.
 8.c.
 Iudicij vniuersalis equabilitas ibi reges, & bu-
 bulci sociabuntur. ibidem.b.
 Iudicio postremo cōmutabuntur vices, multi
 qui in hac vita tenuere dextram, illic ad fini-
 stram erunt. ibidem.

Iudicij finalis ratio ex dignitate hominis sumi-
 tur. 1.b.
 Iudicium vniuersale necessarium præter parti-
 culare & priuatum, quod fit morientis homi-
 nis. 2.c.
 Iudicio vniuersali omnes angeli & homines
 aderunt, & omnium opera & cogitationes pa-
 tescent. 3.a.
 Iudicio vniuersali sint nec ne publicanda etiā
 peccata remissa probabile est problema. 3.c.
 Iudicium Dei præuenit & præoccupat homo
 per poenitentiam. 5.d.
 Iudicij futuri arcanum omnibus prophetis ma-
 nifestum. ibidem.
 Iudicij futuri seueritas etiam Paganis gētibus
 nota ne quis causari possit ignoratiōe red-
 dende rationis. ibidem.
 Iudicij vniuersalis forma & historię series ex
 sacris auctoribus collecta. 6.b.
 Iudicium vniuersale præcedit rerum perturba-
 tio. ibidem.
 Iudicij vltimi dies cur mala dicta est. 342.a.
 Iudicij diuini lex & ratio. 30.c.
 Iudex qualis esse debet. 26.b.
 Iudicis cum christianis reprobis ex postulatio
 in postremo iudicio. 9.d.
 Iudicis cum synagoga ex postulatio in postre-
 mo iudicio. ibidem.
 Iudex vnus, & idem alijs leo alijs agnus appare-
 bit pro varietate causarum. 5.c.
 Iudex in vniuersali iudicio terribilis appare-
 bit. 5.a.
 Iudex potētissimus apparebit in culmine mō-
 tis Oliueti. 7.d.
 Iudex collectam diu in peccatores iram simul
 effundet in postremo iudicio. 9.b.
 Iudex quibus verbis reprehensus sit pecca-
 tores in vltimo iudicio, non cōstat ex scriptu-
 ra plene, sed vero similis quædam iudicis ex
 postulatio ex diuo Bernardo refertur. 9.c.
 Iudicari oportet hominem, ne irremunerata,
 aut impunita opera illius digna alioqui laude
 ac vituperio relinquuntur, quæ insignis esset
 imperfectio magnaque rerum ordinis per-
 turbatio. 1.c.
 Iudicandi vices, vt filio homini & redemptori
 pater æternus delegaret orabat David pro fi-
 lijs, ne videlicet coram tantę dignitatis maie-
 state citati deficerent. 4.a.
 Iudicare seipsum est præuenire iudiciū dei. 338.b.
 Iugum domini suauis est. 294.a.b.
 Iumenta nascentem dominum reuerentur.
 194.a.

Iure

INDEX.

Iure positio sunt res diuise, nam natura in cō-
 muni possidendas posuit. 123.b.
 Iustitia diuina ordinat quæ inordinate fiunt.
 2.a.
 Iustitię bonum opus etiam peccatores qui rei
 sunt iniudicio exhilarat, quia est bonum uni-
 uersum. 2.c. & infra.
 Iustitia veritatis est sociata, & in principe ma-
 gnopere esse debet. 206.b.
 Iustitiæ triplex gradus explicatur ex David.
 355.b. & infra.
 Iustitia diuina maxime enituit in natiuitate
 & morte Christi. 39.b.
 Iustitia ordinat hominem ad proximum, cu-
 ius quinque partes referuntur. 123.a.b. & infra.
 Iustitię est tueri & propulsare iniuriam proxi-
 mi. 124.b.
 Iustitia in negotio seruanda. ibidem.
 Iustorum hominum fidelium auctoritas testi-
 monium magnum si dei nostræ. 151.b. & infra.
 Iusti homines sunt vestimenta Christi. 130.a.
 Iustorum maior est tribulatio. 300.d.
 Iusti à malis vexantur. 301.a.b.
 Iusti cur vexari permittuntur fortuna impio-
 rum prospera. 302.b.c.d. & infra, vide Deus
 & tribulatio.
 Iusti fulgent luce propria, & mali aliena. 309.d.
 & infra.
 Iustorum sunt virtutes connexę. 310.a.
 Iustus incipiens, à iusto perfecto quomodo dif-
 fert. 346.c.
 Iustus apte cōparatur ligno. 347.a.
 Iusti quomodo illuminantur in hac vita à Deo.
 356.d.
 Iustorum lætitia præsens & magnanimitas.
 357.a.
 Iusti bonum famæ odorem spirant, ibidem.
 Iusti tranquilla est conscientia. ibidem.c.
 Iustus Deus speciale patrocinium impedit. ibi-
 dem.c.d.
 Iustorum victoria de vitijs. ibidem.d.
 Iustorum fructus referuntur. ibidem.
 Iusti quibus medijs consequantur gloriā. ibidē.
 Iustorum magna est remuneratio. 358.b.c.d.
 Iustorum hominum corpora modico cibo sæ-
 pe visuntur, nitida & vegetata. 66.c.
 Iusti proficiunt in melius. 242.b.c. & ab accu-
 satione sui incipiunt Dei laudes. 243.c.
 Iusti sunt stabiles. 310.a.b.
 Iustificatio per fidē simul & opera habēda est
 cōtra hereticorum extremos errores. 326.d.
 Iustificatio lapsi post baptismum susceptū per
 contritionem & votum præstandi reliqua ne-

cessaria. 104.d. & infra.

L

Labores huius vitæ impares premio quantum
 ex se est. 331.d.
 Labores quomodo fiunt dulces. 291.a.
 Lac doctrinam significat. 181.b.
 Latria soli Deo debetur. 124.d. & 350.a.
 Laudare Deum valde laudabile. 237.c.
 Lazari suscitatio terrefecit spectatores. 97.d.
 Lazari sorores dum viuunt orant redemptorem
 pro illo, sed pro mortuo non leguntur orare,
 sed plorare. ex D. Bernardo. 98.c.
 Lectus quo sponso suo anima vnitur conscien-
 tia est. 184.a.
 Leges imperatorię quibus publica animadu-
 sione fontes puniuntur iuste. 2.d.
 Legis Mosaycę collatio & spiritus sancti missio
 in Pentecoste multis modis quadrat. 136.d.
 Lex euangelica cordibus & animis pro tabulis
 inscripta. 136.d. & infra. & 378.a.
 Lex Mosayca præfiguratio fuit Christi. 20.a.
 Lex Mosayca non introducebat in beatitudi-
 nem æternam quenquā, sed gratia redempto-
 ris. 139.c.
 Legis sacramenta infra nostra sunt. 158.a.
 Lege Mosayca purificatio indicebatur paren-
 tibus, qualis & quomodo. 233.b.c. & oblatio
 primogenitorum.
 Lex iusto quare non dicitur posita. 237.c. &
 346.c.
 Lex domini videtur aliquibus dura, sed in se
 suauis est. 294.a.b.
 Leges mundi, vide mundus.
 Lex domini seruanda antequam docēda. 316.d.
 Lex vetus exteriorem munditiam, lex euang-
 gelica etiam interiorem præcipit. 329.c.
 Legis nouę à Mosayca differentia. 344.a.
 Lex vetus non semel tantum, sed & iterum
 fuit descripta in tabulis lapideis cuius my-
 sterium habetur. 344.b.
 Legis Dei dulcis meditatio. 346.d.
 Leges principū sunt obligatorię in conscientia.
 350.c.
 Legis obseruatio ex amore est perfectiorum.
 355.d.
 Leocadia virgo & martyr publice apparuit ho-
 norē delatura. d. Illephōso Tolcano Præsul.
 327.d.
 Leonis gratitudo in benefactorem. 176.b.
 Læticia secularis per mel significabatur. 322.b.
 Leuitę

INDEX.

Lebita cur pilos iubebantur radere. 319. d.
 Libertas arbitrij homini naturalis. 1. b.
 Libertas nostra vt simus beati 291. a. b.
 Liberalitas principis virtus. 206. d.
 Liber conscientia. 212. b. qui & rationum. c.
 Liber creaturarum datur pro discipulis adhuc
 rudioribus, & quasi secundę clāsis. 209. d. &
 infra.
 Libri vitę notitia electorum. 209. a.
 Libro æterno continentur opera cogitationes
 & affectus hominum subducēde rationis gra
 tia. 1. c.
 Libri vitę ratio. 8. c.
 Librorum quorūdam nugātium lectio noxia.
 67. a.
 Librorum quinque differentia. 209. a.
 Liber creaturarū vtilis est si quis euoluat. 308. d.
 Lilium conuallium Christus 18. c.
 Loquutio sponsę in cantica Salomonis deside
 rium est, & loquutio sponsi interior est in spi
 ratio. 18. i.
 LOTH cur præcipiatur non respicere retro, eius
 que vxor cur in salis statuā sit conuersa. 315. b.
 & infra.
 Ludorum licentia in festorum dierum solenni
 tate taxatur. 40. c.
 Luna inconstans peccatori similis. 310. a. b.
 Lutherana hæresis Europā vastat. 81. d.
 Lutherana hæresis propagata. 88. b.
 Lutherus hæreticus, vide hæreticus & hæresis.
 Luxurię vitii grauius à Deo punitur. 75. a. b.
 Luxuria per hircum designatur. 322. b.
 Luxuria ac libidinis vitium reprehenditur, ef
 seque generale malum perniciosum & peri
 culosum ostenditur late. 328. c. d. & infra.
 Luxuria spiritui hostis. 365. b. vide pudicitia.
 Lux infunditur homini iusto. 356. d.
 M.
 Magdalena in charitate emiuit. 367. a.
 Magdalene præstantia supra alios sanctos ostē
 ditur. 368. a.
 Magdalene edidit egregia signa amoris erga
 Christum. 373. a. & infra.
 Magdalena gaudet federe ad pedes dñi, neque
 circa corporis obsequia distrahitur præ amo
 re. ibidem.
 Magdalena patrocinaur vbiq; dñs. 373. b.
 Magdalena plorabunda quærīt Christū in do
 mo Simonis. ibidem.
 Magdalena præ amore Christi aggreditur ter
 ribilia 374. a. b.
 Magdalena amoris impetu rapitur ignara cō
 filij. ibidem.
 Magdalena præ amore Christi contemnit mā
 dibona. ibidem. c.
 Magdalena apostolica femina euangelij præ
 dicat, in solitudinem secessit, & sibi amore lau
 guet. ibidem. c. d.
 Magdalene exordium vitę cū sine cōparatur.
 ibidem.
 Magdalena commutat potius vitę profanę o
 blectamenta quā relinquit. 375. a.
 Magdalena angelicis choris interest in hac ad
 huc vita. 375. a. b.
 Magdalene pœnitentia viris debet esse cōfu
 sioni & pudori. ibidem. & infra.
 Magdalene ad redemptorem resurgētē ora
 rio. 112. d.
 Magdalene fletus non inuento corpore domi
 ni in sepulchro. ibidem. c.
 Magdalena conuersa interna vocatione Dei.
 28. c.
 Magdalena nequit diuelli à sepulchro domini
 112. b.
 Magistri quomodo honorandi. 350. b.
 Magistratus rei publicę qualis esse debet. 26. b.
 Magi Pharaonis tertiam personam sacre Tri
 nitatis ignorantes in tertio signo defecisse di
 cuntur. 49. b.
 Magi reges ab oriente venere ad spōsalia Chri
 sti & ecclesię. 51. c.
 Magi admonentur nati Redemptoris per stel
 lam, modus autem admonitiōnis varie à do
 ctoribus sanctis traditur. 51. d.
 Magis interna inspiratione tracti. 52. a.
 Magi reges adorantes infantem Redemptorē
 descubuntur. 54. a.
 Magi terrena auxilia quærentes destituuntur
 lumine celestis stelle. 53. b.
 Magi cū Thoma apostolo prædicatores Chri
 sti effecti. 54. c.
 Magnanimitas quomodo se habeat ad humili
 litatem. 334. c.
 Magni appellati sunt aliqui. 269. a.
 Magnum nihil est, nisi quod Deus magnū esse
 voluerit. 265. b.
 Magorum regum magnanimitas & fortitudo
 52. a. b.
 Magorum fides spectata & laus. 51. b. & 53. c. &
 54. b. c.
 Magorum munera mystica tractatione expo
 nuntur. 54. d.
 Mahumetani Turcę & eiusdem perfidię secta
 tores ecclesiam sunt persecuti. 81. c.
 Mahumetani truculentius sunt persecuti quā
 alij hostes. ibidem.
 Mahu-

INDEX.

Mahumetanorum persecutio. 198. a. & ortus.
 203. d.
 Mahumetus iudicator suis sectatoribus deli
 cias promittit. 291. c.
 Maiorum suorum laudatores stulti improban
 tur. 267. a.
 Maleficium optimum excitandi amoris est
 amor, ex Seneca. 17. c.
 Maledictus qui peccat, spe veniæ. 4. d.
 manna cibus pretiosus, & quomodo portende
 rit sacram Eucharistiam. 153. b. c. d.
 Manna seruatum in tabernaculo figura fuit sa
 crę Eucharistię quæ manet perpetuo in ec
 clesia. 154. d.
 Māna victoris cibus, sic & sacra Eucharistia nō
 datur peccatori victo. 155. a.
 Manna visum est in sepulchro Ioannis euāge
 gelistę. 282. a.
 Manus sponsi Christi leua & dextra, quid si
 gnificent. 185. d.
 Marię festinę nuntiant apostolis resurrectio
 nem. 112. b.
 Marię alię exultant resurrectione comperta,
 & omnes rectā ad coenaculum, & apostolos
 pergunt festino gradu ibidem. d.
 Martyrum sanguine confirmata religio Chri
 stiana. 14. c.
 Martyres in mortem traxit desiderium cele
 stis patrię. 61. c.
 Martyres sunt designati per virgas detracto
 cortice. 83. c.
 Martyrium ob fidei confessionem toleratia.
 140. b.
 Martyres testimonium perhibēt fidei nostrę.
 149. c. d. & infra.
 Martyrium confessio necessaria ecclesię. 289. c.
 & illorum virtutes imitandę. d.
 Martyres comparantur vasis elaboratis & po
 litis. 289. b. & virgis detracto cortice. 344. c.
 Martyres sanctos sæpe euulsis à tyrānis linguis
 elingues fuisse loquutos Deumq; glorificaf
 se. 290. d.
 Martyrum cruciatus pœne incredibiles. 298.
 a. b. c. d. & 288. b.
 Martyres promissioni Christi fidentes. 291. d.
 Martyrum patiendi auiditas. 295. a. b.
 Martyres quinq; mille ex monachis D. Bene
 dicti. 345. a.
 Martyrum passio ob ecclesiā fundandā. 351. c.
 Martyrum sanguine oportuit fundare eccle
 siam. 299. a. b.
 Martyres dentibus comparantur. ibidem. c.
 Martyrum erga deum qualis amor. 178. c. & in
 ter tormenta ardet. 181. d. & infra.
 Martyrium est ascensus purpureus ad beatitu
 dinem. 192. b.
 Martyrium sine fide non fatis est ad salutem.
 264. b.
 Martyriū est quō passio domini sentitur. 289. a.
 & cur à nobis deus illud exigat. b. & illius præ
 mium.
 martyrio exploratur fides. 299. a.
 martyrium Dorotheę virginis. 362. a.
 martinus episcopus humilitate clarus. 336. d. &
 infra.
 martinus episcopus promoueri ad sacros ordi
 nes fugiebat, sed minoribus initiatus erat tā
 tum. 336. c.
 martinus in despecto habitu factus Episcopus
 perseuerat in pristina inopia & sui neglectio
 ne. ibidem.
 martinus Deusq; mirabiliter certabant, dum
 ille humilitate deiici, & Deus honore extol
 lere curat. ibidem.
 martinus osculo leprosum mundat & egregijs
 miraculis coruscet. ibidem.
 martinus par apostolis canitur ab ecclesia ibi
 dem. & 337.
 martini virtutes recensentur & amor egregius
 circa suum gregem. 337. a.
 martini exequijs interfuit in spiritu raptus,
 D. Ambrosius. ibidem. d.
 martini sanctitas prodigiosa. 337. c. d.
 martinus excellēs erga pauperes pietas & elec
 mosynarum affectio à Christo & angelis mi
 rabiliter honoratus ob egregiam humilitatē
 & pietatem. ibidem. d.
 martinus dimidiatum pallium pauperi dedit.
 341. c.
 marthę querimonia in speciem iusta. 373. b.
 matthæus & publicanus interna pulsatione cō
 uersi. 28. d.
 mater dei, nomen super omne purę creaturę
 nomen. 216. b.
 matres præ amore filiorū insanire solēt. 216. b. c.
 matrimonio iuncti, vide coniugati.
 maxentius superatus à Constantino. 199. a.
 medici admonentur. 304. a.
 meditationis legis diuinę vtilitas. 346. d.
 mel non offerebatur olim deo. 322. b.
 memoria auditę prædicationis necessaria. 59. b.
 membra Christi vitii fideles habentes charita
 tem. 129. d.
 membra sumus omnes Christiani vnius corpo
 ris. 201. d.
 membra proprij corporis quomodo spiritali
 ter

INDEX.

ter amputanda. 263.a.
 Mercatores Burgenses potissime admonentur
 eleemosynas facere. 341.c.d.
 Mercedis respectus non malus, sed neq; perfe-
 ctione omnino constat. 55.d.
 Mereri sine Christo non possumus. 184.c.d.
 Meriti ratio ac demeriti in libertate arbitrij
 fundatur, acideo in brutis esse non potest. 1.c.
 Meritum potius laboris qualitate quam quatita-
 te esse dicitur. 55.b.c. & 56.a.
 Merita nostra debent antecedere premiis. 165.d.
 Merita nostra sunt dona dei, quia illo adiuuan-
 te fiunt a nobis. 169.a.
 Meriti ratio equalis in homine & angelo. 236.c.
 Merito alieno solo saluatur nemo, nam aut sa-
 cramentum, aut proprius actus requiritur. 359.d.
 Merita examinantur a Deo. 366.d.
 Merita in diuina acceptatione fundantur, quae
 acceptatio in eo quod deus nos amat consistit.
 ibidem & infra.
 Merita nostra dona sunt dei, quia illius specia-
 li auxilio & gratia afficimur & eleuamur ad
 meritorie operandum. 350.a.
 Meritoria opera necessaria vitae sunt, si in Deum
 referantur. ibidem.b.
 Messias legis tempore notus & publicatus. 14.a.
 Messie diuinitas olim solis dei amicis reuelata
 Christi que sanguis pro peccatis nostris fun-
 dendus. 15.a.
 Messie genus diligenter voluit spiritus sanctus
 describi. 212.b. tres ob causas. 214.a. & infra.
 Michol irridens regem colentem arcam steri-
 litate multatur, significatq; eos qui subsan-
 nant illos qui religiosius sacramentum frequen-
 rant. 159.a.
 Ministros dei debemus honorare propter deum
 350.a.b.
 Miraculum maximum incarnatio verbi. 223.d.
 Miracula sunt ecclesiae concessa quando illis in-
 diguit. 199.d.
 Miracula Christi illius dignitatem probarunt
 sufficienter. 162.d.
 Miracula edita per sacramentum eucharistiae,
 & auctori coperta nonnulla quae refert. 156.d.
 Miracula plurima simul contingunt in sacra-
 mento eucharistiae. 155.d.
 Miracula Christi aduersus Iudaeos exponun-
 tur. 152.d.
 Miracula Christi ostendebant illum esse deum
 ob aliquas causas. 21.b.
 Miracula redemptoris mysterium habebant. 77.b.c.
 Miracula redemptoris praeter veritatem historiae
 sunt etiam foecunda mysterijs. 98.a.

monialium

Miracula Christi faciebant illum esse timori pa-
 tificibus & pharisaeis. 107.c.d.
 Miraculis in morte Christi perterriti & con-
 fusi pontifices & pharisaei. 108.a.
 Miracula edunt ossa sanctorum, quia deus in
 illis habitat. 377.a.b.
 Miracula edita a reliquijs sanctorum. 333.d.
 Misericordiae opera cur dicuntur in euangelio
 commemoranda in die iudicij ultimi. 342.b.c.
 Misericordia magnae dei tribuendum est quod
 humani generis propagatio in primis paren-
 tibus non fuerit in poenam peccati extincta.
 14.d.
 Misericordia dignatioque dei carnem sume-
 re constituentis stupori fuit sanctis patribus
 15.d.
 Misericordiae opera commendantur. 287.d.
 Misericordia fratri exhibita misericordiam val-
 de prouocat. 338.d.
 Misericordia praesens est remedium aduersus
 peccata. ibidem.c. & infra.
 misericordia dicitur esse remedium peccati,
 non quia alia remedia non sunt necessario ad-
 hibenda, sed quia per misericordiam homo
 inuitat misericordiam dei, ut praestet nobis
 necessarias dispositiones ad gratiam. 338.d.
 misericordia exercenda prudenter, ex D. Hie-
 ronymo. 339.c.d. & infra, de circumstantijs e-
 leemosynae.
 misericordia quando & quibus est in precepto
 340.c. & infra.
 misericordiae materia circa quam uersatur. 339.d.
 misericordiae opera iudicio ultimo nobis pa-
 trocinantur. d. 342.a.b.
 mysteria diuina curiosius non perscrutanda. 15.e.
 mysteria diuinitatis Christi ab eo qui sanctus
 est & purus a sordibus tractari debent. 44.c.
 mysteria fidei caute & circumspecte tractanda.
 144.b. & infra.
 molochidolon atrox sacrificium. 338.a.b.
 molochidolon Salomoni cultum. 205.c.
 monachus, vide religiosus.
 monachum e monasterio demon sepe deducit
 pietatis praetextu. 72.a.
 monacha auctoris subdita per obedientiam ab
 eodem compulsam manifestare miraculum sa-
 crae eucharistiae sibi diuinitatem in os allatam. 156.d.
 moniales uirgines quae ab hominibus sunt tute
 monentur vitare daemonum insidias. 226.b.c.
 & prosperare ad perfectionem. 236.a.
 monachalium ordinum institutor Augustinus,
 & illum alij patres sunt sequuti. 318.b. & 313.
 b.c.

INDEX.

monialium status laudatur. 162.c.d. & 365.a.b.c.d.
 monicha mater patris nostri Augusti, dono timoris
 affecta, ex Augustino. 122.d. & 355.c.
 Monichae matris timor Dei eximius, & D. p. Au-
 gustino. 257.a.b.
 mors Tabor cum caluarie morte comparatur ille fuit glo-
 rię iste passionis locus, & de morte isto ad illum fa-
 cienda transmigratio est. 164.a.b.c.
 motes significant sublimes sanctorum mentes. 189.a.
 mors Hermo & Sio quales & quid significet. 203.b.c.
 mortificatio corporis commendatur. 55.a.
 mortis incertitudo & furi nocturno comparatur. 332.a.
 mors alacriter recipienda. 350.a.b.
 mortis meditatio magna sapientia secundum Pla-
 tonem. 24.a.
 mors Christi peccatorem subleuat & spem confir-
 mat. 14.a.
 mors Christi necessaria pro salute mundi. 107.a.
 mors amara his qui radices egerunt in terra. 128.d.
 mors ab imperfectis timetur. 362.d. & infra.
 Moyses oratione vincit hostes. 82.c.
 moyses Iudaici populi mores describit diligenter.
 86.c.
 moyses Dei amicus dicitur. 352.c.
 moyses & Helias testes transfigurationis domini. 165.a.
 moyses legis sacra colebant valde Iudaei. 158.d.
 moyses sacerdotis consecratio ritus & munus, &c.
 318. & 319.a.b.c.d. vide sacerdotium.
 mundus domus Dei ordinatissima. 2.a.
 mundus bonus est, quia bonus est Deus illius condi-
 tor. ibidem.b.
 mundi contemptores dicuntur sicco vestigio fluctu
 Iordanis mediasque undas pertransire. 139.c.d.
 mundi finis cum hominis moribundi interitu compa-
 ratur. 7.b.
 mundus illeceus amore diuino concipi dicitur victus. 17.d.
 mundi sapientia stultitia apud Deum. 19.d.
 mundus vacuus & veluti ociosus suo sine carens an-
 te Christi aduentum. 46.a.
 mundum triplicem posuere Platonici, ideale, intel-
 ligibilem, & sensibilem. 49.b.
 mundum colere laboris est plenum. 71.b.
 mundi breuitas & impostura. 77.b.
 mundi potentia praedicatione uerbi per Christum
 eueritur. 139.d.
 mundi amatores qui cum sequi uideantur Christum
 aliquid sibi seruant clanculum, taxantur. 139.d. &
 infra.
 mundi cure ceu spinae sunt. 184.c.
 mundi simul amplecti leges & delicias, & Deo in-
 seruire fieri non potest. 287.c. & 293.b.
 mundus quomodo relinquendus. 296.a.b.
 mundi atque sui ipsius abnegatio sequenti Christum
 necessaria. 291. & quomodo fiat. 296.a.b.

mundus datus est nobis in doctrinam etiam. 308.d.
 & infra.
 mundi opes relinquere est nauem exonerare iactan-
 tis mercibus ingruente procella. 326.b.
 mundanae laetitiae contemptus suadet. 166.a. & 259.c.
 mundi uanae promissiones. 358.d.
 mundi creatio fuit ad modum fabricae quam per ideam
 & exemplar fabricat artifex. 343.c.
 mulieres ille ab angelis inuisuntur, ad quas uis non
 patet aditus. 225.d.
 mulieres fucos allicientes taxantur. 262.a.
 mulieres discurrentes reprehenduntur. 348.c.
 mulierum studium ornandi se & intuentium oculos
 pelliciendi improbat. 24.a.
 mulier infamis sui generis est ignominiosa. 214.a.
 murenule (spiritualia significant ornamenta. 183.c.
 musica spirituum beatorum laudantium Deum sua-
 uissima. 60.c.
 musica daemonum expultrix. 230.c.
 mutabiles & instabiles reprehenduntur. 242.b.
 N.
 Nabuchodonosor regis peccata per eleemosynas cu-
 rata. 338.d. & infra.
 Natalitius redemptoris dies felix & uniuersalis lae-
 titiae causa. 29.d.
 Natale solum redemptoris describitur & commenda-
 tur. 30.b.
 Nascenti domino quasi uenienti principi cum exul-
 tatione occurrendum. 33.b.
 Natiuitatis Christi tempus & locus celebratur. 194.a.
 Nascente Christo omnis creatura exultat. 41.b.
 Naturaliter multa fiunt quae supra humanam fidem
 esse uidentur. 148.c.
 Naturalia opera saepe fide carent. 323.e.
 Naturalia herbarum medicamenta, non sine specia-
 li numine sunt nobis philosophos manifestata. 193.a.
 Natura humana pulchra creata a Deo. 65.b.
 Naturae opera mirabilia. 126.c.
 Nautae ecclesiasticae instrumenta omnia moraliter
 exponuntur. 326.a.b.
 Nicolai episcopi sanctitas & pastoralis cura. 345.a.b.
 Nicolaus sanctitatis opera designabat adhuc infans,
 ibidem.b.
 Nicolaus resistit magistratui seculari & imperatori
 zelo ecclesiae. ibidem.
 Nicolai excellens eleemosyna erga puellas nubi-
 les. ibidem.
 Nicolaus ab ipso uere infans coepit fructificare.
 249.a. deque eius uirtutibus.
 Niniue interpretatur pulchritudo. 77.b.
 Nobilitate antiqua illustres cur humaniores sunt il-
 lis, quibus subita fortuna nobilitatem attulit. 332.d.
 & infra.
 Nominis Tetagramaton religio. 158.b.

1577 Nomina

INDEX

Noiina impoſita laudem afferunt homini ſi modo diuinitus ſint indita. 273.d.& infra.
 Nominū profanorum impoſitiones hominibus facta reprehenduntur. 274.a.
 Nomina temere indita præſagium non habent. 274.a.
 Nomen filij Dei quærebat Salomon. 46.d.
O
 Obedientia neceſſaria ad credendum. 19.d.
 Obedientia reddenda prælatiſ. 26.a.
 Obedientia voluntatiſ & intellectus. 208.a.
 Obedientia Deo in primis reddenda. 286.c. & infra.
 Obededon benedicitur ob cultum exhibitum arca fœderiſ. 159.a.
 Obſeruatione mandatorum diuinorum neceſſaria ad iuſtitiam. 355.d.
 Occidentale imperium ſæpe fregit orientiſ vires. 199.a.
 Oculi debet eſſe plenus homo. 207.c.
 Odium proximi aries ſignificat. 322.b.
 Officiorum rei publicæ debet eſſe diſtinctio vt aliud aliud exerceat. 348.c.
 Olla amara quam dulcefecit Helifeus quid ſignificet. 295.a.
 Oleo orationiſ & piæ conuerſationiſ nutrienduſ igniſ diuini amoris. 179.d.
 Oleum gratiam ſignificat. 359.d. & 360.d. & charitatem. 362.b.
 Operarij ſunt omneſ homineſ daturi poenæ ceſſationiſ. 56.b. & 59.b.c.
 Operū hominū vix inuenietur aliquod perfectum omni ex parte niſi miſericorditer et pie iudicetur. 9.a.
 Opera ſine charitate facta ſed poenarum ſolo metu contemuntur à Deo: quia meritoria non ſunt licet aliæ vtilitateſ habeant. 355.d.
 Opus pium diligenter perficiendum. 245.a.b.
 Operiſ difficultaſ delectatione tollitur. 364.b.c.
 Opera bona ſæpe dulcedinem habent ſpiritualem magiſ quam ipſa oratio. 243.a.
 Opera miſericordiæ commendantur. 250.a.
 Opera cum fide neceſſaria ad iuſtificationem contra hereticos. 326.d. & infra.
 Opera bona ſunt neceſſaria neque ſufficit declinare à malis & per lucernas deſignantur. 329.c.
 Opera bona debent præcedere nō ſubſequi nos, contra eoſ qui ſatiſ eſſe putant reſtamento illa iubere, etiam debent non tantum in voto ſed in re præſtari. 329.d.
 Opera nude examinanda in diuino iudicio. 341.a.b.
 Opera bona differenteſ & procraftinanteſ vſq; in finem vitæ increpantur. 348.d.
 Oratione, ieiunio, & eleemoſyna præparatur habitaculum Deo. 29.d.

Oratio commendatur. 55.a.
 Oratio victoriæ parit in bello. 82.c.
 Oratiōe iuſtam ſæpe videtur non exaudire Deuſ aut quia noſ ſumus in culpa, aut quia nobiſ eſt vtilior dilatio. 85. b.c.d. & infra.
 Oratio ad deum vtiliſſima. 200.b.c. & 204.d.
 Oratio debet breuiloquio abſolui. 243.d. & infra.
 Oratio eſt remedium tentationiſ. 297.c.d.
 Oratio pia per ſimilam conſperſam oleo ſignatur. 322.b.
 Ordo rerum in deo ab æterno, non ſecundū tempuſ, ſed ſecundum dignitateſ perfectionem. 217.c.
 Ordo militariſ D. Iacobi laudib; celebratur. 284.c.
 Ordo, lege Auguſtinuſ & monachaliuſ. 7.
 Originale peccatum omneſ filioſ Adam inquinat. 229.b.
 Oſculum vnionem cum Deo ſignificat. 181.b.
 Oſculi quatuor fructuſ enumerantur. ibidem.
 Otium et negligentia taxantur. 56.a.b. & infra.
 Otium viuū hominiſ eſt ſepultura. 56.b.
 Otium eſt ſomnum quatuor potiſſimum excutiūt ibidem. d. & infra.
 Otium vitandum. 249.b.
 Otioſum eſt quod non ad Deum aliquo modo referatur. 168.c.d.
 Oza temere manibuſ arcam tangens figura eſt eorum qui ſacram eucharitiā ſine purificatione conſcientiæ ſumunt. 159.a.

P

Panes propoſitioneſ teſte Nicolao Lyrano, auro pinſebant Hebræi, & in auro coquebant. 158.b.
 Parabolarū clauſa myſteria dominuſ clauē addita aperit. 360.a.
 Parabola de decē virginibuſ ſummatim exponitur. 359.c.d.
 Parabola euangelica Matth. 13. de tribuſ ſatiſ farine incarnationiſ verbi aptatur. 50.d.
 Parabola non exquiſite exponendæ ſecundū Chryſoſtomum. 55.d. & infra.
 Parabola filij prodigiſtatum continet peccatoreſ, & illiſ miſeriam. 84.c.
 Parabola euangelica patriſ familiaſ vineam colonuſ locantiſ exponitur ſummatim. 80.a.
 Parabola trium panum qui ab amico petuntur exponitur. 143.c.
 Parabolarum euangelicarum vſuſ. 339.b.
 Paradifuſ gemina hic, & in futuro negatur homini. 345.c.
 Parèteſ qui iniuſtoſ filioſ & præſertim filiaſ cogūt conditionē accipere, & monachaſ eſſe reprehenduntur. 291.c.
 Partuſ

INDEX

Partuſ ſine dolore, niſi in partuſ virginiſ ſacrę nūquā vifuſ. 193.b.
 Partuſ ſacrę virginiſ exponitur exempliſ. ibidē. c. & in eo multa mirabilia contingere. d. & infra.
 Paruulorum puerorum moſeſ imitandi. 261.c.
 Paſſionis cauſa attendenda. 295.d.
 Paſſioneſ corporiſ temperandę, vt Deus inhabitet. 184.b.
 Paſſioneſ carnaleſ valde impediunt diuinuſ amorem. 179.c.
 Paſſioneſ corporiſ animam à ſpiritualiuſ rerū contemplatione auocant. 35.a.
 Paſſio domini commemorata in monte tranſfigurato redemptore. 165.c.
 Paſſio eſt via ad gloriā. 283.c.d. & infra.
 Paſchaliſ agni ejuſ eucharitiæ figura. 161.b.
 Paſtoraliſ cura non ambienda, ſed ferenda dum imponitur. 182.b.
 Paſtoſeſ eccleſiæ admonentur & reprehenduntur. 345.a.b.
 Paſtoſeſ iugulanteſ ſubditoſ reprehenduntur, hoc eſt mēdaceſ adulanteſ captanteſ munera præ auaritia. 101.a.b.
 Paſtoſeſ ruſtici non proceres accerſuntur naſcente redemptore. 31.d. & 33.a.
 Paſtoſeſ eccleſiæ imitatoſeſ eſſe debent paſtoſum qui ad redēptorem naſcentem properaſunt. 33.b.
 Paula deuotiſſima naſcentem dominuſ in ſpiritu vidit. 37.a.b.
 Pauli conuerſio per Srephanuſ orantem à Deo facta. 44.a.
 Pauli apoſtoli anima framea Dei fuit qua totuſ munduſ Deuſ proſtrauit. 65.b.
 Pauluſ apoſtoloſ cum vana gloria certat. 283.a.
 Pauli apoſtoli & Iacobi in ſpeciē diſonanteſ conciliantur circa fidei neceſſitateſ. 326.c.d.
 Pauluſ apoſtoloſ gerit ſe, ac ſi dubitaret de ſui prædeſtinatione & ſalute. 361.d.
 Pati & mori extraneuſ eſt à Deo, ſed voluit hæc omnia ſubire, vt ſeruare quod Dei eſt opuſ propriuſ, faceret. 19.b.
 Patreſ, quomodo honorandi. 350.b.
 Patreſ ſpiritualeſ ſunt honorandi. ibidem.c.
 Patrini ſeu ſuſceptoreſ aſtanteſ in baptiſmo ſunt velut fidei uſſoreſ. 25.a.
 Paupertateſ eſt tam frequenſ ob crebram aliquorum auaritiaſ. 123.c.
 Paupertateſ per Chriſtuſ inducta. 260.d. & infra.
 Pauperes euangelizantur ad iue & paſſiue capi poſteſt, & vtroq; modo fuit ſignuſ aduentuſ Meſſiæ. 21.b.c.
 Pauperes amati & honorati. ibidem.c.
 Pauperes & gratiæ inopeſ ſumus omneſ. 337.d.
 Pauperes ſunt quibuſ Deus bona ſui ſiſci contu-

lit. 339.a.b.
 Pauperi etiam malo præſtanda eleemoſyna. 340.a.
 Pauperū variæ differentieſ conſiderandę. ibidē. a.b.
 Pauperes cur Deus eſſe velit. ibidem.
 pauperi Chriſtiano priuſ ſuccurrenduſ. 340.b.c.
 Pax per Chriſtuſ data. 196.d. neque inter ſcleratoſ eſt.
 Pacis abundantia & copia. 202.a.
 Peccatum omni ratione vitandum. 346.b.c.
 Peccatum in ſe, neque bonuſ eſt, neque iucundū. 201.a.
 Peccata dolore & amore curantur. 375.c.
 Peccata à pauperibuſ redimenda pecunia data. 339.a.b.
 Peccata tribuſ remedijs emendantur. 338.c.
 Peccata animaliuſ ſanguine deleta non ſunt. ibidem. a.c.
 Peccati impunitateſ ſignuſ diuine irę. 285.d.
 Peccatum eſt cauſa cur labore quæramuſ victui & veſtitui neceſſaria. 247.c.
 Peccatum magiſ timenduſ in bello, quam Turca hoſtiſ. 199.d.
 Peccatū turbauit principiū amoris, ſõtem q; 175.b.
 Peccato primi parentiſ ſpirituale intelligentiſ lumen amiſſiſimuſ quod erat donuſ nature additū 144.c.
 peccati præſentiſ remediū ac veniam petebant propheta à Deo. 88.c.d.
 peccati cognitio exigitur à peccatore. 89.b.
 peccati damna. 88.c.
 peccati cõfeſſio apud Deuſ plurimuſ valet ſemper, ſed non apud humanoſ iudiceſ. 89.a.b.c.d.
 peccata diuturniora grauiora ſunt. 94.c.
 peccatum pondere ſuo in aliud peccatum trahit. ibidem.d.
 peccati excuſatio reprehenditur. 96.a.
 peccati occaſioneſ dimittendę, vt cõfeſſio ſit fructuoſa. 100.c.d.
 peccatū eſt in ratione ſuperiori & voluntate. 105.a.
 peccatum retardat animam à diuino amore. 172.d. & infra.
 peccata quodam modo cooperantur in bonū a mātī Dnum. 279.c. & 175.a.
 peccatum fuit occaſio incarnationiſ. 217.a.
 peccati quantum ſit malū. 230.b.
 peccati ſatiſfactio ibi in corde vbi peccatū eſt. 105.a.
 peccati damna conſideranda vt doleat. 106.a.
 peccata vitanda accenſuro in caluſ. 132.c. & recepturo ſpituſ ſanctuſ. 139.a.
 peccata purganda ad ſacram eucharitiā ſumendā. 161.a.b.
 peccata alia præter idolatriā ſunt cauſa quod deſ minuat genteſ, & diſſipet. 88.a.
 peccati cognitio remediū eſt contra flagellū. 82.b.

INDEX

Peccata sunt causa publicæ vastitatis 83.a.
 Peccata omnia etiam per poenitentiam remissa, an tantum illa quæ condonata non sunt, manifestanda in iudicio vniuersali sint, controuersia est & problema. 3.c.
 Peccati gemina infinitas & ratione obiecti, quia est contra Deum & ratione subiecti, quia quantum est ex se in omnes posibles homines defudebatur. 10.d. & 11.a.
 Peccati atrocitas arguitur ex hoc quo filij dei morte fuit expiandum. 14.a.
 Peccatum esse Deo inuisum fuisse monstratur. 16.b.
 Peccati acerba vindicta. ibidem.c.
 Peccatores in peius ruunt. 242.b. & longe sunt ab ascensione spirituali. 243.b.
 Peccator infidens duabus vijs quis sit. 287.b.c.
 Peccator est insensatus. 309.d.
 Peccator iuste priuatur a Deo cordis sensu. 314.d.
 Peccator diuitias suas in humilitate habet, vide humilitas.
 Peccator gradatim fit deterior, & gradus referuntur. 346.b.
 peccatores non resurgunt in iudicio proprio neq; alieno. 347.b.c.
 peccatoris obduratio explicatur. 354.d.
 peccator in tenebris agit. 356.d.
 peccatoris miseria exponitur. 358.a.
 peccator sui ipsius est terror. 379.d. & infra.
 peccator somno lethargico pressus. 28.b.
 peccator procrastinator. ibidem.
 peccator aliquando acceptis plagis magis desipit. ibidem.
 peccatori & nomen & proprietates deserti & inculti agri conueniunt. 27.b.
 peccator in magno periculo versatur. 78.d.
 peccator obstinatus rarissime conuertitur. 78.d. & infra.
 peccator non sanatur inuitus. 79.a.b.
 peccator factis non vult sanari, sed verbo tenus. 79.b.
 peccator aliquando vult respicere, sed frigide, nam simul hæret in peccato. ibidem.
 peccatori efficaciter volenti respicere mox datur venia. 76.b.
 peccator imponere debet humeris peccatum respiscendo. 79.c.
 peccatorum occasiones fugiendæ. 84.b.
 peccator magis possidetur a demone quam hi quos Energuminos vocamus, quia mente tenetur ille a demone. 84.d.
 peccatorem Deus exaudit sæpe, quia cum non haberet unde deberet sperare salutem, spem tamen fixit in Deo. 86.a.
 peccatorum inundatio tempore nostro. 88.a.
 Peccator facere debet iudicium sui ipsius. ibidem.d.

& infra.
 peccator obduratus difficulter sanatur, sicut & egrotus putridis humoribus abundans. 98.b.c.
 peccator rarus respicit modo ad vocem prædicatoris. 28.a.
 peccator professione Christianus, sed paganus moribus. 25.b.
 peccator promissionem factam in baptismo violat. 25.a.
 peccantium multitudo peccandi pudore adimit. 25.b.
 peccator iam nunc ad caelum admittitur per Christum, quo patriarchis antiquis nondum aditus patebat. 43.c.
 peccator habet fidem, spem, & fiduciam. 59.d.
 peccator induratus per egrotum triginta octo annos agentem in lecto designatur. 78.c.
 peccator obstinatus, per Lazarum quatruiduanum & foetentem significatur. 98.a.b.
 peccatorem conuertere Dei solius est virtus. ibidem.b. & 99.c.
 peccatores nondum obdurati minore difficultate curantur. 98.b.
 peccator obduratus non tam oratione eget, quam lachrymis & contritione. ibidem.c.d.
 peccator desinat dum pro illo iustus intercedit. ibidem.
 peccator exemplo Christi in exsuscitatione Lazari turbet voluntarie seipsum, quia dolor vltro-neus Deo est gratissimus. ibidem.d. & infra.
 peccatoris gemitus ob magnitudinem dicitur fremitus quæ affectio est irrationalis, & ideo vehementiore habet turbationem. 99.b.
 peccatoris fremitus geminat esse debet, & pro peccato quia contra deum, & pro damno. 99.b. & 103.d.
 peccator recidens in eadem peccata, reprehenditur. ibidem.b.c.
 peccator debet manifestare seipsum tolerato in presentia pudore, ne pudeat in iudicio vniuersali. 100.a.b.
 peccator similis esse debet medico sedenti in biuio. ibidem.b.
 peccator debite poenitens præuenit diuinum iudicium, & diuinam quo dammodo mutat sententiam. 101.d.
 peccatori etiam obdurato sex remedia referuntur per epilogum. ibidem.d. & infra.
 peccator ad lachrymas, sicut paruuli solent, debet subfugere. 105.a.
 peccatores conuersi sæpe meliores sunt innocentibus iustis. 278.b.c.
 peccatores damulis indomitis similes. 287.a.b.
 peccatoris appetitus in idem recurrens exponitur. ibidem.c. & inquietudo.d.
 peccator pulueri apte comparatur ob instabilitatem. 347.b.
 peccator dicitur non habere dominium sui, vt vul-

INDEX.

go dicimus, no es señor de si, propter vitiosum habitum peccandi. 347.b.
 Peccatores piscibus assimulantur. 363.d.
 Peccator destinato animi consilio a Deo recedit. 360.b.
 peccator credit assensu cordis, sed factis negat deum. 371.a.b.
 peccator assimilatur dormienti, & excitatur a Deo. 379.b. & quomodo excitatur a Deo. c.d. & infra.
 peccator figuratus per Sisaram clauo confixum per somnum. 380.a.
 Peccatoris alta Dei & sui obliuio. ibidem.b.
 peccator ignorans. ibidem.
 peccatoris ratiocinatio mala dum colligit ex breuitate vitæ vacandum esse voluptati. 380.d.
 Peccandi consuetudine homo degenerat in brutum. 79.a.
 Peccandi consuetudo fit aliquo modo necessitas, ex Augustino. ibidem.b.
 Pelagius, vide hreticus.
 Poenæ damnatorum referuntur. 379.b.
 poena cogitanda vt peccatum desereris. 106.a.
 Poenitentiam discere a Ninivitis debemus. 76.d.
 Poenitentia rara in nobis, cum multa sint quæ nos ad illam vocent. 77.a.
 Poenitentia est salutaris piscina qua lauantur sordidi omnes. 78.b.c.
 Poenitentia spiritu diuino & supernaturali mouenda est salutaris. ibidem.b.
 Poenitentiam non agentes merito damantur. ibidem.d.
 Poenitentia demon pellitur. 88.c.
 Poenitentia tres partes, contritio, confessio, & satisfactio. ibidem.c.
 Poenitentia & confessione expellendus demon a peccatore. 127.d.
 Poenitentia est quæ peccator præoccupato iudicio diuinam euadit damnationem. 5.b.
 Poenitentia necessaria ad salutem quæ sine cognitione sui non habetur. 23.c.
 Poenitentia ascensus est purpureus ad gloriam. 192.b. & primus gradus scale. 243.b.c.
 Poenitentia dolor per turturem & columbam significatur. 322.b.
 Poenitentia scopendus spiritus. 364.d.
 Pentecostes, hoc est quinquaginta dies poenitentia & remissionem significat. 139.a.
 Perfectio in hac vitæ rata est. 205.a.
 Perfectionem affectanti difficultates occurrunt superandæ. 232.b.c. & illi non frustantur prohibetur, quæ sequitatem tollit, sed salus & transmigratione omnis medijs. 232.d.
 Perfectio in hac vitæ semper augenda. 242.a.b.

Perfectiora imperare debent minus perfectis tamen in natura quam secundum rationem. 265.b.
 Perdicis auis ingenium & furacitas, ex Hieremia exponitur. 141.b.c. ac demoni apte comparatur filios Dei pellicenti.
 Perseuerantia in bono sine charitate non est. 360.d.
 Perseuerantia magna virtus. 82.b. & 84.d.
 Perseuerantia ingenue mentis est. 189.c.d.
 Perseuerantia charitatis. 190.c.
 Perseuerantia monetur. 231.d. & 231.a.b.
 Perseuerantia in oratione timore & amore acquiritur. 200.d.
 Perseuerandum est in bono opere cepto apponita si gura admonetur. 53.c.d.
 Perseuerantia necessaria. 365.d.
 Persecutione formatur in nobis Christus. 178.c.
 Personæ diuinæ tres cum sint vnam substantiam habent, & in Christo tres substantiæ sunt in vna persona, scilicet, diuinitas, anima, & corpus. 49.d.
 Personarum diuinarum distinctio. 48.b.c.
 Petri apostoli vmbra sanat egrotos. 353.d.
 Petrus apostolus curæ nauis proflite & se dare in pelagi fluctus iustus mergitur, & a Christo ad cimbam reducitur. 326.b.
 Petro apostolo a Christo data ecclesia regenda. 248.c.
 Petrus apostolus perfectam habuit contritionem. 1103.c.
 Petrus & Ioanes apostoli currunt ad sepulchrum. 112.b.
 Petri apostoli in monte ad Christum transfiguratum oratio. 165.c.
 Petrus ignoranter loquitur transfigurato domino, & sine merito præmium affectat, in quo etiam nos sæpe errore versamur. ibidem.d.
 Petri apostoli sedes inamobilis futura promissione Christi. 219.d.
 philosophici fontes, cum labore aquas interdum notias exhibent. 32.b.
 philosophi Athenienses, & nomen & mores ad iugeseptem opinionem accommodabant. 36.b.
 philosophia humana obnubilat aliquando fidei lucem. 53.b.
 philosophi aliqui quare negarunt prouidentiam dei. 301.b.
 philosophi sine naturalis præmij spe tolerantissimi. 119.a.
 philosophi mysterium Trinitatis sacræ ignorarunt. 131.b.
 philosophorum studium summum & latior, vt deum cognosceret. 145.a. sed sine fide valde hallucinatisunt. b.
 philosophi nonnulli forsitan instinctu diuino vnitatem Dei agnoscere, vt Socrates, Plato Aristo. 145.b.c.

INDEX.

philosophos amore sapientiae abnegasse mundum si-
ne merito. 292.d.
Piscine euangelicæ, quinque porticus, quinque sensus
ubi languentium multitudo delitescit signifi-
cant. 78.c.
Pilos radere, quid significet. 319.d.
Plato mysterium Trinitatis aliquo modo attigit
errabunde tamen. 145.c.
Platonici eandem sententiam quam Ioannes euan-
gelista exordio sui euangelij posuerunt, teste Au-
gustino. 49.a.
Platonici de verbo Dei plura dixerunt. 49.b. &
135.b.
Platonici trinitatem quandam & triplicem mun-
dum posuere. 49.b.
populares homines abstinere debent ab officio, do-
cendi alios, & explicandi scripturam sacram. 311.
c.d. & infra.
Pontificum Iudeorum cæcitas. 108.b.
Pontificum Iudeorum stupor & maligna consilia
resurgente domino. 112.a.b.
Potentia velut plantæ tres homini datæ. 168.d.
Porphyrij argumenta impia contra incarnationem.
19.b.
præcepti de diligendo Deum explicatio, & quo-
modo est possibile viatori. 178.a.b.
præcepti diuini contemptus græue scelus. 346.b.
præceptum dilectionis diuine in statu innocentia
non fuisse exprimi necessarium, sicut neque mo-
do est necessarium ut præceptum proprii amo-
ris nobis expresse ponatur. 172.d. & infra.
præceptum dilectionis imperfecte impletur in hac
vita. 170.c.
præceptorum obseruatio magis necessaria ad salu-
tem quàm curiositas scientiarum. 126.b.
præcepta veteris legis dicuntur esse non bona licet
pro tempore, & pro illo populo bona fuerint,
quia non erant perfecta omnino. 168.d. sicut sunt
nouæ legis.
præceptum amoris, & vetus, & nouum est. 169.a.
præceptum amoris magnum præmiuui propositum.
ibidem.
prædestinationis signum est afflictio. 28.d.
prædicator est tuba Dei. 27.d.
prædicatores multi & aliorum vitæ indulgentes ac-
riter reprehenduntur. 273.b. & 276.b.
prædicatores debent à Deo interiora arcana doctri-
na imbui. 276.b.
prædicatori & doctori ecclesie incumbit fidei ratio-
nem reddere. 15.c.
prædicatores saepe in ipso actu prædicationis ma-
gis illuminantur quam cum literis vacabāt. 117.a.
prædicatores non propriam gloriam, sed Christi de-
bent querere. 136.c.

prædicatoris ardeat conuersionis fidelium est causa.
138.a.
prædicatores exterior tantum attingunt, sed spiri-
tus Dei interior afficit hominem. 141.a.b.
prædicatores negligent estaxantur. 142.c.
prædicator callere debet exacte diuinam scripturam.
211.b.
prædicationis vis in hiericuntis euerfione solo tu-
barum clangore designata. 139.d.
prædicatio verbi diuini vtilissima ecclesie. 57.c.
prædicatio non cultu sermonis, sed efficacia constat.
74.c.
prædestinat Deus terminum meritorum vniuscui-
usque. 241.d. & infra. 275.a.
prædestinationis libera Dei voluntas est causa, qui
non facit iniuriam dum hunc prædestinat & illū
non. 347.c.
prædestinatio prima radix omnium bonorum, &
necessario impletur. 347.c.
prædestinati peccant in tempore, sed delectantur eorū
peccata. 279.a.b.
prædestinationis imperscrutabilis est abyssus. 278.
c.d. & exemplo quodam exponitur.
prædestinatio semper impletur, quia absoluta est
sententia. 78.c.
prædestinatio est causa meriti, non est autem ipsa
ex meritis prouisa. 209.c.d. 274.c.d. & infra.
prædestinatio immutabilis. 209.d. 274.d.
prædestinatio est summa gratia certa & ineffabilis,
& origo omnium donorum caelestium. 274.c.d. &
infra. 286.c.
prælatus ecclesiasticus pastor non dominus. 25.d.
prælati magna obligatione tenentur. 26.a.
prælatorum aliquorum mores increpantur. 33.b.
prælatos ecclesie eandem qua redemptorem tenta-
tione demon adoritur, ut in molles panes poenit-
entia duros lapides conuertant. 66.b.
prælatus graues poenas daturus si cessauerit admo-
nere subditos. 80.a.
prælati debent auferre onera ex actionum & inuti-
lium legum à ceruicibus subditorum. 99.d.
prælati non debent suditis esse ferri. 101.c.
prælati & sacerdotes ecclesiastici non residentes in
suis sacerdotijs reprehenduntur. 262.a.
prælati scandalizantes subditos reprehenduntur.
262.a.
prælati ratione reddituri de alijs, & humeris alios
dicuntur portare. 320.b.
prælati improbi etiam honorandi. 350.c. & de il-
lorum suprema autoritate atque obligatione
reddendi rationem Deo pro nobis. 350.d. & in-
fra.
præmium beatitudinis exponitur. 155.a. & 164. &
infra. 170.d. 172.c. 188.d. & infra. 237.a. & 252.d. 255.
d.

INDEX.

R

d. 258.c.d. & infra. 269.c. 381.b.
Præparatio ad eucharistiam necessaria. 158. & 159. &
infra. 161.d. & infra.
Præsepj redemptoris humilitas angelicis cantibus
celebrata. 32.b.
Præsepe redemptoris schola est. 32.a.b. & 36.b.
Præsentia Dei non imponit necessitatem rebus.
347.c.
præsumptio, vide superbia.
Primi homines ambitione tentati & victi. 283.
a.
Principes quare honorandi. 350.b.
Principes & proceres debent esse Deo valde dedi-
ti, quia Deo magis egent. 109.b.
Principum, Regum, & Imperatorum, quales mo-
res & vita. 206.a.b. & infra.
Principi omnes student placere, & ideo ad mores
emendandos subditorum plurimum habet mo-
menti quid illi placeat. 206.c.d.
Principum humanorum natalitia celebrari solent.
41.a.
Proceres & magnates reipublice, quales esse debent.
26.b.
Prodigalitas aliquorum, aliorum indigentia est cau-
sa. 123.c.
Prophetarum & patrum suspiria, clamores & an-
xietates videndi Christum dominum. 15.b.
Propheta debuerunt præcedere ante Christum, ut
illi viam nuntiarent, & ad fidem præpararent ho-
mines. 20.a.
Prophetarum mos incipiendi prophetias à prin-
cipibus & sacerdotibus sub quibus floruerunt.
27.b.
Prophetis commune est per præteritum tempus
futura prædicere. 30.c.
Propheta desiderabant videre Redemptorem.
39.a.
Prosperitas continua valde noxia homini. 304.d.
& infra.
Publicanus confessione peccati adeptus est iusti-
tiam. 89.d.
Pudicitie prælia, dura & difficilia. 71.d.
Pudicitia plurimum iuuat ad vitam spirituale de-
gendam. 365.b.
Pueritia virtute imbuenda. 349.a.b.
Pusillanimitas taxatur. 70.b. & 294.d.

Quintus & mater Iulita martyres admirandi. 306.
b.c. & infra.

Ratio est regula humanorum actuum. 122.b.
Ratio naturalis non sufficit ut in Deum tendamus.
124.c.
Rationale Mosaicum, hoc est ornamentum sacer-
dotale exponitur. 320.c.
Rationalem vitam agentes laudantur. 363.c.d.
Reciduum cauendum. 338.b.
Reciduum peccati peius peccato priore, tres ob cau-
sas. 79.c.
Redemptio copiosa per Christum à Dauide dicitur,
sed à Paulo vocatur nimia. 177.d.
Redemptio quam creatio laboriosior. 11.b. & 16.d.
Redemptionis modus non statim hominibus no-
tus. 15.a.
Regula diui patris Benedicti quinque millibus mar-
tyrum illustrata. 345.a.
Regum quales mores & vita. 206.a. & infra.
Reges principesque homines speluncis abditi qua-
rent latibula montium, ne horrendam calami-
tatem rerum præcedentem iudicium vniuersale
conspiciant. 6.d.
Relatio in Deum saltem virtualis requiritur ad me-
rendum. 350.b.
Relinquere omnia quantum ad actualem posses-
sionem consilium est domini non præceptum.
296.a.
Religiosus quisque est castrum quo Deus inhabi-
tat. 242.b.
Religiosorum tepiditas reprehenditur. 233.a.
Religiosi dissolutæ vitæ reprehenduntur, & minus
malum fuisset religionem monachismum quæ non
adiisset. 261.d. 262.a.b. 277.a.b.
Religiosi militaris ordinis prophanæ vitæ repre-
henduntur. 284.d.
Religiosis perseverantia necessaria. 287.b.
Religiosi ne respiciant retro oculosque ad mun-
dum relictum conuertant monentur. 315.a.b.c.d.
& infra.
Religiosi secularibus implicati reprehenduntur.
348.b.
Religiosi prætextu pietatis discurrentes monentur.
361.d. & infra.
Religiosi suæ professionis admonentur. 365.a.b. 377.
p. 378.a.b.
Religiosi sunt figurati per exploratores terræ pro-
missionis quæ figura late tractatur. 366.a.b.c.
Religiosi impatienter longitudinem vitæ conque-
sti reprehenduntur. 381.a.
Religiosis perseverantia necessaria. 287.b.
Religiosi felices, quia securi & procul sunt à nego-
tjjs seculi. 58.d.

INDEX.

Religionis status felicitatem quādam habet in hac
vita. 247.c. & laudatur valde. d. & infra.
Religionis monasticę labores faciles. 366. b. c. vide
crux.
Religionis status laudatur. 378. a. b. & 366. b.
Reprobatorum plantus conspecta electorum glo-
ria. 7. d.
Reprobi demonibus vndique circumfusis per fami-
lias ordine quodam prodibunt. in iudicium vt Lu-
therus & Arrius cum hereticorum familia, Cain
cum patricidarum, Nero cum tyrannorum tur-
ba. 8. a.
Reprobatorum planctus in iudicio, quōd benignitate
Dei fuerint abusi, & occasiones salutis oblatas
a Deo neglexerint. ibidem. b.
Reprobis percutibus sancti non erunt propitij. 9. a
Reprobationis odijque diuini explicatio. 218. d. &
infra.
Respublica nunc est recte ordinata cum perfectio-
res alios regunt. 265. b. c.
Resurgent in corporibus foedis reprobi, electi in
in lucidis, & nitentibus pro ratione meritorum.
7. c.
Resurgent omnes homines, sed non omnes immu-
tabimur. 110. a. & 121. a.
Resurrectionis dies lætitię plena. 109. c.
Resurrectio Christi cū eiusdem natiuitate de virgi-
ne comparatur. 110. a.
Resurrectionis historia ex omnibus euangelistis
collecta cōtextitur. ibidem. b.
Resurrectionis circumstantię artificiose tractantur.
111. b. c.
Resurrectio figurata in manipulo Iosephi somniā-
tis. 113. c. d.
Resurrectio Christi non debuit differri vsque ad ge-
neralem resurrectionem propter eius gloriam &
synagogę confusionem. 114. a.
Resurrectio Christi a deo necessaria, vt sine illa nō
profuisset incarnatio aut passio. ibidem. b.
Resurgente Christo puri homines plures resurre-
xerunt, vt nobis nostrę resurrectionis certius es-
set testimonium. ibidem. d.
Resurgens Christus apparet duobus discipulis cun-
tibus in Emaus villam, & tota ea historia ex euan-
gelio colligitur. 115. a. b. & infra.
Resurrectio domini figurata multis modis. ibidē. c.
Resurgens Christi diuersę formę, sed vt orti cul-
tor, & vt peregrinus moraliter tractatur. 116. b.
Resurrectionis articulus creditu difficilis. 118. b. c. &
& 126. a. b.
Resurrexerint ne viri sancti resurgente domino
iterum morituri anceps quęstio. 119. a. b.
resurgens dominus debuit videri oculis discipu-
lorum, vt fides plena resurrectionis haberetur a-

lioqui non habenda. ibidem. b.
Resurrectio domini visa est plurimis & pluries. ibi-
dem.
Resurrectio domini tactu explorata. ibidem. c.
Resurgens dominus edit & bibit, ob testimonium
resurrectionis. ibidem. non necessitate naturę.
120. c.
Resurrectionis testimonia magna. 119. c. d.
Resurrectio domini probata fuit morte & marty-
rio apostolorum & discipulorum Christi. ibidē. d.
Resurgens dominus, non apparet conspicuus toti
populo, sed quibusdam tantum testibus ne fides
per euidenciam tollatur 120. b.
Resurgens dominus ostensus est in forma commu-
ni, & non in gloriosa ne putaretur alter. ibidem. b.
Resurgens dominus, noluit conuersari cum disci-
pulis permanendo totis diebus cunctis, ne puta-
retur habere eundem statum vitę quem antea.
ibidem. c.
Resurgens homo potest libere se ostendere, aut se-
cundum colorem, aut secundum splendorem, aut
qualem maluerit. ibidem. c.
Resurrectionis nostrę spiritualis, eadem signa & te-
stimonia moraliter tractantur, quę & Christi re-
surrectionem ostenderunt. ibidem. c. d.
resurgens Christi imitatores esse debemus, ne ite-
rum moriamur per reciduum peccati. 121. a.
resurrectionis die Marię tres, euangelicę ex eunt
domo ante ortum solem, sed orto sole perueniunt
ad sepulchrum, quoniam in itinere crux Christi
adhuc erecta occasionem illis contulit immoran-
di, ita pia est authoris consideratio. 111. d.
retributionis certa spes valde excitat ad operan-
dum. 163. c. d.
reuelationes priuatim factę non euulgandę. 167. a.
reuelationes priuatę habent nonnunquam pericu-
lum. 326. b.
romani martyris & monachi gesta egregia. 290. c. d.
romana ecclesia caput orbis. 219. d.
romanię ecclesię stabilitas promissa Petro a Chri-
sto. ibidem.
romanos tolerantia magna. 129. a.
romanos in deis suscipiendis & colendis erro-
res ridiculi. 145. b.
romani non nisi strenuos admittebant ad certa-
men. 297. b. c.
romani triumphus consuetudo & causa. 125. c.
Ruperto abbati miraculum contigit circa sacra-
mentum Eucharistię. 157. b.

S

Sacerdoti summo semel in anno & ornamentis pre-
tiosissimis

INDEX

tiouissimis induto licebat Sancta sanctorum in-
gredi, & illi arcam nudam oculis aspicere soli erat
phas. 158. b.
Sacerdotum vita qualis. 319. a. b. c. d. & infra.
Sacerdotes cur comedere peccata populi dicantur.
339. a.
Sacerdotum prima cura populū Dei amantem
reddere. 252. c.
Sacerdotes duplici obligatione tenentur vacare
Deo, & Dei beneficio & stipendio populi. 40. c.
Sacerdotes veteris Synagogę reprehenduntur.
53. a.
Sacerdos confessarius iudex pius & lenis. 90. b.
Sacerdos absolueret debet peccatorem exeuntem
de sepulchro non ibi manentem. 100. d.
Sacerdotes ecclesię efficaciter consecrant & ab-
soluunt, & dant gratiam instrumentaliter tamē.
102. a. b. c.
Sacerdotes Iudęorum quas ob causas moliti sint
mortem Christo. 107. b.
Sacerdotium triplex legitur in scriptura, legale, e-
uangelicum, & spirituale. 318. c. d. & infra, vbi de
officio sacerdotis Mosayci disseritur.
Sacerdotium spirituale explicatur contra hereti-
cos recentiores. 321. d.
Sacerdotium spirituale quomodo metaphoricum
sit, & differt ab euangelico. ibidem.
Sacrificia Synagogę Deo per se non accepta & gra-
ta. 188. d.
Sacrificia Mosayca moraliter exponuntur. 322.
a. b.
Samaritana mulier mundanam peccatricem quę
animam representat. 91. b.
Sanguine respersa humanitas Christi. 263. d.
Salomonis opera tripartita. 180. c. tribusque idcirco
nominibus ipse appellatus. 181. c.
Salomonis cantica epithalamium in nuptijs agni-
& columbę continent, ibidem. d. vbi & argumē-
tum totius libri exponitur.
Salomonis pelles interior pulchre, exterius rudes.
182. a. b.
Salomonis cantica amorem spirant in singulis ver-
bis. 205. b. & eiusdem lapsus in idolatriam.
Salomonis de virgine prophetia. 231. a.
Sancta sanctorū summe venerationis Hebręis. 158. b.
Sanctitas plus requirit quā iusticia communis.
346. c.
Sanctitatis pulchritudo per se valde amabilis. 355. a.
Sanctorum cęlestium patrocinium inuocandum.
200. c. d.
Sanctorum hominum mores describuntur. 207.
c. d.
Sancti gloriosus coronatur pro meritis coronis, quā
si per Christū gratis illis donati fuissent. 12. a.

Sanctorum antiquorum ardentior charitas, quā
fidelium presentium. 40. b.
Sancti consueuere esse aduocati illis qui patiuntur si-
milia his quę ipsi passi sunt. 44. a.
Sanctorum patrocinium querendum. 84. d.
Sancti homines sunt Dei templa. 85. a.
Sancti viri codites sunt & libri qui exemplo suo
& opere melius docent quā solo verbo. 137. a.
Sancti mutati sunt ex parte virtutis Christi.
218. d.
Sancti omnes, excepta sacra virgine peccati aliqua
labe affecti. ibidem. a.
Sanctorum præcedentia & comparatio inutiliter
quaritur. 260. b.
Sanctorum tres differentię. 264. a.
sancti templum sunt Dei. 270. a.
sancti sunt gigantes quidam. ibidem. a. b.
sanctorum festa quomodo celebranda. 273. c.
sancti homines equis similes sub fessore Deo. 287. a.
& 293. c. & 183. a. b.
sancti cur in presenti vita affligantur florentibus
impijs. 301. d. & 302. a. b. & infra.
sancti comparantur soli. 309. d. & 310. b. c.
sanctis alijs alię gratię communicatę. 310. b.
sancti fulgent in Ecclesia quatuor modis. ibi-
dem. c.
sanctorum metita dijudicare temerarium est.
ibidem. d.
sanctorum diuitię quę sint. 316. d.
sancti in hac vita alijs, alijs virtutibus excellunt. 237. c.
sanctorum festa cur celebrantur in ecclesia. 337. c.
sancti quomodo imitandi. ibidem.
sancti sunt euangelium viuum, & quomodo imi-
tandi. 83. a. & 343.
sanctorum caro finitur, sed sanctitas est perpetua.
344. b.
sancti exempla nostra sunt cuius figura habetur.
ibidem. b. c.
sancti viri sex conditiones ex Davide collectę. 345.
b. & infra.
sancti fructificant alijs salutifera verba loquendo.
347. a.
sancti semper in melius promouent, & in virtute
stabiles sunt. ibidem.
sancti comparantur arbori irriguę. 347. d.
Sanctorum verba & conuersatio & tota vita o-
mni ex parte utilis est. 348. a. b.
sancti quomodo fructificent suum fructum. ibidē. b.
sanctis impendendus honor multas ob causas.
351. a. b. & infra.
sancti sunt spirituales parentes nostri, & ob benefi-
cia ab illis accepta debemus illis honorē. 351. a.
& intercedunt pro nobis. d.
sancti amici Dei, & hæc amicitia illos honore di-
gnissimos

INDEX

gnissimos facit. 351.d. & infra, & quo amore Deus illos prosequatur. 352.a.b.
 Sanctis Deus arcana reuelat, & ab eis sunt aliquando edocti. 352.d.
 Sancti aliquando videntur dare Deo consilium in scriptura vsque à Deo familiarem se illis Deus præbet, ibidem & infra, cum alijs eximie familiaritatis argumentis. 353.a.b.c.
 Sanctorum à morte reliquie honorantur à Deo. ibidem.d.
 Sanctorum honor in Cælis quantus sit. 354.b.c.
 Sanctorum in hac vita remuneratio. 355.d. & infra, quæ intelligitur non tam in corporalibus, quam in spiritualibus bonis. 356.a.b.c.d.
 Sanctorum gloria breui comprehensione explicatur. 356.c.
 Sanctis omnia cooperantur in bonum. 357.c.
 Sancti cur volunt laudari sua bona opera. ibidem.
 Sanctus, vide iustus.
 Sanctorum intercessio sola non sufficit nobis ad salutem. 359.d.
 Sancti exploratores sunt terræ promissionis. 366.a.b.c.
 Sancti in ea virtute potissimum eminere creduntur, qua laudantur à Deo. 367.a.
 Sanctus altero præstantior quanto in maiori virtute præstat. ibidem.d. & infra.
 Sanctorum celebritates non agebantur apud Hebræos. 375.d.
 Sanctorum ossa & reliquie edunt miracula, quia Deus in illis est. 377.a.
 Samsonis prodigiosa vis. 421.b.c.
 sapientia antefertur feruori spiritus. 181.c.
 sapientia diuina euerit domum, vt drachmam humanam nature inueniat. 194.b.
 sapientia perfecta, est notitia Dei, & notitia sui. 23.c.
 Satanas in angelum lucis se transformat. 188.b.
 Saul reprobatus à Deo. 278.d. & infra.
 scala qua ad cælum ascenditur, qualis. 132.c. d. & infra.
 scalæ spiritualis gradus tractantur. 242.b.
 scandalum dare alicui criminosum est. 261. & infra.
 scandalum acceptum & pharisaicum continentium est. 262.d.
 scientia sine pietate parum utilis. 361.a.
 scientiam debet præcedere bonitas. 316.d. & infra.
 scientia quibus modis paretur. 82.d.
 scientia curiosa cum ignoratione sui taxatur. 127.b.
 scripturæ sacræ concentus commendatur. 130.c.
 scripturæ sacræ magnum fidei nostræ testimoniū. 150.d. & infra.
 scripturæ sacræ lectio amorem diuinum excitat. 179.c.
 scripturæ sacræ obscuritas magnam confert vtilitatem. 180.a.
 scripturæ sensus varij & multiplices. ibidem.
 scriptura sacra videtur aliquibus in locis externâ præferre iustitiam, sed interne ibidem profundum habet mysterium, ex Augustino. ibidem.
 scripturæ sacræ clavis fides est, ex Hilario. ibidem.b.
 scriptura sacra virtutes & perfectiones angelorum per similitudines nobis exprimit. 257.b.c.d. & infra.
 scripturæ sacræ donum nobis datum. 285.d.
 sacra scriptura ab idiotis & popularibus non est tractanda. 311.d. & infra.
 scripturæ sacræ testimonium vincit auctoritatem mundi. 323.a.
 scriptura sacra mappæ navigationis assimilatur. 326.a.
 scripturæ sacræ necessitas. 210.d. & qualis in ea sapientia sit. 211. & quæ dulcedo. b. & materia, & finis. b.c.
 scripturæ sacræ concentus suauissimus. 481.a.
 scripturam sacram Christus valde nobis commendat, dum illius testimonijs demonem superat. 67.a.
 scripturæ sacræ lectio vtilis multipliciter. 67.a.
 scriptura sacra modum docet seruiendi Deo. 83.a.
 secretorum reuelatio indicium amoris. 280.b.
 seculares matronas demon sæpe adorationi vacandum adducit quo negligant suæ domus curam. 72.a.b.
 Sedere coram Deo volentes puniuntur. 282.c.
 sensualitas est velut venenata vipera. 122.d.
 sensuales appetitus primogeniti sunt peccatorum, hos Deus interficit, vt educat suos ex Aegyptum. 85.a.
 sensui seruientes reprehenduntur. 363.b.c.
 sensus geminus, literalis, spiritualis, cantici Salomonis. 180.d. & infra.
 sensu corporeo non est perceptibilis per se sponsum animæ nostræ spiritus sanctus. 189.c.
 sensus omnes hominis ieiunio debent vacare. 65.d. & infra.
 sensuum curiositas infatuat hominem secundum Platonem. 91.c.
 sententia vltima iudicij finalis bonorum ac malorum dispar. 9.d. & infra.
 Seraphin velabant caput & pedes domini, & corpus detectum relinquebant in visione Esaie prophete. 44.c.
 serpentis

INDEX

Serpentis imagine demon primos homines est aggressus, ne deceptos se esse per insidias possent causari. 226.a.
 Satisfactio acceptata per poenitentem inducit obligationem. 101.d.
 Sybilis virginibus Barbaris mysteria quædam diuinitus reuelata præsertim vniuersalis iudicij arcana. 5.d.
 Sybile foemine prophæantes inter gentes. 145.c.
 Sicut quinque in templo olim dati moraliter exponuntur. 237.a & infra.
 Signum reprobationis nolle audire verbum Dei. 58.d.
 Signa quæ consequutura dicuntur in euangelio eos qui crediderint & baptizati fuerint, moraliter exponuntur. 127.c.d.
 Silentium laudatur. 228.c.d. & 242.c. & 243.d.
 Simeonis senis Hierosolymitani egregia sanctitas. 232.d. & ad redemptorem oratio. 234.a.b. & desiderium. 235.d. & infra.
 Simeonis sancti ad virginem sacram prophetica oratio de Christi passione & futura matris anxietate. 236.a.
 simoniæ vitium taxatur. 236.d.
 Synagoga vetus armis plantata. 199.c.
 Synagogam deus beneficijs multis affecit. 288.a.c.
 Synagoga deservit à Deo. 51.d.
 Sion speculatio interpretatur. 331.b.
 Solis proprietates explicantur. 309.d.
 Solis cursus incarnationis verbi typus quidam. 210.d.
 Sol inter omnes creaturas corporeas Deo similis. 308.a.b.
 Sol in sublimem suum fontem rapit vapores terre nos, sic diuinus spiritus eleuat desideria, & in altum prouehit. 93.b.
 somnus & quies contemplationis exponitur. 185.d.
 Somnus peccatoris notatur. 329.d. & infra.
 Somnus cur vitam præsentem representat. 378.c.
 species naturalis rerum per proprias differentias constitutas esse velut species numericas quæ addita vnitatem mutantur diligenter exponitur. 256.c.d.
 Spes anchoræ nauticæ comparatur. 326.a.
 Spes & fiducia in Deo locanda. 82.c.
 Sponsi Christi epithalamium & animæ sanctæ. 205.b.c.
 Spiritus sancti inuocatio ad vniuersalis iudicij rationem historiam quæ exponendam. 1.a.
 Spiritus sancti missio gemina visibilis & inuisibilis. 134.c.d.
 Spiritus sanctus sese infundit in spiritum nostrum, non sic illabitur spiritus creatus. 135.a.
 Spiritus sancti in nobis habitatio deprehenditur quibusdam signis & coniecturis. ibidem.
 Spiritus sanctus qui prius Apostolis datus à Christo fuerat in flatu, cur in Pentecoste postea datus est in igne? cuius tres causæ feruntur. 135.a.b.
 Spiritus sancti persona, magis quàm aliæ diuine ignota philosophis. 135.b.c. & 145.c.d.
 Spiritus sancti cognitio necessaria ad salutem. 135.c.
 Spiritu sancto edocta est ecclesia. ibidem.c.d.
 Spiritus sanctus munerum distributor. ibidem.
 Spiritus sanctus quomodo in Pentecoste missus historicè tractatur. 137.b.
 Spiritus sanctus inuocandus, sine quo frustra labor impenditur. 138.c.d. & infra.
 Spiritus tergemini, Dei, nempe, mundi & carnis duo posteriores abijciendi, vbi de præparatione ad spiritum sanctum recipiendum agitur. 139.a.
 Spiritus sanctus mundum bene olim conditum, sed iam deformem vt reformet & emendet mittitur. 140.d.
 Spiritus à Deo petendus triplex, sanctus, rectus, & principalis. 143.a.b. & infra.
 Spiritus sancti operationes mirabiles in nobis recensentur. ibidem.d.
 Spiritus sanctus faber appellatur malleo percutiēs, 178.c. & sic format in nobis Christum.
 spiritus sanctus intelligentiam scripturæ sanctis doctoribus contulit. 180.b.
 spiritus quandoque fallax & periculose errat. 185.b.
 spiritus sanctus incantator est spiritualium serpentium. 207.a.
 spiritus sancti dulcedo sæpe in actione potius quàm in oratione sentitur. 243.a.
 spiritus sancti vnctione delibuti reddimur agiles ad virtutis laborem. 285.d.
 spiritus sanctus qualia pectora inhabitat. 234.a.
 spiritus quæ sensus suauiores esse delicias. 364.a.b. 372.d. & infra.
 spiritus vicissitudine nunc adest, nunc abest deuotus animabus. 189.a.
 spiritus sanctus est legatus filij, sicut filius legatus est patris. 121.d.
 spiritus sanctus procedit à filio sicut à patre. ibidem.
 spiritus sanctus aduentus tres vtilitates nempe reformatio mundi, doctrina & fides, ex euangelio collectæ. 22.a.
 spiritus sanctus reformat hominem quoad se, proximum, & Deum. 122.b.
 spiritus sanctus in concordiam redigit homines, & vnum cultum & religionem diffundendo charitatem. 124.c.
 spiritualis

INDEX

Spiritualis generatio per Christum inchoata, & per spiritum sanctum quem modo absoluta. 136.a.b.
 Spirituales homines qui sint, & quæ egregij. 363.d. & infra, & quibus moribus. 364.c
 Spirituales homines sæpe sine rationis discursu rapiuntur in virtutis opus. 364.b
 Spiritualis suavitas vnctione comparatur. 243.d
 Sponsæ Christi mores. 207. & 208.b.
 Stellæ magorum ductricis magnitudo noua situs & lux. 52.a.
 Stella euauit in trantibus magis Hierosolymani, quia coram luce prophetica ceu sole obscurantur inferiora lumina. 53.b
 Stella index describitur ostendere redemptorem. ibidem.c.
 Stephani precibus Deus Paulum conuertit. 44.a.
 Stephani miraculum circa Ethnici hominis cœuerfionem, referente Augustino. ibidem.
 Stephani charitas ex imia, quæ magis de proximis quæ de suis vulneribus est sollicita. 43.d. & infra.
 Stephani lapidati functio propria lapideam cordis nostri duritiam intercedendo mollire 44.a
 Sterilitas inuidiosa fuit in lege Mosayca. 226.d. & infra, vide virginitas.
 Structio in filios crudelium tyrannorum typus. 142.b.
 Superbia aliquorum reprehenditur. 132.a. & 228.b.
 Superbia per taurum significatur. 322.b
 Superbia habet præsumptionem & ambitionem. 334.c.
 Superborum amicitia & familiaritates vitandæ. 336.a.b.
 Substantia eadem patris & filij & spiritus sancti. 121.d.

T

Taurina spectacula illicita & improba. 273.b.
 Temporis penuriam sancti deplorant. 57.a.
 Templum spirituale debemus interius fabricare domino. 343.a.b.
 Templi interioris forma, & idea qualis. ibidem.b.c
 Templum spirituale ex arte & exemplari fabricandum, & quænam est ars, & quod exemplar ostenditur ibidem.d
 Templorum consecrandorum ritus antiquus Hebræorum. 375.
 Tempora ecclesiastica modo sanctiora sunt quæ fuit templum Salomonis. 376.a.
 Tempora iudecenter esse culta reprehenditur. ibidem.b.
 Templorum externa consecratio figurat spiritualis templi (quod nos sumus) sanctitatem. ibidem.b.c.
 Tempora quibus ceremonijs consecrentur, & de my-

stico illatum sensu. 378.a.b.
 Tentationum nullus omnino euasit. 68.c.d
 Tentatur Paulus apostolus. ibidem
 Tentatione carere non est perfectio, sed vincere illam. ibidem.d. & infra
 Tentatio ferenda, sed non optanda est. 70.a.
 Tentationibus quatitur qui virtutis initia inchoat. 242.b.
 tentatione gulæ & ambitionis demon redemptorem fuit ad ortus. 66.b.c.d.
 tentatio tertia aduersus redemptorem à demone proposita. 67.a.b.
 tentatio Christi est consolatio nostra. 68.c.
 tentatio si bene utaris ea utilis est, quia nos humiliat, vnit Deo, odisse mundi huius gaudia facit, virtutum exercitia alit, & merendi segetem subministrat. 69.c.d. & infra.
 tentationes impatienter deprecantes reprehenduntur. 70.b.
 tentatio attemperatur vitibus nostris à Deo. 70.b.c
 tentationi succumbit, vt plurimū qui sine Deo vincere meditantur. ibidem.c.
 tentati debemus ad Deum subfugere. ibidem.d.
 tentatio nebule supra cor sparse comparatur quæ veritatis spiculo ceu radio solari dissipatur. 71.a.
 tentatio timoris nocturni pusillanimitas exponitur. ibidem.
 tentatio quæ vocatur sagitta per diem volans, vana gloria esse declarat. ibidem.b.
 tentationis remedia. ibidem.c.
 tentatio carnis difficilis, & quomodo vincenda. ibidem.d. & infra.
 tepidi taxantur. 179.b.
 testimonia quatuor ob causas eluari & reijci possunt velut suspecta. 22.a.
 testimonia fidei nostræ multiplicata externa & interna. 147. & 148. & 149. & infra, & in celo, & in terra. 150.a.b. & quorum contemplatio habet suauitatem, 151.c. & credibilia valde, quæ est euidentiā nō rerum in se, sed credibilitatis in cōmuni. d. & infra. & 156.c.
 testimonia Christi adhuc paruuli. 236.b.
 testamenti vtriusque mirabilis concordia. 320.d.
 testamentis fieri opera bona mandantes, quæ ab ipsis per vitam oportuit facta reprehenduntur. 348.d.
 Theologi doctoris est explicare scripturam sacram non plebis. 311.c.d. & infra.
 Theologia scholastica ab Augustino tradita est. 312.c. & illius vsus exponitur. d.
 Thomæ apostoli credendi duritia. 177.d.
 Thomas apostolus ex thesauro pectoris Christi, in missa manu mire locupletatus. 117.d.
 Thomas

INDEX.

Thomas apostolus aliud in Christo tetigit, & aliud credit. 118.a
 Thomas apostolus diuinitatem Christi cōfiteatur. ibidem.
 Timoris erat lex vetus. 168.d.
 Timoris clavis Deo coniungimur. 178.c.d.
 Timore sine causa corripimur. 197.c.
 Timor deponendus Deo auxiliante. 199.b.c
 Timore tendimus in Deum. 204.c.
 Timor Dei bonus & necessarius. 237.a.
 Timor Dei fortis custodia virtutis. 249.d. & infra.
 Timore Deus nos ad se trahit. 554.c.
 Timoris diuini laudabilis effectus. 355.c.
 Timore seruare legem Dei licitum, sed minus perfectum. ibidem.d.
 Timere debemus in hac vita de nostra salute & damnatione. 361.d.
 Timor mortis deponendus. 362.d. & infra.
 Timores nocturni, quos tentator obijcit homini explicantur. 71.a.
 Tyranni gentiles persecutionem ecclesiæ immaniter fuscitarunt. 81.b.
 Toletanum templum celeberrimum virginis quæ sacre vestigijs consecratum. 328.a.
 Transfiguratio domini tres potissimum ob causas facta fuit. 162.d. & infra.
 Transfiguratio clarius quæ resurrectio diuinitatem Christi monstrauit. 163.a.
 Transfigurationis dñi testes visa narrant. ibidem.
 Transfiguratio non omnibus discipulis est mōstrata, vt fides constaret. ibidem.a.b
 Transfigurati domini historia tractatur. 164.c.
 Transsubstantiatio panis in corpus Christi in sacramento exponitur. 155.d. & infra.
 Tribulationem immittere peccanti gratiæ diuine fessignum. 285.d.
 Tribulatione nos Deus ceu freno domat & regit. 287.b.
 Tribulatio est in qua sentit homo passionem domini. 289.a.
 Tribulatio ppetua est in hac vita. 296.c.d. & 300.d
 Tribulationis septem vtilissimi fructus numerantur. 303.a.b. & infra
 Tribulationes duplices sunt corporales & spirituales. 307.b.
 Tribulatio omnis leuis & ferenda si præmium cælestē prospicias. 69.b.
 Trinitatis sacre mysterium creditu difficilimum. 144.b.
 Trinitatis mysterium quibus reuelatum. 145.d. & infra. & credi necessarium hominibus, sed à curiosa eius perscrutatione abstinendum. 146.b.c.d.
 Trinitatis insignia testimonia in celo & in terra. 147. & 148. & 149. & infra.

Trinitas diuina Christo testimoniū perhibet. 166.b
 Trinitatis sacre vna substantia et identitas essentialis & voluntatis. 203.d.
 Trinitas sacra personarum diuinarum, ex veteri testamento probata. 205.d.
 Trinitatis sacre opera ad extra indiuisa, & tota Trinitas operata est incarnationem verbi. 222.c.
 Trinitatis mysterium aliquo modo per solē figuratur. 308.b. & infra.
 Trinitatis sacre vnitas essentiæ amoris infinitate constat. 372.d.
 Tuba archangeli personās in iudicio vniuersali. 7.c
 Turcarum aduersus ecclesiam persecutio. 198.a.b.
 Turcarū tyrāni immanitas & truculētia. 205.c.d.
 V.
 Vana gloria vitiat bonum opus. 348.b.
 Verbum vocatur filius Dei in scriptura sacra. 46.c
 Verbi mentalis generatio in intellectu est. 46.c.d
 Verbum nostrū geminū oris & cordis. ibidem.d.
 Verbum magis quàm sermo dementali dicitur. ibidem.
 Verbum imago expressa rei intellectu. ibidem.
 Verbo Dei quomodo creari omnia intelligantur. 47.a.b.
 Verbi diuini & humani differentia. ibidem.b.
 Verbū dicitur, quia producit ex intellectu deitatis & filius, quia in similitudinē naturæ est. ibidem.c
 Verbi integra diffinitio. ibidem.c.d.
 Verbum Dei æternum, lux vita Deus est, diuineque naturæ. 48.b.
 Verbum Dei vita omnium. ibidem.c.
 Verbum Dei quid summum est, & deicit se ad id quod infimum est, secundū carnem. 49.c.d.
 Verbum incarnatum est liber idealis, & in exemplum positus. 211.c.
 Verbum Dei quasi liber scriptus est opera spiritus sancti. 211.d. & velleri rectē etiam cōparatur. 212.a
 Verbum Dei infinite bonum, & primo dilectum à Deo. 279.d.
 Verba hominis sancti sunt salutifera audientibus. 347.a.
 Verecundia propria hominis poena. 2.d.
 Verecundia acerbū supplicium hominis. ibidem.
 Verecundia seculi infirmum peccati impedimentum. 249.d.
 Veritas cōtra adulationē cōmendatur. 21.d. & 22.a.
 veritas seruanda in verbo. 124.b.
 veritas in verbis commendatur. 132.c.
 veritas in principe esse debet. 206.b.
 veritas videtur dura, quia est inflexibilis. 294.b.
 veritas humilitatis germana. 334.a.
 viaticum est sacra Eucharistia. 154.a
 viatoris conditiones quatuor. 62.a.
 viatoris hominis semper possibilis correctio. 263.b.
 victoria

INDEX

Victoria quae vincit mundum incarnatio 17.d
 Victoria miraculo parta ad Tolosam Nauarum. 199.d.
 Victoribus datur manna, id est, sacra eucharistia non victis à peccato. 155.a
 Viae domini duae, quibus ad patriam tenditur, misericordia & veritas. 287.b.
 Via ad beatitudinem ardua est. 360.c.
 Vigilare debet homo in hac vita. 56.d. & infra.
 Vigilare sepe monentur homines à Christo. 328.a.b.
 Vigiliae noctis trifariam diuisae in euangelio. 331.d.
 Virgarum multicolorum Iacob mysterium ad sanctorum exempla refertur. 344.c.
 Virgiliū poetā incarnationē verbi insinuasse credebatur. S. p. Augustinus. 145.c.
 Virginitatem matris Dei rubus Mosaycus ardens, & incombustus portendebat. 34.d.
 Virginitas coniugio melior. 251.d.
 Virginitatis laudes. 365.b. & infra.
 Virginitas angelorum socia. 222.d.
 Virginitas probro dabatur olim. 214.d. & 226.d.
 Virginis sacrae in partu paupertas. 30.c.
 Virgo sacra sponsum monet equo animo ferre incommoditates loci, ac rerum dum parit redemptorem. 30.b.
 Virginis sacrae afflictio dum alieno loco posita parit. 30.a.
 virginis sacrae patientis habitus, imago, deuotio, & requies. 30.d. & 31.a. & 42.d.
 Virgo sacra simplicitate aduentantium pastorū in partu letatur. 33.a.
 Virginis sacrae patientis inenarrabilis latitiae. 35.c.
 Virginis sacrae dignitas & exultatio in partu. 36.c.
 Virgo sacra nobis deum de caelis deduxit. 42.a.
 Virginis sacrae oculi & crinis amore captus Deus, id est, fidei & humilitatis. ibidem.b.
 Virgo sacra altera Dalida à Samfone adamata. ibidem.d.
 Virgo sacra in partu speciali indiguit vigore robore diuinitus, vt diuini numinis impressionem & mentis ecclesiam ferens animo, non deficeret corpore. 44.d.
 Virgo sacra describitur dum magos excipit. 53.c.
 Virginum monacharum munus & libertas spiritus & ardor. 92.c. & 93.a.
 Virginis Deo sacrae monentur. 93.c.
 Virgo sacra probabiliter creditur vidisse essentiam diuinam Christo resurgente, & fuit haec pia opinio doctorum hominum. 111.c.
 Virgo sacra solatur in cenaculo familiam Christi. 110.d. & infra.
 Virgo sacra exultat prodito iam incarnationis mysterio cum mater Dei ab omnibus saluatur. 138.c.
 Virgo sacra in fide & gratia permanit apostolis ob tenebratis persecutionis tempore. 144.c.d.
 Virgo sacra duplici dicto angeli credens summa laude digna. 148.d.
 Virgini sacrae quare transfigurati Christi gloria non fuit monstrata. 167.a.
 Virgo sacra inenarrabili latitia afficitur dum redemptorem edit. 193.c.d. & dum illi adest. 240.a.b.
 Virginis sacrae preces pro salute generis humani. 196.a. quae & verbum è caelis traxere in terram.
 Virgo sacra inuocanda quia mater nostra est. 197.c.d. & 215.a.b. 219.c. 220.c.d.
 Virgo sacra ceu papyrus, vbi verbum Dei quasi liber scriptus est opera spiritus sancti. 211.d. & velle ri recte etiam comparatur. 212.a.
 Virgo sacra antecedit omnes sanctos. ibidem.b. & 260.c.d.
 Virgo sacra ex illustrissima familia. 214.b.
 Virginis sacrae & Ioseph sponsi cognatio nota. ibidem.c.
 Virgo sacra primo docuit calibatam. ibidem. & 227.a.
 Virgo sacra virginitatem vouit. 214.d. & 222.a.
 Virginis sacrae heroica humilitas animiq; delectio & modestia. 214.d. & 227.d. & 228.a. & 260.c.d.
 Virgine sacra nascente exultant angeli. 215.a.
 Virgo sacra primae mulieris damna compensat. ibidem.
 Virginis sacrae historiam parce scripsere euangelistae spiritu sancto aspirati, quia ea laus potius cogitatione quā lingua, aut calamo exprimenda. 215.b.c. altera ratio. 218.a.
 Virgo sacra regina est inter omnes virgines. 215.c.d.
 Virginis sacrae laudes omnes complectitur hoc quod dicitur, de qua natus est Iesus. 215.d. & 218.c. 219.a.d. & infra.
 Virgo sacra ad dexteram filij sui sedet. 216.a.
 Virgo sacra mater Dei dicenda. ibidem.b.
 Virgo sacra perfectissime amabat Deum filium suum. ibidem.b.c.d.
 Virgo sacra valde amata à Deo filio suo. ibidem.d. & infra.
 Virgo sacra neminē hominū dedignatur. 217.a.b.
 Virgo sacra ordinata ab aeterno ad summam inter creaturas perfectionem. ibidem.c.
 Virgo sacra electa vt sit mater Dei & hominū aduocata. ibidem.
 Virgo sacra ex hoc quod est mater Dei infinitatē quandam nacta est. 218.a. & 219.b.
 Virgini sacrae corpori & moribus magis assimilabatur Christus secundum humanitatem quā filij alij suis matribus. 218.c. quia de sola virgine sacra sine patre creato sumpserat humanitatem.
 Virgo sacra ante omnes sanctos imitata est Christū filiū. 218.d. & ideo illius fuit summa perfectio. 219.a. virgo

INDEX.

Virgo sancta praeter omnibus sanctis imitanda. 219.b.
 pulchra vt luna, & alij laudes. 219.d. & 222.d. & 227.a. b. c. d. & infra, de humilitate eius. 228.d. 231.d. 238.c.
 Virgo sacra interne & externe depingitur. 220.a. sine peccato concepta. b. sine fomite prauaq; inclinatione, & in hoc eius caro comparatur angelis, omnibusq; perfectio in sola virgine est. c. singulaque sanctorum hominum virtutes. 238.a.
 Virginis sacrae annuntiatio summi negotij res. 220.d. & infra, & eius conuenientia. 221.b.
 Virgo sacra multis modis fuit virgo. 221.a.
 Virginis sacrae assensus poscitur ad incarnationem. ibidem.a.b.
 Virgo sacra turbatur, non tam viso angelo, quā audito. ibidem.c. quanquam etiam visa pulchritudine insolita in angelo turbata sit. 238.b.
 Virgini sacrae se humiliat angelus, cū antea angelis patriarcha & propheta sese subijcerent. 221.c.
 Virgo sacra adumbrata diuinitus quare dicatur. 222.b.
 Virgo sacra habuit communem cum Deo patre filium. ibidem.d.
 Virginis sacrae Deum incarnatum concipientis habitus velut depingitur. 223.a.
 Virgo sacra se ancillam vocat. ibidem, & merito.
 Virgo concepit mox vt dixit fiat mihi. &c. ibidem.d.
 Virginis sacrae vterus est caelestis paradysus vt concepit redemptorem. ibidem.b.c.
 Virginis sacrae exultatio inenarrabilis dum concipit filium Dei. ibidem.c.d.
 Virginis sacrae plenitudo gratiae figurata in hydria Rebeccae vnde cameli potati sunt. 225.a.
 Virgo sacra per prophetas mysticē celebrata, sed in nouo testamento succincte nimis laudes eius continentur. ibidem.b.c.
 Virgo sacra omne donorum genere cumulata, vt Pandora dici possit. ibidem.c.
 Virgo sacra in conclau conlusa cum ab angelo inuisitur. ibidem.
 Virginum clausura & secessus commendatur. ibidem.c.d.
 Virgo sacra absq; omni peccato, & in illa Deus exstitit multis modis, quibus in nulla Deus existit creatura. ibidem.d. & 228.a.b.
 Virgines castae suapte natura pauide & subrustice a latere cupientes. 225.d. & infra.
 Virginis sacrae circumspecta & cunctabunda prudentia. 226.a.b.
 virginis sacrae modestia in sermone. ibidem.d.
 virgo sacra spectatores virginitatis amore afficiebat talem vultus eius spirabat pudicitiam. 227.b.
 virgines sacrae eximia fides. ibidem.b.c. quae patriarcharum fidem superabat. d. & seueritas. 228.b.c.

virgo sacra silet propriam dignitatem, qua mater est Dei, praeter modestia & humilitate. ibidem.c.
 virgine sacra visitante Isabelam pregnantē paruuli vteris inclusi maternis mirabiliter certant. 229.a.b. & ab originali peccato mundatur Ioannes Baptista celeriter. c.
 virginis sacrae cantus mysterijs diuinis plenus. 230.c.d. & exponitur. 231.a.b.c.
 virgo sacra patienti Isabelae cognatae affuit. ibidem.d.
 virgo sacra non tenebatur ad legem de purificatione parientium. 232.c.d.
 virgo miratur Simone & Anna Iesum paruulum celebrantibus in templo. 234.c.
 virginis sacrae filium in templo presentatis ad deū patrem oratio. ibidem.
 virgo sacra datus secundū legē quinq; siclis filiū redimit à sacerdote. ibidem.d. vbi de hac virginis emptione nonnulla pie considerantur. 235.a.
 virgo sacra castellum est munitissimum. 237.d.
 virgo sacra actiones Marthae erga redemptorem exercuit. 238. & velut Sunamitis prophetae candelabrum mensam, & caetera parauit, & misericordiae opera omnia illi exhibuit. ibidem.c. d. & infra.
 virgini sacrae magnopere debitores sumus. 239.b.
 virgo sacra vtriusque sororis Marthae & Mariae munera plene exhibuit. ibidem.d. & infra.
 virgo sacra sicut & Christus geminam portionem habuit distinctam, superiorem & inferiorem. 240.b.
 virgo sacra passionis filij future praescia. ibidem.
 virgo sacra acceptabat passionem filij, & eam secundum portionē inferiorem recusabat. ibidem.b.c.d. & infra, & in hac portionū diuersitate assimilata Christo ostenditur. 241.a.
 virgo sacra optimum gradum gloriae est consecuta. 241.b. & 244.d. & 245.d. & 249.a.
 virgo sacra angelis est admirationi. 244.c. & 255.b. & rose comparatur, & caelestis domus & curiae ornamentum per apostrophem ad eam ascendentem. ibidem.
 virgo sacra per arcam foederis figurata est per translationē arcae, ei⁹ assumptio designata. 244.d. & infra.
 virginis sacrae resurrectio corporis. 245.b. & per hypotesin quasi oculis subiecta, vbi & sylua figurarū, & epithetorum virginis sacrae. c. d.
 virginis sacrae miracula non leguntur in euangelio, cōtemplatio illius maxime refertur, de qua multa cumulantur. 248.a.b.c.
 virgini sacrae cōmissa ecclesia, non vt eam regeret, sed vt eam sapientia influeret. ibidem. fuit enim ineffabili sapientia praedita. d.
 virginis sacrae vita perpetua fuit contemplatio. 252.d. & illius paupertas, triennis in templo fuit praesentata

INDEX

praesentata.253.a.& illius vita summatim exponitur.b.c.	Vita praesens fallax & figurata per hospitam interfectricem Sifara. 380.b.
Virginis sacre amor erga deum filium. ibid. b.c.d. & infra late.	Vita praesens comediae similis est & statum vultu ubi rotę iubnixę que faciem subinde commutat. modo longa, modo brevis apparet 380.c.
Virgo sacra ferebat grauitate filij absentiam, & hic in exilio detineri. 254.b.c. id circo diuinitus a filio consolatione caelesti frequenter est recreata, & ad virginem videndam certatim vnde quae tenebatur. d.	Vita praesens alijs se ostendit longam, alijs se fingit breuem, est enim dolosa. 331.c.d.
Virginis sacre mors gloriosa, ibidem, & 255.a. describitur resurrectio & assumptio Christo filio obuia cum caelesti curia procedente. b. & matris & filij congressus deuota hypotiposi exponitur. c.	Vita tripliciter diuiditur in animale rationalem & spiritualem 363.a.
Virgo sacra Toleti visa, atque diuum Illephosum Toletanum antistitem honore insigni affecit. 327.d. & infra.	Vita praesens habet temperatos dolores cum latitia. 284.a.
Virgo api comparatur appositissime. 366.a.	Vita praesens militia est. 296.c.
Virginum foeminarum fortitudo in martyrio. 293.c.	Vitiosi homines saepe corporibus sunt morbidis & inualidis quatenus ciborum copia diffuat. 66.c.
Vincere tentationem perfectio est. 69.a.	Vitio vno polluantur omnes virtutes. 329.d.
Vincere meditatur. 70.c.	Viuent omnia in Deo. 209.b.
Virtus probata hominibus summa conciliat auctoritatem plusquam genus & dona alia. 267.d.	Vltio mira de homine sumpta a Deo. 13.b. & 17.d.
Virtus interna est pulchritudo animae. 208.d.	Vmbra fidem significat. 184.d.
Virtutes sine gratia modici sunt valoris. 367.a.b.	Vnicornis ingenium ex Isidoro quod nisi virgine pulchra illectus non capitur. 42.a.
Virtutum aliquarum moralium rigidi cultores ob carentiam charitatis saepe damnantur. 360.a.b.d.	Vnicornis natura ferocitas & captura, veibi incarnationi aptatur. 196.b. & 225.b.
Virtutes theologicę argenteę columnę vocantur. 192.a. & infra.	Vnio stupenda tam distantiu naturarum in Christo. 49.d.
Virtutes morales lignis imputribilibus comparantur. 192.a.	Vnionis cum Deo quatuor fructus. 181.b.c.
Virtute debes precedere eos quos dignitate excellis. 25.d.	Vniones tres quas bernardus admiratur. 322.d.
Virtutum multitudo Dei lucet in Christi natiuitate. 39.c.d.	Voluptas profana iucunda est sed non est bona. 201.a.
Virtutes morales laborem habent. 201.b.	Voluptatis vilitas & breuitas meditanda vt peccatum abemineris. 106.a.
Virtutes conexę in homine iusto. 310.a. & in sacerdote esse debent. 320.a.	Voluntas hominis aliquando mala cum acumine intellectus. 122.c.d.
Virtutes morales remi sunt nauigij Ecclesiastici. 326.b.	Voluntas propria causa discordiae est. 203.b.
Virtutem sequi vitio post habito diuina est gratia. 285.c. virtus est magnus honoris titulus. 351.b.	Voluntatis, diuinę summa libertas & facit ipsa bonitatem in rebus volitis. 217.d.
Virtutum exempla rara sed abundat nunc doctrina. 344.d.	Voluntas est qua in animam aliquid intrat quasi per ostium. 249.d.
Virtutes necessariae homini vt a Deo habitetur. 249.b.c.	Voluntas nostra mutabilis. 257.a.
Viso Dei negatur in hac vita. 183.b.c.	Voluntas Dei regula est & rationem practicam antecedit. 278.a.b. & ideo stultum est eius rationem querere. ibidem.
Visus princeps est sensuum exteriorum. 119.b.	Voluntatis proprie sui que ipsius abnegatio petita a nobis, videtur difficilis. 299.d. & infra, & quomodo fiat. 266.a.b.
Visus est testium omnium certissimus. 162.d.	Vfurari increpantur. 109.a.
Vita actiua & contemplatiua, vide actio & contemplatio.	Vfus nec necessarius ad scientiam habendam. 82.d.
Vita praesens instabilem habet dulcedinem. 189.a.b.	Vtilium honorum neglectio signum est amoris. 374.c.
Vite emendatio necessaria accedenti ad deum. 208.a.b.	Vulpeculae demolientes vineas fuere illi falsi doctores qui vera dogmata coram in initio nascentis Ecclesiae. 81.b. & 188.b.c.
Vita praesens periculis plena. 329.c.	
Vita praesens cur assimilatur somno. 378.c.d.	

Z

Zacharias angelo Dei non credens multratus. 148.d.
Zelatores diuini honoris sancti & praesentim martyres. 200.d.
Zizaniorum seminator daemon. 203.d.

CONCIONES SA

CRAE ILLVSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI D. D. THOMAE A VILLA NOVA, ex ordine Eremitarum Diui Augustini, Archiepiscopi Valentini, & in sacra Theologia magistri, nunc primum in lucem edita.

Dominica prima in Aduentu Domini, Ex illo Lucae. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna, & maiestate.



VDICII FINALIS seriem, modumque dicturus, te deprecor alme Spiritus, nostris ex alto il labere mentibus: precordisq; tuorum benignus infundere, vt tanto mysterio digna sentiamus, et si quid dignę sentimus, pleno eloquio profundamus. Da sermonem rectum, & bene sonantem in os meum: personetque ab ore meo, velut a tuba, populo Dei eloquium tuum: vt tinniant ambae aures audientium eum, & conuertantur ad te domine: ne sicut viuetes in die illa absorbeat eos furor tuus. Fac hoc summe Deus, sanctae virginis precibus exoratus: cuius precium suffragium deuota mente, flexis genibus, imploremus, dicentes. Ave Maria. Duo dicturi sumus de iudicio finali, scilicet propter quid fiet, & quomodo fiet: primo tangentes causas & rationes, propter quas

generale iudicium fiet: secundo historiam iudicij, non ex quibusuis vulgaribus libris, sed ex euangelij fonte, & prophetarum dictis, meliori quo potuerimus modo, per mediocritate nostra colligentes. Et vt euidenter innotescat, propter quid iudicium futurum sit, formetur ratio prima ex hominis dignitate, sic. Homo, eo ipso quod homo est, tenetur iudicio, solusque potest in iudicio conueniri: est enim ex omnibus animantibus solus dominus suorum operum, habens in se plenam & libertatem, & facultatem eligendi, faciendique quod libuerit: neque cogi potest ab aliquo creato ad volendum, vel nolendum quancumque rem: sed libero & spontaneo suo regitur arbitrio, habens in se principium proprium, & liberum sui motus. Non sic in alijs est vel agentibus, vel animantibus, quae naturali quadam necessitate coguntur operari, nullamque in se ipsis eligendi facultatem,

A tem,

tem, aut libertatē habent: sed ad certos effectus à natura ipsa determinata sunt. Grandis humanæ naturæ dignitas altissimaq; prærogatiua est, vt ad Dei imitationem, ipsa quoque quodammodo sui iuris sit, & suo arbitrio derelicta. Quid sublimi⁹ dari potuit creaturæ? Aut in quo magis dignificari potuit ex natura? Deus, inquit sapiens, ab initio cōstituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: apposuit illi ignem & aquam, ad quod voluerit porriget manum suam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit, ei dabitur illi. Quia igitur suorum operum Dominus est, ad rationem illorum reddendam tenetur coram Domino. Vnde omnia opera eius, cogitationes & affectus, in libro Dei scripti sunt: & sicut ipse per Prophetam ait, condita sunt apud ipsum, & signata in thesauris eius. Vnde rursus alius Prophetam inquit. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scilicet mei defectus scribentur. Dies formabuntur, id est, tuæ lucis radius fulgebit in iudicio, & nemo in eis, scilicet, latebit. Non sic opera brutorum computatur à Deo, quia neque libera, neque rationis reddendæ capacia sunt: in hac libertate, merendi & demerendi ratio est: hæc etiam totius bonitatis vel malitiæ moralis radix & fundamentum est. In alijs enim omnibus creaturis corporalibus, sola & simplex reperitur bonitas naturalis: secundum quam, & prototipo suo, & fini ad quem condita sunt, conformia inveniuntur: & hæc ad artem, & finem conformitas, eorum bonitas est. In homine verò præter natu-

Eccl. 15. c.

Deute. 32. c.

ps. 138. c.

ralem hanc bonitatem, aliam moralem ponimus, non per conformitatem ad artem, à qua conditus est, sed per conformitatem ad legē, per quam in operibus, & affectibus regulandus est: cuius bonitatis fundamentum in hoc consistit, quod illi regulæ conformari, diformarique pro libito in manu sua est. Huc usque hoc aperte deduximus, vt ex hoc intelligamus, hominis naturam talem esse, vt de suis operibus propter libertatem suam, merito in iudicio conueniri possit.

Dico vltterius, necessarium esse vt hanc rationem aliquando reddant homines, propter duos: primo, quia Dei perfecta sunt opera: sapientia enim Dei attingit à fine vsque in finem fortiter, & nihil in rebus relinquit imperfectum: si autem huiusmodi ratio non daretur, imperfectū quid esset in orbe: esset enim in homine bonum & malū, meritum & demeritum, & meritum careret præmio, & demeritum careret supplicio. Itaque taliter factus esset homo, vt merendi & demerendi locum haberet, cuius tamen merito & demerito non succederet præmium, neque supplicium. Cum autem meritum respiciat præmium: & demeritum supplicium, imperfectum & inconsummatum maneret opus Dei, propter quod facta sunt omnia, id est, homo ipse: & ita totus orbis propter ipsum factus maneret quodam modo inconsummatus. Secundo, quia esset maxima quædam inordinatio in mundo, & mundus iste Babylon & labyrinthus quidā videretur. Cū enim in naturalibus tantus sit ordo in vniuerso, mira que Dei arte rerum successus & temporum ordi-

Deute. 32. a. Sapiēt. 8. a.

Iob. 22. b.

nentur, si vt quidam delatrat, hominum solos respuit actus merito rector cohibere mō: & vt alius inquit, super cardines cæli ambulat, neque nostra considerat: quid hoc mundo peius? quid inordinatius? quid à vera sapientia distantius? Quæ enim maior inordinatio, quam vt tāta mala maneat impunita, tāta bona sine præmio relinquatur? Quid ergo? dicemus Deum sapienter quidem omnia condidisse, sed nescire gubernare quod condidit? absit absit. Mundus iste domus Dei est, & ordinatissima est, qualem decet esse tāti principis domū: quod si quæ in ea inordinatē fieri permittuntur, ad maximum ordinem per Dei iustitiam, & pœnam debitam redigentur: neque minus sapiens rerum gubernator, quam creator Deus est. Hæc omnia exemplo lucidiora fient: quid verò vt ille Deum blasphemet, deieret, & contemnat, legemque eius & præcepta parui pendens subsannet & irideat, sacrilegus, prophanus, Dei sacrorumque omnium contemptor, & moriatur diues et quietus, in delitijs opulentus et crassus, et nihil vltra? Rursus proximum suum de se bene meritum, iustum et innocentē expoliet alius, concuriat, & occidat, nullusque ei dicat, Cur ita facis? neque ipsemet proximus ab eo læsus contra illum mutire audeat prætimore, moriaturque; felix & prosper, bonis affluens, honoribus & dignitatibus pollens, & nihil vltra? Alius verò omnium flagitiorum facinorumque; perpetrator, obscœnus, vt libidinē suam expleat omnia naturæ morūque iura transgrediens, pro libito viuat, stupris, adulterijs, nefandisque libidinibus replens o-

mnia, omnes offendēs, omnia cōfundens, & quia potens est, neque superiore aliquo iudice cohiberi potest, in delitijs sit, & gaudeat impunitus, & nihil vltra? vbi igitur Deus? vbi fas? vbi lex? vbi veritas? vbi iustitia? vbi denique rerum facies, & incommutabilis ordo? Si res humanæ ita se habent, nihil vtique homine peius, nihil infelicius, nihil inordinatius. Defraudati sunt igitur iusti, decepti martyres, inanis iustitia, vacua virtus, omnisque sanctorum hominum spes vana & ridicula habenda est: sed non ita est, absit absit vt ita sit. Deus enim bonus, bonū quoque condidit mundum, non alia vti que ratione (vt ait Plato) quā quia ipse bonus est. Ipsa igitur vitæ præsentis perspicua inordinatio, futuræ animaduersionis in malos apertum & euident argumentum est.

Quo fit, vt nonnulli gentilium, quasi ipsa veritate coacti, iniquis hominibus etiam post vitam destinant pœnas: nimis enim rationi obuiare videtur, tot tantaque facinora manere inulta: humanarumque rerum nemini curam esse. Propter quod Prophetam lætabundus populis denunciat, dicens. Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis. Gaudeant, inquam, & lætentur populi, quia est iustitia, est veritas, est iudicium, est qui actus hominum quærat & iudicet, est qui puniat & vindicet, est etiam qui sanctorum laborum præmia reddat. O quantum gaudium, o qualis gentium consolatio, o quam vera & iusta lætitia: ipsos denique peccatores, licet reos & timidos, ab isto gaudio non iudicio secluden-

ps. 66. a.

dos. Quis enim non gaudeat de iustitia? bonum vniuersi proprio incommodo si æquitas viget, præferendum est. Timeant igitur & trepident gentes, sed lætentur nihilominus & exultent, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis non cogis. Sed qui negligit directorem, experietur iudicem: vnde & alibi idem propheta inquit. Cognoui quoniam faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. Quasi dicat: non solum fide hoc credidi, sed naturali etiam ratione cognoui, quod Deus bonorum malorumque sit retributor: quia ita videlicet, summam Dei sapientiam, bonitatem, iustitiamque decet, & rerum ordo deposcit, vt præcedentibus rationibus demonstratum est. O verè necessariam Gehennæ pœnam, verè decoram inferni pyram, quæ creatoris sui iniurias vindicat: & inordinata per culpam, reordinat per pœnam. O verè pulchram creaturam, mundoque vtilissimam post reatum, quæ si post culpam deesset, defectuosus & imperfectus mundus maneret. Ita nanque necessaria est ad vniuersi complementum, & ordinem retributio peccatorum, sicut remuneratio meritorum. Sed forte dices, ad hoc iudicium particulare sufficit, quod in morte cum iuslibet fit: quid opus est post hoc iudicium alterum generale? Deus enim non vindicabit bis in idipsum. Sed audi obsecro, & paucis tibi ostendam hoc ita expedire, rationique & iustitiæ ita consentaneum esse. Virtus enim non solum meretur præmium, sed etiam & honorem: immo honor proprium virtuti præ-

Psa. 139
c.

Naū pri
mo. ex
versio
ne. lxx.
ibi nos
legim'
non cō
fugiet
duplex
tribula
tio.

mium est, & illi maxime debitum? Similiter peccatum non solum meretur pœnam, sed etiam confusionem, & verecundiam. Vnde iustissimè præcipiunt leges imperatorum, vt delicta reorum publicè puniantur: vt videlicet pœnam inflictam, astantium verecundia & confusio comiterur. Quod si quis iudex secretò in carcere latronem pro furto flagellaret, non plenam egit de furto iustitiam: quia præcipuam quandam partem vitio debitam, scilicet confusionem latroni remisit, quæ non potest per quancunque aliam pœnam corporalem suppleri, quoniam alterius generis est. Vnde vsque adeo confusio & verecundia humana pœna est, vt hæc præcipua sit hominis pœna, quatenus homo est: nam & iumenta flagellari, cruciari, occidi possunt, sed non verecundari. Quo fit vt ingenuus quisque malit aliquando secretò torqueri, quam publicè confundi: & libenter quanlibet pœnam secretò portare, vt publici pudoris confusionem euadat. Tunc igitur homo, maxime vt homo punitur, quando pro delictis suis publicè confunditur. Oportet igitur ad perfectam & integram iustorum remunerationem & malorum retributionem, vt felicitatem iustorum honor & gloria, & miseriam iniquorum confusio, & pudor comitetur. Si enim in secreto fieret retributio, non modica retributionis pars deesset vtrisque. Vnde quia Deus bonorum, malorumque in summo iustissimus est retributor, iustis post gloriam sempiternam, summum, possibilem, & sibi debitum honorem, non denegabit: malis quoque ingratissimus, &

legis

legis suæ præuaricatoribus, post Gehennam, summam quoque confusionem præstabit. Itaque vt iusto nihil desit ad plenum virtutis honorem, neque iniquo ad plenam delictorum suorum confusionem, omnem intellectualem rationalemque creaturam simul in illo iudicio congregabit, vt ab omnibus creaturis rationis & intellectus capacibus iustus honoretur, & coram omnibus confundatur iniquus: propter quod non relinquetur in cælo angelus, neque dæmon in inferno, neque quisquam hominū ex quo Adam conditus est, siue in cælo sit, siue in inferno, siue in limbo, qui non astat in hoc iudicio, & bonorum malorumque causam apertissime cognoscat. Si enim quisquam illorum illi iudicio deesset, iam non plenus honor neque confusio videretur: portio enim illa vel honoris vel confusionis deesset, quæ ex illius præsentia proveniret. Vnde honorabitur iustus apud omnes, apud quos honorabilis est: & confundetur iniquus coram omnibus, coram quibus confundi potest: vt integra & perfecta Dei iustitia inueniatur. Quapropter etiã omnia secreta cordium, omnes cogitationes, affectionesque, & desideria nudabuntur: omnia opera siue bona siue mala publicabuntur: & ita quisque astantium conscius erit alienarum cogitationum, affectionum & operum, sicut suorum. Deo nanque prodente omnibus omnia nota erunt: vt omnibus Dei iustitia manifesta sit. Neque mirandū hoc, nam sicut in radio solis atomi quæ prius non apparebant, oculis fiunt notæ, ita in radio diuinæ lucis omnis illa congeries cogitationum, affectionum, & operum veluti ato-

morum multitudo, aperte & clare videbitur coram omnibus. Si enim oculus noster corporalis propter lumen creaturam, ad tantam distantiam simul tantam videt multitudinem stellarum, quid miraris si irradiante Deo, oculus intellectus tam numerosam simul videat cogitationum, & operum multitudinem? Hoc est quod Dominus in Euangelio aperte insinuat, dicens. Nihil opertum quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur: quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur, &c. Et Apostolus, Nolite ante tempus iudicare quoad usque veniat Dominus, qui manifestabit abscondita tenebrarum, & reuelabit consilia cordium. Et Propheta. Reuelabo populo danda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Rursus Esaias ait. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum, ultionem capiam, & non resistet mihi homo. O confusionem nimiam, o maximum & terribilem pudorem: quis illum verbis explicare valebit, imò vel animo cogitare? Dicent montibus cadite super nos, & collibus operite nos, vt Dominus in Euangelio, & Ioannes in Apocalypsi testantur, vt tantum possint euadere pudorem: tolerabilior namque illis omnes cruciatus, & quatuoruis amara mors videretur, quam coram Deo & angelis eius, & tam graui multoque senatu, in tanta deformitate nudatis criminibus apparere. Quid dico? imò velent potius pro tunc inferni ignibus cruciari, quod Iob desiderat, dicens. Quis mihi det vt in inferno procegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, modò ibi non me relinquant, sed constituas mihi

Luc. 12.

1. Cor.

4. a.

Naū. 3.

Esa. 47.

Luc. 23.

d.

Apo. 9.

d.

Iob. 14.

c.

CONCIO PRIMA.

tempus in quo recorderis mei. O intolerabile malorum pudorē, quo etiam ipsa Gehenna mitior est: latere enim impossibile, apparere autem intolerabile erit. Vere illi (vt psal. 37. psalm. inquit) beati erunt, quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum recta sunt peccata: verè beatus, cui non imputabit dominus peccatum. Quorum autem tecta erunt peccata, nisi quorum hîc fuerint Deo & confessori reuelata? Noli homo noli celare peccatum tuum: ne celes vni, ne vniuersitati nudetur. Reuela vni pudenda tua: ne reuelentur vniuerso. Si vsquead eò confunderis vni in secreto propalare peccatum, magis credo illud publice, & coram populo dicere expauesceres. Quid ergo tibi euenturum putas, cum iam non verbo, sed facto, Deo, & angelis, & hominibus, sicut factū est propalabitur? Neque enim scelus ita turpe est dictu, sicut factu. Pudet hîc referre quorundam in suorum confessione delictorum temerariam, friuolam, perniciosamque palliationē, quæ æternum illis est paritura pudorem? Qui enim vnum peccatū aut palliat aut tegit, cætera prodidisse, nihil proderit: quoniam iuxta prædictū prophetæ testimonium, illi solūm tegentur iniquitates, cui Deo propitio hîc fuerint remissæ: vno autem celato, cætera et si prodantur, non remittuntur: nō ergo tegentur. An verò ita tecta erunt, vt penitus non appareant, iuxta quorundam sententiam: aut vt appareant quidē, sed non confundant, iuxta aliorum sententiam: non est meum hoc loco disputare. Quod autem ad hoc iudiciū vniuersa illa multitudo, de qua diximus, conuocanda sit, & quod

ratione probare nitebamur, etiam propheticum testimonium astipulatur, dicens. Deus deorum, dominus locutus est, & vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius, Deus manifeste veniet Deus noster, & non filebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocabit cælum de sursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia, & annunciant cæli iustitiam eius. Et ne de tali ac tanta congregatione mireris, sequitur. Quoniam Deus iudex est. Quid ergo mirum, si creatorem iudicantem omnis astipuletur creatura. Sed iam de hoc tanto iudice apertius differamus, nō enim parum refert ad reū causæ suæ propitium habere iudicem, etiam si iustitia seruanda sit in iudicio: hanc enim propitiationem propheta petit à domino, dicens. Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. Quis ergo tanti iudicij futurus est iudex? Non utique angelus vel archangelus, vel quantumuis illustris, & ex supremo ordine seraph: nō enim decet angelū tāta maiestas, sed Deum omnium conditorem: nec humanæ naturæ, quam sibi copulando ita honorare dignatus est Deus, tantam irrogabit iniuriam, vt eam assistere faciat ad tribunal angeli iudicandam. Diuino itaque iudicio & infallibili iudicabitur homo: ille noster futurus est iudex, quem neque fallere, neque fugere quicquam potest: qui nec decipere, neque decipi nouit. Cuius rei timorem propheta cōmemorans, ad iniquos ita proloquitur,

DE IUDICIO SVPREMO.

tur, dixi iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus nolite exaltare cornu, nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem, propter quid o propheta? qua ratione? Sequitur, quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus, scilicet, fuga vobis patet: quoniam Deus iudex est: sub tanto ergo iudice quis audet peccare? qui omnium iudicadorum & iudex & testis est: & quem nulla scelera nostra latent: neque tamen in forma Dei reprobos iudicaturus est. Tātæ enim maiestatis tribunali assistere quis auderet? apparere coram eo quis sustineret? Columnæ cæli contremiscunt ad nutum eius: respicit terram & facit eam tremere: montes & rupes sicut cera liquefcunt à facie eius, & poterit altare coram eo fluxa, debilis, & putrida caro? Vnde propheta, sicut fluit cera à facie ignis, sic (inquit) pereat peccatores à facie Dei. Et Iob. Oculi tui in me, & non subsistam. Et rursus, etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur. Quis igitur coram illo iuri suo innitetur? quis se iustum audebit asserere? quis non potius ante illum contractus, humilis, tremebundus, & pavidus subsistet? Propter hoc propheta regius nomine & voce filiorum Adam ad patrem supplicat, dicens. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Hoc est, nō in tua maiestate nos iudica Deus, sed vices tuas filio tuo domino nostro committe: illum ad iudicandum delega: ille meus iudex sit, qui fuit redemptor. Nec hoc pifime pater postulo, quod aut rectitudinem tuam, aut misericordiam tuam

ignorem: rectus nanque es domine deus noster, & non est iniquitas in te: miserator & misericors es domine: patiens & multū misericors. Scio domine scio, quia rectissimus & mitissimus es natura: quid enim natura diuinitatis benignius aut clementius? Sed potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo: horreo, trepidoque tuæ veritatis aspectum: neque meas infirmitates, miseras, laboresque, quibus ab infantia subdor, expertus es: illum supplico pater clementissimi, illum mihi delega iudicem, qui esurire, frigescere, tristari, & angustiari mecum agnouit: qui miseram hominum sortem, & exiguitatem expertus est: qui malorum insidias, persecutiones, fraudesque sustinuit: qui tentari, & pati omnia nouit. In eo enim quod tentatus & passus est, ipse dignabitur & eis qui tentantur auxiliari: didicit enim ex his quæ passus est, misericordiam: ipse cognouit figmentum meum, ipse meam exiguitatem, & tempestatum validos fluctus, quibus in hoc mari naufragamur, simul agnouit. Quare libenter illius iudicium subeo, & amplector sententiam, qui pro me miserum & indigno seruo suo iudicatus & mortuus est: & ne me damnaret ad Gehennam, ad crucem se damnari permisit. Non recuso iudicem, quem habui redemptorem: agnum inquam pro me occisum, hūc iudicem efflagito, hūc desidero, hūc totis viribus concupisco. Non ipsius crudelitatem causabor quia agnus est: non suspectam habeo & carum amicitiam, quia frater meus & caro est: neque de rectitudine formidabo, quia & ipse Deus est: illius assistere tribunali non reuoluo, qui pro me profani iudicis tri-

CONCIO PRIMA

bunali assistere non est dedignatus: quicquid de me decreuerit ipse liber suscipio. Iudicium tuum ergo potētissime pater, Regi da: ipse sit me? Iudex, qui pro me fuit iudicatus: eo enim quod indignè iudicatus est, ipse dignus est viuorum & mortuorum omnium fieri iudex. Vnde ad illum meritò proclamat omnis cælestium militum multitudo, dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & omnem creaturam quæ in cælo est, & quæ super terra, & sub terra, & mare, & quæ in eo sunt. Exaudiuit dominus preces nostras, vota que supplicantis populi non despexit, filioque suo, puero suo, domino nostro iudicium delegauit, illum constituit iudicem viuorum omnium & mortuorum. Vnde id scimus? quia ipse vnigenitus nobis hoc aperte reuelauit. Pater, inquit, non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Noluit enim deus hominem nisi per hominè iudicare: causamque suam cum homine iudicandam homini commisit: ut interdum & hominem iudicet homo deus: iudicet inquam, non solum quia deus, sed quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, videlicet si tanta dignitas homini concedatur, quæ non conceditur angelo: hic enim homo non solum filius hominis est, sed & filius Dei est, & hæc omnem celsitudinè ipse promeruit: in eo enim quod humiliatus est usque ad iudicium per obedientiam, exaltari quoque ad iudicium omnium promeruit per gratiam. Nolite ergo mirari hoc, quia filius hominis est. Quanta hominibus fiducia, quanta mortalibus spes in

iudice isto? Quis non sperabit salutem etiā si peccator sit & indignus, quando à patre pijsimo eius sententia ferenda est? Vnde Apostolus. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiā interpellat pro nobis. Quomodo cōdemnabit interpellator, qui nedānaret, ipse mortis subiit damnationem? Quando saluator dānabit, quos morte redemit? aut quando aduocatus in clientem suum poterit esse damnator? Fatebor enim neque me dixisse pigebit, in hoc iudicio omnia terrent me, omnia me cōturbant, neque sine timore nimio huius tanti iudicij valeo recordari: sola hæc mihi relicta cōsolatio est domine mi, quia criminum meorum tu solus futurus es iudex, tu inquam redemptor meus, aduocatus meus, pater meus, tota spes mea, & totum bonum meum, & solaciū. Vnde scriptus est cum propheta clamito, dicens. Si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et rursus, etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Quid ni sperem, cum ipse sit propitiatio pro peccatis meis? Quid nā confidam: ubi in corpore mei iudicis salutis mee impressa insignia fulgēt? Certè et si tacerā ego, satis pro me loquentur vulnera illa: nec aliud respondebo exceptis probatibus, mihi verbum, nisi hoc solum. Quia speraui in istis iustificationibus tuis semper. Sed quāuis ista dixerim, nemo fratres mei, nemo se circūueniat, nemo dormitet, nemo in peccatis suis perduret in spe veniæ: maledictus enim qui peccat in spe. Audite psalmographū mirabiliter consulentem. Deus (inquit) non

Rom. 8.

f.

Psal. 22.

Iob. 13.

Ioā. 2. 2.

Psal. 118.

Psal. 118.

Psal. 27.

ster

DE IUDICIO SUPREMO.

ster deus saluos faciendi, & dñi dñi exitus mortis. Ita est profectò deus saluos faciendi, non damnandi: ab ipso enim non mors, sed exitus mortis. Veruntamen etsi ita sit, deus cōfringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Nolite dicere, deus saluos faciendi est, neminem damnabit: agnus mitissimus est, nescit irasci. Agnus quidem electis, reprobis autem ferocissimus leo tunc apparebit: vnde de propheta. Sicut leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Et alius propheta. Rugitus eius ut leonis: rugiet ut catuli leonum, & frendet & tenebit prædam, & amplexabitur & non erit qui eruat. Secundum ergo iudicandorum conscientiam, iudex in se vnus varius apparebit, probis agnus, improbis leo. Sic enim etiam in humanis iudex filijs, vxori, & amicis beneuolus est & benignus, facinorosis verò & latronibus visus nimium incutit terrorem: non quia ipse terribilis, sed quia rei conscientia timida est. Hic quoque re ipsa terribilis apparebit, ac fortis: tum propter districtam iustitiā, & acerrimam in malos vindictam, tum propter admirandam maiestatem, & magnificum apparatus, grauissimumque angelorum, sanctorumque consensum. Nō enim sicut in primo aduentu mitis & humilis, sed potēs & fortis adueniet: sicut in prothema te dicitur. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate, nō occultum, sed manifestum: nō in virginis vtero, sed in altissimo folio: non vagientem in præsepio, sed regnatem in throno: non iumentis ut prius, sed angelis comitatum. Præueniamus ergo fratres tatum iudicē, & præoc-

cupemus faciem eius in delictorum nostrorum cōfessione, sicut monet psalmus: præoccupemus manus eius condigna pœnitentia, ieiunijs, & flagellis: & sententiam eius fletibus leniamus: ploremus coram deo qui fecit nos, ne perdat nos: cordisque nostri maculas lachrymis diluamus: gemamus pro delictis assidue: gemamus modicum, ne semper gemamus: ploremus modicum, ne in æternum ploremus: nō parcamus nobis, ut parcat ipse. Quò enim quisque districtior fuerit in se ipsum peccatorum vindex, eò illi mitior tunc apparebit iudex. Felix qui dicere poterit in illa die: feci iudicium & iustitiā domine, non tradas me calumniantibus me. Iudicium facit cōtra se, qui se reum agnoscit & confitetur, & iudicat: iustitiā facit, qui peccata, quæ sententia damnat, pœnitentia punnit. Hic dæmonijs calumniatibus illa die non tradetur, quia modica & tepēstiuā pœnitētia magnā præoccupauit & declinauit vindictam: o felices lachrymæ, o felices gemitus, o felices singultus, quibus perpetuos illos euitamus gemitus, & dolores: felix pœnitentia, quæ liberat à Gehenna. Peccauimus fratres, pœnitendum est, aut ardens: quanto melius modicum pœnitere, quam perpetuò ardere? Nolite putare quod commenta aut aniles fabulas vobis narremus, rem certam seriāque narramus. Heu heu quàm securi & intrepididi hæc dicimus & audimus, quasi ad nos nō pertineret historia, quasi alij nō nos tribunali astare, rationemque reddituri essent, aut quasi dies ille nunquam esset venturus: sed ad esse festinant tempora, & cum minus putauerimus festinus aduenit.

Psa. 94.

Psa. 118.

CONCIO SECVNDA.

niet. Ne igitur ista putemus, dictis suis adiungit dominus mirabile confirmationem: cœlum (inquit) & terra transibunt verba mea attamen non transibunt. Quam dictorum confirmationem, huic maxime loco apponendam idcirco dominus iudicauit, vt sopitos & securos ad pœnitentiam excitaret indubitati examinis cognita certitudo. vñ & in epistola congruenter satis & cœcinne Aposto-
 Ro. 13. d. lus, velut tuba personat, dicens. Fratres hora est iam nos de somno surgere, excutite somnum, pellite soporem: hæc auditis in Euangelio, & dormitis: hora est corrigendi vitam, emendandi mores, expellendi vitia, ne nos incautos reperiat tantum malum. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: nō indultam nobis hanc à Deo salutis opportunitatē negligamus: ne nos transeat hora, quia postea non erit hora. Veniet veniet ecce tēpus, quando præsentis horæ recordabimur; eiulabimus, & flebimus, frustra clamabimus, contra nos dicentes. Heu quia potui, heu quia nolui, hei mihi quia tantam miseriam euitare non curavi, cum in manu mea & tam facile fuerit. ò quomodo lætabuntur tunc, qui hæc non surdis auribus audierunt? quomodo vtile salubreque cōsiliū pœnitendi laudabunt, cū videbunt stultos pereuntes, & peccatores cū diabolo inferni hiatibus de-
 psal. 118. glutiri. Confige timore tuo carnes meas domine, confige cor meum sagittis tuis, vt timeā te, & timēdo pœnitentiam, pœnitēdo præueniam; præueniēdo securus ad dexteram cum tuis electis audire merear, venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ante mundi constitutionem, in quo cum Pa-

tre & Spiritu sancto viuīs & regnas Deus, in secula seculorum. Amen. Deo gratias.

ALTERA CONCIO
 de eodem themate.



NON VACAT mysterio, q̄ cum ex secretis alia alijs reuelata fuerint filijs prophetarū per Spiritum Dei, hoc tamen vnicum extre-

rum et vltimum omnium iudiciū, nulli ferē prophetarū fuerit occultatum: omnes enim ferē prophetæ de hoc iudicio aliquid prædixerunt. Nec solū prophetis sanctis, sed etiā barbaris illis virginibus ex gentilitate Sibyllis vaticinantibus secretum hoc Deo prodente est reuelatū. Vnde August. in libro de ciuitate Dei Erythræe Sibyllæ plura & mira carmina ponit, quæ in quibusdam etiā ecclesijs sacra natalis domini nocte cōcinuntur, in quibus de iudicio & signis illius vates illa virginea luculenter & potenter edisserit. Quare hoc domine? nēpe vt nullus in iudicio reus vllam tanti examinis futuri ignorantiam obtendat: nemo dicat non fui conscius, hoc me latuit, nesciui quod operum meorum redditurus essem rationem, ideoque imprudenter me gessi, voluptatibus inserviuui, nec opera mea vt decuit obseruauui. Voluit ergo dñs, hoc tam gentibus, quā Iudæis notorium esse, vt legitimam non habeat coram eo excusationē omnis caro: propter quā & carmina illa Sibyllina toto orbe que sita publicē in capitolio conscribi, & in maxima haberi apud gētes auctoritate fecit, vt iudicij sermo neminem

DE IVDICIO SVPREMO.

minem mortalium lateret. Hoc est
 Esa. 40. quod propheta Esaias commemorat dicens. Nunquid non scietis? nunquid nō audistis: nunquid nō annūtiatū est vobis ab initio: nunquid nō intellexistis fundamenta terræ qui sedet super gyrū terrę, & habitatores eius sunt quasi locustæ que in co-
 6. phinis colliguntur: & mittuntur in foueā, ne lædāt terrā. Vnde sicut ibidē dicitur. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihilum & inane reputatę sunt ei: nam quasi locustarum, ita innumera illa hominū multitudo reputabitur coram domino, damnabiturque incendio: Deus enim non reputat malos. Est etiam huius rei non modica causa, sollicitudo quā de electis suis dominus habet: vnde sicut iniquis, ne vllam habeant excusationem, denūciatum est, ita & electis, vt tantum & tam periculosum malum effugere possint. Vnde Psalm. Dedisti mentuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Gratias tibi agimus domine, non quales debemus, sed quales nos miserimi homunciones possumus: quia sic præuenisti nos. Quis em̄ seruus domino suo de bonis eius rationem redditurus, neque post deductam rationem vllam ab eo soluendi dilationem habiturus, non prius sedet & computat sumptus, acceptam expensamque; dinumerat pecuniam: vt cū rationis reddendæ dies aduenerit, securus, et intrepidus ad mensam accedat? Ita obsecro fratres mei ita faciamus: ne
 Matth. 22. b. postea liga tis manibus & pedibus debito, in atrocissimum illum, æternum & teterrimum carcerē perpetuò detrudamur. Memento te illius
 Deute. 32. d. carminis Moyfi, gens absque consilio est, & sine prudentia, vtinam sa-

perent, & intelligerēt, ac nouissima puererēt: & frequēter illud animo volu ite Sed iam huius iudicij ordinem & modum sicut promisimus principio enarremus, non ex vulgaribus communibusque authoribus, sed ex Euangelio & Prophetis, veram & certam historiam colligentes: eorumque testimonijs singula roborantes. Ante diem illum, dierum vltimum, dierum maximum, grandem mortalibus futuram calamitatem nemo ambigit, qui in scripturis sacris vel medioeriter fuerit eruditus. Omitto nūc diabolici hominis, antichristi persecutiones & clades: omitto tormenta etiam, martyrum præteritorum agonibus acerbiora, quibus fideles ad suam impietatem adducere tētabit iniquus ille: de cuius ortu & apparitione apertissimē Apostolus scribit ad Thessalonicenses, dicens. Rogamus autem vos fra-
 2. Thes. 2. a. tres per aduētum Domini nostri Iesu Christi, vt non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies domini: ne quis vos seducat vllō modo, quoniam nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, &c. Huius igitur pestiferi nebulonis persecutiones omittētes, & fraudes, ipsa rerū facies prope finē maxime deturbabitur: prius em̄ vt dominus ait in Euangelio, insurgent prælia, dissensiones, rixę, inimicitia, fames, pestilētia, ægri tudines, aliaque innumera infortunia, non qualia à principio seculi visa sunt, sed multò maiora, & quæ finis seculi apertissimum mortalibus ingerat
 Luc. 21. b. testimo

testimonium. Neque enim si cōmunitia essent (vt Augu. inquit ad Hefichium) in signū darentur à domino. Erit enim tāta hominum dissensio, vt vbiq̄ terrarum ciuitas cū proxima ciuitate, oppidum cum vicino oppido, regnum cum regno, familia cum familia, domus cum domo, grauissimas exerceant inimicitias, & discordias: concitatisq̄ vndique bellis passim homines cōsternantur, & trucidentur. Veluti cum serenam: prius aquam tempestas ingruens à fundamento deturbat, atque in fluctus excitat mōstrosos: talis erit tūc huius nostri maris facies, malorum q̄ue omnium in seculo inundatio. Hanc autem hominum turbationē, motumq̄ bellorum, elemētorum perturbatio subsequetur. Virtutes enim cælorum, id est, influentiæ cælestes (vt dominus inquit) mouebuntur, distēperabunturq̄; à quibus omnis ista inferior machina gubernatur: quibus ita distemperatis, omnis elementorum ordo soluetur & confundetur: ac proinde fient inordinationes maxime in orbe, tonitrua, fulmina fulguraq̄; tremēda, tēpestates horribiles, gradines, incredibilis magnitudinis terræmotus, hiatusq̄; terre formidabiles: fluctus autē maris intumescant, adeo, atque littoribus imminēbūt, vt videātur vniuersam terram deuoraturi: vnde tantus fiet corū fragor & sonitus, vt procul à littore audiatur: & erit in terra prefura gentium maxima (vt ait dominus) præ confusione illa sonitus maris, & fluctuum. Alteratis nanq̄; vt prædiximus, influentijs, necesse est omnem elementorum ordinem perturbari, mōstrososq̄; in aëre, aqua, & terra effectus quotidie hominib⁹ apparere. Oqualis erit tunc hominū

vita, quā acerba, & amara, quā tristis & luctuosa: quis enim non horreat tantam inspicere confusionem, permutationemq̄; rerum? Vnde & dominus in Euangelio, arescētibus (inquit) hominibus præ timore, & expectatione eorum quæ superuenient vniuerso orbi, obliuiscuntur cibi & potus, & omnium seculi deliciarum, veluti qui in mare naufragium periculosissimum sustinet. Ita que toto orbe mortales omnes naufragabuntur vbiq̄. De hoc Ioannes in Apocalypsi ita inquit. Omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt, videlicet à terræmotus magnitudine. Tātum enim motum neque montes sustinere valebūt, quin corruant, & ab inundatione fluctuum alijs opertis aqua, aliæ de nouo maris insulæ alibi apparebunt. Propter quod vt ait, timore agitati reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, abscondent se in spelūcis, & in petris montium, ne videlicet horrendam, tremendamq̄ rerum omnium videant cōfusionem, mundi que pereuntis formidabilem casum. Qualem existimas tunc futuram mortalibus vitam, quando reges & primates, & qui cæteris solebant esse terrori, relictis vrbibus palantes & errabundi confugient ad speluncas, & veluti reptilia quædā perterriti & stupefacti, nec se inuicem expectantes, montium perquirent latibula? Vnde & idem Ioānes angelum buccinantem audiuit, atque clamantem. Væ væ væ habitantibus in terra. Optandum valde nobis est fratres, in pace vitam finire, & tantam mundi calamitatem non videre: neque te moueat, quod Dominus in Euangelio ait: sicut in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis.

Luc. 21.

Apoca. 8. d.

Matth. 24. c.

minis. Sicut enim ante diluuiū erant comedentes & bibentes, & nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad illum diem quo intrauit Noë in arcā, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis. Et alibi, attendite ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa: tanquā laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Et Paul⁹ ad Thessalonicēses. Ipsi enim (inquit) diligēter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet: cū enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Ex quibus & alijs scripturæ locis, aduentum domini impræmeditatū & repentinum mortalibus superuenturum apertissimè colligitur. Quomodo ergo præ timore arescent expectantes superuenturam diem, & iminentem iudicis iram, neque enim ignorare poterunt senescentis mundi ruinam, cuius tam euidētia experientur testimonia? Quomodo etiā tunc nubēt, & nuptui tradent, quasi securi & intrepidi, si reges montium & petrarum præ timore latibula quærēt? Sed facilè soluitur questio, si ad diuersa tempora hæc scripturarū testimonia referam⁹: prius nanque sicut in diebus Noë securi & intrepidi voluptatibus & negotijs secularibus homines incumbēt, quibus ita agentibus repentina veniet dies illa, nō dies vltima iudicij, sed tempus illud breue supradictæ confusionis, & inordinationis, quæ veluti quædam tempestas incautos occupabit, & vsque ad vltimam iudicij diem protendetur. Dies er-

Luc. 21.

1. Thes. 5. a.

go ille pro toto illo tempore signorū accipitur, qđ breue erit. Quod si de die vltimo intelligendū est, oportebit dicere, post tempus hoc formidabile signorum aliquandiu serenitatem & tranquillitatem rebus reddendā esse à Deo, vt præteriti timoris obliti mortales ad pristinæ vitæ consuetos redeant actus, & ita incautos opprimat dies illa. Sed prima responsio magis placet: ex quo enim cœperit dissolutio & distemperatio illa partium vniuersi, veluti ingravescēs egritudo in dies magis ac magis augebitur, & per suos cursus mundus paulatim in interitū deueniet. Sicut enim quispiā prius robustus est & fortis in iuuentute, postea ingrauescente senio cōfectus, fluidus, & lassus: si verò morbus debiles artus inuadit, humores illico distemperantur, alteratur anhelitus enervantur vires, dissoluuntur artus, & ad vltimum hebetātur sensus, turbatur iudicium, totusque ille potentiarum & virium animæ ordo cōfunditur, donec corporali distēperie spiritus soluatur à carne, & tandē mors fiat: ita omnino in hoc orbe continget: post primā enim eius iuuetam, quādo fortis fortia & robusta quæque gignebat, iam in senium acto, priusquam intereat, elementorum soluetur tēperies: deinde veluti crescente iam morbo, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & astra de cælo cadent, id est, cadere videbuntur cometis scintillatibus vndiquaque, hæc enim veluti sensus in orbe sunt. Ad vltimum verò flagrate igne (vt ait Apostolus Petrus) Elementa calore soluentur, & vltimus orbis erit interitus. Vnde Psal. Opera manū tuarum sunt cæli, ipsi peribūt, tu autē permanebis, & omnes sicut

2. Pet. 3.

101. d.

sicut vestimentum veterascent: & sicut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Apertissime namque defectum illum, permutationemque; supradicta celestium influentiarum, celorum inueterationem nuncupavit, non quidem in substantia, sed in apparatus: non in re, sed in virtute: non quoad celorum impassibilia corpora, sed quoad effectus eorum & influentias, que veluti inueteratis orbibus inferiori mundo deficere, minusque ad illius gubernationem sufficere videbuntur. Omnibus igitur flagranti illo incendio consumptis subito, & in cinerem redactis, e celo missus tuba canet archangelus, id est in assumpto corpore validissima voce clamabit, cuius vocem audiet totus orbis, & que in celo, & que in limbo, & que in abyssis sunt anime: in ictu ergo oculi, in voce illa Archangeli terribili, in nouissima tuba (vt inquit Apostolus) omnes resurgemus cum eisdem corporibus, quibus in vita viximus: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Reprobis namque terreni Adam imaginem portantes, carnales, deformes, & ponderosi, licet incorruptibiles, surgent propemodum quales fuerunt in hac vita mortali: electorum vero noua progenies, in gloriam filiorum Dei permutata, in spiritali carne fulgebunt sicut sol in regno patris eorum: non quidem aequaliter, nam qui in sancta simplicitate ab alijs edocti via iustitie tenuerunt, fulgebunt sicut firmamentum: qui vero eos ad iustitiam erudierunt, sicut stelle in perpetuas eternitates. Et sicut stella differt a stella in claritate, ita erit resurrectio electorum: quod enim plus virtute & merito claruerunt in ecclesia, eo ibi amplius corporali etiam

decere fulgebunt. Quantus tunc iniquorum gemitus, quantus planctus, quis dentium stridor, quantus estuantis animi fremitus & indignatio! cum pre oculis gloriam quam amiserunt inspexerint, & decorem filiorum Dei, quem neglexerunt, attenderint. Exhibent ergo angeli, & separabunt malos de medio iustorum, quos ipsa exterior forma satis discernet: reprobisque in terra residentibus, electorum multitudo aduentantiam iudici obuiam rapietur in aera. Siquidem super montis Oliueti cacumen e directo apparebit de celo, sensim adueniens potentissimus iudex, angelorum millibus comitatus in nube lucida, veluti in triumphali curru euectus, signo Crucis veluti vexillo triumphi desuper in omnium oculis radiate. Hoc enim Mattheus aperte commemorat. O quantum gaudium, o quanta letitia, quantus tunc beatarum mentium iubilus! quanta cum laude aduentantem in suam ciuitatem principem cum triumpho ouans suscipiet ciuium multitudo! promisceturque; vtriusque Hierusalem senatores, & dextris dextris coniungent in foedus sempiternum, pacemque perpetuam, foederati atque sub vno imperatore vnam incolent ciuitatem, in vnamque rem publicam conspirabunt: statuentur sedes, locabuntur throni, sedebunt circumquaque iudices orbis, iudicaturi non solum duodecim tribus Israel, sed & omnes gentium populos & nationes, ipsos etiam angelos a principio celorum apostatas. Vnde Propheta. Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David, id est, super Christi vniuersam ecclesiam: sic enim illis Dominus in Euangelio promiserat, dicens. Sedebitis & vos super sedes duodecim

1. Cori. 15. g.

Daniel 12. b. 1. Corin. thi. 15. c.

Matth. 24. c.

ps. 121. b.

Matth. 19. b.

decim iudicantes duodecim tribus Israel. Nec Apostoli soli sedebunt coram eo, sed etiam omnis multitudo sanctorum, quorum iudicio iudicandus est orbis. Quanta tunc maiestas, quanta venustas, quanta ibi seueritas! astabit deorsum in valle Iosaphat, teste propheta, & in omnino confinio iudicandorum maxima multitudo, vallata demonijs vniuersis: ibi astabit Iudas cum proditoribus & sicarijs: Caim cum occisoribus homicidis: Nero cum crudelibus tyrannis: Herodes cum parricidis: Pilatus cum insanis: Arrius, & Lutherus cum haereticis: Simo cum magis & simoniacis: Ninus cum paganis: Sardana palus cum infamibus voluptuosis: omnes in fasciculos conglobati aduati que ad ignem secundum parabolam zizaniorum Euangelicam. Hi omnes ad sinistram locabuntur, vt haedi procaces & inquieti. Stabunt quoque ad dexteram electorum familiae separatae: vbi sanctissimus Patriarcha Abraam erit cum vxoratis: Ioannes cum his qui vitam caelibem peregerunt dum vita manebat: Helias cum eremitis: Petrus cum clericis: Augustinus & Franciscus cum suis fratribus: Stephanus cum martyribus: Virgo virginum cum virginibus: suo ordine quisque apparebit, suaeque professionis habitum gestabit, non ex lana, sed ex gloria intextum: neque latebit fructus, quem quisque gessit in vita, sed suo quilibet labore decorabitur. Hoc est de quo Paulus apud Thessalonicenses non inaniter gloriatur, dicens. Quae est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae: nonne vos ante dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius? Et ad Philippenses. Fratres mei charissimi, &

Ioel. 3. a

Mat. 13.

1. ad Th. 2. d.

Philip. 4. a.

desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, &c. quia videlicet eorum salute fulgentissima tunc in capite eius corona fulgebit: immensaque illi gloria redundabit, quod reges & potentes bubulcis ibi & agricolis sociari filebunt. Quid illis tunc proderit gloria mundi? quid fastus & pompa regalis? quid apparatus familiae? quid pretiositas vestium? quid delicata & numerosa ciborum multitudo? nemo ibi in alterum mutire audebit neque gannire. Testatur hoc Iob, dicens. Paruus & magnus ibi erunt, & seruus liber a domino fuerunt, & qui in hac vita dexteram tenuerunt, ibi laeuam tenebunt: & e contrario. Cancellatis enim manibus, veluti Patriarcha Iacob, populum suum Dominus iudicabit. Quantus tunc tremor, quantus terror! vbique fletus & ululatus, & horribilis gemitus: plangent enim se super eum omnes tribus terrae, vt ait Propheta, videntes, scilicet, quia non eis profuit tanta dignatio, tam mira benignitas, quod homo factus est, quod natus et passus est, & eos inestimabili sanguinis sui pretio redemerit: neque grandis in iudicando mora, nam subito aperietur liber vitae, aperietur quoque conscientiarum libri, & omnia patebunt. Non erit opus testibus, non locus excusationi, & fraudi: quia luce clarius omnium vita, actus, cogitationes, & affectus coram omnibus apparebunt: non ibi dilatio, aut appellatio, quia Deus iudex est, ipse iudex & testis: & sicut per prophetam dicit: Accedat ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, adulteris, & periuris, & qui calumniatur mercedem mercenarij, & humiliat viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exerci-

Iob. 3. c.

Genes 48. c.

Apoca. 1. b.

Malac. 3. b.

CONCIO SECVNDA.

exercituum: omnibus præuaricatoribus testis velox apparebit, quia corā omnibus subito radio claritatis suæ omnia eorum peccata nudabit. Hi sunt libri infallibiles & veri, quos nemo poterit rejicere: ipsa enim cuiusque conscientia reatus sui testimonium palam omnibus exhibebit. Librum autem illum vitæ, in quo cuiusque reprobatio, & prædestinatio relucebit, non omnibus perspicuus erit, sed supremis illis iudicibus, qui iudicandorum rationes in eo legent apertius vel obscurius, prout donauerit ipse qui iudicat Deus: & per eos inferioribus patefient, sicut scriptum est. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis, id est, sanctis illis verticibus sanctarum mentium, turbati sunt omnes insipientes corde suam in eis videtes damnationem. Et hoc forte est eorum iudicialis potestas & authoritas, qua ab inferioribus etiam electis discernuntur ut iudices: de quo satis luculenter edisserit Richardus de sancto Victore, cuius ne immoremur, scripta perlege. Hanc vero iudicis seriem, librorumque apertionem, magnifice fati-
 Daniel 7. c. Daniel præcinuit, dicens. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix: & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus: fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius, millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam ergo in visione noctis: & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat. &c. Quid apertius, quid lucidius, quid potentius de hoc iudiciodici potuit? Mira res: ita di-

stinctè vati illi huius iudicij maiestatem in visione imaginaria fuisse monstratam! Consonat illi Ioannes Apostolus in Apocalypsi, cum ait. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum a cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inuentus ab eis: & vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni: & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. Quanta tunc confusio quorundam qui se sanctorum agminibus agglomerandos in hac vita credebant, cum se viderint dānatis annumerari? quomodo stupebūt dicentes. Domine quomodo hoc? quid nam hoc est? ita ne frustra bitur spes nostra? Nōne in nomine tuo prophetauimus: dæmonia eiecimus: multos ad fidem tuam cōuertimus: virtutes multas & miracula fecimus? Hæc ne laborum nostrorum retributio? hoc tantorum operum stipendium? Quibus dicet, nunquā no-
 Matth. 7. c. ui vos, discedite a me operarij iniquitatis. Quanta turbatio, quanta in his verbis mœstitia, non enim ad modicum separantur: sed in æternum. Quod si prophetantibus & prædicantibus cum, mandatorum eius præuaricatoribus hæc dicturus est, quid avaris? quid blasphemis? quid lasciuis? quid rapacibus & profanis dicturum putas? Quid facies tunc o auares? quid facies raptor? quid o superbe, et lubrici? quid inquam facietis in die calamitatis de lōge venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram, ne incurruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Non ibi precādi locus: nullus vobis intercessor assistet, qui
 pro

DE IVDICIO SVPREMO.

pro vobis verbum loquatur: non beata Virgo, non Angelus, non Apostolus, non amicus, non etiam qui te genuit pater propitiabitur pereunti. Vnusquisque in sua iustitia liberabitur, æquitas iudicij quaeritur: nemo audebit pro te dicere testimonium. Vnde si iustus vix saluabitur, impius & malus quid sperare poterit? Ita enim adamusim ibi discernentur non solum exteriores actus & opera, sed radices quoque operum, intentiones & voluntates, meritorum quoque & demeritorum causæ, intentionumque & desideriorum fines & circumstantiæ, ut vix vlla reperitur pura iustitia quæ non auxilio gratiæ, & misericordiæ egeat roborari. Vnde Gregorius, vix vitæ quantuncunque laudabili, si remota pietate iudicetur. & Psal. Et non intres in iudicium cum seruo tuo. & Job. Verè scio, quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere vnum pro mille. Et iterum, vnum est quod locutus sum, innocentem & impium ipse consumit. Cōsonat Psal. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Non ait peccata, non scelera, sed iustitias. & alius Propheta. Scrutabor Hierusalē in lucernis, & visitabo super viros defixos in facibus suis, &c. O lucernas Dei, & quis vestram poterit effugere lucem? quid coram vobis poterit occultari? neque minus hoc pius erit in sanctos, quam in reprobos seuerum: nam & Psalmista hoc ipsum a deo postulat dicens. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Ac si dicat, non labores, non sudores, non pericula, & discrimina, non famem, sitim, nec nuditatem, non vigilias & asperitates volo ut diiudices, hæc

enim omnia & avarus pro lucro, & gulosus pro cibo, & elatus pro honore, & lubricus pro voluptate, cumulatius passus est: non ergo operanda iudices, non agones solos dinumeres: sed discerne causam meam de gente non sancta, de populo vano: hæc est iudicij tota ratio, hoc pondus, hæc totius spei meæ vnicū firmamentum, quia laborum meorum & operum qualiacunq; sunt, tu domine causa, tu finis, propter te, & ad te sunt facta. Breui igitur tempore tatarum rerum summa finiatur, sic enim omnes, quasi singulos iudicabit. sua enim quisque conscientia cōvincetur, nec erit quod valeat respondere cōuictus, sed sicut scriptum ps. 106. est, omnis iniquitas oppilabit os suum: & rursus, impij in tenebris conticescēt. Vnde & seruus ille nequam in Euāgelio quia quod pro se responde-
 Matth. 22. b. ret non habebat, obmutuit. An verò solo interiori & spiritali examine, an corporali quoque voce & sermone hæc definienda sint, non multum refert: credimus tamen audibile omnibus a iudice futurum sermonem: quem leonis rugitum nonnulli prophetarum, alius autem verbum asperum vocat, dicens: quem ipse liberabit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Vnde & alibi, sicut superius annotauimus, inquit. Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit. Et alius Propheta, tacui semper filii, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul. Omnem enim indignationem quam longo tempore præcedentium seculorum in reprobos concepit: tunc effundet in eos. Vix miseris, & quis poterit sustinere? Si enim ut ait Job: cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, trepidamus: tonitruum magnitudinis illius quis poterit intueri? Sed quid nam tunc dicturus sit,
 B licet

licet ex parte per scripturas nouerimus, magna tamen ex parte ut creditur ignoramus: plura enim quam scriptura commemorat, ut existimo, ac duriora loquetur. Et licet velle hoc diffinire forsitan temerarium videatur, satis tamen placet Beati Bernardi sententia, qui ferè in hunc modum aduersus reprobos eum asserit inuecturum. Audite me filij Adam, qui que terrigenæ filij hominum audite: quid inuenistis in me iniquitatis, quia recessistis à me: quid causæ est quod inimico meo vestroque seruire magis libuit, quam mihi? neque enim ille creauit vos, sed neque pauit quidem, aut tempora vestra ipse disposuit. Et si parua hæc videntur ingratis, non ille, sed ego redemi vos: sed quo pretio? non utique corruptilibus auro & argento, non sepe vel luna, non saltem aliquo angelorum, sed proprio vos cruore redemi. Testes sunt plagæ istæ quas in meo corpore cernitis: testis erux illa, quæ superius rutilat in excelso: testes hi qui morienti affuerunt, & adhæserunt. O generatio stulta & praua, quare cum labore huic teterimo hosti obedire maluisti, quam mihi cum gaudio deo tuo, redemptori tuo?
 Pro. 11. vocaui & renuistis: pulsaui, & neglexistis: extendi manum meam, & contempsistis: despexistis omne consilium meum: præcepta quoque & leges meas pro nihilo habuistis. Dicite
 Esa. 5. a. vos angeli, dicite o iudices, iudicate inter me & vineam meam: quid amplius illi debui facere, & non feci? Attollent tunc omnes vocem suam, & dicent: iustus es Domine, & re-
 ps. 118. ctum iudicium tuum. Tunc ad populum suum, quem si de & doctrina illuminare dignatus est, conuertet sermonem suum, dicens. Popule meus quid feci tibi? aut in quo molestus

tibi fui: dicito mihi o synagoga Sata Michæ, o perfida & incredula, quantum ^{6. a.} pro te laboraui, quantum pro te sudauit, quanta miracula feci in te, quantum prodigia, quot tibi contuli beneficia: quoties volui te congregare sicut gallina pullos suos sub alis, & ^{Matth. 23. d.} noluisti misera: in super & pro laboribus meis, & donis, tale mihi stipendium præbuiisti. Et tu Christiane, qui nomine meo & fide gloriabaris, & factis & opere negasti me: esuriui ^{Matth. 23. c.} enim & non dedisti mihi manducare: sitiui, & non dedisti mihi potum: hospes eram, & non collegisti me: nudus eram, & non cooperuisti me: infirmus & in carcere, & non visitasti me. Tunc respondebunt ei ipsi dicentes. Domine quando te vidimus esurientem, aut sitiëtem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Et respondebit illis dicens. Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his, neque mihi fecistis. His igitur & similibus impios increpabit. Vnde si ad illos qui de suis facultatibus non dederunt hæc dicturus est, quid fiet de illis, qui non solum pauperes non pauerunt, sed ipsos etiam spoliauerunt, & oppresserunt? si qui non dedit damnatur, qui rapuit quo inferno punietur? Attendant diuites, qui satis probè se vixisse putant si aliena non rapiunt: si licitis modis ditantur: si nemini iniuriam faciunt aut fraudem, videant quia non dedisse sufficit ad Gehennam. Si enim cum superest non dare indigenti, non esset damnabile, non utique in hos tam acriter domini sententia desæuiret. Expleto itaque iudicio, & examine finito, ad impios intonabit dicens. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis

angelis eius. Ad electos autem. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Tunc ad verbum eius dehiscet terra hiatus gradus sub malorum pedibus, & deglutiet eos: iusti autem cum ipso perpetuo regnaturi cõscendent in gloriam: ad quod nos perducatur idem dominus noster, & iudex noster, Iesus Christus, cui cum Patre & Spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

TRACTATUS DE ADVENTU DOMINI.

THEMA.

Dicite filie Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.



DE ADVENTU domini in carne, de quo hoc tempore sancta agit ecclesia, quatuor dicemus auxiliante domino. Primo causas propter quas venit, secundo fructum quem in mundo fecit eius aduentus, tertio gratitudinem, quantum debemus beneficio, quarto præparationem, quam oportet habere ad eum suscipiendum. De quibus sigillatim in quatuor dominicis tractabimus fauente diuina gratia, quam per virginem imploremus.

Hoc indubie tenendum est fide, potissima atque præcipuam causam aduentus domini in carne fuisse generis humani redemptionem, videlicet ad pacificam dum hominem cum deo: ad regni celestis ianuam aperiedam: ad satisfaciendum deo pro peccatis totius mundi: ad querendam centesimam ouem quæ perierat in deserto. Hoc enim non solum euangelium, sed tota scriptura diuina testatur. Ex hoc quoque saluatoris nomen accipit, dicere angelo: quoniam ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Vñ Apostolus. Fidelis sermo, quia I. Timotheus Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Et dominus in Euangelio. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. ^{Ioa. 10. b.} Quauis enim ex mirabili illa dei & carnis vnione gradus supra modum honor & exaltatio humane nature præuenit, tamen præcipua causa dominice incarnationis non fuit nature humane exaltatio, sed curatio. Vñ Augustinus magnus (inquit) è celo venit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus. Tolle ægritudinem, & non erit opus medico: peccatum itaque Adæ & filiorum eius deum traxit ad terram. Felix culpa quæ talè ac tantum meruit habere redemptorem. Iam ergo ex hoc profunda nimis insurgit quaestio, licet communis et trita, videlicet, cum pluribus alijs modis deus genus humanum posset redimere, cur elegit mori pro peccato? Quod enim alia media non defuerint, notissimum est: poterat namque deus gratis culpam Adæ remittere ex pura misericordia: poterat & eiusdem Adæ qualicumque satisfactionem acceptare pro suo peccato: & oratione vel sacrificio placari poterat: & soli peccatum eius imputare, & non transfundere ad posteros. Immo si mortis sententiam in eis exequi libuisset, quod obstabat ut non illi qualitransgressores morerentur, et alij de nouo ab ipso deo crearentur homines, qui totius humani generis essent pariter & origo, prioribus, Adæ scilicet, & Eua, propter suam transgressionem hoc honore priuatis? Quam iustum, quam piuum, quam facile videretur hoc! Ex tot igitur remedijs, & pluribus alijs, non solum possibilibus, sed etiam (ut videtur) conuenientibus, quæ diuina sapientia inuenire posset, quare Deus elegit medium tam rigidum, tam asperum, tam difficile, ut pro peccato hominis exula

CONCIO SECVNDA.

ret in terra: & nō solū labores & dolores, sed & mortem crudelissimam pateretur? Quis te compulit dñe ad patiendū pro homine? quis te coegit vt à temetipso tā crudelem & asperā satisfactionē exigeres pro peccato? Si hoc prauideras, cur creasti hominem, pro quo talia passurus eras? Cur ei præceptum dedisti, in quo te offensurus erat, & periturus, cuius trāsgressio morte tua puniēda erat? aut certē cur nō cum verbo tuo præuenisti, cum tētaretur a Satana? Cur eū nō monuisti? Vide miser, attēde tibi, serpens est, venenū habet, ne credideris. Quis morte luit qđ solo verbo potuit euitare? Quod si genus humanū mortuum fuerat ex peccato, moriatur & pereat. Nonne melius vt pereat creatura, qđ vt creator eius benedictus vel exiguū in semetipso detrimēti patiatur? O altitudo diuinitarum sapiētiae Dei, quā incōprehēsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię ei! Quis cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit? quis abyssum hāc poterit penetrare? verē mirabilis facta est scientia tua ex me, cōfortata est & nō potero ad eam. Hoc opus si ratione mensuretur, exuperat omnē sensum, trāscendit omnē intellectum: vnde stultitia magna videtur, sicut Apostolus ait. **1. Cor. 1. c.** Prædicamus Iesum crucifixū, Iudæis quidē scādālū, gētibus autem stultitiam: stultitia quippe non parua videbatur, deum pro sua creatura pati & mori. Sed tñ sicut idē Apostolus ait, quod stultū est dei sapientius est hominibus. Ad nos autē fratres charissimi nō attinet scrutari quare factum est hoc, sufficit scire, quia pro culdubio sic factū est, & summo dei consilio sic factum est. Hoc ad æternā salutem scire cuilibet nostrū ne-

cessariū est, vt dicitur in Symbolo: causam quare sic factum est, dño relinquamus. Cū apparuerit, cū eū viderimus sicuti est, tūc cognoscemus qđ miro diuinę sapientię consilio, qđ summo dei iudicio sic voluit, & sic fecit: nunc cautiū facimus, si sapientē audimus admonentē. Altiora te ne quæsieris, & maiora te ne scrutatus fueris: nam scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Verū tamen ne putēt Pagani, qđ si fidē nostrā obtegimus et excusamus, dicentes qđ mysteriū hoc inscrutabile est, & omnē superat intellectū, maximē quia secūdū Petri Apostoli sententiā, debemus esse parati reddere rationē omnī poscēti, de ea quæ in nobis est fide & spe: propter hoc, quantū humana fragilitas attingit, et quantū ex dei reuelatione & sacris literis possumus intelligere, quatuor præcipuæ rationes poterūt assignari, cur factū sit tā admirabile mysterium, ommissis pluribus alijs, quæ à doctoribus circa hoc in suis scriptis redduntur. Sic nanq; expediebat ex parte culpę, ex parte trāsgressoris, ex parte dei, cui facta est offensa, ex parte remedij: vndiq; ergo expediens fuit ita fieri. Fuit nanq; primo cōuenientissimū hoc ex parte culpæ, quæ cū esset quodāmodo infinita, propter infinitatem eius in quē cōmissa est, infinita quoq; indignuit satisfactione, si ex quo cōpēlari debebat: infinita verò satisfactio non inuenitur sine infinito merito, qđ nō potest esse in puro homine, propter qđ deus factus est homo, vt pateretur homo, & satisfaceret Deus in homine, pro hoīe. Minimus nāq; laborū Christi, & minima eius in carne fatigatio, sufficiens erat ex se, ad mūdi remediū, et omniū peccatorum plenissimā satisfactionem,

Prover
bi. 25. d.

DE ADVENTV DOMINI.

ne, propter infinitatē personæ patiens, & ex cōsequenti propter infinitatem meriti. Quia omne opus eius, & quodcūq; seruitiū Deo patri pro homine exhibitum, infinite dignū erat acceptari & recipi, propter infinitā autoritatē personę offerentis, & in finitū patris ad ipsum amorē. Vnde, sicut Apostolus ait, ex auditus est pro sua reuerētia. Erat quoq; alia in culpa redimenda infinitas, quæ eius aduentū exigeret: quia nō solū pro peccato Adæ, sed & pro omnibus peccatis & flagitijs totius mundi perpetratis, & perpetrādis, & quæ perpetrari possent, reddēda erat patri plenissima satisfactio. Quæ cū infinita sit, debuit infinite gratū esse opus redēptionis, quo omnia soluerētur: & magis illud Deo placere, qđ omnia mūdi facinora facta, & quę fieri possent displiceant. Huius autē opus à pura creatura fieri non potest, expedientissimum ergo fuit ad plenam peccatorum redemptionem, vt ipse redēptor hominum Deus esset. Secūdò fuit hoc cōueniēs ex parte hominis reparādi, vt videlicet per illū prototypū reformaretur quo fuerat ante formatus. Creauit enī deus hominē ad imaginē & similitudinē suā, ad imaginē (inquit) suā creauit eū. Repetit verbū vt cōmendet hominis dignitatē. O mira celsitudo, o mira pulchritudo, mira excellentia hominis, suū referre creatorē, ac ad eius formā & imaginē fuisse plasmātū. Sed homo tantę dignitatis & glorię, cū in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Mutauit enī gloriā suā in similitudinē vituli comedētis foenū: peccato quippe deformatus & deturpatus, totus obbrutuit: & qui factus fuerat vt Deiculus, peccā-

do factus est vt bruticulus (vt sic loqui liceat.) Vñ hominem velut deridēdo deus illi exprobrās post peccatū, ecce (inquit) Adā quasi vnus ex nobis factus est. Ac si dicat, qui vt deus esse voluit, ecce ad quid redactus est. Decebat itaq; hominē sic deturpatū, primo illo quo cōditus fuerat prototipo & exēplari reformari: sic enī calceum vel pileū deformatū reformamus: sic imaginem enēā vel plumbeā cōfractā, deformatā, aut cōminutā in pristinam formā conflantes reducimus. Quæ est autē imago hæc cōsimilis patri, nisi verbū Dei: De quo Apostolus. Qui cū sit splendor glorię & figura substantiæ eius, portāsq; omnia verbo virtutis suæ: verbum ergo caro factū est, vt dum cōflatur in verbo caro, reformaretur caro: nihil aliud enī est Christus Iesus, nisi deus hominē singulari modo indutus, vel homo deo mirabiliter cōiunctus, sicut calceus suo pede reformatus, sic enim ipse vocat corpus suū in Psal. cū ait. In Idumæā extendā calceamentum meū, id est corpus meū in sacro gentili populo cōuerso tradā, cuius calceamēti corrigiā Ioannes soluere se indignū iudicat, quia quo nexu verbum carni vnitum sit, cōprehendere nō valet. Nō enim poterat homo angelo, vel archangelo, aut alio cælestis exercitus spū reformari: qm̄ nō ad angeli vel archāgeli, sed ad dei imaginē cōditus fuerat. Ille itaq; debuit esse reformator, qui cōditor: vt qđ fecerat, reficeret: & qui plasmauerat, reformaret. Huiusmodi enim obligatione non debuit homo alteri qđ deo teneri: cū non minus fuerit hominem redimere, quā creare: imò multò plus redimendo laboratū sit: qui enim solo dicto creauit, morte

redemit. Sed obijciat forsitā aliquis, ex quo deus pro homine reformādo incarnari & pati dignat⁹ est, cur huiusmodi reformatio nō apparet: cur hominē in pristinum illum splendore & natiuū innocentiae decorē nō statim restituit, vt omnibus angelis & hominibus innotesceret tantę dignationis & misericordiae fructus? Nāq; ecce morimur, laboramus, tētamur, vexamur, delinquimus sicut prius: & quales nos inuenit, talis nos verbum incarnatum reliquit, peccatores, passibiles, & mortales. Vbi est ergo illa tanto reparatore digna reformatio? vbi est illa reformatio tāto dei labore & sudore patrata? Quis fructus aduentus dei in terris? Apostolū audio ad Romanos dicentē: quia lex spūs vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Sed quomō liberauit nō video: cū adhuc sentiat aliā legem in mēbris suis repugnantem legi mētis suæ, & captiuitatem eum in lege peccati: adeo vt coactus sit exclamare. Infelix ego homo, q̄s me liberabit de corpore mortis hui⁹. Qui sic de peccato & morte queritur, quomodo à lege mortis et peccati liber est? Ex parte quidē, nō in totum: non vt peccatum non sentiat, sed ne regnet: non vt mors nō sit, sed ne perpetuò dominetur, legē peccati quidē sentit in membris suis. Sed quid ait? Nihil dānationis est his qui sunt in Christo, qui nō secundum carnē ambulāt, etiā si carnē sentiat: non em̄ sentire peccatū, sed consentire dānabile est. Veniet aliquando merito Christi plena libertas, sed quādo? Vtiq; sicut ipse ibidē dicit, cū qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritū eius in vobis. Tūc fiet sermo qui

script⁹ est: vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Tunc reformatio hominis à Christo facta omnibus innotescet, qm̄ fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorū. Si quidē cū dederit dilectis suis somnū, ecce hæreditas dñi filij, ecce merces fructus ventris bñdicti, ecce fructus aduentus dñi in carnem. Nā omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc, quia reuelationē filiorū Dei expectat: et quidē iā filij dei sumus in merito filij dei, sed nondum apparuit quid erimus, sed cū apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eū sicuti est. Facta est ergo iā reformatio, sed nōdum propalata: inchoata est, sed nōdum perfecta: immō perfecta quidem iam merito, sed nōdum effectū. Siquidē saluatore expectamus dñm nostrum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ. Venit saluator animarū, veniet iterum saluator corporum: iā viuā est radix, sed nondū rami viuificati. Sed quare nō statim viuificati cum radice, ad quid facta est ista dilatio? moriēdo quippe mortē occidit, sed nōdum manifestata est mortis victoria: propter quid? Vtiq; vt fides, locū habeat, & bonorum operum meritum non dispercat. Vnde ad milites tēpli deuotus Bernar. quæstionē istā tangit & soluit dicēs. Si ergo lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis, vt quid adhuc morimur, & non statim immortalitate vestimur? Sanē (inquit) vt dei veritas impleatur. Quia enim misericordiam & veritatē diligit Deus, necesse est mori quidem hominem, quippe quod prędixerat Deus: sed à morte tñ resurgere, ne obliuiscatur misereri Deus. Ita ergo mors,

Pla. 76. mors et si non perpetuo dominatur, manet tñ propter veritatē dei. Hæc Bern. Aug. in li. de baptismo paruulorū alia via soluit quæstionē: ait em̄ sic à deo fuisse dispositū, ne fidei meritū cassaretur. Si em̄ post Christi aduentū baptizati fideles, statim impeccabiles fierēt, & immortales, quis fidei locus relinquerēt? Nōne oīs paganismus ad baptismū curreret, si non propter charitatē, saltē propter immortalitatē? Sed nec sola fides, sed & meritorū magna pars euacuaretur. Et quidē Christo dño per facile fuit humanū genus ad innocentiae statū statim reducere, si hoc hominib⁹ expedit: sed ppter nos vtiq; facta est ista dilatio. Quantū em̄ honoris, meriti, gratiæ, & glorię electis dei omnibus deperisset, si hō illico ad innocentiam pristinā redijisset? Quid Petro p deo crucifixo, Paulo decapitato, Stephanano lapidato, Laurentio affato, Bartholomæo excoxiato, cæterisq; martyribus, cōfessoribus, & virginibus, q̄ venerūt ad coronā ex magna tribulatione, decoris, excellētiae, & glorię tollerēt? Quāto gloriosius illis fuit pro deo vitā exponere, q̄ fieri à deo immortales: Quanto honorificentius, cū tanto victorię triūpho gloriā promeruisse, q̄ sicut infātes baptizatos, sine labore, sine sudore, sine discrimine, dei donogloriā suscepisset? Vbi esset illa vox, Lætati sumus. pro dieb⁹ quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Et illa, trāsuiimus per ignē, & aquā, & induxisti nos in refrigerium. Tolle militiā, nō erit victoria: tolle victoriā, nō erit corona. Quomō gloriaret Paulus dicēs. Bonū certamē certauit: cursum cōsummaui: fidē seruauit: de reliquo reposita est mihi corona iustitię, quā reddet mihi iust⁹ iudex. Fuis-

sent fateor sicut angeli dei, beati sine labore: sed nō modica est hæc sanctorū prerogatiua, nō leuis honor, q̄ gloriā quā habēt nō purē gratis, sed sibi eā meritis & laboribus, sanguine & morte acquisierūt. Vñ neq; ad tantū glorię fastigiū, sola innocentiae puritate peruētuos fuisse existimādū est. O magna dei charitas, ingens diuinæ prouidentiae cōsiliū erga electos suos. Sic nos redemit, sic nos reformauit sanguine suo, vt nullum afferret nobis detrimentū, sed maximum & ingentissimū meritorū, honoris, & glorię cumulū ipsa redēptio. Labores, fatigationes, tētationes, dolores, tormenta, mortem, facile subito suo aduentu auferre poterat, non abstulit, sed reliquit: vt hæc ipsa nobis pœnarum exercitia, fierēt meritorū instrumenta, & arma virtutū. Scrupulosam quæstionē non nr̄o sensu, sed Apostoli & sanctorū verbis, lōgius forsitā q̄ sermonis angustia patitur enodauimus: nūc ad propositū redeamus. Decuit itaq; ex parte hoīs, vt eadem qua fuerat formatus imaginereformaret: et ille fieret dei & hoīs mediator, qui deus esset & hō, in se vnicens & pacificās qd̄ peccatū fecerat ante diuisum. Decuit itaq; hoc etiā tertio ex parte dei: vt videlicet in hoc opere diuitias misericordiae & bonitatis suę ostenderet, & inestimabilis charitatis suę pondus manifestaret. Siquidē qui in primi angeli peccato iustitiæ suæ seueritatem ostenderat, in peccato hominis protoplasti debuit mīæ & pietatis suæ magnitudinem declarare: vt in vno iudicis seueritas, in altero cōditoris pietas omnibus innotesceret. Paruū fuit deū peccatū hominis gratis sine satisfactione dimittere: sed hoc grāde erat pietatis indicium, si ipse

pro eo non debitor satisfaceret: vt qui in totius orbis creatione potentiam, sapientiam, magnificentiam, bonitatemque monstraerat, pietatem & charitatem suam in hominis redemptione, super omnem sensum & intellectum aperiret. Siquidem pro opere suo ex compassione & pietate innocenter pati & mori, solius Dei amor, solius Dei clementia est. Talis amor decet Deum: talis amor non est nisi Dei: qui orbem creauit vt Deus: hominem amauit vt Deus. Vnde Apostolus commendat (inquit) in nobis Deus charitatem suam: qui scilicet in caelis & angelis potentiam, magnitudinemque monstraerat. Stupet caelum & terra super immensum pondus tam eximiae charitatis: expauescit orbis super tam nimiam & inestimabilem dignationem. Sic Prophetam ait. Consideraui opera tua, & expaui: in medio duorum animalium notum facies. O inenarrabile, o ineffabilem charitatis ardorem: Deus immensus, omnipotens, infinitus, aeternus, ille qui sapientia, summus beatus, & felix est, in sinu patris inenarrabilibus gaudijs & delicijs fruens, suae creaturae amore succensus, ad ima pauper, inops descendens, in stabulo inter animalia nasci, in patibulo inter sceleratos mori dignatus est, ne paradisi delicijs homo quem creauerat priuaretur? Quid dicam de te domine? Placasti vineam quasi Noe, & bibisti ex ea, & inebriatus & nudatus es ex vini feruore. Et sicut de te olim Prophetam praedixerat. Excitatus est tanquam potens crapulatus a vino. O vinum dilectionis fortissimum, o triumphum potentissimum charitatis, ecce Deus captiuus tuus factus est: si contra Deum potuisti, quanto magis contra hominem praeualebis? O

gloriosum trophaeum, o spolia amplissima, o victoriam ineffabilem, vbi vincitur inuincibilis: omnipotens superatur: altissimus deicitur: vitatur: & iudex omnium condemnatur, solo amoris feruore deuictus: sola charitatis potentia superatus. Vnde Dominus in Euangelio. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret. Et Apostolus. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus. &c. Verum nimia, verum excessiua charitas filium dare pro seruo: unigenitum pro vermiculo. Haec Dei charitas mundum superauit: haec vniuersum deuictum pedibus Domini subiecit atque prostrauit. Siquidem (vt ait Bernardus) hominem a se peccatis longissime separatum Deus pluribus modis tetrauit ad se reducere: primo timore, propter quod terribiles & horribiles fecit ab initio flagitiorum vindictas: subuertit mundum diluuium: ciuitates prophanas adussit incendio: curus Pharaonis submersit pelago: Dathan & Abiron viuos deglutiuit hiatus: & plures alias atroces poenas in flagitiosos exercuit: vt poenarum timore homines deterreret a peccatis: sed sicut scriptum est, populus non est reuersus ad percutientem se. Tentauit secundum aliam viam hominem ad se reducere fauoribus & promissis: elegit populum illum Hebraeorum: fecit pro eo miracula multa: occidit primogenitos: aperuit mare: deduxit in columna ignis per desertum: paut manna de caelo: siccauit Iordanem: introduxit eos in terram optimam: fuit eos sicut gallina pullos suos: si forte videns mundus tot tantosque fauores, diceret: reuertamur, & seruiamus illi Deo pio & optimo, qui sic benigne & magnifice tra-

Ro. 5. b.

Abachu. 3. ex ver sione. lxx.

Gn. 9. d.

Psa. 77.

Gn. 7. Gn. 19. Deute. 11. a. Exo. 15. a. Exod. 12. d. Ex. 14. Exod. 13. d. Exod. 16. b. Iosue. 3. & 5. Matth. 23. d.

stat cultores suos: sed nec sic mundus idolatria relicta relipuit. Quid ergo faciam? (inquit) ecce neque minis, neque promissis proficior: mundus in sua duritia & pertinacia perstat: flagellam contemnit: beneficia despicit. Sed viuo ego, dicit Dominus, quia mihi euruabitur omnis caro, & flectet omne genu. Ego eos sicut paleas triturabo, & ego comminuam sicut plaustrum nouum habens rostra ferrantia. Ecce opus ego facio, quod qui audierit tinnient ambae aures eius. Venit in mundum, incarnatus est, humiliatus est, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, flagellatus, sputatus, illusus, occisus est: nutritum est mundo tantum & tam ineffabile sacramentum: audiuit, credidit, intellexit, cognouit: tantamque Dei erga se charitatem, benignitatem, clementiam, pietatem expertus, & tam immenso beneficij pondere superatus, ad pedes eius procidit & adorauit: & quem non vicerat timor neque fauor, vicit amor: non enim valuit tanta dignationis & bonitatis onus sufferre. Vicisti me domine, & victus sum: fortior me fuisti, & inualuisti: superasti domine duritiam cordis mei, & quasi ceram igne potentissimo charitatis me liquefecisti: gratias tibi Deus, gratias tibi. Vnde Ambrosius exponens illud Apostoli. Humiliauit semetipsum. &c. Propter quod & Deus exaltauit illum. &c. Multa (inquit) Domine feceras pro me, & non genui flexi: fecisti me: fecisti mundum pro me: Dominum orbis me constituisti: & non genua flectens adorauit: at postquam te vidi pro me humiliatum, plagatum, & crucifixum, stare non potui: sed tanto amoris pondere victus, in terram prostratus adorauit. Ita se Deus gessit cum

Esa. 45. d. Es. 41. d. 1. reg. 3. b.

Phi. 2. a.

mundo, sicut quidam pater bonus & diues cum adolefcente filio insolente, fugituo, quem diligit, quem prius missis nutijs, minis & terroribus nititur reuocare, iurans & obtestans, quod nisi redierit non enim amplius recipiet, & bonis omnibus & diuitijs & hereditate priuabit: sed non curat hoc adolefcentem in sanum, sed perstat in proposito. Vnde pater videns quia hac via non profuit, mittit alios nuncios seniores domus suae rogans vt redeat, promittensque se illi omnia quaecumque voluerit praestaturum: sed neque minis, neque blanditijs molliri potest vt redeat. Vnde tactus dolore cordis. intrinsecus pater, & filij desiderium sustinere non praeualens, pre amore videns animi eius obstinationem, dilectione victus, & patris grauitate, & auctoritatem oblitus, ipse vadit, & lachrymis ora perfusus cum canis suis, ad filij genua prouolutus, obnixè obsecrat vt redeat: qua benignitate, dilectione, & humilitate adolefcentem deuictus, in terram prostratus, veniam pro discessu postulans, cum patre in domum redit: & pio parati tota animi voluntate, de caetero obsequitur & deseruit. Sic omnino, sic nobiscum egit pijsimus Deus. Sed hanc mundi insolentiam, atque duritiam, non sine debita ultione reliquit Deus: sed sicut decet summum & optimum iudicem, sic ultus est eam. Sicut ipse in Psalm. re petens dicit. Omnes gentes circumdederunt me in nomine Domini, quia ultus sum in eos: circumdantes circumdederunt me in nomine Domini: quia ultus sum in eos. Circum dederunt me sicut apes: et exarserunt sicut ignis in spinis in nomine Domini: quia ultus sum in eos. Siquidem postquam nimia Dei bonitate & cha-

ps. 117.

ritate mundus deuictus relipuit, & ad verum Deum & creatorem suū conuersus est, tanto charitatis ardore erga Deum exarsit, vt ludibria, tormenta, proscritionē, pœnas, cruces, mortes, pro ipso nō solum patienter, sed & libēter sustineret. Bone Deus, quantus fuit ardor illorū, qui ad fidem primo conuersi sunt! quomodo vnde quaque concurrerant ad Iesum, sicut apes ad fauam! quomodo exarserunt in eius amore, sicut ignis in spinis! Propter qd? Quia vltus sum (inquit) in eos. Sic sic o rebelles, o contumaces, perfidi idolorum cultores, sic vltus sum in vos, qui me relicto demonia colebatis: vocaui, & renuistis: perterrui, & indurati perstitistis: donec me de cælo pro vestra salute venire, & crucis ignominiam subire fecistis. Iustam ego de vobis vindictam sumam: ego faciam vt qui in mei contumeliā, idōlis oues & boues incendebatis, ipsi pro me sicut sacrificia incendamini, iuglemini, laniemini, trucidemini, & non breui tempore, sed trecentis annis continuis hūc truculentum persecutionis ardorem pro meo nomine patiamini: & vobis parum hoc esse videatur præ debito, & amore. O insignem vindictam, o admirandā vltionem vlciscere nos, obsecro Deus, sicut & mundū tunc vltus es. Facillimū erat Deo statim post suam resurrectionem & ascensionē, mundum ad se conuertere sine vlla violentia, & resistentia: sed tanto tempore distulit, vt dignam de mundo exerceret vindictam: vindictam (inquam) amabilem, vindictam desiderabilem: vt recompensaret pœnis, tormentis, & martyrijs pro Deo susceptis rebellionem, contumaciam, perfidiam, quam erga

Deum tot retrò seculis habuerat: & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipso reciperet: mortem amore subiens pro illo, quem tādū errore contempserat. Sic itaq; mundum vicit: sic de mundo amore triūphauit.

Vides quā non modò opportunus & congruus, sed expedientissimus, & quodam modo necessarius fuerit Dei in mundū aduētus, nō solum vt diuitias bonitatis & misericordiae suae in hoc opere demonstraret, sed & vt tanto beneficij pōdere, mūdi algorem & duritiem superaret: et hoc charitatis glutino sibi mūdum conglutinet.

Restat nunc vt ostendamus quārto quomodo hoc & ex parte culpæ congruerit: peccatum nanque commissum tali remedio curādum erat, quo homines maximē à peccando deterrentur: & si peccare cōtingeret, citius subleuantur. Hoc super omnia quæ fieri aut excogitari possunt, facit mors Christi: quid em̄ magis homini peccati horrorem incutere potest, quā videre filium Dei pro peccato in crucis patibulo morientem? & terribilem patri pro reatu hominis satisfactionem reddentem? O grande malum peccatū, pro quo talis vltio fit! non mihi inundantem mundum, flagrantem ciuitates, abortos homines, non inferni, & omnes eius pœnas obijcias: nam si mille proponas Gehennas, non sic expauesco & contremisco, sicut videre Deum pro peccato morientē, & peccati reatum morte soluētē. Qualis est macula, quæ Dei sanguine diluitur? qualis est culpa, quæ Dei morte vindicatur? Vñ Bernard. ex qualitate remedij, morbi estimo quantitatē. Filius Dei iubetur occidi,

ocidi, vt pretioso sanguinis sui balsamo mederetur: o atrocissima vulnera, quæ huiusmodi medicamēto curantur. De cætero quis obsecro audeat peccare: quis vel leuissimā culpam non expauescat? Origenes, filius Dei (inquit) pro peccato mortuus est, & te peccare delectat? Si quis nanq; princeps vel imperator, adeo esset latronum inimicus & vltor, vt pro furto filium vnigenitū regni hæredem furca suspēderet, in regno eius de cætero furari quis auderet: & audes tu in regno Dei peccare, postquam vnigenitus Dei crucifixus est pro peccato? Sed ecōtrario hæc ipsa mors Christi præ omnibus & maximē lapsum peccatorem subleuat à peccato. Quid times peccator: quid trepidas: quid diffidis? conuertere ad Dominum, quia pius est & benignus, & præstabilis est super malitia: non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Nō credis? huius rei testimonia credibilia facta sunt nimis. Ecce propter hoc crucifixus est: propter hoc pendet in cruce: propter hoc inter sceleratos moritur: quomodo te damnabit pœnitētem, qui propter hoc moritur ne damneris? quomodo te abijciet redeuntem, qui de cælo venit quærere te? Vnde Apostolus. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat? Quis est qui cōdēnet? Christus Iesus qui mortuus est, & interpellat pro nobis? Dices forsan. Agnosco Dei viscera, inæstimabilem dignationem intelligo, sed magna sunt peccata mea nimis & horrēda, & inueterata flagitia mea, pœnitentia verò modica aut nulla, quomodo possum saluus fieri? O stulte, non attendis qualem pro tuis peccatis satisfactionem filius Dei in cruce pa-

tri reddiderit? exaggera crimina, accumula peccata, aggraua quantum potes, maior est illa pœnitentia, potior est illa hostia. Quid miraris si p̄ vna lachryma, vel suspirio, innumera peccata remittit Deus, cui in cruce talis est reddita satisfactio pro peccatis? Dominus (inquit Propheta) retribuet pro me, iam non exquiritur à me condigna pro peccatis satisfactio: sufficit mihi ad omnem iustitiam crux Christi, non sola fide, sed vera Dei dilectione, & peccatorum displicentia apprehensa. Quā aperte hæc omnia quæ diximus Euāgelista Ioānes intonuit in epistola. Filioli mei, hæc (inquit) scribo vobis, vt non peccetis, scilicet, qđ filius Dei venit in mundum: quod passus & mortuus est pro peccato: sed si peccauerit quis, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ac si dicat: si statis, hoc vos deterreat à peccato: si corruitis, hoc vos subleuet à peccato, quod Christus Iesus pro peccatis mortuus est.

DEO GRATIAS.

DOMINICA SECUNDA
Aduentus Domini.

Tu es qui venturus es?
Matthæus. XI.



QUANDEM BAPTISTA Domino quæstionē à carcere per discipulos p̄posuit, dicens: Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Non quia ipse nesciret, sed vt populum & discipulos

scipulos ex responsione domini in fide formaret. Super qua quidem quaestione diu nobis cum synagoga caeca disceptatum est, ecclesia fideliter profitente, quia tu es qui venturus es, & synagoga econtrario perfide renuente, non, sed alium expectamus. Opportune satis nunc eam multiplici legis & prophetarum testimonio conuinceremus: quoniam Iesus quem colimus, ipse est verus Messias in lege promissus, sicut ipse met illis quondam praedixerat. *Ioa. 5. f.* Scrutamini scripturas, quia ipse testimonium perhibent de me. Sed omittamus hoc, tum quia Iudaei non adfunt, & vobis hoc necessarium non est, qui veram & catholicam fide toto corde & animo profitemini: tum quia ut sanctus Maximus ait: Iam non sine magno discrimine de religionis veritate disputamus, quam tantorum martyrum sanguine confirmatam videmus. Magni enim periculi res est, si post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi recentem adhuc discutere praesumas: & post morientium sudores, otiosa disputatione contendas. Alia igitur via nobis procedendum est, qui coram fidei populo professam fidem, & certissimam praedicamus. Satis est ostendere, quam consentaneum, quam expediens, quam utile generi hominum fuerit, ut ad eius redemptionem unigenitus Dei filius adueniret, sicut in prothemate asseritur? Tu es qui venturus es? Ac si dicat. Non Angelus, non Archangelus, non Patriarcha pius, aut Prophetas egregius, non denique alius e caelo, neque quidem Pater, aut Spiritus sanctus, sed tu o Verbum Dei, o gloriae princeps, tu (inquam) ipse,

tu es qui venturus es. Sed ut hoc ipsum plenus ostendamus, a principio nobis exordiendum est, ut egregius Doctor Aurelius Augustinus in libro de ciuitate Dei testatur. Magna Dei misericordia fuit, quod per peccatum humano generi propagandum filiorum virtus ablata non fuit: & in primis illis parentibus prauaricatoribus, sicut promeruerant, penitus euulsum & eradicatum hominum genus non fuit. Neque enim erat Deo difficile, cum propter peccatum Eue malediceret dicens, in dolore paries: non sic dicere, sed dicere, nunquam (inquam) paries: periissetque cum eis simul omne genus humanum. Quod quauis ex nimia passione, & acerbissimo dolore, ut videtur, Iob in sterquilinio optabile fuerit: cum humanis infirmitatibus, & miseris consideratis, dici suae malediceret, dicens. Pereat dies in qua natus sum: & nox in qua dictum est, conceptus est homo. &c. Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me: neque abstulit mala ab oculis meis. Quare non in vulua mortuus sum: quare egressus ex utero non statim peri? quare exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Grande tamen fuit humano generi beneficium, ut conseruaretur in pluribus, quod in vno indiuiduo iam propter peccatum diutius conseruari non poterat. Ex tunc igitur Domine in nos ira tua: sed ex tunc etiam misericordia tua: quia cum iratus fueris misericordiae recordaberis. Ipsa enim tua Domine increpatio, benedictio erat, cum velut iratus, prauaricatori mulieri sententiam protulisti, dicens. In dolore paries. Cui tunc flexis in terra genibus cum omni deuotione respondendum fuerat. Gratias tibi domine, gratias

Iob. 3. b

ps. 76.
Habac.
3. a.

Gen. 3. c

gratias tibi, quia utcumque tamen paritura sum: dolorem libere accepto, postquam prolem ex meo crimine non amitto. Sed & hoc ipsum maioris clemetiae signum fuit: iam enim ex illo tunc hominibus insinuasti, quia cogitares super nos cogitationes pacis & non afflictionis. Neque enim piissimus & misericors Deus hominum genus multiplicari permetteret, nisi ei prouidere de remedio cogitaret. Ut quid enim nascerentur homines futuri torres inferni perpetuo, & cibus ignis? Vnde *Hiere. 29. c.* quia cogitares super nos cogitationes pacis & non afflictionis. Neque enim piissimus & misericors Deus hominum genus multiplicari permetteret, nisi ei prouidere de remedio cogitaret. Ut quid enim nascerentur homines futuri torres inferni perpetuo, & cibus ignis? Vnde *Psal. 111.* Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Altitudinem (inquam) illius aeterni consilij quod pectore voluebas tuo, de mittendo filio, ut redimeres seruum. Neque tamen innotuit hominibus statim redemptionis modus, sed tempore procedente coepit clarius aperiri. Iam enim legis tempore, in populo illo notum fuerat & publicum, quod Messias quidam magnus venturus esset, qui populum a miseria liberaret. Sed neque persona ipsa Messiae, neque liberandi modus omnibus innotuerat, exceptis paucissimis amicis tuis Patriarchis, & Prophetis, quibus grandi tuo munere reuelatum est, quod Messias hic a populo expectatus, Deus esset futurus, & per mortem & sanguinem, non ab inimicis gentibus, sed a peccatis, Dei populum per totum orbem liberaturus esset. Quanta illos admiratio, quantus stupor eorum mentes inualit, cum hoc illis innotuit primo! quam supra quam dici vel credi potest, super tanta dignatione tua domine letati sunt! Inde illis omnis agonia illa videndi Christum: inde clamores: inde desideria: inde lacrymae, & petitiones assidue accla-

mantium. Emitte agnum Domine dominatorem terrae, &c. Vtinam dirumperes caelos, & venires. Rorate caeli desuper, & nubes pluuant iustum. &c. Neque enim viri perfecti & docti, auiditate tanta videndi Messiam promissum aestuarant, nisi illius maiestatem, diuinitatemque in spiritu cognouissent, miro enim videndi eius desiderio tenebatur. Vnde quidam eorum, & statim (inquit) veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos quaeritis, & angelus testamenti, quem vos vultis: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Et alius, & homo est (inquit) & quis cognoscer eum? De quo etiam in Evangelio ipse Dominus. Beati (inquit) oculi qui vident quae vos videtis: dico enim vobis, quia multi Prophetarum & Reges voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. Mira populi illius caecitas: qui cum quidem de caelo venturus esset, ut vaticinia clamabant, plusquam hominem futurum non agnouit, id ipsum etiam prophetarum ardentissimo desiderio protestante. Sed iam obsecro pater pie, ediscere nobis obsecro quae nam haec fuerit apud te consilij ratio, quis sapientiae modus, ut pro vilis vermiculo unigenitum tuum dilectissimum, tibi coaeternum & coaequalem, in crucem & mortem traderes? Quis etiam te compulit o verbum Dei, ut a te ipso pro alieno peccato talem vindictam exigeres, tale requireres poenam? Numquid non tua sunt omnia? An non tibi innumera media suppetebant nostram redimendi naturam? Poteras utique gratis relaxare peccatum: poteras etiam posteris parentis Adae non imputare peccatum:

Esa. 16.

2.

Esa. 64.

2.

Esa. 45.

b.

Malae.

3. a.

Hiere. 17.

ex ver-

sione.

lxx.

Luc. 10.

d.

catum : potuisti etiam vel ipsam Adæ confusionem , vel quodlibet aliud sacrificium, pro suo acceptare delicto: poteras rursus alium ex eodem limo formare hominem, genus innoxium, ac si perisset Adam cum posteritate sua. Nonne hoc facilius, quàm omnipotentem Deū vel modicum in persona sustinere detrimētum? Quis non stupeat? quis non miretur, quòd in tāta remediōrum sylua difficiliorem, & tibi acerbiorē modū elegeris? O magnum diuinæ sapiētix secretum, ò profundum mysterium. Sed quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit: quis pectoris eius poterit arcana sapientix penetrare? Non sumus fratres in hoc indagādo secreto curiosiores quàm oportet: sufficiat nobis scire, quia ita est: sufficiat agnoscere & credere: quia ita diuinæ placuit maiestati: & pro tantæ dignationis eximio beneficio dieb⁹ ac noctibus gratias agere largitori. Noli amplius quærere ò Christiane, noli esse scrutator maiestatis, ne opprimaris à gloria . Sed quia Apostolico præcepto ecclesiarum prælatis , & verbi Dei prædicatoribus , reddere rationē, de ea quæ in nobis est fide, hæreticis maximè, & infidelibus incumbit: ideo cum omni humilitate huius tāti sacramenti congruentias quasdam, prout humana facultas Deo reuelante suggessit, placuit assignare: non quibus infidelis & hæreticus conuincantur, sed quibus ab eorum latratibus vera fides à fidelibus defendatur. Omitto nunc acriores rationes, quas August. & Anselmus in libello (Cur deus homo) acutissimè tradunt: quibus Beatus Anselmus hoc ferè se existimat demonstrasse: planiores tantum, & populo intelli-

gibiliōres, mihi munc mens est assignare. Cur igitur Deus homo factus est? Vtique vt per hoc homo exaltaretur, dæmō cōfunderetur, peccatū destrueretur: homo repararetur, & ad creatorem suum alienatus homo reduceretur . Innumeræ alię congruentię sunt, sed has sufficiat indagasse. Primo igitur ad hominū exaltationem factum est hoc: poterat siquidem alijs plurimis medijs homo redimi, sed non cum tāto favore, & honore suo. Quāta gloria nostra fratres, quòd Deus nolter est frater noster, qđ homo Deus sedet à dextris, adoratur ab angelis , supereminet astris, dominatur cunctis, quòd humana natura super angelorum vertices collocata, cum deo disponit omnia: gubernat vniuersa. Ignoscat angelus: nam in hoc maior & superior est gloria nra: nusquā enim angelos apprehendit, sed semē Abraz apprehendit. Quantum ex hoc munere obligastinos Deus ! Nam etiā si Adam non peccasset, & homo remedio non indigeret, inæstimabile decus hominum erat, ad diuini honoris fastigium exaltari. Felix culpa quę homini tanti decoris & honoris causa fuit : & vt Gregorius ait, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Quantum ex hoc confunditur Zabulus, quanta inuidia cruciatur ! Si enim ex peccato suo hominem ad tantę dignitatis honorem peruenturum cognouisset, nunquam (vt existimo) hominē de peccato tentasset: neque enim tantum de innumerabilium hominum perditione gratulatur, quantum de hac hominis exaltatiōe torquetur. Denique hominem quem deicere peccato, & sibi subijcere procurauit , super astra sublimatum videt: impera-

Heb. 4 d.

imperare sibi & dominari : & ad eius nominis sonitum cūctas dæmonum phalanges præ nimio timorē prosterni. Turbatur autem amplius & confunditur, quia hoc totum non alio medio factum est, quàm quo ipse hominē deicere procurauit : & quoniam suo se laqueo captum videt, neque semel tantum sed sepius, & frequentius cōsilio suo deceptū, subijcere enim peccato voluit hominem, & vsque ad Deum sublimatus est : sublimatum verò interficere curauit, & morte sua captiuos omnes redemit: hæc omnia videns, vt Psal. ait, nimis in seipsum irascitur: dentibus suis fremit, & cōtabescit: & præ inuidia totus adurit & marcescit . Illusisti ei Domine sapienter: nam sicut scriptum est, formasti eum ad illudendum ei: videlicet vt in nimia eius astutia dum capitur, sapientix tuæ abyssum liquido demōstrares. Siquidē serpens astutior erat cunctis animantibus terræ, neque erat potestas super terrā quæ ei valeret comparari, sed tu Domine illusisti astuto, & præualuisti forti, rapiēs de manu eius spolia: & animas, quas iniuste possidebat, potēter ab eo diripiens. Est etiam aliud, propter quod maximè Deus venit in mundum, vt sicut Ioannes testatur opera diaboli, id est, peccata dissolueret, non solum satisfaciendo pro culpa, & chirographum decreti è medio auferendo, & cruci illud affigendo, sicut in passione fecit, de peccato damnans peccatum in carne, id est, assumens pœnam, vt destrueret culpam, sed etiam à peccandi audacia morte sua homines deterrendo. Si em̄ vllus in nobis esset sensus aut ratio, quis post talem ac tantam delictorum punitionem, nouā aude-

ret incurrere culpam? Vnde Origenes. Filius dei pro peccatis mortuus est, ò Christiane, & te peccare delictat? Deum ò homo, pro peccato cōsputum, flagellatum, laniatum, crucifixum vides, & peccas? Satis Domine, & plusquam satis, ad omnem culpam vitādam passio tua sufficeret, si mens non læua fuisset. A principio siquidem quantum odisses omnē peccatum, vindicta terribili liquido demonstraueras : nam propter peccatū, gratissimus tibi, & pulcherrimus angelus cælo deiectus est: propter peccatum homo cum sua posteritate paradiso priuatus: propter peccatum totus aquis submersus est mundus: propter peccatum exarsit sulphureo igne adusta Pétapolis: propter peccatum terra dehiscens veritatis æmulos deglutiuit: Aegyptus ponto submersa est: & innumeri populi vastati sunt. Nunquid nō ad peccati detestationem satis generi humano talia exempla sufficerēt? Sed nihil me Domine ita deterreret, nihil me sic à peccato detinet, sicut videre filium tuum dilectissimum vnigenitum propter peccatum clavis affixum, latronibus associatum, & crudelissima morte multatum. O infinitam audaciam peccatoris, qui post tale spectaculum peccare nō formidat. Dicite obsecro, si quis Rex latronibus adeò foret infensus, vt filium suum, vnicum regni sui hæredem, pro leui quodā furto furca suspenderet, in eius regno de cætero quis cōmittere furtum auderet? Et si filius dei pro vnus pomi furto crucifixus est, & hoc scientes offendimus omnes? quo reatu? quo supplicio? quo inferno? Vnde Bernardus ex cōsideratione remedij, peccati æstimo quātitatē. Ecce filius Dei iubetur occidi,

Gn. 3. d
Gn. 7. d
Genes.
19. c.
Num.
26. a.
Exo. 14

Pro. 15. d.
1. Pet. 3. c.

ps. 111.

ps. 101.

Gn. 3. a.

1. Ioa. 3. b.

Col. 2. b

Ro. 8. a.

occidi, ut meis vulneribus pretioso suo sanguinis balsamo mederetur. Agnosce o homo, quia graua sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. Et Augustinus. satis aperte constat grauissimas esse causas peccatorum, pro quibus Deo talis repeditur satisfactio. Heu heu quanta obliuio mortalium occupat sensus, quanta agitantur insaniam mentes! Videas plurimos ioco & ludo lethalia committere crimina, immo sicut scriptum est, lataricum male fecerint, & in rebus pessimis exultare. Quibus profecto, quia hinc non licuit agnoscere culpam, licebit quandoque experiri poenam. Ludite nunc o stolidi iuuenes, agitate capita, spernite minas, mandata contemnite: viuit Deus, & iurauit Dominus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus: & per aperturas exhibitis altera contra alteram: & proijcietur mini in Arnon. Venite ergo ad Bethel & impie agite ad Galgala, & multiplicare prauaricationem: plorabitis vere gemitibus sempiternis, & stridebitis contra vos dentibus vestris, & non erit ultra spes vlla solatiij: tunc vobis innotescet, tunc aperte scietis quanti piaculi hoc sit, quod nunciocando committitis, & committendo contemnitis. Sed etiam si noverimus, quia homo non solum Dei creatura est, sed etiam plasma (ad imaginem enim Dei factus est) homo innotescet amplius, quia deformatum opus per suum prototypum decuit reformari. Homo enim cum in tanto honore conditus esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: mutauitque gloriam suam in similitudinem

vituli comedentis fenum: conditus fuerat similis Deo, & factus est similis bruto. O miserabilem mutationem, o miserabilem casum, missa est ergo de caelo imago Dei, quae peccato deformatum hominem in pristinam reduceret dignitatem, & ampliore gloriam quam perdidit: indurataque natura hominis perditam ei restitueret formam, amissumque decorem. Quid enim aliud est Iesus, nisi Deus homine ineffabiliter indutus, & homo deo infertus? Pileus suo capite, & calceus suo pede formatus est: sic enim ipse corpus suum nominat in Psalmo dicens. In Idumaeam extendam calciamentum meum, id est, gentilitati corpus meum in cultu salutis donabo. Deformis calceus per suam formam in decorem pristinum reformatus est: non enim poterat homo per aliam reformari naturam, nisi per imaginem Dei solam, ad cuius similitudinem conditus fuerat. Tu igitur o verbum Dei, tu es qui venturus es, non Angelus, non Archangelus, aut alia quolibet creatura, sed tu o fili Dei, forma mea, & exemplar meum, tu meus futurus es reformator, qui in initio fuisti & conditor. Alienam formam non recipio: alterius opere non reficior: an minus est reformare, quam condere? Immo ut (Ambrosius ait) plus debeo Domine vulneribus tuis, quia redemptus sum: quam operibus tuis, quia creatus sum. Huiusmodi honor non decet Angelum, non Archangelum, non Seraphim, aut aliam quolibet creaturam: neque decuit insignem creaturam hominem, alteri quam Deo huiusmodi debito subijci, obligarique. Quid enim profuisset conditi, nisi redimi contigisset? An non melius esset non esse, quam miserum semper esse? Omnino

mnino non decuit ut alteri plus deberet homo, quam Deo. Sed esto, fieret redemptio per aliam quolibet creaturam, & alicuius vel angeli, vel hominis oblationem pro toto humano genere deus acceptaret: quis obsecro, posset hominem sic elongatum a Deo & abstractum, in Dei culturam et obsequium reuocare? Quid prodesset aperire caelorum ianuam, si nulus ingrederetur per eam? Ecce totus mundus in maligno positus erat, idolatra, carnalis, cupidus, superbus, elatus, innumeris vitijs immersus, inextricabilibus tenebris inuolutus, ex huiusmodi carnali bestiali que mundo spiritualem & angelicum facere quis poterat, nisi Deus? Denique ut agnoscas, quia alia via homo in Deum reduci non poterat, per quinque mille annos et eo amplius dilatatum est remedium, quoad usque constaret, quod aliud quippiam non sufficeret. Quot Patriarchae, quot Prophetae, sanctissimi viri isto tempore missi sunt! sed non audiuit eos orbis, neque eorum doctrina in bonis operibus reformatus est. Quem enim oues audirent, nisi pastorem suum? Denique quid in tam longo tempore non intentatum est, ut homo in Dei culturam, & vitae sanctimoniam reduceretur? sed incassum, sed frustra: quasi humano more Deo omnia intentante, si posset forsitan filij eius dilectissimi exinanitio, & labor, & dira mors, quolibet alio excusari medio: aut verius hoc Deo insinuante, quia aliud humano generi salutis remedium non pateret. A principio

ergo minis & terroribus mundum ad se reducere tentauit: dira supplicia in prauaricatoribus exercens, si forte talibus exemplis mundus a peccatis abstinere, & conuersus ad dominum resipiscat. Inde illa quae supra diximus vtriusque iustitiae terribilia monimenta prodierunt: mundus aquis submersus, Pentapolis adusta, Aegyptus vastata, & populus in deserto prostratus: & innumera alia quae enumerare longum esset, & legentibus scripturas notissima sunt. Sed in his omnibus nihil profectum est: nam ut Propheta commemorat, Populus non est reuersus ad percutientem se. Alia igitur hominem aggreditur via, beneficio allicit quem timore non pungit: vocat ad se Abraham, & ex eo peculiarem sibi populum familiaremque delegit, quem ut filium foueat, instruat, protegat, viamque veritatis & sanctimoniae doceat, si forte expleatur in illa portione, quod non implebatur in orbe. Bone Deus, quibus eum fauoribus, quibus gratijs, quibus muneribus extulisti! Potenter in manu valida ex Aegypto cum transtulisti: Rubrum mare rupisti: Iordanis flumen siccasti: manna pauisti: aqua de petra potasti: in columna ignis & nube illum duxisti: dissipasti regna: destruxisti gentes: & plantasti eum: innumerisque fauoribus supra modum illum auxiliasti: haec tam innumera & praecelara beneficia illi populo collata sunt, propter hoc maxime, si forte audiens mundus tanti Dei munera, eximiosque fauores, conuersus ad cor

C diceret

diceret intra se, reuertamur ad tam benignum & pium Deum, qui talia præstat dona cultoribus suis: & sic tractat seruos suos. Sed e contrario euenit, non solum enim idolatra gentilitas huiusmodi exemplis in veri Dei cultum prouocata non est, sed & populus ille electus huiusmodi fauoribus in dies deterior factus est, sicut de illo Moyse prædixerat olim, In crassatus est dilectus, & recalcitrauit: in crassatus, impinguatus, & dilatatus, dereliquit Deum factorem suum: recessit à Deo salutari suo: prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Quid iam ageret Deus? aut quem ultra quæreret modum? Misit nuncios suos & occiderunt eos: iterum misit alios, & iriserunt eos: multiplicauit prophetas, & non crediderunt eis: minis terribiti non sunt, neque blanditijs allecti, neque muneribus prouocati. Quid ultra restabat, nisi ut mitteret vnigenitum filium, si forte reuereantur eum? sicut in euangelica parabola dominus exposuit. Vnde per prophetam, quasi de hac mundi periuicacia admirans ait. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? scio (inquit) quid faciam. Amore deuincam eos. Inuenit salubre consilium diuina sapientia: nouerat enim quia nihil amore potentius ad trahendum: quid enim ad amandum sic allicit, sicut amor? Vnde Seneca, Frustra (inquit) queris maleficas ad amorem, ostendam ego tibi maleficium potens: ama & amaberis. Venit ergo in mundum: familiarem se exhibet & socium: obsequitur, obtemperat, ser-

Deute.
32.c.

Matth.
21.d.

Osee. 6
b

uit, agit pro homine grandia: & patitur pro illo indigna: expandit viscera: ostendit amorem: vidit mundus, & audiuit, considerauit, & attendit: obstupuit, obrigit, expauit: & tantæ dignationis & charitatis munere deuictus, tantique beneficij pòdere superatus, ante domini sui pedes prostratus occubuit. Quis enim aut ferreus aut saxeus posset tantæ dignationi resistere? aut quem non emolliret, & non liquefaceret vel adamantinam durtiem tam eximie charitatis potentissimus ardor? Saxa durissima sub pedibus eius in morte confracta sunt, quanto magis humana corda? Resonante ergo per totum orbem apostolica tuba, & clara voce hoc mortalibus personante, quoniam Deus pro homine homo factus est, crucifixus & mortuus, & hoc ipsum multiplici miraculorum testimonio comprobante, ad hanc vocem artonitus orbis, charitate deuictus, quod tot seculis ante non fecerat, procidit & adorauit. Vicisti domine, sicut par erat: fortior mundo fuisti, & inualuisti: superasti amore durtiam cordis nostri: & sicut cinerem emolliisti nos: denique anima nostra liquefacta est, postquam dilectus locutus est. Sagittasti nos charitatis tuæ sagittis, & procidimus coram te, sicut propheta prædixerat. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent. Videres tunc populos sitibundos vndiquaque ad veram Dei fidem, & cultum acruatim defluerent: sicut scriptum est, Circundebunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis in nomine domini, quia vltus sum in eos. O insignem

Citi. f.

b

ps. 44.

ps. 117. b

gné vltionem, o præclaram vindictam: exarserunt spiritu Dei spinosa prius corda, & veluti apes ad fauum, sic agglomerantur ad Christum. Videas alios in plateis crucifixos, alios exustos, alios lapidatos, alios laniatos, alios excoriatos, dira tormenta, non solum patienter, sed etiam libenter tolerant pro illo, in quæ fuerat ante blasphemi. Sic sic o rebelles, indurati, pertinaces, sic oportet vos esse, talia pro nomine meo decet vos pati: vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & neglexistis: ego durtiam cordis vestri emolliam: ego faciam ut amore meo ardeatis, & æstuetis, & pro nomine meo cum atroces crudelisque passiones, & mortes sustinueritis, parum vos præ amore egisse putetis. Ita domine obsecro, ita vindica te etiam nunc de hac nostra durtia, ut emollias eam, & tui amoris igne succendas nos: da nobis nosse mysterium, sentire beneficium, & pro tantæ dignationis munere in tui amore penitus inflammari. Quid enim proderit dedisse beneficium, nisi dederis & sensum? Hæc est ergo victoria quæ vincit mundum, quia audierunt homines, quoniam verbum caro factum est, & habitauit in nobis: hoc insigne pieratis, & amoris opus indurata corda confregit, & in dñi obsequium emolliuit. Vnde Ambrosius exponens illud apostoli, Humiliauit semetipsum, &c. propter quod & Deus exaltauit illum, &c. sic ait. Quanta fecit dominus audeo dicere, & non flexi ei genu: sed flexi ei postquam se humiliavit. Fecit pro homine caros, fecit terram cum geminibus suis, fecit corporalia omnia, &

Prou. 1.
c

1. Ioa. 5.
a

Ioa. 1.
a

Phil. 2.
a

ea homini tradidit possidenda: sed non pro his omnibus genua flexit. At verò cum filium Dei pro se humiliatum vidit, stare non potuit, sed tantæ charitatis pondere superatus, pavimento prostratus, adorauit. Quicquid Deus faceret ad remedium, quemcunque mundo mitteret ad salutem, non ei prosterneretur homo, nisi humiliaretur Deus. Quid profuit virgam mittere cum puero? non suscitatur ad baculum mortuus, nisi è caelo veniat propheta magnus, & puero commenturetur, eiusque calore frigida pueri carne confota septies oscitet, respiret, aperiatque oculos, & de cætero vita viuat. Audistis fratres, ut nostra potuit investigare fragilitas, qua ratione, qua causa Deus homo factus est, & quâ altissimo & profundissimo sapientie Dei consilio hoc mysterium pro homine patratum est. Visa hæc est gentibus stultitia, sed in rei veritate admirabilis sapientia erat, sicut ipse dominus in psalmo ad patrem ait: mirabilis facta est scientia tua ex me. Sed si adhuc præcipuam & omnimodam sacramenti huius causam nosse desideratis, vno verbo dicam, non ego, sed apostolus. Dilexit me (inquit) & tradidit semetipsum pro me. Amor fecit: amor impulit: amor traxit: amor vicit: amor Dei filium à patris gremio in virginis utero auolare fecit. Denique saluum me fecit, non alia quidem causa, non alia ratione, non alio merito meo vel seruitio, sed quoniã voluit me, quia dilexit me. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: & in acerbissimam mortem traderet. O potentissimam vim amoris, o

4. Reg.
4. c.

1. Cor. 1.
c

ps. 138.

Gala. 2.
d

psal. 17.

Ioa. 3. b

CONCIO TERTIA.

in signem charitatis triumphum, o amor fortissime, quā gloriosa spolia reportas? Omnipotentē superasti: Deum vicisti: altissimū potētiae tuæ vinculis alligasti: contra omnipotentiā triumphasti: agnosco spectabilem luctam. Mirabile certamen: homo cum Deo luctatur tota nocte, & percutitur homo, sed vincitur Deus: femur hominis emarcuit in certamine, sed licet claudus, gloriatur tamen quia in lucta victor euasit. Vnde dictum est ei, Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Sed vnde victor? quibus armis? quo telo? vti que non alio quā amore. Hic hominis amor violentus cælum inuasit: paradisi atrium potenter irrupit: omnipotentem dominum carnis vinculis alligauit: vniuersa eius abstulit arma, & spolia eius distribuit: diuitias eius immensas hominibus dedit: & ipsum maiestatis dominum triginta tribus annis ligatum hominis obsequio mancipauit: seruire cum fecit duro seruitio, & tandem morte crudeli damnauit eum. O amorem crudelem & sæuum, o amorem rigidum & seuerum: cur maiestatem laceras? cur bonitatem damnas? cur in Deum pijsimum & optimum tam crudeliter sæuis? Verè fortis es vt mors dilectio, & durior inferno emulatio: quæ pro vermiculo Deum tradis, pro vernaculo Deum morti exponis: & cum piū te omnibus exhibeas, pijsimo Deo soli factus es sæuus. Parce obsecro maiestati, parce bonitati: sed si dimittitur deus, damnabitur mundus. Quid ergo eligam? quid petā? in angusto positus sum. Gratias tibi domine, gratias tibi,

Gen. 32
f.

Luc. 11
c.

Esa. 43
d.

Car. 8.b

quia victus vicisti, & superatus, charitate meam miseriam superasti. Dilexisti me domine supra modum, dilexisti me sine modo: & qui omnia in numero pondere, & mensura fecisti, in diligendo me modum, pondus, atq; mensurā excessisti. Vnde Paulus apostolus, Propter nimiam (inquit) charitatē qua Deus dilexit nos, &c. Verè nimiam, verè excessiuam, verè immoderatam & immensam. De hac Augustinus. Dilexisti me (inquit) domine plusquam te, quia mori voluisti pro me: tam caro pretio redemisti me: de supplicio reuocasti me: de seruitio retraxisti me: pudeat non redamare te pro tanto amore tuo: pudeat pudeat, & vehemēter pudeat. Sed vnde te amabo? nisi tu domine dederis amorem tuum? Speciosa hæc margarita est, & non facile est reperire eam. De cælo ergo mitte ignem in ossibus meis, & liquefcāt amoris tui calore medullæ ossium meorum intra me: & anima mea vt cera in tui desyderio liquefcāt: vt sciam, vt intelligam, vt sentiam, quæ à te donata sunt mihi: & hoc tibi amoris glutino sic adiungar, vt vnus tecum in æternum spiritus fiam: te præstante, te donante domino meo, redemptore meo, cui cum patre & Spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Sapi. 11.
d.

Eph. 2
b.

DEO GRATIAS.

DE EODEM THEMATE.

Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Inter

DE ADVENTU DOMINI.



Nter alia fidei nostræ mysteria, vnū præ cæteris ad credendum mundo difficilium fuit, incarnatio verbi Dei. Hoc enim sicut totius fidei basis & fundamentum est, ita ad persuadendum grauius fuit: videbatur enim mundi sapientibus & philosophis auditu indignum dicere, quod Deus esset homo, propterea. Primò, quia iudicabant impossibile, quod duæ naturæ tam distantes Dei & hominis, tam intimè vnirentur in vno eodemque supposito, vt vnus & idē esset verus Deus, & verus homo, non denominatione aliqua, sed natura. Nam si hoc in angelo & homine creaturis finitis admodum videretur difficile ad credendum, quod vnus, scilicet, esset angelus & homo: quanto magis in duabus naturis, quarum vna infinita, & altera finita est? Secundò, quia indecens videbatur eis diuinæ maiestati, vt pueri infunderetur corpusculo, puellæ clauderetur vtero, & vagitus, inedia, sitis, frigus, lassitudo, mortem, & alias hominum passiones experiretur. Grandemque supra modum blasphemiam iudicabant, hæc & similia Deo tribuere: ac propterea Christianos hoc asserentes ignaros, idiotas, stultos, prophanos & blasphemos nuncupabant. Tertio, quia mirabilis quædam stultitia videbatur, quod creator omnipotens pro sua creatura quam ipse sponte condiderat moreretur: & quod nullo cogente ipse gratis à se talem pro delicto alieno satisfactionem exigeret. Quis creare compulit hominē?

quis peccato lapsum sic eum restituere coegit? cur tanto dispendio subuenitur crimini, quod facile poterat indulgentia dilui? Hæc & similia Porphyrius in libro de regressu animæ quem contra religionem Christianam edidit, stultissimè delatrat. Sed o quam magnificata sunt opera tua domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ, vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Audi barbære, intellige pagane, ait Augustinus, quid tibi tam indignum & tam indecens videtur, quod Deus fiat homo? imò dico tibi, nullum fuit opus in orbe in quo Deus magis suam potentiam, suamque sapientiam, suam benignitatē, clemētiam, misericordiam, pietatem, charitatē, magnitudinem, cæterasque omnes virtutes suas eximias, & in quo magis se Deum esse monstraret, quam in hoc. Quid miraris, si pijsimus ac clementissimus Deus, vt diuitias bonitatis ac clementiæ suæ ostenderet, pro redimenda sua creatura talia pati dignatus est? aut in quo hominem à se conditum ad se magis allicere atque ad amandum, colendum, reuerendum creatorem suum amplius obligare potuit? Nō est hæc blasphemia vt ipse blasphemus: propter hoc maximè in cælo & in terra ab angelis & hominibus Deus laudatur in secula. Est alienum (inquis) à Deo pati & mori, & extraneum, non negamus: sed vt faceret opus suum, alienum est opus eius ab eo: vt operaretur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Opus Dei saluare, redimere, liberare, subuenire, dominus enim soluit compeditos: dominus illuminat cæcos: dominus erigit elisos:

porphyrius in lib. de regressu animæ. ps. 91.

Esa. 28.
f.

ps. 144.

& deus miserēdi dñs, et dñi domini exitus mortis. Vt faceret hoc quod suū erat, extranea et aliena nimis a se pati dignat^o est: neq; in alio quopiam opere sūma illa dei bonitas & clemētia magis potuit innotescere, q̄ cū sit immortalis moriatur vt benefaciat, & cū sit impassibilis, patiat et liberet. Talis est Deus, talis est eius pietas et charitas: neq; quippiā tā excelsiū & arduū excogitari potest qđ ardorē illum diuini amoris adæquet, & ei^o superet pietatē. Hoc op^o super omnia mihi declarat quis sit ille Deus, quē super omnia colimus et veneramur, quā bonus, q̄ pius, q̄ benenolus, q̄ magnific^o, quā potens, q̄ sapiēs: qui nō solū omnia ex nihilo, sed etiā hominē ex seipso facere nouit, & potuit. Et quid obsecro indignū diuinę maiestati, vt sibi vniat hominē quē creauit? Nōne spiritib^o illis beatis tam angelicis q̄ humanis sic illabitur, vt eos sua intima vnione & infusione deificet penit^o, & transformet, multō intimius & veracius quā ferrū igniatur ab igne, & pl^o de Deo quā de seipsis habere videatur: sicut carbo ignitus plus de igne q̄ de carbone? Quid ergo mirū si vnā ex illis animab^o super omnes benedictissimā sibiq; charissimā, speciali quodā & ineffabili modo intimiori & sublimiori, & illa mediāte carnē in vnitatem suppositi ad gloriam suā mundo manifestandā, & ad generis humani vitā peccato perditam recuperandā dignatus est sibi adiungere? Ad hęc infinitati Dei nō repugnat, vt sic vniatur creaturę finitę: imō ex hoc super omnia magis resplendet: quia enim infinitus & immēsus est Deus, ideo magis v nibilis est creaturę, quā angel^o, vel quæcūque creatura creaturę. Cū enim

omnem perfectionem creaturę virtualiter, & eminenter cōtineat, nulli perfectioni creaturę repugnat: atque ideo solus potest illabi & inhabitare mētēs hominum: vnus autē gradus alteri gradui disparato & distincto non sic cōnectitur. Sed stultū est (inquis) hoc et ridiculum. Sic vtiq; nesciētibus mysteriū videtur: sed hęc stultitia omni sapientia maior est: & quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, superat omnem intellectum, excedit omnē rationē diuinum cōsiliū, & sapientię eius arcanum. Et propterea si ratione metiaris, quia metas excedit, stultitia videbitur, sed re vera sūma sapientia est. Hęc tua vera & indubitata stultitia, velle quę supra rationem sunt ratione comprehendere: & infinitum diuini pectoris pelagus, impenetrabilem inquam sapientię eius abyssum intellectus tui vaseculo concludere. O hominum stultissime, si Deus a nobis comprehendendi posset, non est admirabilis: si de operibus eius a nobis integra ratio reddi posset, non est ineffabilis. Quę ante oculos habes Dei opera nō intelligis, quomodo Dei sapientiā comprehendes? Humilia ergo & captiua intellectu tuum in obsequiū fidei: audi & inclina aurē tuam, vt credas his, quę placuit Deo nobis reuelare de seipso. Noli scrutari maiestatem, ne opprimaris a gloria. Audi vt videas, crede vt intelligas: quia nisi credideris nō intelliges: nō per intellectum ad fidē, sed per fidem ad intellectū peruenies. Ne innitaris tuę prudentię; ne fidas tuę sapientię: quia scriptum est. Perdā sapientiā sapiētū, & prudentiam prudentiū reprobabo. Sapientia enim huius mūdi, stultitia est apud Deum. His & similibus rationibus

tionibus facile deiici, ac dissolui possunt argumenta paganorum, & gentiliū, cōtra incarnationē: & cōfundi illius morbidi canis rabies aduersus fidem catholicā delatrāris. Sed nō mirū, si mundus in re tam ardua & sublimi aliquantulū hēsitaauerit, quia verē omnes vires humanę facultatis exuperat tāti & tam immēsi benefici magnitudo. Vnde hoc ipsum præuidēs Deus, per prophetā ait. Opus ego facio q̄ nemo credit cū narrabit: opus super quo mūdus stupeat, & omnis hæreat intellectus: neque quisquam nisi per me adiutus sufficiat ad credendum. Gratias tibi Deus, gratias tibi, qui talia pro nobis fecisti, q̄ neque ea credere sufficim^o: tu potuisti facere, & nos non dico intelligere, nec credere valemus, & quia hoc tuę maiestatis omnipotentia & virtutis celsitudo & gloria demonstratur. Præuidēs itaq; Deus huius incredulitatis incōmodū, multō ante præuenit mūdū, præmonēdo, & pronuntiādo quę facturus erat, nō solū per notissimas prophetias, sed etiā per figuras, per sacrificia, per ritus, & cæremonias, & alia opera legalia, hoc ipsum variē & multipliciter præfigurātia: vt cū fieret crederetur. Quid enim fuit vniuersa lex Mosaica, nisi Chři vēturi præfiguratio, & prænūtiatio? Vnde apostolus. Finis legis Chrs ad iustitiam omni credenti. Attēde & vide si non vniuersus vitæ Christi cursus apertē per prophetas fuerit præmonstratus: pphetata mater, ecce virgo cōcipiet: pphetat^o locus, & tu Bethlehē terra Iuda: prophetatū tempus in hebdomadib^o Danielis: propheta ta tēporis cōditio, oriet^o in dieb^o eius iustitia & abūdantia pacis: prophetati principes, non auferetur sceptrū

de Iuda: et pphetata opera, tunc aperientur oculi cæcorū: prænunciati mores, non erit tristis neq; turbulet^o: prænunciata doctrina, aperiet os suū in parabolis: prænunciata passio, sicut ouis ad occisionē ducetur: prænunciata resurrectio, tu autē dñe miserere mei, & resuscita me, & retribuā eis. Et quid moror? dies non sufficiēt, vt singula cōmemorē. Decuit nanq; sic apertē & expressē omnia Chři opera, actus, & vitā prænunciari, vt ad rei incredibilis fidem mūdus disponderetur & prepararet. Et ne quid omnino deesset, & ne populus ille incredul^o & durus prætereignorantiam posset, missus est Ioānes, ppheta homo grauisissimus & sanctissimus, qui eum nō nutibus & signis insinuaret, sed intuentiū oculis digito demonstraret, dicens. Ecce agn^o Dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Quis in tāta testimoniorū claritate cęcurire poterat, nisi penitus esset cæcus. Vnde dñs inuidos suos ad scripturas remittebat, dicēs. Scrutamini scripturas, quia ipsę testimoniū perhibēt de me. Sed o lamētabilem illius populi cæcitatē, tam expectatus, tā desideratus, tā præfiguratus, tā prænunciatus cū fuerit, nō est agnitus ab eis. In mūdo erat, & mūdus per ipsum fact^o est, & mūdus eum nō cognouit. In propria venit, & sui eum nō receperūt: sed dicūt, demoniū habet, & in Beelzebub principe demoniorū eiicit dæmonia. Euenit eis (vt ait Grego.) q̄ & eorū patri Isaac, qui de filio suo Iacob multa prædixerat in futurū, quē corā se positū nō agnouit. Vidēs itaq; Ioānes illius populi duritiā & cęcitatē, & quomodo neq; prophetarū oracula, neq; ipsius de chro testimoniū suscepisset, tact^o dolore cordis intrinseco, et nimia illi^o

populi compassione commotus, morti proximus, excogitavit modum quo Christus illis se proderet admirabilem: mittit duos ex discipulis suis ad Christum, qui eum publice coram omni populo interrogarent. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Ac si dicat: ego de te testimonium perhibui, neque creditur mihi: tu de teipso testimonium perhibe, si forte credatur tibi: sapienter excogitans domini responsionem magnum de se lumen humanis mentibus allaturam: ut sicut in Jordane aperte a Spiritu sancto de Christo testimonium acceperat, ita & nunc a filio de seipso ad perpetuam fidei firmitatem & integrum robur testimonium acciperet: & populus a Christo de seipso hac occasione instructus, in eius cognitionem, audita huius interrogationis responsione deveniret. Hec huius legationis potissima ratio & causa fuit, ut ex ultimo, quanvis multi gravissimi Doctores hac legationem ad discipulorum suorum plenam de Christo intelligentiam & cognitionem excogitaram potius existiment: ut moriens eos in Christi tutelam & patrocinium relinqueret, per hoc nobis prebens exemplum, ut nostrorum famulorum salutem zelamus, & de nostra familia curam habeamus. Noli dicere, ego cibum, & potum eis prebeo: debita eis stipendia solvo: de animabus suis ipsi viderint: non sum episcopus, non sum prelatus: nam pro eis domino tuo & illorum communi in die iudicii magnam redditurus es rationem. Et si mihi non credis, apostolum audi. Qui suorum maxime domesticorum curam non habet, hic fidem negat, & est infideli deterior. Dices forsitan, quomodo fidei nego, quomodo infideli

deterior sum, numquid quia familia negligo Christianus non sum? aut heresim profiteor? aut fidem nego? Vtque, negas non dictis, sed factis: sicut illi de quibus idem apostolus ait. Fatetur se nosse Deum, factis autem negant: nam qui futuram bonorum & malorum retributionem, id est gloriam et infernum diffidetur, quomodo Christianus est? nunquid non est hic hereticus & infideli deterior? Et tu hec agis, dum familiae tuae peccata negligis: quomodo enim gloriam & infernum credis, si pereuntibus filiis, & famulis tuis non subvenis? si in tanto discrimine constitutis cum possis non succurris? Vtque, si crederes subvenire: peccant in oculis tuis, & taces: offendunt, & rides: adulterantur, & pro nihilo ducis: quomodo igitur futuras penas de peccatis credis? Certum si credis hoc, operibus non ostendis. Exemplo id notum fiet. Si domo tua corruebat clamaret quispiam, egredimini quia labitur domus, & tu ad mensam sederes latus & quietus, neque surgeres, neque exires, dic mihi nunquid notum non esset atque perspicuum quod clamanti non credis, qui exire negligis, & contemnis? nam si crederes periculum utique vitares. Sic in proposito mortem aeternam operibus diffideris, qui pereunti familiae succurrere negligis, & in hoc infideli deterior in iudicio reputaberis. Quia non tam acriter punietur qui futuram retributionem ignoravit, sicut qui contempsit. Quisquis ergo paterfamilias a Deo familiam regendam accepit, de cetero curam de suis habeat, qualiter vivat non ignoret: si confitentur, si ieiunant, si audiunt missam diebus quibus audire tenentur: si ludunt, si iurant, si fornicantur, si nequiter vivunt diligenter

Tit. 1. d.

ps. 100

gener discutiatur: et si quem deprehenderit in peccato, pro virili arguat ac corripit: et si incorrigibilis apparuerit, a domo sua pellat statim, ne alienis peccatis involuatur: sicut faciebat rex ille sapientissimus David, non habitabit in medio, &c. O preclarum Baptistam, qui instante mortis suae tempore pro suis discipulis amplius quam pro se sollicitus erat: non ut temporalibus bonis affluerent, sed ut eos Christo domino commendaret. Hunc omnes ecclesiarum antistites, omnes episcopi, omnes principes imitentur, & sequantur: sic animarum sibi creditarum salutem procurent. Videns ergo dominus Ioannis zelum & fervorem, & pium desiderium, hac eius pietate commotus, propter ipsum populo indurato, & immerito de se ipso dignatus est dare testimonium clarissimum: neque palam dixit, ego sum: ne diceretur ei, tu de teipso testimonium, &c. sed factis melius respondit, non solum verbo asserens, sed opere potius comprobans esse verum Messiam in lege promissum. Fecit namque in illa hora plurima miracula, et non qualiscumque, sed qualia futurum esse Messiam prophetica oracula praenunciauerant: eademque oracula citans & commemorans, respondit. Ite & renunciate Ioanni quae audistis & vidistis: ceci videt, &c. Ac si dicat, haec opera ego facio: ex his quisque cogitare poterit, an ipse sim de quo queritis. Ex duobus sufficienter probavit se esse Messiam, scilicet ex operibus, & ex scripturis: ex operibus quidem non solum quia fecit miracula, nam & hoc alij viri sancti fecerunt: sed ex multitudine miraculorum, ex modo quo faciebat, quia imperando ut Deus: ex cau-

sa quia faciebat illa in testimonium huius veritatis. Ego sum verus Christus in lege promissus. Unde cum solus Deus possit vera miracula facere, & non possit esse testis falsitatis, consequens est verum esse quod asseritur, cum id aliquo miraculo corroboratur. Probavit etiam hoc ex scripturis copiosius allegans duas prophetias Esaię: unam qua dicitur: tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt, & saliet claudus sicut cervus: & aliam, qua dicitur: spiritus domini super me, eo quod unxerit me evangelizare populo meo: in quibus praenunciatum fuerat Messiam facturum esse illa opera, quae tunc coram eis ipse faciebat, innuens se illum esse de quo querebatur. Unde adiungit, & beatus qui non fuerit scandalizatus in me: propter passionem, scilicet & paupertatem meam: nam & lapis offensionis, & petra scandali Esai. dicit, erit vobis in sanctificationem, & petram scandali duabus domibus Israel, & in laqueum & ruinam habitantibus Hierusalem. O populi obstinati duritiam, o nimiam caecitatem eorum qui tot inspectis miraculis & testimonijs non crediderunt, & solo prostrati non adorauerunt: quam merito propter incredulitatem expulsi sunt! Bene de eis cecinerat Esai. Excaeca domine cor populi huius, ut videns non videat, & audiens non audiat, &c. Sed dices forsitan, & quale signum erat Messie quod pauperes evangelizarentur, nonne & prophetę pauperibus evangelizabant? sed si active legatur ut quidam exponunt, facile soluitur: non enim modicum signum erat, quod rudes piscatores totius orbis fierent praedicatores & doctores. Sed et passivum

Esa. 35. b

Esa. 61. a

Esa. 8. c

Esa. 6. e

Ioan. 8. b

Matt. 3. d

Ad Tim. 5. b

aliquale signū est, nam alij propheta ad reges & principes mittebantur, sed Christus dominus nō ad reges, sed ad pauperes instruēdos destinandus erat. Euāgelizare, inquit, populo meo, me non regum & imperatorum, sed pauperū & egenorum magistrū & doctorē. Sic nāq; & toto vitæ suæ tempore cū pauperibus & non cum diuitibus conuersatus est: cū eis loquebatur: cū eis edebat: cū eis ambulabat: inter eos nutritus & educatus est. Ex quo enim Deus pro hominibus pauper & egenus fieri dignatus est cœpit paupertas in pretio haberi in celo & in terra: suo nanq; exemplo nimis honorauit paupertatem, ex paupere matre genitus, in tugurio paupere natus, pannis pauperulis inuolutus, præsepio pauperi reclinatus, pauperibus prænunciatus, inter pauperes enutritus, inter pauperes versatus, pauperibus apostolis associatus, pauperum socius & amicus, pauperes ad apostolatū, pauperes ad fidē, pauperes ad societate elegit. Vnde apostolus. Videte fratres vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potētes, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Lætamini pauperes, exultate egeni, quia etsi mundus vos despicit, sic tamen reputamini à domino Deo vestro & angelis eius. Gaudete et exultate, quia talem magistrū, talē principem, talem patronū sortiti estis. Dominus Iesus pauper & medicus pauperum, & egenorum hominū pauperimus, cæli & terrę dominus

Ioā. 8. f. à Deo constitutus, ad dexteram Dei

sedit pauperū omnium patron⁹ & fautor. Caueant diuites & potentes, ne supprimāt vos, est enim qui querat & iudicet: nouerint quia patronū potētissimum habetis in cælis, qui pro vobis respondeat: & iudicem seuerum, qui iniurias vindicet huius mundi. Timeāt offendere defensorē qui ait, propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus. Vnde propheta, Cognoui quia faciet dominus iudiciū inopis, & vindictam pauperum. O quot iudicia occulta & secreta quotidie fiunt in terra propter hoc in pauperū spoliatores & vexatores! Utinam ea cognoscerent & horrent qui eos tam iniquē & sine timore quotidie vexant, & spoliant. Habito itaque hoc responso discipuli redeunt ad Ioānem. Quibus abeuntibus cœpit dominus mirificē laudare & commendare Baptistā. Noluit hoc facere in discipulorū præsentia, ne adulari & assentari videretur: nam magistri honor in discipulos suos redundat: per hoc nobis præbens exemplum, ne quempiam in præsentia commēdemus, ne adlatōres & assentatores simus. O nostri seculi perditionem, o mundi pessimam corruptelam, o mundū mendacijs & adulationibus plenissimū. Non est veritas in mundo, non est qui loquatur verum cum proximo suo: quicquid hodie vulg⁹ loquitur, fraus & adulatio est. Docuerunt enim linguas suas loqui mēdaciū: in hac schola exercitati sunt: in hac edocti: vt discerent fallere, mentiri, adulari, exaltare parua, exigua attollere: ex tumulis mōtes facere, ex culicibus elephantos: hæc ciuilitas, hæc affabilitas: et inurbanus est quisquis fallere, et mentiri non nouit. Si quis

quis verax, si quis fidelis et probus, rustic⁹ est stupidus reputatur: verē diminutē sūt hodie veritates à filijs hominum: vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde et corde locuti sūt. Et hi blandi adlatōres si veritas caput, fiunt statim acerrimi detractores. Præsentem laudant, & exaltāt, absentem verò rodunt & lacerant. Horum typum inspice in Ammonitis illis, qui legatis David dimidiā barbā raserunt, & vestes vsq; ad nates præciderunt, & sic contumelias affectos dimiserunt. Ita & isti in præsentia barbā radunt, in absentia vestes rodūt: vt appareat turpitudine. Coram blandiuntur & adulantur, post tergum omnes defectus & vitia produnt: sicq; non integrā barbā, sed dimidiā radunt. Nam & cū laudant, si sui similes ad manum habeāt, innuunt oculis, & terūt pede, simul laudant & laudādo subsannant: verbis applaudunt, & oculis irrident: sermonibus blandiuntur, & nutibus vilipendunt. Deniq; vt ait psalmus, Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Fugiamus hoc vitium fratres, ab hac peste caueamus: non solum quia peccatum coram illo est, sed etiam quia leuium & vilium personarum est virium. Vnde si diligenter verba laudis attendas, aperte inuenies q̄ dum præcursoris Christi personam laudat, eius de seipso testimonium roborat. Propter quatuor enim alicuius testimonium solet esse suspectum: primò si persona leuis est, vilis est atque mutabilis: secundò, si ex laude commodum aliquod quæsiuisse creditur: tertio, si forte amicitia vel amore aliquo ad id motus fuisse putatur: quarto, si

fortē is qui approbat seu testificatur, verisimilitudine aliqua decipi aut falli posse probabiliter existimatur: vbi hæc defunt, testimonium validum est. Hæc quatuor impedimenta dominus in hac sua commendatione miro artificio remouet à Ioāne. De primo ait, quid existis videre in desertum, arundinem vento agitatum? id est, hominem leuissimum, qui facilē vento elationis ad alsionē moueretur, vt digito prorenso diceret, Ecce agnus Dei. nō certē: non erat talis Baptista. Nam à principio mundi nō est natus homo tantæ autoritatis & grauitatis sicut Ioannes: quippe totius populi iudicio homo reuerendissimus, honoratissimus, grauissimus, constantissimus, sanctissimus, optimus, maximus credebatur, & reuerentia dignissim⁹: vnde in re tãta, nulla poterat de eo leuitatis suspicio suboriri. Tanta erat Ioannis apud omnes Iudeos autoritas, vt omnis Hierosolyma & Iudæa exiret in desertum ad audiendum illum, magni, parui, diuites, pauperes, sacerdotes, seculares, etiam ipse rex Herodes intersector eius, libenter eum audiebat, & ad eum veluti ad quoddam mundi miraculum, & sanctitatis prodigium cūcti properabāt. Vnde facta legatione solenni cum pro Messia recipere voluerūt, beatos se esse reputantes si talem eos cōtingeret habere Messia: et si dixisset, ego sum, sine vltiori testimonio cum pro suo Messia libentissimē recepissent. Quæ maior autoritas excogitari potest in homine? sed cōmodo aliquo fortē moueri poterat ad dicendum q̄ nesciebat, ita certē: ad domum & familiā sustentandam, ad fastum & pompā ampliādam, ad ci-

bos

bos & vestes pretiosas perquirendas: quis obsecro tale suspicari poterat de homine cilicio & pellibus camelorum induto, & solis agrestibus locustis cum melle siluestri pasto? Quid inquam huiusmodi vir ab aliquo expectare aut desiderare potuit, ut illum falso commendaret? Hoc est quod ait, existis videre hominem molibus vestitum, qui scilicet, ad tales vestes parandas pecuniarum copiam aut comoda sua perquireret? Sed neque de amicitia suspicio maior, a sua enim infantia septennis in deserto nutritus, inter bestias & feras, nulli hominum familiaritate coniunctus fuerat, donec venit in Iordanem: neque Christum viderat, aut faciem nouerat, sicut ipse testatur, nisi eum spiritus domini demonstrasset. Sed forte deceptus est, sed quomodo obsecro decipi poterat in re tanta propheta, & plusquam propheta? Ad haec, a Deo missus est et natus, ut Christum dominum praeriret, & populis demonstraret, sicut de illo tot retro seculis fuerat prophetatum. Qui natus dei erat in hoc ante Christum destinatus & natus, quomodo in hoc fallere aut falli poterat? Vides quam artificiosè omnem scrupulum a Ioannis testimonio remouet, ut eundem se esse de quo querebat efficacius comprobaret. In cuius rei fidem Malac. 3. d. illud quoque Malachiae vaticinium allegauit, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Si enim Ioannes ille angelus praecursor erat, con-

comendari. Plures enim dominus laudauit in hac vita mortali: laudauit Nathanaelem dicens, Ecce verè Israelita, in quo dolus non est: laudauit Petrum dicens, Beatus es Simon Bariona: & laudauit Magdalenam dicens, Sinite illam, bonum opus operata est in me: laudauit Centurionem dicens, Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel: laudauit Cananazam dicens, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Sed non sic Ioannem, sed longam in eius laudem orationem composuit, non unam aut duas, sed multiplices eius virtutes commendans: constantiam laudat cum ait, Existis videre arundinem vento agitatam? Vitae asperitatem cum ait, Existis videre hominem molibus vestitum? prophetam cum ait, Ego dico vobis propheta est & plusquam propheta: angelicam puritatem, cum ait, Ecce ego mitto angelum meum: praecursoris officium cum ait, Qui praeparabit viam ante: ne quicquam deesset ad plenam & perfectam laudem, adiungit. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Potuit ne amplius addi? Si vel leuiter a Christo commendari gradis est honor, sic ab eo exaltari & sublimari, quantè excellentia est? Sed haec omnia (ut dixi) merito & non sine proposito: ut sic eius de se testimonium ad mundi fidem & utilitatem confirmaret, & stabiliret. Non quod tu domine a Ioanne commendari indigeres: non enim tu ab illo, sed ille a te clarificari, & ut ita dicam authorizari debebat: vnde ait, Ego ab homine claritatem non accipio, id est, nullius ego testimonio, sed omnino homo potius indiget meo. Nam et si de Ioanne scriptum sit, quia hic venit in testimonium, &c. non quia

lux

lux demonstrari debeat ab alio, sed quia lux in tenebris lucet, & tenebrae, &c. Ideo fuit homo missus a deo qui tenebris testimonium perhiberet de lumine: non propter lucem, quae de se satis clara erat, sed propter tenebras, quae lucem ipsam comprehendere non valebant. Non poterant (inquam) homines tenebris asueti, limpidis oculis & irreuerberato visu cernere solē: praemissa est lucerna quae inspiceret, ut per eam ad videndum solis radios inualescerent: erat enim Ioannes lucerna ardens & lucens. Propter homines ergo testimonium Ioannis, non propter Christum. Vnde cum dixisset, ego testimonium ab homine non accipio, protinus adiungit: habeo ego testimonium maius Ioanne, nam qui misit me pater, testimonium perhibet de me: & opera quae ego facio haec testimonium perhibet de me: & horum utranque Ioannis testimonio maius est. Ita est dominus Iesu, plurima & fortia de te habes testimonia, & testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Tres enim sunt qui testimonium dant in caelo, pater, verbum, & Spiritus sanctus: et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Valida & grauisissima testimonia: neque sola haec, caelum, terra, mare: astra, elementa, iumenta, arbores, pisces, & durissimi lapides, & omnia quae in mundo sunt de te testimonia perhibuerunt: sola Iudeorum duritia ignorauit. Omnis creatura testata est creatorē suum venisse, angeli, homines, daemones, scripturae, miracula, vaticinia martyria, apparitiones, reuelationes, inspirationes, omnia de te perhibent testimonium: & illud omnium maximam quam intimum est, quod ipse

cordi fideli in secreto cubili perhibes de te ipso: de quo Ioannes, qui credit in filium Dei, habet testimonium dei in se. Verè caelum & terra solui possunt, potius quam haec tua testimonia fallant. Obruus nos domine testimonijs, & conuincis: & nisi te fidei nostrae meritum detineret omnino nos impelleres ad credendum: imò fidem ipsam rei aperta notitia euacuares. Nostra te detinet utilitas, quia nobis fides quam scientia de te pro nunc utilior est: sed qui fidei culmen attigerunt, te donante nonnunquam per fidem ad intellectum perueniunt: sicut propheta ait, Nisi credideritis, non intelligetis.

Esai. 7. ex versione septuaginta

¶ Desiderantur nonnulla.

DOMINICA TERTIA
Aduentus.

¶ Thema, Tu quis es?
Ioan. 1.



REVE THEMA, sed magnum pelagus: utinam scires, utinam intelligeres tu quis es: plus tibi prodesset, quam scire omnes scien-

tias mundi, & omnes bibliothecas. Quid enim prodest tibi scire motus caelorum & influentias astrorum, virtutes herbarum, proprietates animalium, & ut totam naturam scias, & nescire teipsum? Ber. ad Eugenium, A teipso tua incipiat consideratio, in te finiatur: tu tibi primus, tu ultimus. Non es sapiens, si tibi non es. Ecce curam habes de domo, de hereditate, de negotio, de familia

Ber. ad Eugē.

DOMINICA TERTIA

familia, de mula quam habes in stabulo, & te ipsum solum negligis: Omnibus tuis das partem aliquam diei & curam: & tibi nullam? Te ipsum tam vilem estimas, & sic parumpendis, ut non digneris de te curam habere? O anima misera, quid curiosa extra te vagaris, effusa & diuisa per mundum, a te alienata & exul? Recollige te, redi ad te, habita tecum: non sis sicut oculus, qui cum omnia videat, se ipsum non videt. In quo enim melius potest intellectus tuus & tua consideratio expendi, quam in te ipso? aut quid melius potes contemplari quam te ipsum? Dico tibi, nulla peior ignorantia quam tui. Si ignoraueris logicam, philosophiam, & omnes artes liberales, mechanicas, & omnia iura & leges, & medicinam saluari potes: sed si te ignoras, non saluaberis. Quomodo obsecro saluaberis sine poenitentia? Quomodo poenitebis, si te ipsum, tua desideria, actus, cogitationes malas, & peccata nescieris? Itaque ut habeas humilitatem & poenitentiam, opus est nosse te ipsum: ut habeas charitatem, opus est nosse Deum, & eius misericordias, & beneficia quae praestitit tibi. Vnde Augustinus, Nouerim te, nouerim me, in his duobus perfecta & vera sapientia est. De te autem tria oportet cognoscere, scilicet, quis sis natura: quis professione: quis officio. Natura homo, professione Christianus, officio praelatus, vel princeps, vel iudex, vel sacerdos. Quis sis natura quoad corpus, interroga mortuos, & dicent tibi: vade ad sepulchra & coemeteria, & aperte videbis: non opus est alia schola. O quam vilis & abiectus, homo putredo, & filius hominis vermis. Vae tibi homo a tua superbia, qui tali sine con-

cluderis: intumesce, eleuare quantum vis, velis nolis in hoc finies, quicumque sis, siue rex, siue pontifex, siue miles. Quid miseri homines auertitis oculos ne videatis? quid dissimulatis? quid curatis non videre, ut gaudijs & voluptatibus perfruamini, & seculi delicijs ingurgitemini? Quanto prudentius & sapientius faceretis, si hoc quotidie, imo semper pra oculis haberetis. Vnde in Esaia ^{Esa. 40} legitur, Vox clamantis clama: & dixi, quid clamabo? omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri, &c. Hoc clama, hoc vociferare vocibus acutis & fortibus, quia obturata habent aures. Non praedices aliud, hoc saepius repete, hoc frequenter. Ipsi auertunt oculos ne videant: tu sapius eis obijce hoc ob oculos, ut vel inuiti videant, & agnoscant qui sunt, si forte redeant ad se ipsos, & videant dolum maximum & phrenesim in qua sunt: si forte refrigescat ardor ille pestilens & libido possidendi: si forte tepescat rabies illa famelica, & fames rabida auaritia, & temporalium voluptatum, qua vexantur, quasi semper sint victuri, & in hoc seculo permansuri. O caecitas ^{Esa. 40} lamentanda, exiccatum est foenum, & cecidit flos, & quam velociter, & quam cito? Homo (inquit Iob) ^{Iob. 14} natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs: qui quasi flos egreditur, & coteritur: marcescit post modicum ut flos. Videas puellam pulcherrimam formosissimam quasi nascentem rosam: expecta modicum, & videbis eam vetulam, rugis aratam, deformem, turpem, abominabilem. O puella, dic mihi vbi est illa tua pulchritudo, venustus decor & lepos? Vbi illa rubedo faciei, ille color albus, illi

IM ADVENTU DOMINI.

illi nitores viui? Vbi illa iucunditas, laetitia, gaudium, illa sensuum viuacitas, & loquendi sales? Exiccatum est foenum, & cecidit flos: rosa illa pulcherrima cito emarcuit. Vae miseris mulierculis, quae in hoc foeno poliendo, adornando, fucando, decorando vitam expendunt, vestes pretiosas, & iocalia, & muranulas, & alia puerilia & vana curiosi perquirendo, factae velut laquei daemonis ad capiendos stultos passeris, & veluti araneae tela ad capiendas muscas, quasi non sufficeret corruptio & infectio ipsa naturae quam deploramus, sed alia perquirunt libidinis irritamenta ad decipiendos oculos. O quam deceptas se inueniet in morte, quando viderint vitam & operam perdidisse. Itaque fratres mei, hoc fumus: hoc sapere, hoc considerare summa sapientia est. O si qui haberet plenam lucem, & apertos oculos, & intellectu comprehenderet temporis breuitatem: quae humilitas, quis contemptus omnium temporalium, quae obliuio omnium honorum, quae animi serenitas, quae pax, quae tranquillitas esset in eo! Quomodo quasi ex alta specula hominum eorum labores, anxietates vanas, & stultos sudores conspiceret! Quomodo vel ploraret eorum miseriam, vel rideret stultitiam, sicut illuminati a Deo viderunt Sancti, & Anacoretae, & ideo omnia contempserunt: ex hac quippe ignorantia, omnis hominum cupiditas & fatigatio vana procedit. Vnde Plato, summa (inquit) philosophia est, continua vel saltem assidua mortis meditatio. Neque minor sapientia, si te agnoueris quoad animam, est: quippe ingenua & nobilis creatura, perpetua & immortalis, angelo simili

ma, ad imaginem Dei facta, Dei causa ^{Gn. 1. c.} pax futura quandoque, ciuis caelorum, & angelorum socius: habemus quippe thesaurum istum in vasis fictilibus (ut ait apostolus.) O anima si cognosceres excellentiam & dignitatem tuam, tam perpetuam & ineffabilem gloriam, & sublimitatem quam expectas: quomodo dedignareris deijcere te ad amorem & cupiditatem horum terrenorum lucrorum! quomodo horreres foedare tuam pulchritudinem foedo isto luto libidinum! quomodo fumum istum & vetum inanem honorum secularium paruipenderes! Vae tibi a tua caecitate quam in peccato primi hominis incurristi: nam si lumen oculorum tuorum, quo te ipsam cernebas, non amisisses, nunquam in tantam miseriam deuenisses. Omnis quippe noster labor, & afflictio ista terrena cupiditatis, & affectus & desiderium terrenorum, & vilitas & abiectio, ex hac ignorantia venit, teste psalms. ^{ps. 4. 8} Homo (inquit) cum in honore esset, non intellexit, scilicet, excellentiam & dignitatem suam: et comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis, mercedem quam oportuit honoris sui in semetipso recipiens, & ignorantiae suae dignam poenam persoluens. Vnde sponsae in canticis terribiliter minatur sponsus, si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, id est, tuam pulchritudinem, egredere, scilicet, de sanctuario meo, corde tuo, et abi post vestigia gregum tuorum, brutorum animalium: et pasce haedos tuos, sensus inquietos et petulantes, iuxta tabernacula pastorum, id est, in his corporis voluptatibus. Vides quod in poenam ignorantiae brutalitatem comminatur. Quanta sit ista poena,

^{2. cor. 4}

^{ps. 4. 8}

^{2. Petr. 2. c.}

^{Canti. 1. c.}

poena,

poena, et quam terribilis comminatio spirituali animæ, in belluam sicut Nabuchodonosor conuerti, & eiecit ab interiori cordis tabernaculo, in quo cum domino oblectabatur, more secularium in exterioribus delectari, Bernardus testis est: qui ad tempus infernum experiri tolerabilius, & excludi à corde quasi à paradiso reputat. Vides quantum malum in ignorantia sui? O homo agnosce qui es, intellige tuam dignitatem, ut talis sit vita qualis est natura. Homo es, vitam age humanam, ne degeneres in vitam brutalem: viue ut homo. Rationalis es natura, & ratio tibi à natura data est quasi regula tuorum operum, viue vitam rationalem: viue secundum tuam regulam naturalem. Et quid est vita rationalis, nisi vita virtuti dedita? Virtus enim non est nisi habitus vel actus ratione regulatus. Vides quod ipsa tua natura te obligat ad virtutem? Vnde Ambrosius in exameron, exponens illud Gen. Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. & tu (inquit) homo iuxta genus tuum viue, non adulteres genus tuum. Vis illud nosse, attende apostolum in actibus dicentem. Genus cum simus Dei, &c. Bernar. lignum generi respondet suo, & tu non respondes generi tuo? Tritici granum sparsum terræ generis sui granum reddit, & tu à te degeneras? fruges non adulterant sui sinceritatem seminis, & tu adulteras puritatem animæ, vigorem mentis, corporis castitatem? Hæc Ambr. Non inquam pudet te homo cum sis vitam agere belluinam? comedere, bibere, dormire, luxuriari, ut brutum? ad quid obsecro recepisti animam

rationalem? profectò in vanum eam accepisti, ut ait psalm. in te otiosa & vacua est, homo in te mortuus est: solum brutum viuit: solam hominis effigiem habes: nam in reliquo bellua es. Quanta vilitas, quanta delectio, quanta miseria: denique si non essent homines brutales, non diceret dominus in Euangelio, Dicite vulpi illi: & iterum, nolite sanctum dare canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos. Et psalm. nolite fieri sicut equus & mulus. Et iterum, Computruerunt iumenta in stercore suo. Ecce hominem vulpem, hominem porcum, hominem canem, hominem equum, hominem mulum & sic de alijs: & totum hoc ex ignorantia sui, quia ut diximus, non agnoscunt homines dignitatem suam, & finem ad quem conditi sunt. Et hoc ethnici etiam in lumine naturali intellexerunt: hoc volebat Diogenes, quando foro hominibus refero, in meridie lucerna accensa, clamabat: homines quero: ceteros quasi bestias reputans. Vides quam necessaria & utilis cognitio sui secundum naturam?

Secundò oportet ut cognoscas quis es conditione siue professione: nam natura es Christianus: & quid est esse Christianum, nisi esse discipulum Christi, de schola Christi, militem Christi, imitorem Christi: Hanc quippe regulam professus es, scilicet Christianismum: vnde oportet te vitam agere Christianam. Ad hoc autem tria debes considerare, scilicet, professionem tuam, regulam quam professus es, & exemplar regulæ cui te debeas conformare. Professio tua altissima est: si eam bene consideres, ut credo, totus contremisces: ecce in baptismo quando professus es hæc regulam,

regulam, & patrini tui quasi fidei iussores tui, tuo nomine tecum astiterunt coram domino in ecclesia, primò interrogatus es, abrenuncias satanæ & omnibus pompis eius? & ore illorum respondisti, abrenuncio: non enim poteras Deo seruire & demoni: & ideo annumeratus familiæ Christi, oportuit primò te abiurare contrarium: deinde immersus es in aquam, & domino consepultus, ut soli illi viuas qui suam vitam dedit pro te mortuus mundo. Deinde tertio unctus chrismate & oleo sancto, & sanctificatus domino in tabernaculum, domicilium, & sanctuarium sempiternum. Quartò indutus es veste candida, & dictum est tibi, accipe vestem candidam immaculatam, quam præferas ante tribunal Christi: per quam designatur innocentia baptismalis, quæ tibi data est mundato originali peccato. Quintò data est tibi lucerna ardens, quæ designat fidem charitate formatam, quam pollicitus es incensam conseruare, usque ad mortem. Ecce tuam professionem: an seruaueris eam tu videris: certe nihil horum quæ promisisti Deo custodisti. Nam non minus quam Iudeus vel Paganus, seculi popas & diuitias perquiris: mundum non Christo viuis: & in mundialibus negotijs & gaudijs quasi totam tuam vitam expendis: corporis sanctuarii millies profanasti & polluisti, & spiritu sancto expulso demoniorum hara & stabulum factus es: innocentiam baptismalem, ingressus annos discretionis, statim perdidisti: & vestem illam sepius sordidasti: polluisti cæno, & sanguine conspurcasti, & conscidisti fide mortua & sine charitatis lumine. Quid dicam tibi: sic viuis quasi oppositum spopodis: neque voti tui & sponsionis deo

factæ memor fuisti. Quid ergo dicturus es in iudicio solo nomine & professione Christianus, vita & moribus plusquam paganus? Ausus es de prophane Christo mentiri, mentiri spiritui sancto: Non attendis quam fecerit Deus ultionem in Ananiam & Sapphiram propter hoc mendacium? Sed & regulam quam professus es in paucis, aut in nullo seruaisti. Regula tua euangelium est, hæc est regula Christianismi perfectissima, purissima, & strictissima. Videtur tibi ampla, sed non est: nam teste Augustino, tota vita Christiani si secundum euangelium viuit, crux est. Et Paulus ait. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Denique quid dicatur in tua regula attende. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Et iterum. Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Ecce asperitatem, attende puritatem: si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, &c. Hieronymus. Vt nobis qui toties fornicamur quoties concupiscimus: si attendas ad cupiditatem, non concupisces rem proximi tui: si ad patientiam, si percusserit in unam maxillam præbe aliam: si ad mansuetudinem, non solum non occides, sed ego dico vobis, qui irascitur dignus erit iudicio: si ad damnum fame, non solum non dices falsum testimonium, sed nolite iudicare: si ad silentium, omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, &c. et alia huiusmodi præcepta leges in tua regula. Quid queso amplius? Carthusia habet quantum attinet ad mores, & sanctitatem, & puritatem, exceptis ceremonijs & votis? Dic mihi de Christianæ hanc formam vitam seruaisti?

D O quam

O quã lōgè ab illa. Quid obsecro mihi diceris, si me videres in habitu seculari, in platea saltatē cū puellis, & ludentem? O prophane, o irregularis, vbi est regula tua? & ego ad te ò Christiane, & tu serua tuã. Sed heu nō curatur hoc, quia maiori ex parte sic viuitur, multitudo peccantium pudorē peccandi adimit: quia rarissimus est perfectus Christianus qui euangeliū custodiat. Audi quid dicat Picus Mirandulanus. Et quidē (inquit) euangelio tam cōfirmato & probato tot testimonijs non credere, grandis induratio & pertinacia est: sed credere & profiteri, & opposito modo viuere, maior insania est. De tertio verò quomodo sequaris exēplar regulæ tuæ, id est, Christū, non opus est quærere: nō solum nō imitaris, sed omnino cōtrariè viuis. Christ⁹ in paupertate, tu in diuitijs: Christus in humilitate, tu honores sitis: Christ⁹ in laborib⁹, tu quæris delicias: Christus in dolorib⁹, tu in voluptatibus implicaris: totus aduersus, totus antichrist⁹, & vis cum Chro regnare? Quod si ad alia exēplaria sanctorū attendas, quid es ad illos comparatus, nisi velut formica ad Elephantē? In libro Numeri legimus, missos exploratores ad terram promissionis rediisse dicētes, Vidimus mōstra de genere gigāteō, quibus cōparati quasi formicæ videbamur. Sic omnino exploratores et cōtēplatores cælestis patrię, quoties gigātum, id est, sanctorū qui ibi sūt vitam moresq; cōsiderant, si viuentes modò Christianos cum illis conferunt, quasi formicæ videbuntur, qui per hoc tēpus excellūt maximē. Ecce quis es professione, & quã longè à tua professione. O hypocrita non attēdis quod scriptum est, quia qui

in lege peccauerint, per legē iudicantur? Tua professio si nō te corrigit, non erit tibi ad salutē, sed ad iudicium. Magnum est esse Christianum, sed difficile & arduum est esse perfectum & bonum Christianū. Vnde Hierony. Nil felicius Christiano, cui regnū cælorum promittitur: sed nihil difficilius, de cuius salute cōtinuè certat. Sed restat adhuc scire quis es officio, siue statu: et quidem non parum feceris si naturæ satisfeceris, vt sis integer & perfectus homo: & si professioni, vt sis verus & catholicus Christianus: sed adhuc deest tibi aliquid, si habes officiū, vt officio satisfacias. Quã multi enim boni viri, & boni Christiani in humili statu saluaretur, qui in alto dignitatis gradu positi perierunt, aut propter inhabilitatem, aut propter negligentiam? Vnde Augustinus, in quo loco (inquit) sciebam non esse episcopum, ne illò accederem cauebam, vt in humili saluaretur, ne in alto periclitarer. Felices qui solum de seipsis in die iudicij reddituri sunt rationē: nā altitudo dignitatis & officij, quasi præcipitium timenda est.

Quis es tu? Sum Imperator, Rex, princeps. Magnus status, sed maius pondus: magna dignitas, sed laboriosa & periculosa: noli altum sapere, sed time. Psal. Ab altitudine dici timebo. Oportet te tantum ceteros homines præcedere virtute, quantum præcedis dignitate. Sed quia alibi per occasionem de boni principis officio latius dixisse me commemini, in hoc loco non immoror ea in re.

Tu quis es? Sum Prælat⁹. Et quid est esse Prælat⁹? esse pastore, non dominū, non principem: non dominantes in clero (ait Petrus) sed

forma 3

forma facti gregis, exemplum sanctitatis in populo. Sed cuius gregis? vtiq; illius, pro quo filius dei vitam posuit: quē non auro & argēto, sed sanguine suo pretiosissimo emit. Et quātus grex? lx. millia, centū millia ouium: difficilis cura. Vnus angelus vnā sibi ex illis omnibus sufficere putat, & tu tantas? Et quæ conuentio cū domino gregis? Custodi (inquit) virum istum, et si lapsus fuerit erit anima tua pro anima illius, sanguinē eius de manu tua requiram: non ostēsa pelle satisfacies mihi, sed perpetuò inferno damnaberis. O terribilis obligatio: & est qui velit ad hoc obligare seipsum? Sūt multi qui nō solum volunt, sed cupiunt & exambiūt. O cæcitas filiorū Adā. Bernar. Accedit ad cumulū sollicitudinis & pōdus timoris, q̄ cū meā & proximi cōscienciā seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota: vtraque abyssus est, vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vtriusq; custodia: & clamatur, custos quid de nocte, custos quid de nocte: & nō est mihi dicere cū Caïm. Nunquid cultos fratris mei sum ego? Hęc Ber. qui paucas & bonas oues habebat in custodia & clausas in clastro. Reuerentia fratres prælatos, & honoremus, & obediamus illis, qui ad tātum periculū animas suas pro nobis exposuerunt. Obedite (inquit Apostol⁹) præpositis vestris, & subiaccere eis, cōmiseremini illorū: ipsi enim peruigilant, quali rationem reddituri pro animabus vestris.

Tu quis es? Ego dominus temporalis, comes, dux. Et quid est esse dominum temporalem? nunquid habere multam familiam, equos phaleratos, domos & palatia, opulētam mensam, magnificas & pretiosissi-

mas vestes, argenteis & aureis vasis fulgentem abacum, & pulcherrima aulea & peristromata, insuper & canum, & accipitrum omne genus? non vtiq; ad hoc sunt in populo, sed vt sint patres & patroni subditorum quibus præfunt: vt eos in pace & iustitia regant: & defendāt eos à molestantibus: & subueniant eis in necessitatibus suis. Formam dominorum audi in beato Iob scriptā, Iob. 29. qui vtiq; fuit magnus dominus temporalis. Oculus sui cæco, pes claudus, pauperum pater eram. Si negaui quod volebant, & oculos viduæ expectare fero. Cōterebam molas iniuri, & de detibus illi⁹ auferebā prædam: si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meę egressa est mecum, &c. Videant magnates nostri temporis si tales sunt: videant qui mensas opulentas ex laboribus & sudoribus pauperum replent, & mille calumnijs & exactio nib⁹ crudeliter subditos premūt: nō patroni sed prædones, audiāt quid dominus per prophetā cōminetur huiusmodi. Vae qui opulēti estis in Sion: optimates capita populorū, ingredientes pompaticè domū Israel. Audite hoc vacca pingues, qui calumniā facitis egenis, & cōfringitis pauperes. Iuravit dñs Deus in sancto suo, quia ecce dies veniēt super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus, & per aperturas exhibitis altera contra alteram, & proiciemini in Armon dicit dominus.

Tu quis es? Ego sum iudex, prætor, decurio, præfectus, magistratus, cæfor. Et nūquid seruas rectam virgā? nō possum omnino, sed necesse est

D 2 aliquādo

Num. 13. d.

Rom. 2. b

1. Petri. b

Ezech. 3. c.

Esa. 21. c.

Gen. 4. b

Ad Ro. 11. c. ps. 55.

1. Petri. 3.

DOMINICA TERTIA

aliquādo aliquātulū flectere, precibus & rogatu aliquorū procerū, & præcipue eorū qui apud regē gratia & fauore præstāt: intercedit amicus, cui si nego cū vituperio reijciar ab officio. Et nūquid accipis munera? aliquando (inquis) nā nō possum sustentare domū meā: salariū est modicum, sumptus immodicus: nō equi dē agros fodere, aut arare quoc, ex meo officio alendus sum: & vtinam agros arares vel foderes, meli^o enim fuisset esse aratorē, quā iudicē. Audi quid de te dñs dicat. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autē homicide, &c. defectu scilicet iustitiæ. Et causam addit: principes, id est, iudices tui infideles, socij furū, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Propter hoc ait dñs exercitūū factus Israel. Heu ego cōsolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Longum esset modò persequi per singula officia: de prædicatoribus, de sacerdotibus, & religiosis dicere ad quid teneatur ex officio: sufficit teriggisse de maioribus statibus, vt videat ad quid tenetur. Hæc sunt quæ oportet te cognoscere o homo, vt videas si respondes naturæ, professioni, & officio: hæc oportet diligenter considerare, & sapius ponere te coram te, & examinare teipsum, nec viuere more bruti pecoris nulla vitæ ratione habita, Psal. Sicut oues in inferno positi sunt: quid si tu teipsum in tergum reieceris tuū? implebit dñs quod promisit. Arguam te, & statuā contra faciē tuam. Proh quātum tibi dolorē proprię foeditatis aspectus afferet. Sed fac vt dicit Habacuc, Super custodiā meā stabo. Sic faciamus fratres, discutiam^o nos

Esai. f.

Ps. 48.

Habac. 2. a

nūc, ne iudicet nos deus: vt cū venerit mercedē accipiamus æternā.

O si hanc rationem sapius tecū faceres, & teipsum tibi sepe præsentares, & historiam vitæ tuæ plenē recenseres! O quot fructus ex hac cōsideratione eliceres! vtique humiliare te, tuos defectus agnosceres, deplorares, corrigeres, vulnera animæ tuæ sanares, iudicatum & non iudicandum teipsum Christo præberes: damnationem euaderes. Sed tu velut bestia degis vitam sine cōsideratione, sicut scriptum est, sicut oues in inferno positi sūt, mors depascet. Non erunt tunc, inquit Bernardus, o anima fenestram sensus, per quas exeas & exules à teipsa, & obliuiscaris tuorū vulnerum, sed perpetuò videbis te, & abominaberis teipsum, & fremes cōtra te. Vnde propter hoc, damnatorum vermis non morietur in æternum: quia nunquā ei deerit iste pastus quo alatur. Quāto sapiētius facies, si modò cū vales animā tuā corā teipso posueris, sicut scriptū est, anima mea in manibus meis sepe, & maculas vulneraq; ipsius sollicitē inspexeris, & diligēter diluere atq; sanare curaueris: neque solū hoc, sed etiā bonis operibus & virtutibus ornare, vt in teipso appareat corā dño. Facit hoc muliercula vt placeat viro, & nō magis tu vt placeas Deo? & non solū sed valde delectabilis est fratres ista cōsideratio sui, dico vobis in veritate, nulla historia sic delectat animā iusti quā historia propria. O quando recēset singula Dei beneficia quæ recepit, & considerat mala quæ euasit, & misericordias domini quas expertus est! & quando se videt liberum à priori cæcitate & seruitute vitiorum, & transacta nebula obscura

Ps. 48.

Cat. b

Ps. 83.

IN ADVENTU DOMINI.

in sereno die luminis constitutus, quomodo exultat, quomodo latatur, quas gratias Deo agit, quomodo inuitat ex corde omnes creaturas ad laudandum Deum pro tāta bonitate, quia ipse nō sufficit! quomodo accenditur in amorem benefactoris sui! quomodo delectatur vidēdo quia sic amatur à Deo, & quomodo sperat futuram gloriā, ex testimonio amoris dei! quomodo properat recuperare tempus amissum, & seruire benefactori suo totis viribus! quomodo cōpatitur his quos videt simili morbo laborare! et si deplorat præteritam seruitutē non sunt lachrymæ illæ amaræ, sed dulcissimæ. Sunt & plures alij fructus in hac cōsideratione quos longum esset enarrare, melius sentiuntur quā dicuntur. Vnde credite mihi, inter omnes cōsiderationes hæc tuā cōsideratio vtilissima & potissima est: propter quod cū spōsa ex amore peteret, Indica mihi quem diligit anima mea: responsum est, si ignoras te: ac si diceretur ei, quid modò spōsi visionem exposcis? potius cura agnoscere temetipsam, quia per hanc tuā cōsiderationem, si eam frequētaueris, ad visionem quam exposcis peruenies. Beatus enim est qui ascensionem in corde suo disposuit, vt de virtute in virtutem procedēs, videatur Deus deorum in Sion in sua gloria, ad quam nos perducatur Iesus Mariæ filius. Amen.



Itera euāgelica narrat tempus in quo cepit prædicatio et prophetia Baptiste sub quibus principibus & sacerdotibus, more antiquorum

prophetarū: deinde narrat quid prædicabat, Ego vox clamantis in deserto ex autoritate Esaię. Et quoniam non intēdimus immorari in litera, hæc sufficiat. Circa thema duo dicemus, primo loquemur de voce ista quæ clamat in deserto, secundo de præparatione ad quam inuitat.

Desertum hoc est peccator: habet deserti cōditiones, quia horridus est & incultus, nulla fruge cōmoda seminatus, generat spinas & tribulos, sentibus & vepribus dēsis prauarū cogitationum, & desideriorum est oblitus vndiq; , & fit habitatio bestiarū siluestrium & ferarum, & serpentium & scorpionum, sicut ait Esa. Erit cubile draconū, & pascua struthionū: deniq; null^o fruct^o in eo nisi glades porcorū, sed solitudo, siccitas sterilitas, horror & pavor. Quāta solitudo vbi deus nō est? quāta siccitas vbi pluuia cælestis nō cadit? quāta sterilitas vbi deest calor solis, & cultus spiritus. Huic deserto nō cessat dñs loqui, vt cōuertatur & redeat: à die qua incipit vti ratione, vsq; ad sepulturā non cessat clamare magna clemētia: ipse offensus, ipse rogat, ipse inuitat Ier. 3. & in Apoc. Ego sto ad ostiū & pulso, & in Prouer. Sapiētia foris prædicat, in plateis dat vocē suā, scilicet, creaturarū. Vsq; quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sunt sibi noxia cupiēt, quæretes, scilicet, præcipitia vbi pereat. Sed quatuor voces sūt principales quibus dñs loquitur huic deserto, scilicet

Iere. 3. b

Apoc. 3

Prouer. b

c

DOMINICA QUARTA
Aduentus.

THEMA.

Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.

vox gratuite donationis, vox exterioris prædicationis, vox acerrimæ correptionis, vox interioris inspirationis. Prima vox est beneficij, nã Deus tractat peccatorẽ primobeni gnẽ & beneuolẽ, dat ei salutem & bonos successus tẽporalium, honores, diuitias, & facit vt ei omnia ad libitum succedant, si fortẽ cõuertatur & dicat: anima mea seruiamus tam bono & pio domino, qui tã benignẽ nos tractat: qui pro tormẽtis tot largitur beneficia: & pro inferno quod meremur, dat nobis rerum temporalium abundantiam: sicut

Iere. 5. f scriptum est in Ieremia, Non dixerunt in corde suo metuamus dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinã in tempore suo, plenitudinem annuæ melsis custodientẽ nobis, &c. Et quidem si boni essemus ad eum modũ beneficijs acceptis resipisceremus: sed quia mali sumus & peruersi, oppositum euenit: nam beneficijs & donis deteriores sumus, & amplius insolescimus sicut vilia mã

Gn. 40 dicipia: & succedentibus prosperis, obliuiscimur donatoris & superbi-
mus. Prosperitas stultorum perdet illos. Bene stultorum, nam si sapientes essemus & cordati, magis nobis proficeret. O ingratitude, o ferocitas filiorũ Adã, & quibus verbis te exprimã! Omnes ferẽ sentiũt beneficiũ, & beneficijs cicurantur & mã suescunt: videas leonẽ ferocissimũ suo magistro colludentẽ, & vrsũ indomitũ iam cicurem & ludentem cum eo à quo pascitur, et elephantẽ mõstrolũ obedientẽ sessori Indo vt ouem mãsuetã: omnes bestiã benefactorẽ agnoscunt, & beneficiorum gratiã reddunt, tu solus homo rationalis vt fera truculẽta, vt vipe-

Iere. 5. f
Gn. 40
prouer. 1. d.

ra venenata, & basiliscus, pascẽtem mordet: benefactori tuo aduersaris: non recognoscis benefactorem tuum: blasphemas & offendis. O ferocitatem supplicio vltimo dignã, hanc vocem quocũque te vertas audis. Omnes creaturẽ (vt ait Augustinus) quid sunt nisi voces Dei? Clamat cælum: ò homo, ego tuis cõmodis & vtilitatib⁹ voluor: clamat sol: ò homo, ego te foueo & illumino, ego terram tibi tempore veris velut paradysum reddo, ad tuã recreationem & consolationem: clamat terra: ego tibi homo, fructus, segetes, herbas, legumina, & cibaria præbeo: & mare: ego tibi tot pisciũ genera profero: agnosce datorẽ, esto gratus largitori: sed sumus sicut porci edentes glandes capite demisso. Vox totius naturæ, accipe, redde, caue: si non esset aliud peccatum, sola ingratitude sufficiebat ad infernum. Conqueritur dominus. Cognouit bos possessorem suum. Sed

quia hæc vox obscura est, & non ab omnibus intelligitur, vtitur deus ad peccatorem secunda voce, scilicet, doctrinæ & prædicationis, quã ipsum hortatur vt redeat ad seipsum: vox enim prædicationis nõ prædicatorum, sed Dei estimanda est. Vnde Ioan. Ego vox clamans, scilicet, per me non clamans: non estis enim vos qui loquimini, sed spirit⁹ patris mei qui loquitur in vobis. Et iterũ qui vos audit, me audit. Et apostol⁹ ad Thessaloni. Gratias agimus Deo sine intermissione, quia cũ accepissetis à nobis verbum auditus dei, accepistis illud nõ vt verbũ hominũ, sed sicut verẽ est verbum Dei. Hac voce non cessat vocare Deus frequentissimẽ peccatores: non itaq; de nostro loquimur, sed tuba Dei sumus.

Esa. 1. a
Matth. 10. c.
Luc. 10. c.
1. Thes. 2. c.

Hac

Hactuba vos excitat & vocat sicut scriptũ est in psal. Abyssus abyssum inuocat, in voce catarahtarum tuarũ. Abyssus bonitatis & misericordiæ dei abyssum iniquitatis & malitię, peccatorẽ inuocat: in voce catarahtarum, id est, nubiu: nam prædicatores nubes sunt, qui totã terram animarũ fidelium irrigãt imbre & pluuiã doctrinẽ euãgelicã, vt fructificet fructus bonorũ operũ. Et licet multa in prædicatione dicãtur, hæc tamẽ principalis intẽtio est, reducere ad Deũ abyssum profundissimã peccatorũ. Vnde ad prophetã dicit dñs.

Esa. 58. Clama ne cesses, annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ. Ad hoc propositũ facit. si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris. Et verba Sap. Si cõuerteris, cõuertã te, dicit dñs ad peccatorem, vt sic inuitatus animolius id peragat. Surgens diluculo mittebam prophetas meos. O misericordia diuina, quid tua interest? meũ est cõmodum: mea res agitur. Quantæ virtutis fuerit ista vox olim omnes nostis: hæc enim voce prædicationis Deus ad se totũ mãdũ cõuertit: modò autẽ inualida est, rarus est peccator qui hæc voce resipiscat: propter quod dñs nostris temporibus magis vtitur tẽtũ voce, scilicet, castigationis. Excitat igitur dñs peccatorẽ voce castigationis: quia enim nõ auditur vox beneficiorũ, vox doctrinæ, ideo dñs multiplicat plagas & aduersitates: dat egritudines, infortunia, afflictiones peccatoribus, vt redeãt. Sic enim sopitos grauissimo somno, quãdo nõ audiũt voces, manu pulsantes excitare solemus. Sic facit Deus, si fortẽ vexatio dabit intellectum, sicut vulgariter dicitur: malo suo edoctus stultus sapit. Sic

ps. 41.
Esa. 58.
Ier. 5. d.
Ier. 7. c.
Esa. 28.

olim fratres Ioseph in angustia positi cognouerunt peccatum suum, dicentes: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrũ, videntes angustias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. Vnde ista voce quidã excitantur & cõuertuntur ad dñm timore adducti, sicut scriptum est. Conuersus sum in ærumna mea dum cõfigitur spina, scilicet, doloris & egritudinis. Alij autẽ aperiunt oculos dicentes: heu peccauimus, male egimus: sed statim redeũt ad somnũ suum. Alij excitantur & surgunt, proponentes relinquere peccata, cõubinas, vsuras, & cõfitentur: sed quotidie proponunt, & nunquã faciunt, dicẽtes. modò ecce modò: expecta paululũ: & modò, & modò non habet modũ: & paululũ & paululum in longum procedit, donec venit mors & rapiũtur ad infernũ. De quibus Esa. Expecta reexpecta, mãda mãda, modicum ibi modicũ ibi. Alij autẽ tam lethargico somno tenẽtur, vt nec sic excitentur: & est miserabile, videre manum domini aggrauatam super eos, percutientem eos terribiliter, & ipsos somno peccati deceptos nõ corrigi, sed effrænatius peccare. Videas hominem leprosum, infamẽ, perditis facultatibus, multis plagis affectum ut Pharaonem, & quò amplius percutitur, amplius induratur. Percussi, inquit, eos, & non doluerunt. & iterum frustra cõflauit cõflator, rubigo illius non est consumpta. Et psal. Dissipati sunt, nec cõpuncti. Et Esa. Super quo percusiã vos vltra, addentes præuaricationem. Vã nobis fratres tales sumus hodie. O domine quomodo aggrauasti manum tuam super nos? Quot

Gn. 42
ps. 34
Esa. 28.
1. Reg. 5
Exo. 8.
Iere. 5. a
Iere. 6.
ps. 34.
Esa. 1. b.

D 4 bella,

bella, quot flagella, quot infortunia? & non est qui redeat, nō est qui pœniteat: insensibiles facti sumus, & quò amplius percutimur, eò amplius desipimus. Propheta non est qui furgat & teneat te. Quid restat huic peccatori tam proteruo & indurato, nisi quarta vox potentissima inspirationis, de qua psalm. Vox tonitruui tui in rota: id est, peccatore. Peccator enim rota qua voluit, inuoluitur: itaq; vox in rota, vt cesset rotari in peccatis bene dicitur tonitruum, quia fortissima est, & quæ sufficiat penetrare aures quantunuis surdas. Apostolus, Viuus est sermo Dei & efficax, penetrabilior omni gladio. Bernar. Vox est non sonans, sed penetrans: non loquax, sed efficax: non auribus obltrepēs, sed affectibus blandiens. Huic voci nō est duritia quæ possit resistere, quia scriptum est. Nunquid non verba mea sicut ignis, & malleus conteres petras? Et psal. Intonuit de cælo dominus, & altitudo dedit vocē suam, grando & carbones ignis. Iere. Et factus est sermo domini quasi ignis in corde meo: & spōsa, vox dilecti mei. Hæc vox conuertit Paulum, Matthæū, Magdalenam, & Publicanū. Sed valde notandum est quod ait, ignis & malleus, grādo & carbones. Quia dupliciter loquitur deus ad animam: nā quædā est vox interior amoris & inflātionis, qualis fuit illa Magdalene, cum Deus intus mitit scintillā amoris & deuotionis, & inflāmat animam in suum amorem vt redeat: de qua psal. Ignitum eloquium tuū vehementer. Sicut discipuli dixerūt. Nōne cor nostrum ardens erat, dum loqueretur in via? Et sponsa, Anima mea liquefacta est, postquam dilectus locutus est mihi.

Et hæc designatur per ignem & carbones ignis. Alia vox est interior acris & fortis, terribilis increpationis & redargutionis, qua Deus peccatorem redarguit, & redarguēdo conuertit: sicut fuit forsitan illa Pauli, Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et iterum ego ostendam illi quanta oporteat illum pro nomine meo pati. Et hæc designatur per grandinem & malleum: hæc fratres dico vobis fortissima est: & quis poterit eam sustinere? arguit enim vt Deus. Dico vobis, facilius est sustinere omnem mundi redargutionem alligatum columnæ publicæ in medio foro coram toto mūdo, nihil ad hanc redargutionem. Vnde psal. A fortitudine manus tuę ego defeci: in increpationibus pro iniquitate corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Hæc hæc increpatione ossa hominis comminuit, sicut ait Iob. Increpat quoq; per dolores in nocte, & omnia ossa eius marcescere facit: intolerabilis est fratres, experti estis, sed amabilis & desiderabilis. Vnde Psal. Ad te domine clamabo, ne quādo fileas aut taceas: volo affligas, volo arguas. &c. hoc enim magni amoris signum est, sicut ipse ait. Ego quos amo arguo & castigo: vnde pater filium legitimum hæredem delinquentem arguit, increpat, sed spurium abire sinit. Magni amoris & electionis æternæ signum est, quando hominem redarguit, increpat, neq; sinit quiescere donec exeat à peccato. Sicut prima vox intimè sentitur, & cum adest, inurit ac depingit in anima subito memoriam beneficiorum diuinorum, stimulando ad amorem & pudesfaciendo nos ob non amatum Deum

Deum: sic hæc secūda imprimat terrorem timoris incomportabilis domini. Si vani alicuius terriculi metus horrorem incutit, quia superior natura: quid illa visio increpationis Dei, vt nos tremore cōtrahet? nunquam ne ad iudicium vos vocari somnasti? Sūt enim hæc somnia velut vestigia religiosi sermonis interdiu habiti. Hæc voce attrahit deo animam citra coactionem vllam, arreptam tamen. Væ miseris qui in peccatis gelati, sicut scriptum est. Coagulatum est sicut lac cor corū. Hanc vocem fratres petamus, hanc postulem⁹ in hoc paschate pro principibus nostris, vt loquatur dñs pacem in plebem suam, & inspiret eis concordiam: & pastoribus nostris, vt intendant ecclesię reformationi: nam vt videtis, totum perijt: & si nō fuerit ecclesię aliqua reformatio, non est spes melioris status. Ecce voces fratres quibus Deus loquitur ad desertum: nos audiuimus apostolum admonentem. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: sicut fecerunt illi quibus iurauit in ira sua: si introibūt in requiem meam, propter solā duritiam, nam cor durum malè habebit in nouissimo. Sed quid dicit omnibus his vocibus audimus. Parate viam domini: non petit grandia, nō difficilia, nō vt ditemus nos donis & gratijs, nā suum est ditare cor: sed solū vt nos præparemus, vt nos disponamus: nam & hominis est Deo præuenienti parare cor, sed Dei est perficere, vt non resistamus ei volenti ingredi in habitaculum cordis nostri. Parate, inquit, viam domino, hoc sufficit ne resistatis. Vnde quia dicit quia stat ad ostium & pulsat: rogat maiestas vt accipias, vt

aperias. Aperi mihi soror mea, spōsa mea, columba mea. Quanta peruersitas, quanta cæcitas nolle aperire, nolle hospitari. Hoc sufficit ne resistatis: tollite petras & scopulos, & spinas viarū vestrarum: tollite peccata horrēda, rixas, dissensiones, odia, inimicitias, vsuras, simonias, adulteria, furta, inuidias, superbias: nā peccata diuiserunt inter vos & deū vestrū: mundate conscientia scopis confessionis: rigate & purgate lachrymis, & bonis desiderijs & cōtemplationibus orate: & orationū fragrantia ceu suffitu fumigate: & in satisfactionem peccatorum vestrorum aliqua ieiunia vel vigiliis offerre, & elemosynas non habentibus date: hæc enim preparatio sedis dei, vt ait psalmus. Iustitia & iudicium preparatio sedis tuę. Et si feceritis, ipsa maiestas dignabitur venire & inhabitare corda vestra, & implebit omnibus bonis, & gaudio, & lætitia in presenti animas vestras. Ego quidem meam libenter astringo vobis fidem, quòd feliciter hæc paschalia solennia Deo auctore succedent illi, qui Deum ipsum cordis hospitio susceperit: inibit hic gratia, & postmodum futuram gloriam, ad quam nos perducatur.

¶ IN DIE NATALIS Domini, sermo primus historialis.

Transeamus vsque in Bethlehē & videamus hoc verbum quod factum est.

Lucæ. 2.

D 5 Hodiernæ



Odiernę festiuitatis sacramerum fratres, sacrumq; mysteriũ non tam lingua quã affectu colendũ est: non tam verbis, quã gaudijs celebrandũ.

Obsecradus est Deo, vt prestet homini sentire quod colit, colere quod accepit: & qui tantum homini prestat donum, prestat & sensum, ne tato beneficio ingratus inueniatur.

Quid enim proderit grandia recepisse donaria, & hoc ipsum ignorare quod accepit, nisi ad ingratitude labem? O felicem, o sacrum diẽ, quo Deus homo factus, ex utero virginali veluti nouus sol oriẽs illuxit mũdo. O iucundissimam lucẽ, quę vno ictu & Pastorum & Magorum oculos subito radio perstrinxit: hos stellę lumine, illos diuina claritate ducens ad pręsepium. Vt enim ait euangelista, Claritas Dei circũfulsit illos. Quis huius diei sacrã venerãdamq; letitiã valeat explicare sermone? Vidit in spiritu propheta diẽ istum, & gaudio repletus, pondusq; lætitię ferre non valens, exęstiuans spiritu, gratulabũdus erupit in exultationis pręconium, omnes inuocans in adiutorium sibi, vt ad persoluedas tanti beneficij laudes ipsum adiuuare conueniant. Lætentur, inquit, cęli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum & qui habitant in eo.

Psal. 95. Iubilare Deo omnis terra: cantate, exultate, & psallite. Psallite domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubę corneę. Iubilare in conspectu regis domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habi-

tant in eo. Flumina plaudent manu simul montes exultabunt a conspectu domini. Propter quid o propheta, & ad quid ta vniuersalis omnium & immoderata lætitia? Quia venit (inquit) quoniam venit. Notum fecit dominus salutare suum: viderunt omnes termini terrę salutare Dei nostri. Recordatus est misericordię suę, & veritatis suę domui Isracl.

Impleuit quod promiserat antiquis patribus Deus: mittens desideratum gentibus filium suum in carne: vt prophetę eius fideles inueniantur. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Et qualis. Paruulus? Cuius celsitudinis admirentur angeli: stupeant cherubim: pauca nates: populi contremiscant. Siquidẽ vocabitur nomẽ eius, admirabilis, cõ-

filiarius, Deo fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Hęc sunt fratres, quę vobis hodie enarranda suscepimus: hęc sunt quę viuo magis quã ornato sermone dicere concupiscimus: rem ipsã prout gesta est, ex sacra euangelij historia compilates, proprioq; & natiuo vt gesta est ordine proponetes. Astate, & omnibus vos animo exhibete præsentes: quod enim faciliora sunt intellectu quę dicimus, eò ardentiora sunt affectu, si digno, vt par est, feruore animi pensitentur. Nasciturum dominum in Bethlehem longẽ ante propheta prædixerat: neque hoc populi illius scribas & magistros latebat. Sed ne omnibus palam esset altitudo mysterij, veluti a casu propheta impleta est. Inscriptio præcipitur ab Augusto, & dum Maria & Ioseph describendi veniunt in Bethlehem, disponente Deo Christus ibidẽ nascitur, & vaticiniũ impletur. Cur hoc ita? Cur nõ potius virgo Bethlehemitica fuit,

Agg. 2. b
Ecclef. 36. c

Esa. 9. b

Esa. 9. b

Mich. 5. a

ca fuit, & illius incola ciuitatis, ne in tenero saltẽ corpore, partui proxima tam longam peregrinationem subire cogereretur? Nempe vt sigillato mysterio admitterentur digni, arcerentur indigni: hoc nanq; plurimos illius gentis domini æmulos vehementer scandalizabat, quoniã Nazareus erat eorum iudicio, illũ in Nazareth ortum esse putantes: & non in Nazareth, sed in Bethlehem nasciturus erat Christus. Vnde & Nathanael huius vaticinij nõ ignarus, Philippo Ioseph filio a Nazareth Christũ sibi prædicati, a Nazareth (respondit) potest aliquid boni esse: Et cum Gamaliel partis domini fautor in concilio pro domino responderet, ab æmulis domini dictum est illi. Lege scripturas, & vide quia a Galilæa propheta non surgit. Impingebant enim iam in illum lapidem offensionis, & petram scandali, quam prophetans olim prædixerat Esaias. Altissimo ergo Dei profundoq; consilio hoc ita dispositum esse cognoscamus: nõ enim dandum erat sanctum canibus: neque margaritę porcis committẽde. Neq; hic leuiter prætereunda virginis angustia est, cum vicina partui lares proprios dimittere, & alienas petere cogitur: sed, longam terere viã, & per motosam exulare regionem. Virgo (inquã) tenera & grauida, virgo publici nescia, domi assueta, virgo super omnes scēminas prudentissima: neq; min⁹ viri facti anxietas & afflictio dissimulanda, cũ peruagatis singulis quibusq; domibus, nullum virgini reperit domiciliũ: nullum sibi & spõsę adinuenit hospitium. Tristabatur, vtiq; & seipsum fortẽ talibus infortunijs improperabat, sibiq; vni hospitium repulsam

Ioã. 1. g

Ioã. 7. g

Esa. 8. c

Matth. 7. a

attribuebat: & quanto magis illam omni honore dignissimam cogitabat, tanto magis illam videns in honoratam dolebat: sed sacrę virginis temperabatur eloquio, illũ adhortantis, vt libenti forti & alacri animo ista pateretur, sciens sine decreto Dei nihil fieri posse: & quod vir bonus quicquid ei acciderit æquo animo debet sustinere. Siue igitur necessitate cogente, siue quia aduenarum tumultum & frequentia diuersorij virgo horrebat, in porticũ quandam ciuitatis muro proximã hospitari consilium fuit. Est locus sub rupe caua, non hominum manibus, sed Deo fabricante cõstructus, quem tanto mysterio ab initio natura formauerat: & ne vnquam sacra deficeret eides non ex lapidibus, non ex lateribus, sed ex fortissima & durissima rupe omnium creator defixerat: vnde & hodie omnium sacrarum illius temporis ædium sola permansit, cæteris aut bello, aut vetustate consumptis. O locum sacrum, o locum benedictum, o porticum cælo parem, mystico illo tabernaculo digniorem, sanctorum sancta sanctiorem, quem tibi & angeli & homines non debent honorem, cum in te nascatur dominus & angelorum & hominum? O quanto purpuratum, inauratum, & gemmatum dignitate superas templum: templum (inquam) illud magnificũ Salomonis tanta mole cõstructum, toto orbe celeberrimum, cunctisq; mortalibus admirandum. Felix Bethlehem tanti regis ditata natali: felix creatoris tui patria, quę de tanto filio gloriaris: lætare Bethlehem, & per omnes vicos tuos festiuũ hodie alleluia cantetur. Quę tibi ciuitas, quę regio, quod regnum pretiosum

sum illud stabulum non inuideat? Hoc te toto orbe celebrē fecit: hoc famam nomenq; tuum cunctis gentibus vbique terrarum publicauit: hoc tuam super astra gloriam euexit: propter hoc vbique laudaris, vbique desideraris, vndique terrarum confluentibus in te gentibus audifime frequentaris. Non oriens suos detinet Indos, & occidens ad te suos mittit Iberos, vt à solis ortu vsq; ad occasum tua gloria decurrat. Hoc sacrum sacellū sapius (vt existimo) regius propheta Deum adoraturus intrabat: prænouerat enim spiritu monstrante loci dignitatem & sanctitatem, & quorum futurum esset quandoque hospitium non ignorabat. Hoc est quod in psal. legimus, *Psal. 131* Ecce audiuius eam in Ephrata: inuenimus eam in cāpis syluę, introiimus in tabernaculū eius: adorauimus in loco vbi steterūt pedes eius. & infra. Ibi producā cornu Dauid, id est, saluatorem Messiam, per quē regnum & potentia Dauid in seculum confirmabitur. Quibus vtique verbis & futuram in Bethlechem domini natiuitatem apertissime prophetam cognouisse, atque in illo sacro natalis domini loco sapius eundem adorasse monstratur. Neque te moueat, quod de præterito enūciat (steterunt pedes eius) hoc enim commune est prophetis, propter certitudinem prophetiæ futurum tempus in præteritum cōmutare. Intrat igitur virgo regia pauperis hospitij incompositas angustias: intrat domicilium paleis, & animalium stercore sordidatum: domunculamque vento & frigori peruiam granter inhabitat. Non ibi sella, non lectus, non mensa, non ignis, non denique alia supellex, præter humile præse-

pium pascendis animalibus aptum. Hæc sunt bone Iesu partus solatia quæ matri puerperæ præparas? hæc delicia, hæc ampla palatia, hæc opes, hic ministrantium apparatus? Quis iam de aduersa fortuna conqueratur, quis de sua sorte audeat indignari? quis quantūlibet aduersa patiatur, non equo ferat animo? Mater Dei hæc sustinet: mundi domina, & regina cælorum tali hospitatur hospitio: & indignabitur vilis vermiculus, quicquid illi accidat, quomodo docūque tractetur? & pauper non gratias agat in tam despecto loco filium Dei videns? se similem Dei nostri in paupertate cognoscens? & si dura sibi acciderint, nonne in ipsis gloriabitur, cum tam dura & aspera matrem & filium, & pro seipso, patris perspiciat? Aderat iam hora illa sacra, hora aurea, hora rutilans, super omnia tempora benedicta, hora mundi solatio ab initio destinata, & nox *Sapi. 18* in suo cursu medium iter agebat, cū ecce virgineus vndique vultus immutatur, rubent genę coloribus, cā dida que alioquin facies tota purpuratur, ita vt lilijs cādidis assimulare illam posses purpureis mixtis rosas: feruido agitur spiritu, in factis que ardoribus beatissima illius anima inflātur: æstuabat in eis delicijs, inundantēq; gaudiorum impetus tenerum pectus portare nequibat. O virgo benedicta, nūmne isti sunt sacri partus dolores? istæ puerperij intolerabiles anxietates, hæc torsiones, quas solent tali tempore sustinere prægnantes? Prænouit alma puerpera sui partus indicia, & spiritu Dei plena, deuotione feruida, manibus oculisq; in cælum leuatis, flexisque genibus totā se Deo deuouēs, ipsius beneplacitū expectabat. Aderat

Aderat & sanctus Ioseph rerum nouitate perterritus, oransq; & ipse silentio rei exitum attendebat: cum ecce virgineo elapsus vtero decorus infans, nuda terra coram eis euulans palpabat infans omnipotens, mirandus infans, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, *Col. 2. a* infans paruulus & Deus immensus. Qualis ex purpureę gremio aurore cum rutilans oritur sol: qualis rādus, cū vitream penetrat fenestrā, integramq; relinquit: qualis stella fulgorem, aut vernans rosa placidū ex se mittit odorē: talis decora puella suo vtero edidit saluatorem. Adorat mater quem peperit filium, & prius vt Deo deuotum offert mētis obsequium, quā vt puero necessariū exhibeat matris officiū. Quis tuam virgo nunc explicet mentem? quis tui cordis gaudium valeat referare? cū Dei tui, creatoris tui matrē te vides & virginem? gaudium matris habentem cū virginittatis honore? O partum stupendum, o partum mirandum, o partum deniq; qualē decet omnium conditorem. Hunc partum admirans propheta, in mentis stupore actus exclamat. Quis audiuit vnquam tale? quis vidit huic simile? antequam parturiret & peperit, & antequam veniret partus eius peperit masculum. Et ne illius partus modum ignorasse ipsum existimes, alio in loco dicit. germinans germinabit sicut liliū, & exultabit læta bunda: & laudās apertissime immunitatem lætitiāq; parientis designās. Quo me vertam fratres, quid prius dicam? extra me me positū inter tanta miracula cerno. Deus nascitur, virgo parit, partus dolorem non affert: virgo lacte cibatur, ob-

mutescit verbum, lætitiā plorat, & manibus portatur ille qui sustinet orbem. Hoc spectaculo attonitus Ioseph tremebundus astabat: contremiscit & gaudet, turbatur & exultat, nec suum in virginem audeat atollere vultum. Lacta o virgo beata, lacta Deum tuum, panem angelorum o benedicta refice vberē de cælo pleno. Inuolutum ergo infantem mater in præsepio locat, quoniam nō erat ei locus in diuersorio: non erat (inquit) in alieno hospicio locus illi, qui condidit locū: illi qui omnem replet locum, illi qui cunctorum est ipse locus. O extremam paupertatem, loci indigentiam: cui deest in orbe locus? quid mirum si cuncta desinat, cui etiam in diuersorio alieno deerat locus? Alieno nascitur loco, alieno conditur sepulchro, alieno in vita vititur hospitio, & nihil penitus differt à seruo, cū sit dominus omnium. Age iam infans decore, nostras incipe sentire miseras: nostros incipe portare dolores: salutis nostræ aggredere præludia, maior postmodū maiora facturus: accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, exulta vt *Ps. 44* gigas alacriter ad percurrentem laboriosam vitæ mortalis viam. Laboriosum iter aggredere, & opus incipe ad quod venisti: longa enim tibi *Psal. 18* restat via, plura te manent periculosa discrimina, innumera tibi vincēda certamina, acerrimiq; pro nobis subeundi dolores. O elegantem puerum, o puerum pulcherrimum tantis laboribus natum: felices lachrymæ quibus nostra abluuntur crimina: felices ploratus, quibus æterna gaudia possidemus: felices panni quibus nostra nuditas operitur, & gloria nos immortalitatis vestimur:

stimur: felix arctitudo præsepis, qua nobis cæli amplitudo donatur. Tu enim domine iaces in præsepio, ut nos sedeamus in gloriæ & honoris throno: tu brutis animalibus associaris, ut nos angelicis inseramur cuneis: tu virgineo lacte cibaris, ut perpetuas nos mereamur degustare delicias. Meum tua paupertas patrimonium est: & mea virtus infirmitas tua: mea gloria deiectionis tua: & mea est sapientia infantia tua: meum est totum quod pro me pati dignatus es. Mei sunt ploratus: meæ sunt lachrymæ: meam est quod sustines frigus: & mea quam pateris omnium indigentia. Totus es meus bone Iesu, totus es meus, & in meos usus expenderis. Me illa arctitudo dilatat: me illa indigentia ditat: me vagitus ille lætificat: me stabuli abiectio sublimat. Quanta mihi in his omnibus fiducia, quanta gloria! plus nanque domine iniurijs tuis debeo quibus redemptus sum, quam operibus tuis quibus conditus sum: & plus me tibi subditum facit humilis hæc deiectionis tua, quam portentosa illa maris diuisio, & mirabiliu operu apud Aegyptios perpetratio. Longe enim plus est minimum quodque pro homine impassibilem pati, quam mirabilia cuncta pro homine omnipotentem perpetrare. Sed iam ad historiam redeamus. Iacet in præsepio totius mundi gaudium & honor, & veluti fœnum brutis exponitur animalibus: sic enim olim fuerat per prophetam dictum. Consideraui opera tua, & expaui: in medio duorum animalium cognosceris. Mira res & cui similis a seculo non est audita. Agnoscunt supernaturali instinctu creatorem suum irracionales bestia, genera flectunt bruta, & insuetis natu-

Exo. 14

Exo. 7.

Habac. 3. ex versione sepruaginta.

ra motibus reuerentiam exhibent conditori: rudis alioquin a sine coram illo trepidat reuerenter: & quia eloquio nescit, mugitu bos diuinam personat laudem. Prostermitur (inquam) brutum factori suo, quid facturus est rationalis homo? Deus pro homine homo factus est, brutum prostermitur, iumentum adorat, & non sua beneficia recognoscens stabit homo? silebit homo pro quo Deus factus est homo? Quatum extremæ huius ingratiudinis conqueritur dominus per prophetam dicens. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepium domini sui, Israel autem me non cognouit. Israel (inquam) pro quo veni; pro quo hæc omnia pertuli, me cæteris omnibus adorantibus ignorauit, abiecti, & vilipendit, cum insensibilia omnia in maiorem eius infamiam venienti mihi in mundum reuerentiam & obedientiam præstiterunt. Me Magis cælestis stella radian-
Matth. 2
Matth. 8. d
Matth. 14. c.
Matth. 27. f.
Marc. 15. c.
Matth. 27. f.
Marc. 11. b.
Ioã. 21. d
Esa. 1. a.
te monstrauit: aër me iubente conticuit: mare pedibus meis se solidum & calcabile præbuit: terra me in oriente contremuit: sol ut meam nuditatem palliaret radios suos abscodit: saxa etiam durissima ut me sentire mortem viderent me morientem sunt scissa: aruit iussu meus: pisces me imperante glomerantur ad rete: animalia muta exposito mihi genu flectunt infanti: me omnia creatorum suum suo modo venerata sunt & coluerunt: solus me carnalis populus ad quem & propter quem venera, ignorauit. O cæcam nimium stoliditatem, o stolidam supra modum cæcitatem, o ingratiudinem inauditam, digno utique supplicio vindicandam: accede saltem iam nunc rationalis homo, accede ad præsepium istud, & qui peccando iumentis impietibus

Esa. 1. a.

Matth. 2

Matth. 8. d

Matth. 14. c.

Matth. 27. f.

Marc. 15. c.

Matth. 27. f.

Marc. 11. b.

Ioã. 21. d

Esa. 1. a.

Psal. 48

pietibus comparatus es, & similis factus es illis, creatorem tuum vel inter ipsa iumenta recognosce: ne ipsis etiam iumentis posterior te viliores que demones. In præsepio tibi angelorum cibis apponitur, ut conditionis tuæ deiectionisque memineris, dignitatisque pristinae recorderis. Grandis clementia conditoris: quia enim tu brutalem tibi superinduisti figuram, & mutaisti gloriam tuam in similitudinem vituli comedetis fœnum, ipse quoque fœni locum non abhorruit, & gloriam suam traxit in similitudinem fœni, vitulo ad comedendum expositi: verbum enim caro factum est, & omnino caro iuxta prophetam fœnum. Accede igitur deuote & reuerenter, & perspicaci intuitu præsepium istud intueri: neque enim casu putandum est accidisse, quod puer Iesus in præsepio poneretur. Non deerant virginis vires ad sustinendum puerum, neque illi utique tali loco posuisset, nisi magnam aliquod in illo præsepio mysterium ageretur: altissima namque nobis inde paratur eruditio, magna cathedra præsepium illud, ex quo cunctis mortalibus Dei loquitur sapientia, cælestis in stabulo magister legit. Venite ergo gentes, & ad tanti magistri scholam undique properate: stete omnes docibiles Dei. Quid miseri, quid stolidi, inanes philosophorum scholas audisti me frequentatis? Quid humanas tenebras, falsas hominum inuentiones, tam alacriter sequimini? Quid labruscæ acerbæ tam placidis præponitis vuis? Veritatis vobis magister adest, noua de cælo proponitur disciplina, accedite ad eum, & illuminamini: accedite & erudimini: & facies vestrae non confundentur. Ve-

ps. 105.

Ioan. 1.

Esa. 4. b

Ioã. 6. c

ps. 33.

nite properate, & haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: aquas limpidissimas, aquas dulcissimas, aquas purissimas, aquas salubres: non turbidas, non infectas, non venenatas: quales vobis philosophici fontes, non sine magno labore propinant: sed aquas viuas in vitam æternam salientes, aquas salutis & vitæ, aquas veritatis & gratiæ. Omnes igitur sitientes venite ad aquas istas: venite emite absque argento & absque vlla commutatione vinum & lac: vinum spiritus & lac doctrinae gratis vobis propinatur cælestis sapientiæ: dulcissimum poculum, nihil pro illo a vobis exigitur nisi sola voluntas. Audite nunc exemplo docentem, quod postea docturus est verbo. Quicquid enim vobis postmodum angelica personat tuba, humilis nunc ostentat abiecti præsepis angustia. Discite paupertatem, discite humilitatem, discite mansuetudinem, discite patientiam, discite obedientiam, discite charitatem, discite virtutum omnium iustitiæ & sanctitatis normam, discite denique verum bonorum omnium huius seculi contemptum. Probate quod probat, reprobate quod reprobat sapientissimus infans, qui ideo ab initio suæ conceptionis butyrum & mel comedit, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Non vobis contemptibilis appareat infans facerrimus, quia pannis inuoluitur, & præsepio reclinatur. Vestros sursum leuate oculos, & videte de super angelorum cuneos, velut apum examina, circa puerum volitantes, & inter noui crepundia partus mira Deo suo laudum præconia personantes. Erigite sursum aures, & dulcissimam percipite harmoniam, quam nato regi cælorum

Esa. 12. a

Ioã. 4. b

Esa. 55. a

Esa. 7. c.

lorum intonant potestates. Videte tripudium, attendite gaudium, sentite iubilum, quo vniuersum vndiq; personat cælum. Rutilat ingenti lumine atra prius nox, depulsisq; tenebris meridianū claritate sua vincit fulgorem. Admirantur nimis cælestis curiæ principes, immēsam intra tenerrimi corporis facellum inhabitantem domini maiestatem: & vt quondam Heliseum prophetam puero, ita nunc infinitum Deum infanti exiguo mensuratum: & sicut scriptum est, ascēdunt & descendūt super filiū hominis: intrāt & exeūt: intus potentiam, foris clementiam admirantes. Stupent oceanum infinitum modico vase conclusum, lucidissimum ardentissimumq; solem leui nubecula circūuelatum: se mutuo respiciunt expauescentes, neq; est præ stupore proferre sermonē. Quam miro diuinæ sapientiæ artificio, humanis diuina, terrenis cælestia, abiectis sublimia in hoc natalitio copulantur! quomodo vicissim permixta humilibus cælestia resplēdent! Verē attigit Dei sapientia à fine vsque ad finem fortiter, vt diserneret cuncta suauiter. Et vt ex ipsis primordialibus gestis, conditionem modumq; nascētis possis deprehēdere infantis, maiestas eius & humilitas simul eodem spectaculo proponuntur. Nascitur ex muliere, sed ex virgine: iacet in præsepio, fulget in cælo: sociatur brutis, & adoratur ab angelis: pānis inuoluitur, & à profstratis coram se regibus colitur: obmutescit in gremio, & proditur radiante cælo: absconditur in stabulo, & cælestibus hymnis eius natalitia celebrantur. Quanta maiestas, quanta humilitas! Facta sunt hæc, vt in vna eademq; persona duplicem na-

4. Reg.
4. e.

Ioā. g.

Sap. 8. a

turam, diuinam & humanam, ex gestis nequeas ignorare. Homo nanq; est qui ex muliere nascitur, sed deus est qui ab angelis adoratur: homo est qui pannis vestitur, sed Deus qui summa deuotione à regib⁹ colitur: homo est qui vagit in puellæ gremio, sed Deus qui gentibus prædicatur à cælo: homo est qui propter famem lactatur à matre, sed Deus qui propter hominem gignitur sine patre. Ab ipsis igitur incunabulis statim congruenti testimonio nostra fulcitur fides, vt sequentibus signis initia quoq; ipsa respondeat, & fidelis habeat vnde in fide gloriatur, & infidelis vnde de sua pertinacia non excusetur. Sed inter hæc omnia illud maximè ponderandum, quòd non scribis & pharisæis, non sacerdotibus & doctoribus, nō principibus & diuitibus, sed rusticis pastoribus apud Bethlehem hoc secretum reuelatum est, quos Dei claritas circumfulsit, vnusq; ex tripudiantibus angelis ad illos, annūcio (inquit) vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate David. Quantum & quā euidentem de Christo testimonium! & ne ab vno tantum dictum esse videretur, facta est cum angelo multitudo cælestis exercitus laudantium & dicentium. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et si de vnus verbo forte dubitas, plurium te multitudo confirmet. Erubescat Iudeorum perfidia, quibus ad Christi fidem nec tantum sufficit angelorum oraculum. Properant alacriter simplices videre natum regem præsepio recumbentem: inueniunt, agnoscunt, adorāt, iubilant, cælestibusq; hymnis rusti-

cas

cas interferunt laudes. Hi sunt primi ecclesiastici lapides adificij, hi prima ecclesiæ surgētis initia, quos pastor pastorum pascendis gregibus aptos ab ipso natalis exordio ad sui ouilis curam conduxit: quia enim magnum sibi emere ouium gregem postmodum suo sanguine destinauerat, à principio pastores locat, quibus sui postea ouilis curam committat. Quantum horum deuotione simplicium virgo lætata est, quantum de illorum præconio iucundata gaudebat! quia Deo prodente notum cœperat esse hominibus diuinæ dignationis mysterium, quod pro illorum salute in eius vtero gestum est. Gaudebat, quia cælestium vnguentorum odorem iam mundus odorabat, & in eorum fragrantiam (sicut scriptum est) sponsa currebat: gaudebat notam hominibus supernæ ciuitatis filiorum lætitiā, quā iam dudum ipsa beatis auribus audierat. Gaudebat, & tacito intus animo cuncta voluebat, conseruans omnia verba hæc, vt ait Euangelista, & conferens in corde suo. Sicut prudentissima, sicut sapientissima, sicut honoris Dei communisq; vniuersæ veriæ zelatrix, cuncta mysteria cordis armario seruabat suo tempore reuelanda, prophetarumq; oraculis conferebat: non tam vt sibi faceret fidem, cui plurima suppetebant veritatis testimonia omni fide maiora, quam vt cum opus esset, ad omnium utilitatem rei ordinem, prout gesta est, fidelibus aperiret. Vnde ab illa, vt creditur, post domini passionem discipuli domini & Apostoli, eorum quæ nunc de his euangelica narrat historia, multa

Cati. 1. a

Luc. 2. g

didicerunt. Imitentur hodie pastores ecclesiæ pastores istos, qui illorum typum figuramq; gesserunt: vigilent super gregem domini: & custodiant vigilias noctis super ouile commissum: vt diuino perfundantur lumine, & secretorum cælestium participes fiant. Quærant mentis feruore alacres in spiritus gaudio puerum Iesum, non iam cum animalibus in humili præsepio iacentem, sed cum angelis ad patris dextram in gloriæ & maiestatis throno sedentem. Ad modicum oues relinquunt, vt Iesum in legis gremio & in scripturarum abditum perscrutentur, & cum inuenerint & adorauerint, redeant statim ad gregem sibi commissum, & illius sollicitè curam gerant. Atque hoc, non vt isti semel, sed sæpius iteratis vicibus agāt, euntes & redeuntes, ascendentes & descendentes super filium hominis. Proh dolor, non enim ita fit: super reditus & primitias ab omnibus maximè vigilatur, de ouibus vltima cura est: ex pastoribus nanq; alius in principū curia degit, alius negotijs secularibus implicatur: alius ludis & venationibus vacat: alius ampliandæ dignitatis gratia Romā petit, & ouile Christi mercenarijs relinquitur spoliantum, dilaniandum, & dispergendum. Lupis ouium cura committitur, quid facturus est esuriens lupo, nisi laniare, perdere & mactare? Hinc est quòd diuinorū secreta, & spiritalium reuelationū lumina, à prælatis hodie ad vltimas gregis ouiculas transferunt. Vbi hodie episcopus miraculis clarus? sanctitate cōspicuis? spiritu feruidus? scripturarū indagator? doctrina fulgidus? cælestiū scrutator? téporalium cōtem-

E ptor?

ptor? qui propter nemiã ad deum familiaritatẽ, & secretorũ eius cõsciũ fit, & velut alter Moyses irato dño murum se opponere possit pro domo Israel: & propter vitæ eximiam sanctitatem, singularemq; doctrinam, gregis dominici forma factus sit, & virtutũ exemplar. Rarus nũc in ecclesia talis, & qui digito mōstrari possit. Heu sicut populus ita & sacerdos: imò quod sanguineis deflendum est lachrymis, nonnunquã vltimus de populo vita & moribus sacerdos est. Posita est hodie Hierusalem in pomorum custodiã, & pueri dominati sunt eius: pueri (inquã) non ætate, sed sensu. Rara sapietia canicies in prelatis: antistes ecclesie qui virtutibus & sapientia fulgere debuerat, auro nitet & serico: & animarũ ornatus hodie in corporis cultũ permutatº est. Fauore nõ merito ecclesia regitur: & ad curam gregis non sapiens pastor, sed potes quæritur: nõ innoces, sed diues: & qui populũ Dei magis potetia opprimat, quã vita ædificet, & sapietia doceat. Sed de his haftenº: hoc enim ad nos sicut dicere attinet, ita providere non spectat. Magis autẽ & nos trãseamus cum pastoribus istis fratres vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est: videamus diuine dignationis beneficium gratis nobis præstitũ: videamus immensum charitatis pondus, quo dilexit nos Deus: & totis præcordijs & ex intimis medullis immesas ei gratias cum iubilo mentis reddamus. Quid retribuam tibi Deus, quid retribuã pro omnibus quæ dedisti mihi? Superat enim omnẽ sensum, excedit omne iudicium pietas tua, dilectio tua, clementia tua. Sacrificiũ laudis reddam tibi: non quia sufficere exi-

Exo. 32

c.

Ezech.

13.a

1. Pet. 5.

a

Esa. 24.

a

Psal. 78

Thren.

5.b

ps. 115.

ps. 115.

stimẽ, sed quia aliud quod tibi reddere possim in promptu nõ habeo. Suscipe domine libetẽ, quia quod habui hæc & feci. Hoc totis his diebus, imò omnibus diebus vitæ nostræ agamus fratres, hoc continue meditemur, semper quærentes puerum Iesum in via, donec trãseamus in Bethlehem istã, & videamus eum non à matre iam temporaliter nascentẽ, sed à patre æternaliter orientem. Bethlehem domus panis interpretatur, & illam significat de qua dictum est: beatus qui manducat panem in domo Dei. Illa domus panis est, in qua cælestes spiritus & beatorum animæ frumẽti adipe satiatur, & epularum opulentia saginantur. Transeamus fratres in istã Bethlehem spiritu interim dum non licet corpore: transeamus à terrenis & caducis istis voluptatibus ad cælestes illius ciuitatis delicias: transeamus à verustate carnis in spiritus nouitatem. Ignominiosas carnis illecebras relinquamus, & cælestibus nos epulis inseramus: pudeat pudeat, sanguinibus vitiorum humanam sordidare naturam, quam Deus sibi in vnã hypostasim sociavit. Deferamus naturæ nostræ propter hoc vel maxime, quia ita in Christo sublimata est. Meminerimus, quia fratres eius sumus, os de ossibus eius, & caro de carne illius, & vnus cum illo naturæ consortes: & valde pertimescamus in nobis illam foedare naturam, quam in Christo sociatã Deo nõ ignoramus. Quã terribiliter dñs per prophetã huiusmodi naturẽ humanẽ violatoribus cõminatur dicẽs. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimẽtum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Et huius

Lue. 14.

c

Gn. 22.

Esa. 9.

huius causam assignans addidit. Paruuulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. Vestimentum mixtum sanguine, caro est luxuriæ sordibus maculata, qua animus veluti indumẽto vestitur: quæ ab omni contagione sanguinis huius & foedæ coinquinationis si seruata non fuerit, erit in perpetuã gehennæ combustionem, & cibus ignis: non solum quia domini templum in ea violatũ est (vt inquit apostolus) sed etiam quia naturæ, cuius tantus hic paruulus factus est particeps, grauis iniuria irrogata est. Transeamus igitur mare rubrũ carnalium cõcupiscentiarũ cum spirituali Israel: inundantesq; earum fluctus disciplina virga flectamus: neq; trãseantes apud Hierico ciuitatem, id est, seculi pompam, & vanam inanemq; huius mundi gloriam, resideamus: sed vsque in Bethlehem, istam ciuitatẽ domini opulentam, gressu celeri festinãtes, transeamus celeriter, transeamus viriliter: quia nisi transierimus, nõ videbimus: defixis enim in facibus & sepultis in terra cordibus, verbi huius non panditur sacramentum: sicut scriptum est. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro, scilicet, vitiorum, misericordiam tuam? & veritatem tuam in perditione? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? Verẽ terra obliuionis seculum istud, in quo tam immensa Dei beneficia obliuioni ferẽ tradita sunt, & quasi nihilum à memoria hominum exciderunt. Non ita in terra illa viuentium, in Bethlehem illa ciuitate præclara, vbi pro his omnibus indefinenter perpetua cõtinuò redditur Deo laus, & gratiarũ actio, perpetuus hymnus, perpetuus iubi-

Esa. 9.a.

1. Cor. 3.

d

Gen. 14.

c

Psal. 5.

lus, & perpetua benedictio cum innumerabili omnium lætitiã, & gloria. Ad quam nos perducatur ipse Iesus Christus, dominus noster, cui cũ patre, & spiritu sancto, est honor & imperium in secula seculorũ. Amẽ.

DE GRATIAS.

IN DIE SANCTO natalis Domini.

Egredimini filia Sion, & vide te regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Canticorum. 3.



Rãdis festiuitas hæc fratres, & eximio cordis iubilo celebranda: occurrendũ est cũ gaudio & tympanis aduentãti regi in hanc nostram miseriam vallem, & tota veneratione & honore possibili, tãta est à nobis suscipiẽda maiestas. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur, quia vna cũctis lætitiæ cõmunis est ratio. Quis tam ferreus, quis tam mortuus à corde, vt in hac sacra die lætitiã & exultatione nõ repletur? Si enim natalitia principũ apud domesticos & serulos tanto gaudio celebrantur, regis regum & æterni principis natale, quo tripudio colẽdũ est? domesticũ se negat, quisquis huius lætitiæ participem nõ se præbet. Vacemus igitur tãto mysterio: nulla nos cura, nulla nos terrena sollicitudo præpediat. Liberos huic

Psal. 30

sacramēto animos, liberos exhibeamus affectus: nihil nos ab huius mysterij cōtēplatione disturbet: vacuū que ab omnibus cor huic meditādo, venerando, colendoq; præstemus. Hoc est quod adolescēculas feruida sponsa in assumpto themate cōmonet, dicens. Egredimini filiæ Siō, &c. non ignara mysterij, sed experta suauitatis abundantiam, dulcedinis copiam, quam de huiusmodi susceperat contemplatione sacramenti, si lias prouocat in idipsum, cupiens & ipsas similia experiri: cōsimilia degustare: & ideo illas inuitans clamat & dicit. Egredimini filiæ Siō: egredimini (inquam) ab huius seculi præpedientibus curis: egredimini a torquentibus & tumultuantibus mundani huius fori negotijs: egredimini a carnis huius demulcentibus illecebris, & temporarijs voluptatibus: egredimini ab inexplebilibus fallacium diuitiarum desiderijs: egredimini a praua morum consuetudine, & peccatorum onere, vos in infima deprimente: egredimini demum de medio Babylonis huius, vt tantis possitis interesse mysterijs, & nectareos e cælo percipere haustus. Si enim non egressæ fueritis, non gustabitis, non videbitis, non gaudebitis. Vacate ergo & videte quā suavis est dominus, eius enim suauitas nisi a vacantibus non gustatur. Vnde & ps. 33. magnus ille Moyfes cū ad ardentem & incombustum rubum accederet, diuino prohibitus est eulogio dicens. Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas sanctus est. Et quid ad locum sanctum calciamenti solutio? Quid sanctitati cum calceo? Locus spinosus est domine, & calciamentum de-

Hic. 50
b

ps. 33.

Exo. 3,
b

ponere iubes? Non ait, tolle pileum: genua flecte: prosterne te coram domino: quæ insignia solēt esse cultus & reuerentiæ, sed calciamentum solue. O magnum ibi latens sacramentum: rubum enim quem viderat Moyfes incombustum, conseruatam agnouimus tuā laudabilem virginitatem sancta dei genitrix. Tu virgo beata, tu es ille rubus ardens & inconsumptus: tui typum umbra illa gerebat: tuam partu non violatam, sed sacratam virginitatem rubus ille signabat: te demonstrabat illa figura. O igitur quisquis non iam ad vmbra, sed ad ipsam veritatem passibus cordis accedis, vide ne procaciter irruas: accede reuerenter, accede deuotē. Si enim umbra sic colitur, si ab umbra sanctus arcetur, tu peccator & sordidus ad veritatem ipsam qua audacia properabis? Accede ergo sed cum timore multo & reuerentia: & si vis intelligere mysterium solue calciamentum: calciatis pedibus, nō acceditur ad sacra. Calceus animæ affectus, & cogitatus: horum calciamenta pedū carnis passiones, appetitus, cupiditates, & illecebræ. Hæc ergo calciamenta de pedibus tuis solue: exue affectus tuos ab his: dimitte eos liberos, & accede. Calciato non cōceditur accessus ad sacra: canibus nō datur sanctū, neque mittit deus margaritas suas ante porcos: terrenis curis oppressus animus cælestia nō degustat: multo puluere scedatus oculus magnū Salomonē nō poterit videre coronatū. Excute ergo de pedibus calceos, si ardentē & incombustum rubum cupis videre. Quid enim Deus in carne nisi ignis in rubo? An non rubus spinosa caro quā assumpsit, plena doloribus, ple-

Matth.
7. a

na

Sap. 9. a

Psal. 26
& 104

na pūctionibus, plena pœnalitatibus? Credite mihi fratres, hæc sunt quæ nos a cælestibus auocāt: corpus enim quod corrūpitur aggrauat animā: atq; deprimit terrena hæc inhabitatio sensum multa cogitantē. Si has excurimus passiones, statim ad cælestia spōte rapietur affectus: spiritualis enim est animus, & spiritualibus delectatur, si tam pōderosa mole nō ad hæc infima & vilia traheretur. Vnde sicut accipitres deposito oculonam caputio, & solutis pedicis, statim visa præda in illā cū impetu volitantes feruntur, ita si ab oculis cordis capitiū terrenæ affectionis tollamus, & de affectibus nostris pedicis passionū carnalium dissoluamus, cogitatio nostri statim euolat ad superna. Egredimini igitur filiæ Siō, vos (inquam) quæ toto animi desiderio spōsum die ac nocte requiritis, vos quæ pro ipso omnia contempsistis, vos quæ ad ipsum totis visceribus anhelatis, & faciē eius semper queritis, non filias Babylonis alloquor, quarum affectus omnis in terra, quarum omne studiū vanis & spurcis voluptatibus indulgetur: quarum mens sopita cupidine nullū potest veri luminis intueri fulgorē. Vos igitur filiæ Siō, vos regni cælestis hæredes, Deo nubiles, amabiles dñō, spōsi famulæ, Hierusalem ciuitatis incolæ, Deo deuoræ, eia egredimini, expedito vos curis, vacate mysterijs, & videte regem Salomonem, regem pacificum, regem sapientissimum, Dei sapiētiam, & veram pacem omnium: qui ad hoc natus, & ad hoc missus est vt omnia pacificaret: & pacē omnibus daret. Noster enim hic Salomō vsque adeo Salomon est, vt non solum pacificus, sed & ipsa pax sit. O vere magnum Salomonem & paci-

ficum regem, qui hominē Deo, hominem angelo, hominem homini scederauit, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, Deo debitā d rependens delicti satisfactionem in proprio sanguine, vt Deus homini illam ad quam conditus fuerat gloriam condonaret. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & populum populo in vnam fidem c coadunauit, soluens parietem macericiæ medium, & in suo sanguine faciens pacem, pacem his qui longē, pacem his qui prope. Hūc ergo magnum Salomonem videte in diademate, quo coronauit eum mater sua: mater beata, mater sancta, mater virginea, mater super omnes sceminas benedicta: diademate (inquam) non aureo; non argenteo, sed carneo ex visceribus suis artifice Spiritu sancto fabricato, diademate decoro, florido, vernante, omniumque odorum varietate fragrante. Videte nunc in præsepio Salomonem hunc a matre sua diademate laureatū, visurū quādoque eundē in throno a patre suo magnificē coronatum. O præclaram coronā, quæ capiti imposta totū corpus venustat & decorat: o diadema gloriosum, quo cuncti mortales titulū, & ius in regnū cælorū sortiti sunt. Corona nostra caro Christi est: per hanc regnum cælorū possidemus: per hanc in regnum cælorum ingressum habuimus: nullus enim quantumuis perfectus & sanctus, ante hanc potuit regni cælorū gloriā possidere, neque propheta egregius, nec patriarcha primus, neque ipse dñi præcursor Ioānes, quo maior nō surrexit in orbe. Hoc diademate coronauit eū mater sua in die desposicionis illius cū humana natura: quando in virgi

Eph. 2. d

Eph. 2. c

Matth. 11. b

E 3 neo

neo eius thalamo sponsam sibi sine
 Ephc. 5. macula, & sine ruga, sociavit in con-
 f. iugē fœdere sempiterno. A quo nūc
 ps. 18. thalamo egressus in mundū, suæq;
 sponsę, id est, ecclesię cōspectibus
 ps. 44. presentatus, miro eam sua pulchri-
 tudine inflammauit amore: quippe
 quia speciosus forma nō solū præ fi-
 lijs hominum, sed etiā præ millibus
 angelorū. Vnde ad ipsum statim in
 pastorib⁹ properat, & in regib⁹ dex-
 tram cōiungere dextrę confirmare
 cōnubium, ratificare cōiugium, sibi
 que cum in sempiternū sponsum &
 dñm indissolubili fœdere sociare.
 3. Reg. 10. Hęc est regina illa Saba quę à fini-
 bus terrę venit videre sapientiã Sa-
 lomonis: hęc est Aethiopiſſa illa cō-
 iux Moyſi, propter quā Aaron &
 Numc. 12. a. Maria cū ipſo rixati sūt: sed magn⁹
 Exo. 2b. iste noster Moyſes, qui venit nō per
 2. Ioā. 5. aquā solū, sed per aquā & sanguinē,
 b. qui etiā sponſus sanguinū factus est,
 Exo. 4. illi dilectā suam Aethiopiſſā nō di-
 mittet. Murmuret Aaron, rixetur
 Maria, id est Iudæorū sacerdotium &
 synagoga, nō abiciet magnus dux
 Aethiopiſſam suā quā amavit, quā
 suo sanguine candidavit, suo corpo-
 re subarrhavit. Nigra sum (inquit)
 Cāt. 1. b. fœtor, sed formosa, sed decora: deco-
 rante me deo sicut tabernacula Ce-
 dar, sicut pelles Salomonis. Nolite
 me cōsiderare q̄ fusca sum, sed cōfi-
 derate etiā quia formosa sum. Noli-
 te aspicere idolatrię præcedētis ni-
 gredinē, sed inspicite magis succedē-
 tis fidei eximiū decorē: hic dies de-
 spōsationis illius cū ecclesia, hic dies
 Cāt. 3. d. quoque lætitię matris eius. O virgo
 beata, quis tuā hodie valet explica-
 re lætitiā? Quis estimare gaudiū po-
 terit cordis tui? cū dei & creatoris
 tui matrē te conspicias, cū virginitatē
 tuam illibatā & integram sentis, cū

omni creaturę prælatā iure te vides:
 mundi dominā, angelorū reginam,
 hominū aduocatā: Neq; enim digni-
 tatē tuam ignorabas, quādo prophe-
 Luc. 1. e. tico spiritu, in deo salutarī tuo exul-
 tans, beatā te ab omnibus prædican-
 dā præcinnuisti. Attendite fratres, si
 cui nostrū infallibili signo sua pade-
 retur prædestinatio, & quod cęlestis
 illius Hierusalē domesticus, & indu-
 bitat⁹ cuius esset futur⁹, quo gaudio
 iubilaret! quā lætitia exultaret! quā
 lōgē ab cōtristes exularēt & lacry-
 mæ & luctus! Cui ergo palām erat,
 non quidē vnā ex cęlestibus incolis,
 aut ex ciuib⁹ illis supernis futurā
 solūm, sed maximā & reginā, pōde-
 rate quo perfūdatur gaudio? sentite
 quo exultet tripudio: Hoc est specta-
 culum virgines, ad quod vos hodie
 alma inuitat ecclesia: spectaculū grā-
 de, spectaculū gloriosum, spectacu-
 lum omniū maximum, & visu digni-
 simum, prodigiū super omnia pro-
 digia, magnus ille noster Salomon.
 Egredimini & videte Deū in puero: Cāt. 3. d.
 æternum in tenero: Dei maiestātē
 in vagientis infantia: videte leonem
 in agno: gigantem in paruulo: Dei
 potentiam tenerę carnis erga stulo-
 circūclusam: videte cibū esuriētē:
 fortitudinē trepidatē, portatū ma-
 nib⁹ qui sustinet orbē: Deus pēdet
 ab vberē: omnipotēs pānis inuolui-
 tur: & animalīū scēnū fact⁹ est cibus
 angelorū. Egredimini, & videte potē-
 tissimū illum Sālonem ligatū mani-
 Iud. 16. bus, capillis scissū, in Dalilę gremio
 quiescentē. Hęc cum nobis de cęlo
 traxit: hęc suo decore captum, car-
 neis nexibus ligatum, & infirmum,
 nobis tradidit pro populi sui salu-
 te irridendum, & occidendum.
 Decora Dalila, cuius pulchritudo
 ita placuit altissimo. Est ne aliquod
 specta-

spectaculum in mundo, quod huic
 valeat comparari: Obstupescite vir-
 gines super hoc, admiramini vehe-
 menter, egredimini rationis me-
 tas, egredimini præfixos humanę
 cognitionis terminos: trāscēdite hu-
 manos sensus, & in profundā ecsta-
 sin deducimini, super tantam & tam
 inestimabilem pietatē, super tam
 admirabilem Dei nostri dignatio-
 nem. Amore hominum hęc omnia
 sustinet Deus: pro vili vermiculo
 hęc portat altissimus: pro creatura
 sua creator mortalis nascitur, pānis
 inuoluitur, vberē lactatur, præse-
 pio iacet, animalibus sociatur. Hęc
 die noctūque animo voluite: hęc
 assiduē contemplamini: hęc vbiq;
 & semper in cordibus ruminatē: ta-
 lia enim & tanta sunt hęc, vt meritō
 ē memoria nostra nunquam exci-
 dere debeat. Videte etiam regis ho-
 spitium, videte cunas, videte comi-
 tatum, videte regium apparatus.
 Non sub poplite ostrum regale, nec
 eius membra, vt decebat regem, pur-
 pura teguntur: non diadema fulget
 in capite: nō ibi multitudo famulo-
 rum: non regia domus: nō aureę cu-
 nę: in stabulo nascitur, in præsepio
 reclinatur, iumētis associatur. O ex-
 tremā omnium paupertatem: o vlti-
 mam egestatem. Venite principes,
 venite reges, venite potētes, qui ve-
 stibus pretiosis auro & gemmis in-
 textis induimini, qui mollibus stra-
 tis recūbitis, qui pretiosis & delicatis
 cibis periturū breui corpus, & ver-
 mibus esca futurū, tam auidē impin-
 guatis: venite, & videte regem regū
 omniū Salomonē, quo nascitur pa-
 latio: quo relidet throno. Audite
 primā eius lectiōnē, quā in filētiō
 docet, & discite ab eo quia mitis est,
 & humilis corde. Discite humilita-

Matth.
 n. d.

tē, discite paupertatē, discite asperi-
 tatē, discite patientiā, discite obediē-
 tiam, discite indigentiam, discite cha-
 ritem, discite tandem omniū quę
 in hoc mundo bona putantur, verū
 contemptum: cū sic illa videatis
 ab hoc summo rege contemni, quia
 verē illa cōtemptu digna sciebat. O
 magna cathedra præsepiū illud, in
 quo relidet diuina sapientia, magi-
 ster orbis. Totū ibi legitur euange-
 liū: quicquid enim ō bone Iesu, po-
 stea verbo docuisti, hic statim ortus
 opere demonstraſti. Quid enim a-
 liud homines quærunt, nisi delicias,
 diuitias, & honores? Quod cęlestis
 magister damnat, mundus probat:
 quod ille probat, mūdus cōdemnat:
 vide cuius vis esse discipulus. Et si
 opere mundanus es, ne dicam paga-
 nus, noli de Christi nomine gloria-
 ri: si autē Christian⁹ es, Christū tuū
 sequere: Christū imitare: Chri tui
 adhēre doctrinę: respice in faciem
 Christi tui, & cōsimilia operare. Si Ps. 83.
 Christum nō sequeris, qua ratione
 Christianus nūcuparis? cur te Chri-
 sti discipulum esse mentiris? Noui-
 mus Athenis plures philosophorū
 sectas, alios Platonicos, alios Pytha-
 goricos, alios Epicureos, alios Stoi-
 cos: quisq; iuxta opinionē suam, &
 nomē sortiebatur, & vitā cōsimilem
 sectabatur. Si trigitur Christian⁹ es
 nomine, esto & re. Cur Christi do-
 ctrinā amplecteris, & vitā in cōtra-
 rium agis? nomine Christianus, vita
 mūdānus. O nimiam cęcitatē, ō ma-
 ximam mūdānorum stoliditatem:
 Christo applaudunt vocabulo, &
 opere contradicunt: quasi non ipse
 cū venerit, veros à fallis nouerit di-
 scipulos separare. Sed iam ad propo-
 situm redeamus. Postquam igitur
 videritis regem Salomonē pannis
 E 4 inuolutū

inuolutum, in præsepio recumbentem, ipsumque adoraueritis, & vos illi toto corde obtuleritis in obsequium: videte etiam ipsius præclarissimam matrem, nimio gaudio lætabundam. Aspicite qua deuotione adoret, qua reuerentia tractet, quã solerti diligentia seruiat. Videte lactantem, quem adorat: adorantem, quem lactat. Animaduertite virginem puerperam, euacuatam neque vitiatam: gaudium matris habentem cum virginitatis honore. Videte partum admirandum, partum stupendum, partum sacrum, partum Deo dignissimum: & obstupescite cum propheta dicentes: Quis audiuit vnquã tale, quis vidit huic simile? Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius, peperit masculum. Neque post hæc omnia, dedignemini illum cernere sanctissimum virum Ioseph, in tam prodigiosa re trepidantem, hærentem, & ad tanta & tam noua miracula expauescentem. Stupet, & gaudet: admiratur, & lætatur: feruet intus spiritu, neque audet in tantam maiestatem attollere vultum. O felicissime Ioseph, quã verum esse cernis quod dictum est tibi ab angelo: quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Vidisti certè sacri partus prodigium: vidisti, & omnium quæ gesta sunt testis fuisti. Vide quantum sortitus es à Deo gloriam: attende quo ministerio seruiendum est illi, cui pro Fescéninis angeli cōcinunt. Videte quoque post hæc prostrata iumeta in præsentia creatoris: videte mugientem bouem: & quia humani eloquij expers, mugitus pro laudibus referentem. Pudeat pudeat conticescere, vbi iumeta loquuntur. Nemo fit mutus, loquenti-

Esa. 66.

Matth. 1. c.

bus illis. Deus pro homine homo factus est. Bos agnoscit, & asinus adorat, iumentum prosternitur: & stabit homo, & filebit, & genua nõ flectet ingratisimus homo? O quã vera & iusta est domine querimonia tua per prophetã, quãdo per ipsum dixisti. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit: & populus meus non intellexit. Solus ille ingratus est pro quo hæc omnia pertuli. Accede igitur homo & adora: accede, & lauda: noli dicere, peccator ego sum, iniquus sum, factus sum quasi iumentum coram illo: nam ecce inter iumenta positus, iumenta non abijcit. Videte etiam pastores adorantes, & rusticos illos spiritu plenos gaudio lætantes, Deo suo, Christo suo rusticis laudibus concinentes. Leuate quoque oculos, & videte desuper angelorum cuneos, velut apum examina circa puerum stupentes quidem primò, deinde laudantes. Cernunt nanque abyssum luminis in laterna: solem in nubecula: oceanum infinitum paruò corpusculi vase conclusum. O quãta in supernis illis spiritibus admiratio, quantus stupor! Et forte ille sunt filie Hierusalem, quas hortatur sponsa egredi de paradiso, ad videndum suum Salomonem diademate laureatum. Quis enim in cælo mansit angelus, qui ad tantum spectaculum non veniret? Festiuum natalis domini sui celebrat diem: corporeoque domino, ipsi quoque in assumptis corporibus mirificas concinunt laudes. Resonat vndiq; cælestis harmonia, & clangore tubarum, & organorum musica personat cælum. Alij autem per aëra uolitantes, canoro iubilo iteratis uocibus

Esa. 2. a.

Psal. 72.

cibus dicunt. Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Hæc sunt virgines Deo deuote, quæ in hac sacra die videre admonemini, non quidem corporeis oculis, hoc enim paucis datum est. Quantum hoc prophetæ desiderauerunt, quibus hoc lachrymis postularunt, ut Deum inter homines commorantem, & colloquentem, in hac vita videre & audire mererentur, testis est ipse dominus: qui ad apostolos suos de hoc loquitur, dicens. Beati oculi qui uident quæ uos uideritis: dico enim uobis, quod multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uideritis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Vnde & quidã propheta hoc estuans desiderio dicebat. Ecce ueniet dicit dominus, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis itabit ad uidentum eum? Sed & hodie quid non pateremur, quibus nos periculis non exponeremus, quid non daremus, si tanta nobis mysteria cernere possibile foret? Testes sunt huius, qui non modico uitæ suæ periculo, inter tot discrimina rerum per mare per terras, cauatam rupem illam, & sacrum huius natalis locum, ex longinquo uidere festinant, tanta cum cordis auiditate, ut se in hoc adipiscendo felicissimos reputent, etiam hic uiuentes. Sed quia hoc iam sperare non licet, egredimini mentis excessu, si forte uidere possitis in spiritu, qui corporali oculo nõ iam finitur. Verum tamen est, quod deuotis mentibus, & in ipsum ualde anhelantibus, hoc etiam nonnunquam largitur Christus: sicut illi deuotissimè Paulus, teste Hieronymo præstitum est: quæ quoniam pro Christo omnia dimiserat, & relictã

Luc. 10.

Malac. 3. a.

urbe in Bethlehem sitibunda permanerat, uidere meruit quod optauit, scilicet, nascentem dominum: gratulantem virginem: ouantes angelos: Magos cum pastoribus adorantes: & cætera omnia per ordinem, quæ hac sacra nocte ibidem gesta fuere. Quid pro suis sanctis non faciet dominus? quid dilectoribus suis non præstat omnipotens? Bernardus quoque deuotus virginis famulus, hac nocte, hora natiuitatis, infantem meruit uidere nascentem, & gratulatus est. Neque dubium, quin alijs pluribus hoc fuerit aliquando concessum. Quod si uobis sic tantis non contigerit interesse mysterijs, saltem uidete animo, uidete oculo mentis: & profunda hæc meditatione pensate, totos hos dies his sacris meditationibus incumbentes: & quia corpore non potestis, præsentem uos singulis mente & spiritu exhibete. Hæc est enim uera solennitas, hæc placita Deo festiuitas, quæ non uerbis & cibus, non ludis & cachinnis, sed spirituali gaudio intra cordis cubiculum celebratur, sicut scriptum est. Lætabuntur in cubilibus suis. Et rursus. Reliquiæ cogitationis diem festum agent. Tibi hæc spiritualis & iucunda festiuitas sine mentis excessu non agitur. Egredimini igitur, & lætamini, & iucudamini. Sed non est in hominis potestate egressio ista: non egreditur, nisi qui manu Domini extra ducitur: nemo intrat cellam uinariam, nisi manu regis non fuerit introductus. Sic enim ait. Introduxit me rex in cellam uinariam. Vnde huius conscius propheta clamat ad dominum. Educ de carcere Deus animam meam. Solue (inquam) intellectum erga stulo sensus alligatum, ut libero uo-

Psal. 149.

Psal. 73.

Cant. 2. a.

Psal. 141.

latu rapiatur ad alta: corporeis enim sensibus immersus, spirituales nescit discernere gustus. Educ ergo de carcere, non morte, sed spiritu, ^{ps. 105.} deus, animam meam, Sed ad quid? Ad videndum (inquit) in bonitate electorum tuorum: ad letandum in lætitia gentis tuæ: ad laudandum cum hereditate tua: ut videam mysteria hæc ea perspicacia & deuotione, qua vident electi tui: & videndo gaudeam, non temporalis gaudio, sed lætitia gentis tuæ: & videndo & gaudeo, tandem sicut te laudat hereditas tua domine, hereditas illa quam & hic temporaliter possides per gratiam, & in cælo æternaliter per gloriam: ad quam nos perducatur ipse qui natus est pro nobis, dominus Iesus Christus: cui cum patre & spiritu sancto, est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

IN DIE NATALI Domini, Concio tertia.



Propheta regius hu-
ius nostræ solenni-
tatis gaudio inebria-
tus, spiritu feruens,
deuotione succensus,
ita inquit. Deus docuisti me à iuuentu-
te mea, & vsque nunc pronuntiabo
mirabilia tua: & vsque in senectam
& senium deus, ne derelinquas me,
donec annunciem brachium tuum
generationi omni quæ ventura est:
potentiam tuam, & iustitiam tuam
Deus, vsque in altissima quæ fecisti
magnalia: Deus quis similis tibi? O
miram eloquij cælestis phrasin, o

ardentissimam spiritus elocutionem.
Opere pretium erit fratres, in ea exponenda vel ad modicum demorari: declaratio enim sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Deus (inquit) docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc toto vitæ meæ tempore. Tu solus mihi magister, tu doctor meus, ex ore tuo didici quicquid scio, alienam doctrinam penitus ignoro: alterius me non miscui disciplinæ, tu meus solus, mea lux, & mea sapientia solus. Tu pro tua in me beneuolentia & charitate, in schola cordis mei, incerta & occulta sapientiæ tuæ dignatus es aperire mihi. Propter quod non tacebo, sed pro mea virili pronuntiabo hominibus mirabilia tua, quæ te magistro cognoui: non vno quidem aut duobus mensibus, aut annis, sed vsque ad senectam & senium, dum ^{ps. 50.} vita durat, quoadiu vixero, & quousque spiritus hic meos rexerit artus. O Deus meuste obsecro, te deprecor ne derelinquas me: non auferas gratiam tuam, lucem tuam, & sapientiam tuam à me donec annunciem brachium tuum, filium tuum, generationi omni quæ ventura est. Nam ^{psal. 79.} populus iste Iudaicus, rudis, carnalis, rusticus & terrenus, non sapit quæ Dei sunt: cælestium sacramentorum capax non est: veniet autem scio, futuris temporibus generatio alia, multum ab ista differens: generatio fidelis, generatio sapiens, spiritualis & pulchra, populus docilis, prudens, sanctus, & perfectus. Huic ego vehementer litio prodere, pronuntiare, & aperire mirabilia tua, operumque tuorum miranda mysteria. Quenam obsecro rex, quæ nã sunt ista mirabilia, quæ narrare cupis? Nunquid portenta illa Aegypti, ^{Exo. 3.} incombustum rubum, versas in sanguinem aquas, serpentem deuorantem colubros, primogenitosque matris, diuisum virga mare, summos fluctibus equos, cælo cibatum populum, ortygométris, id est coturnicibus, compluta castra, siccatum flumen, ruentesque tubicine muros? Sicut hæc quæ tanto tempore venturæ generationi seculisque futuris pronuntiare cupis? Audiuimus olim ea, & ^{Ios. 6. a.} scriptura narrante didicimus. Non ^{ps. 70.} (inquit) non, sed potentiam tuam, & iustitiam tuam deus vsque in altissima quæ fecisti magnalia: maiora multo & præclatiora sunt quæ pronuntio, stupenda timendaque prodigia super quæ cælum stupeat, & terra contremiscat. Deus carne velatur, Deus de virgine nascitur, ^{Lucæ. 1.} Deo præsepio reclinatur: virgo concipit, & 2. virgo parit, virgo in partu dolorem non sentit. Mensuratur puero matris stas immensa, & intra tenerrimi corpusculi vasculum clauditur, qui continet orbem. O mirabilem infantem, o prodigiosum puerum, o vnicum omnium miraculorum, & prodigiorum potentissimum & maximum. Hæc sunt mysteria, quæ ardenti desiderio cupit enarrare propheta, in quorum consideratione liquefcit omnis anima, non antiqua illa portenta, quæ ad hæc comparata minima sunt. Vnde in Esaia dominus ait. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua, nunc orientur, utique scietis ea. Id est, faciam ego alia noua opera, multo illustriora & clariora, quorum magnitudine & claritate obscurentur antiqua, & obliuioni tradantur, ac pro nihilo reputentur. Vbi est dies hæc? Vbi nunc obsecro memoria

^{Exo. 7.} incombustum rubum, versas in sanguinem aquas, serpentem deuorantem colubros, primogenitosque matris, diuisum virga mare, summos fluctibus equos, cælo cibatum populum, ortygométris, id est coturnicibus, compluta castra, siccatum flumen, ruentesque tubicine muros? Sicut hæc quæ tanto tempore venturæ generationi seculisque futuris pronuntiare cupis? Audiuimus olim ea, & ^{Ios. 6. a.} scriptura narrante didicimus. Non ^{ps. 70.} (inquit) non, sed potentiam tuam, & iustitiam tuam deus vsque in altissima quæ fecisti magnalia: maiora multo & præclatiora sunt quæ pronuntio, stupenda timendaque prodigia super quæ cælum stupeat, & terra contremiscat. Deus carne velatur, Deus de virgine nascitur, ^{Lucæ. 1.} Deo præsepio reclinatur: virgo concipit, & 2. virgo parit, virgo in partu dolorem non sentit. Mensuratur puero matris stas immensa, & intra tenerrimi corpusculi vasculum clauditur, qui continet orbem. O mirabilem infantem, o prodigiosum puerum, o vnicum omnium miraculorum, & prodigiorum potentissimum & maximum. Hæc sunt mysteria, quæ ardenti desiderio cupit enarrare propheta, in quorum consideratione liquefcit omnis anima, non antiqua illa portenta, quæ ad hæc comparata minima sunt. Vnde in Esaia dominus ait. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua, nunc orientur, utique scietis ea. Id est, faciam ego alia noua opera, multo illustriora & clariora, quorum magnitudine & claritate obscurentur antiqua, & obliuioni tradantur, ac pro nihilo reputentur. Vbi est dies hæc? Vbi nunc obsecro memoria

Aegypti: vbi arca testamenti? Vbi vrna manna: phas antiquum, & illorum monumenta factorum? quis hodie pro illis canticum canit, quis pro illis nunc gratias agit? Succedentibus utique nouis incomparabiliter maioribus antiqua cesserunt & oblitterata sunt. Sicut Hieremias ^{Hier. 3.} propheta prædixerat. In diebus illis (ait) non dicent ultra arca testamenti domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius. Tantum enim nostra ab illis distant, quantum res ab umbra, veritas à figura. Vnde te hodie à Iudæa cæca conuenio, tuamque conscientiam intus interrogo, quæ nam obsecro ista sunt noua quæ facturus erat Deus, quorum magnitudine obscuretur antiqua? quæ nam facta sunt postmodum illis miraculis clariora? quando vobis postmodum aut mare diuisum, aut siccatum est flumen? quando manna de cælo datum? quando petra vobis fudit aquas, aut aliquid simile, ne dicam maius, præstatum est prodigium? cum tamē promittat per prophetam dominus, se maiora multo facturum, quorum respectu non memorentur antiqua. Si dixeris, quia ventura sunt, obstat promissio: nunc orientur, id est, cito. Si dicis, quia in secreto facta sunt, litera contradicit, cum ait. Utique scietis ea. Quia ergo signare non poteris, veni mecum in Bethlechem, & his multo maiora videbis. Miraris populo diuisum mare, modicum est: ecce oceanus infusus modico corpusculi vase concluditur. Miraris quod rubus arserit incombustus, parum est: ecce virgo parit intacta. Miraris quod virga Aaron sine aliquo humore fronderit, nihil est: ecce virgo regia sine virili opere Deum atque hominem parit.

Miraris

Exo. 2. Miraris eximium prophetam Moysem positum in canistro, parum est: mirare amplius regem caelorum positum in praesepio. Miraris columnam ignis, & nubem populum per desertam ducem, mirare potius ignem deitatis flagrantissimum, tenui nubecula clausum, ducem & magistrum orbis exortum. Quid dicam amplius? miraris retro actum solē Gabaone deuieto, mirare potius humiliatum Deum, diabolo superato. Miraris Heliam prophetam magnum exiguo puero commensuratum, oculis oculos, manibus manus, & os ori, & pedes pedibus applicantem, mirare potius diuinam illam maiestatem in exiguo puero incuruatam, virtutesque diuinas pueri viribus commensuratas. Sed quid moror? dies non sufficeret ad dicendum, si singula singulis applicarem, ut horum ad illa innotescat excessus. Umbra illa erat (ut diximus) & veritas ista: & in horum typum & figuram illa facta sunt. Vnde sapiens quidam sapiens orat: Innoua signa, immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum. Id est, renoua & reuera quae facta sunt signa, sed non sicut facta sunt: sed immuta in rem ipsam umbram, & in ipsam veritatem figuram. Sed in quo innouabuntur, in quo immutabuntur? vtrique in brachio dextro tuo, filio tuo. Ideo sequitur. Glorifica manum & brachium dextrum. Haec sunt mirabilia tua domine, quorum memoria non deletur in aeternum: de quibus caelum & terra, & omnis stupeat creatura. O mirandum seculis omnibus spectaculum: videres angelorum cuneos rusticis hominibus, & iumentis permixtos, solo prostratos, reclinatam in praesepio adorare maiestatem:

Exo. 2.
a

Exo. 13.
d

Ios. 10. c

3. Reg. 17. e

Ecclesi. 36. a

nulla in eis ambitio dignitatis, vbi tanta inspicitur humiliatio maiestatis. Admirantur attoniti, stupent, haerent, respiciunt se mutuo, neque valent praestupore proferre sermonem. Harmonicis alij canticis foris resonant, & laudibus modulantur amoenis: agglomerantur ad puerum sicut apes ad fauam, ascendunt & descendunt super filium hominis, ingrediuntur & exeunt: intus maiestatem, foris infirmitatem: intus potentiam, foris infantiam: intus deitatis thesauros, foris paupertatis panes oculis lynceis inspicunt: alternantibusque concinunt epigrammata choris, impletum est quod per prophetam de Messia dominus praedixerat: Vitulus & leo & ovis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos: & leo quasi bos comedet paleas. Nam ecce angelus cum boue & rustico pastore astat ad praesepium, & inde cum illis suo pascitur cibo. Nam quod sequitur, Et deletabitur infans ab vberibus, super foramina aspidis, &c. nemo dubitat in Magorum vocatione fuisse completum, quos a faucibus draconis, ab vberibus virginis infans recens potenter eripuit. Sed non leuiter transfundendum est, quod in hoc tam mirando stupendoque mysterio, potentiam & iustitiam praeter ceteris psalmographus admiratur: lucet enim amplius Dei omnipotentia in hoc opere, quam in orbe. Nam et si nulla sit creatura in qua Dei potentia non reluceat, quia creare ad solam omnipotentiam pertinet, & infinitam virtutem arguit in create: neque posset vnum folium aut florem vniuersitas angelorum ex nihilo producere: sed non sic paruit in ceteris quid possit Deus, sicut patuit in

Esai. 11

b

in hoc facto. Quid mirum enim si Deus angelos aut caelos creat? quis etiam admiretur, si creator pulchras & nouas ediderit creaturas: Illa vtrique supra modum admiranda potentia, qua creatrix essentia & creata, impassibilis & passibilis, immortalis & mortalis, Deus & homo, intimo & indissolubili nexu mirifice sic in vno supposito coniuncti sint, ut quicquid Deo conuenit conueniat homini, & e conuerso. Hoc est quod angelicos illos spiritus in ecstasi rapit, videre tam dispares naturas tam intima & insolubili connexionione ligatas. Deus meus quid non potes, qui hoc potes? Miraculum grande in natura conditus fuerat homo, in quo omnipotens conditor spiritum corpori, & animam carni miro quodam artificio connexuit a principio, atque sic concordia affectione ligauit, ut terribilis & amara nimis eorum per mortem dissolutio fiat. Sed quid hoc ad hanc verbi & carnis in vno supposito vnionem? quae vtrique tanto mirabilior est, quanto plus Deus ab homine, quam anima distat a carne. Vnde in euangelio dominus ait. Vnum opus feci, & omnes admiramini. Hominem ex limo facere insignis est potentiae, sed multo potentius hominem facere ex Deo, quam ex limo non sicut ex materia, sed sicut ex termino. Vnde si superior quaedam potestas, angelus, archangelus, aut cherubin, cyniphi aut formicae sic vniretur, ut idem esset angelus & formica, miraretur vniuersum opus insigne. Quanto ergo mirabilius, quanto potentius est, quod limo profundi coniunctus est Deus: sicut ipse in psalmo commemorat, dicens. Infixus sum in limo profundi. Admirandum verè opus excelsi,

Io. 7. e

ps. 68

in quo Dei omnipotentia clarissime illuceat, & virtutis eius celsitudo insigniter appareat, neque potentia solum, sed & iustitia. A seculo non est auditum, neque audietur in posterum talis iustitiae rigor, qualis in hoc opere monstratus est: monstratur tremenda seueritas in angelorum 2. Petr. punitione, quorum multitudo innumera 2. timore quodam superbiae a caelo depulsa, & miseriae barathro perpetuo deiecta est. Sed non sic me haec vltio turbat. Non sic consternat, sicut ea quae in hominis delicto facta est. Seuerior mihi domine parcendo, quam vlciscendo visus es: atque plus me hominis pia redemptio, quam angeli dura perditio terret. O inestimabilem diuinae seueritatis rigorem: quia homo deliquit, occiditur Deus: & pro quadam hominis culpa, filius Dei vnigenitus morte mulctatur. Quid hac seueritate seuerius, quid hac iustitia humano sensu rigidius? Terribilior vtrique apparuisti redimendo Deus, quam si nunquam redimeres: & iustior miserando, quam si perpetuo perderes. Quis enim huius iustitiae tuae modum intelligat? quis de vltionis huius aequitate non stupeat? Ignosce domine obsecro, ignosce huic peccatori honoris & gloriae tuae ardentissime cupido: nam de hac tua iustitia, nisi blasphemando, nequeo explicare quod sentio: excessisti factis, excedam verbis. Dicam audacter, & licet cum stupore & tremore, tamen cum magna fiducia dicam: excessisti supra modum omnis iustitiae metas: & dum nimis videri vis iustus, plus iusto factus es iustus: imò si dicere aude rem, praeter nimiam iustitiam (nisi quia Deus es) dicerem vtrique, quia appareres iniustus. Quanam enim est haec

hec iustitia, vt filius moriatur pro seruo: innocens pro reo: omnipotes pro vermiculo? An non plus ponderat iudicij huius poena, quam culpa? Non plus redditur offenso, quam debitum fuerat? Verè supra modum adiectum est ad delicti mēsuram in vindicta? excessus est iste, non æquitas: vbi ergo nō est æquitas, quomodo erit iustitia? Vtinam rectissime iudex, vtinam appenderes peccata nostra, quibus iram tuā meruimus, & filij tui acerbissimam mortem, in statera: vtique quasi arena maris hæc grauior appareret. Sed nūquid apud Deum iniustitia? absit. Iustitia hæc est domine, sed apud te: nos enim non intelligimus eam, sed veneramur, sed colim⁹, sed miramur, & omni qua possumus dilectione & deuotione illam amplectimur. Ecce potentiam, ecce iustitiam tuā deus, quam pronūciare populis exoptat propheta regius, vsque in altissima quæ fecisti magnalia: verè altissima, verè magnalia, quæ nemo comprehendere valeat, sed eis inspectis exclamare cogatur. Deus quis similis tibi? Sed nunquid sola potētia & iustitia in hoc splendet mysterio, & nō potius omnis diuinæ virtutis & maiestatis celsitudo? In hoc Dei bonitas, sapientia, charitas, misericordia, clementia, magnificentia, pietas, & quicquid aliud diuinæ virtutis insignie mōstrari potest, copiosius innotuit. Ampli⁹ Deus innotuisti in filio quā in mūdo, & perfectius in homine quā in orbe. In hoc monstrasti quis esses, quid sceres, quid posses, quantum amares, quātum ignosceres, quā pius, quā bonus, quā misericors, & quā magnificus esses: in hoc omnium tuarum virtutum infinitas & immensitas quædam, plus-

Job. 6.a

ps. 70

ps. 34

quam in cæteris omnibus relucet a pertius: Quis enim ne dicam hominum, sed neq; angelorum, qui à seculo videt te, amoris tui immēsum pōdus, & ardentissimam vim tam plene cognosceret? Quis eorum vel suspicari posset à longe, tantæ charitatis ardorem? quod sic amares, ita diligeres, vt te ipsum cruci & morti exponeres pro vermiculo? Excedit, exuperat supra modum hæc charitas tua domine, quam in nostra redemptione monstrasti, omnem sciētiam, & omnem sensum non solum humanum, sed etiam angelicum. Et vt apostolus ait, etiam illis, qui te ab initio speculantur principatibus, & potestatibus, ex hoc vtique mysterio innotuit per ecclesiam multiformis sapientia tua: sed & benignitas tua & charitas tua in homines, non solum hominibus, sed etiam angelis innotuit. Siquidem cum sis in cæteris honorabilis, & amabilis, in homine admirabilis apparuisti: & sicut propheta inquit, in consilijs super filios hominum terribilis. Vnde super hoc sacramento mirabili & abscondito admirans idem propheta, inquit. Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut fili⁹ hominis, quia reputas eum? Innotuisti ei, innotuisti in eo: neque enim quis esses, quid sceres, & quid posses in cæteris omnibus (vt diximus) vt in homine monstrasti. In hoc diuitias gloriæ & bonitatis tuæ inuestigabiles aperuisti: in hoc splendidi⁹ quā in alijs effulsisti: in hoc ardētia pectoris tui desyderia (vt stylo hominis scribā) abundantius explesti, quia enim bonus natura es, ardentissimè bonitatem tuam diffundis: neque erat in quo ardorem hunc benefaciēdi prohibito expleres, donec homo cōditus est,

Eph. 4

ps. 65

ps. 143

Esa. 8

est, qui tibi (vt dicitur) man⁹ plenas, & largam præstitit benefaciēdi materiam. Ideoque cum angelorū innumeras differētiās creasses, cælos, astra, terram, maria, corporumque varias naturas condidisses, in his omnibus non quieuisisti, sed homine condito, vt scriptura ait. Quieuit Deus ab omni opere, quod patrauerat. In homine quieuit Deus, nō in angelo, non in cælo, quia benefaciēdi innotescendique sufficientem affluentemq; sibi in eo materiam dari prospexit. Cum enim Salomone te iste omnia propter seipsum fecerit altissimus, non quidem in seruitium, quia non indiget, sed vt innotescat in eis, homine condito quieuit: quoniam innotescendi in eo plenā reperit facultatem. Hæc sunt mirabilia tua pijsime Deus, hæc sunt altissima magnalia quæ hodie colimus, & quibus debitū exhibemus, nō tantū obsequium, sed amorē, sed gratulationē, sed exultationem, sed laudē, sed gloriā, & honorem. Hæc vsq; in senectam & senium pronunciare cupit propheta egregius: hæc nos quoque diebus & noctibus, vbique & semper totis viribus, toto corde, tota mēte, cum omni deuotione & amore ruminare, sentire, eloqui, & laudare cōcupiscimus. Deus ne derelinquas nos, sed illumina & inflāma corda nostra, vt tanti amoris & pietatis dignationem & agnoscamus & sentiamus: & quia cōdignas nequimus, debitas saltem pro tanto amore gratias referamus: ne ingrati tanto actam inenarrabili beneficio coram te inueniamur, & vertatur in damnum quod præstitum est in remedium. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, femini nequam, filijs sceleratis: væ seculo in-

Gen. 2.a

Esa. 1.b

grato, tepido & tantorū beneficiorū oblito. Refrixit hodie fratres deuotio illa sanctorū antiqua, ardētissimus feruor & feruētissimus ardor. Illi quidē quoniā rogo cælesti proximi fuerunt, amore calebant: nos verò velut distantes elongatiq; ab igne, mentis gelicidio laboramus. Recens Christi sanguis (vt Hieronymus ait) tunc in cordibus hominum feruebat, hodie in nostris cordibus antiquatus deferbuit, & gelatus est. Quid dicam de temporis huius miserabilis gelicidio: à maiori vsq; ad minorem, à propheta vsque ad sacerdotem, omnes auaritiæ student, negotijs implicātur humanis, lasciujs & libidinibus vacant, honoribus & fauoribus inhiant: obliuioni datus es domine tanquam mortuus à corde. Vbi feruor ille antiquus? vbi illa populi deuotio? vbi flagrans charitatis incēdium? vbi indefessa laus? & gratiarum actio? vbi stillans dulcedinem horum tuorum operum iugis & perpetua meditatio? Hoc vnicum & maximum fidelibus tūc erat negotium, diebus ac noctibus in operibus manuum tuarum meditari, & immēsas pro eis Deo gratias reddere: o ingratis gentem, quæ talium sustinet donorum & beneficiorum obliuisci. Conqueritur, & meritò, huius nostræ obliuionis dominus, per prophetam dicens. Nunquid obliuiscetur virgo ornamentisui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. Et adhuc acrius per alium prophetam redarguit, dicens. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potādum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis, cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinam in conuiujs vestris, & opus

Hic. 6.c

ps. 39

ps. 118

Hic. 2.g

Esa. 5.e

IN DIE NATALI DOMINI

& opus domini non respicitis, neq; opera manuum eius consideratis: hoc inquam opus & illa opera, de quibus angeli admirantur, & dæmones cōtremiscunt. Quid enim in hac festiuitate magis oblitum quàm ipsa festiuitas? ludo non laude festiuitas sacra recolitur. Quòd et si omnes fideles hæc domini increpatio pūgat, sed eos maximè, quibus hoc competit ex officio: quos stipendiatos populus fidelis habet ad hoc, vt pro eis debitas Deo gratias reddāt. Quia enim seculares ad vitæ necessaria sibi & suæ familiæ perquirenda, temporalibus lucris deseruire cogūtur, occupatiq; negotijs, diuinis laudibus vacare non possunt, decimarum stipendio clericos in hoc opus conducunt, vt per eos expleāt quod per se non possunt: quibus durius iudicium in fine reseruatum est, si in tāto negotio egerint negligenter. Nullam enim pro se afferre poterūt excusationem, qui duplici debito ad hoc astringuntur, Dei scilicet beneficio, & populi stipendio. Felices uos ò virgines Deo grate, quibus datum est vt in his ruminandis, speculandis, degustandisq; mysterijs totā vitam expendatis: quarum omne officium est, pro his donis, diebus ac noctibus, cum omni cordis gaudio & iubilo, redemptori Christo laudes & gratias personare. Moneo ego vos & exhortor in domino, ardentem tam pio, tam iusto, tam debito, tam sancto operi instate. Laudate cum gaudio, frequentate canticum, repetite laudem, cantate, exultate, psallite, psallite domino in cithara, in cithara & voce psalmi, in tubis ductilibus & voce tubæ cornæ: iubilate in conspectu regis domini à facie eius, quoniam venit: quoniam

Esa. 23.
d

ps. 97.

venit iudicare terram, id est, potestati eam iudicio ab oppressione dæmonis liberare. Hæc sit lætitia vestra, hæc exultatio vestra, hæc omnis cura & meditatio vestra. Gaudeant alij in diuitijs & delicijs, in cibis & potibus, & vestibus pretiosis: lasciuiant in conuiujs suis, & lectis eburneis: vobis alia lætitiæ ratio est, de qua dicitur. Ego autē delectabor in domino, & exultabo in Deo Iesu meo. Lætamini ergo cum sponso vestro, qui vobis tantam contulit dignitatem: præcinite ei in confessione, vt satiemi ab vberibus consolationis eius, & inebriemini vino exultationis illius. Audite prophetam sedulo hoc ipsum vos admonentem. Qui reminiscimini dñm ne taceatis, neq; detis silentiū ei, donec stabiliat & ponat Hierusalē laudem in terrā. Vos (inquā) quæ reminiscimini dñi, id est, quæ in hoc opus in hac clausura deputatæ estis, quæ in hoc vitam & animas deuouistis, non vobis hoc opus excidat à memoria, & quod memoria tenetis assiduis laudibus personate, ne taceatis ore, neque detis ei silentiū corde: aliquando enim tacendo loquimur, & loquendo tacemus. Laudate ergo ore, laudate mēte, à laudibus nolite cessare, donec stabiliat in terra vestra, carne vestra hanc laudē, ne laudando sicut modò fatigemini: id est, donec à corporali hac & alternare laude ad eternam & incessabilem cælestis Hierusalē laudem transferamini: ad quam nos perducere dignetur ipse dominus & redemptor noster Iesus Christus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

ps. 107.

Esa. 66

Esa. 64

DEO GRATIAS.

Natalis

CONCIO QUARTA.

41

NATALIS DOMINI

Concio quarta.

In die sancti Stephani.

THEMA.

¶ Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerū eius. Esaia nono capitulo.



Olēt natalitia principum ingenti gaudio celebrari, etsi ab hominibus incolis regni, sed à domesticis amplius: & merito, quia bonus

reipublicæ status à principe pendet. Si ergo principis terreni ad modicum temporaliter regnaturi natale, tantam vbique hominibus lætitiā parit, regis æterni, cuius regni non erit finis, & à quo omnis nostra felicitas pendet, natalitius dies quo gaudio, quo tripudio colendus est? Nouerit certè alienum se esse à domo & familia Christi, quem huius diei festiuitas non tangit: hilaritas non afficit. Quis enim domesticus, qui de sui domini ortu non gaudeat? Proinde aucto prophético prothematis nuncio, ecclesia catholica quæ domus est Dei, in matutinali officio omnes inuitat creaturas ad laudem, quia tanti se regis imparem præconio credit. Lætentur (inquit) cæli, & exultet terra, commoueat mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo: flumina plaudent manu, simul mō-

Luci.

i. Tim. 3

ps. 95.

tes exultabunt à conspectu domini, quoniam venit. Commune sit gaudium, quia commune est bonum: vniuersalis sit lætitiā, quoniam vniuersalis vtilitas est. Lætentur angeli, quoniam eis nascitur reparator: lætentur homines, quoniam illis nascitur redemptor: lætentur omnes creaturæ corporeæ, quoniam eis nascitur restitutor. His enim titulis noster paruulus decoratur: angelorum reparator est, hominum redemptor, & totius creaturæ potentissimus innovator. Neque enim solis hominibus nascitur, quanuis pro solis hominibus nasci dignatus est. Venit filius hominis opera diaboli, id est, peccata dissoluere, & instaurare damna quæ in cælo & in terra per peccatum facta sunt: ideo iudicabit in nationibus, & implebit ruinas, quas olim virulentus ille draco cauda sua cælis intulerat: homines etiam perditos reuocabit ad propria: mundum quoque sensibilem peccato deformatum in pristinum reducet honorem. Sed non reparabitur hereditas, donec reparentur hæredes: omnis enim creatura ingemiscit vsque adhuc, quia reuelationem filiorum Dei expectat. Sed cum reformauerit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, tunc videbimus cælum nouum, & terram nouam: & erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplex maior: elementaque omnia in melius mutabuntur, & totus renouabitur orbis. Quæ causa, quo merito? nō utiq; alio quā teneri huius infantis vagiētis in præsepio. In ipso cuncta condita sunt, in ipso renouabuntur vniuersa. O mirabilem potentiā pueri, o infantulū

ps. 109

Rom. 8.

Phili. 3.

Apoca. 21. a.

Esa. 30.

f.

Coll. c.

F tenerum

IN DIE NATALI DOMINI

Mar. 4
d
renerum angelicis potestatibus tremendum: o granum sinapis, quantum intus virtutem continet! Contundêris aliquando, & quid intus lateat apparebit: omnibus enim oleis maius fiet, ita vt aues cæli sub tua vmbra resideant. Quod si ita est: cur ergo hominibus solis eius natiuitas imputatur? Paruulus (inquit) natus est nobis, & filius datus est nobis: nobis (inquam) non angelis. Et iterum angelus ad pastores. Esai. 9. a
Annuncio vobis gaudium magnū, quia natus est vobis hodie saluator mundi. Vobis (inquit) hodie natus est, qui nobis natus est ab æterno: vobis hodie nascitur ex matre, qui nobis semper nascitur ex patre. Meritò vtique nobis totum hoc beneficium imputatur, quia et si omnibus nascitur, sed propter homines solummodo natus est: homo enim illi causa nascendi, non angelus. Non propter angelos venit, licet angelis eius aduentus profuit: sed sicut ecclesia canit: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Qui ergo propter hominem solum aduenerat, aduentu suo non solis hominibus, sed cunctis se exhibuit clementissimum largitorem. Est & alia ratio, propter quā solis hominibus eius imputetur aduentus: videlicet, quoniam illis maxime conducibilis fuerit. Angelis enim licet de suæ ciuitatis plenitudine gratulentur, nulla tamen ex hoc beatitudo essentialis accrescit, quæ in sola Dei visione & fruitione consistit: alix etiam creaturæ corporeæ perfectione non sentiunt quā eius beneficio sortiuntur. Homo verò qui à perpetua illa beatitudine propter

quam conditus fuerat eiectus est, & perperuis tenebris, & atrocissimo carceri mancipatus, vinctus, in mendicitate & ferro sub crudeli tyrāno diram sustinens seruitutem, quanto ampliori munere donatus est, cum per eius aduentū à tam atroci seruitute liberatus & suæ libertati restitutus, in perpetuā illam gloriam reuocatur? Hęc hominū tam miseranda miseria, hęc filiorū Adæ tā extrema calamitas viscera diuinę pietatis commouit, vt à summo cælo in eius auxiliū aduolaret, sicut in psalmo scriptū est. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgā, dicit dominus. Miseratus est pius & misericors Deus vicē nostram, & sortē nostrā, & se morti temporali opposuit, vt nos ab æterna morte liberaret: vt vel ex hoc solo opere discat homo, quanta eum Deus suus prosequatur charitate. O quomodo me amas amor meus, quomodo me amas, quantum tibi debeo gloria mea, & heu cæcus ignoro. Vnde psalmus. Ps. 74
Liberauit pauperē à potente, pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperū saluas faciet ex vltimis & iniquitate. Redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Quanta sunt hæc beneficia Deus vt homo obliuiscatur eorum, & non potius pro illis die ac nocte incessanter tibi gratias reddat. Nobis ergo puer natus est, nobis filius Dei datus est. Meus es: o bone Iesu, & vnde quaque meus es. Mihi natus à matre, mihi donatus à patre. Duplici te iure possideo, meus es totus, & in meos vsus expensus: te mihi mater genuit, te mihi pater dedit: omni ex parte meus es: iuri huic meo in æternum non renuncio

CONCIO QUARTA

Cat. 3. b
nuncio: tenui te neque dimittam, donec introducam te, imò donec introducas me in domum matris meæ, & in secretum cubiculum genitricis meæ cælestis Hierusalem, quæ est mater nostra: vt in illo perpetuo deosculer & amplexer te, & iucundissima tua pulchritudine & pulcherrimā tua iucunditate cum angelis perfruar in æternum. Vtrique ergo debitores sumus, & patri à quo filius datus: & matri, de qua paruulus natus est nobis. Hęc virgo beata nobis Deum protulit: & hominē: hæc sua cum pulchritudine & decore à cælis allexit: amore illius captus est, & humanitatis nostræ nexibus irritus: sicut in psalmo scriptum legimus. Et dilectus quemadmodum filius vnicornium. O comparationem mirificam: vnicornis enim Isidoro teste, cum sit animal ferocissimum & agile, nulla arte, nulla industria capi potest, sed hæc eum venatores arte deludunt: opponunt ei virginem decoram, mundo venusto ornatam, cuius decore ex natura sua ita capitur oculis, vt deposita feritate, velut mansuetissimus agnus, apud virginis pedes aduoluatur, & se tractandum illi ludens & beneuolus exhibeat: quæ dum leniter illi blanditur, collo eius laqueum furtiue immittit, quo à venatoribus prope latentibus fortiter retinetur. Mira naturæ vis, quæ feroci bruto puellarem gratiam sic conciliat. Quid mirum si fortes viros eneruet femina, quæ ferocissimos vnicornes sola pulchritudine domat. Quid etiam filio Dei similius quàm filius vnicornium? captus est & ipse amore virginis, & maiestatis obli-

tus carnis vinculis irretitur. Vnde in canticis quasi capturam suam præuidens, ex amore ad virginem clamat. Auerte oculos tuos à me, ipsi me auolare fecerunt: auolare (inquam) à sinu patris in veterum matris: à summo cælo ad infimum limum. Et iterum. Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa, in vno oculorum tuorum: in vno crine colli tui. Licet enim omnis huius puellæ venustas ei grata fuerit, oculi tamen & crinis maxime se pulchritudine teneri, vulnerarique faterur: quia fides & humilitas incarnationis opus in ea præcipue perfecerunt. Vnde & à beata Helisabeth protinus de fide laudata est: & ipsa in canticis suam præcipue humilitatem commendat, dicens. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Oculis ergo fidem, capillus humilitatem designat: quibus potentis Dei filio virgo maxime complacuit, illumque vno capillo colli sui, licet fortissimum & potentissimum, fortiter alligauit. His nimirum virgo regina gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter & corporis decore præfulgida, specie sua & pulchritudine sua in cælestibus agnita, cæli ciuium ad se prouocauit aspectus: ita vt in sui amorem, regis animum inclinaret. Extat huius rei eximia figura, licet in affectu carnali, in fortissimo illo Samsone pulcherrimæ Dalilæ Iudi. 16 amore capto, ligato, tonso, irriso, & inimicis tradito. Qui vir à seculo potentissimus, & in fortitudine corporis nemini comparandus, post tot patras victorias, post tot res bene gestas, post mille hostes a fini mādibula superatos, mirabile dictu,

ipse vnus puellæ pulchritudine vi-
 Iud.15.c tus est, ligatus & tonsus, inimicisq;
 suis ad illudendū expositus. Quis vn-
 Iud.16 quā vidit virtutem viri & fortitudi-
 nem in capillis? Quis vnquā audiuit
 hominē per solam capillorum ton-
 sionem infirmari, debilemq; & sine
 viribus reddi? In musculis & neruis
 robur esse solet, nō in capillis: nō du-
 bium est, magnum aliquid portēde
 re hāc capillorum fortitudinem, &
 grande aliquod in portētofo viro la-
 tere mysteriū. Neq; enim humana
 fortitudo erat, vnus mādibulæ telo
 exercitus cū eū superare: agnosco
 fortissimum Samsonem in egressu
 populi ab Aegypto asini mādibula
 cuneos principum superantē. Quid
 enim populo illo Hebræorum debi-
 lius? quid infirmius? Nunquid non
 mandibula asini est vsq; hodie? Cū
 enim pusillanimitatis ludibrio quē
 libet annotamus, Iudeū eum vocare
 solēmus: quia nihil Iudæo debilius
 inuenitur. Et tamē bone Deus, quā-
 ras gētium & populorū strages hac
 debili mandibula illo tēpore pepe-
 trasti: quot regna, quot reges illo po-
 pulo subiugasti? vt per hoc brachij
 tui potentiā, & nimiam fortitudinē
 tuam ostēderes, qui tam infirmo po-
 puli instrumento, tales ac tantas vi-
 ctorias obtineres: & de gente alio-
 quin fortissima toties tam mirificē
 triumphares. Hic ergo ipse, qui rāc
 fortitudinis & vigoris magnitudinē
 ostenderat, qui toto orbeterribilis
 & formidabilis apparuerat, vnus
 virginis amore prehēsus, hodie in-
 fans, infirmus, ligatus & tōsus, æmu-
 lis exponitur illudendus: neq; enim
 teneretur nisi homo, neq; illudere-
 tur nisi homo, neq; crucifigeretur,
 nisi homo. Quæ ergo eum carne ve-
 stiuit, ipsa illū ligauit, ipsa eum ludi-

brio & morti exposuit. Vide nūc ò
 anima deuota, inspicere Samsonem il-
 lum potentissimū, infirmatū, ligatū,
 & tōsum, in dilectæ suæ Dalilæ gre-
 mio recūbentē. Vbi nunc capilli qui
 de capite eius, id est, diuinitate pro-
 fluūt ab æterno, in quib⁹ virtus eius
 tota cōsistit? vbi sapientia, vbi poten-
 tia, vbi æternitas, immēsitās, immu-
 tabilitas, infinitas, & virtutes alię di-
 uinæ, quibus sacrū illud caput inun-
 dat? Tonsus est noster Samson, ton-
 dente se Dalila: nō eius crines euulsi
 sunt, sed detonsi: intus in capite radi-
 ces manent, sed aliquādo prodibūt.
 Expecta me (inquit) in die resurre-
 ctionis meæ. Expecta modicū, expe-
 cta modicū, vt noster Samson adiun-
 gatur ad tēpli columnā, id est, fortis-
 simā crucem: si enim exaltatus fue-
 rit à terra, omnia trahet ad seipsum,
 & morietur Samson, & simul omnis
 æmulatio dissoluetur: plures enim g
 moriendo quā viuendo prosterne-
 rit, & in morte quā in vita potēti-
 or apparebit. O sacram Dalilā, o felicissi-
 mam virginē, quę fortissimū alliga-
 sti, & omnipotentem Deum nostris
 cōmodis infirmasti: quā læta, quā
 iucūda hodie de Sāsonē triumphas?
 Quistūā valeat explicare leticiam?
 Quis tuos possit gaudiorum fluctus
 exprimere, cūm Deum ac creatorē
 tuum gremio foues, pānis inuoluis,
 vberibus pascis, osculis & amplexi-
 bus lenis? Quāto prius de te prophe-
 ta prædixerat. Germinans germina
 bit sicut liliū: & exultabit lætabūda,
 & laudās. Sicut enim liliū sine le-
 sione spirat odorem, ita tu ò virgo
 beata sine corruptione peperisti sal-
 uatorem. Mirabilis partus & sacrū
 puerperium, cui pro doloribus læ-
 titia, & pro anxietatibus gaudia cō-
 pensantur: felix Ioseph, cui donatū
 cit

est talibus interesse mysterijs, ho-
 rum gaudiorum fieri cōsortem: qui
 dulcissimos audire concentus, cæle-
 stium spirituum sentire tripudia, vi-
 dere obsequia, ouantes angelos, a-
 dorantes reges, lætantes pastores
 beatis oculis inspicere promeruisti.
 O si cui ex nobis daretur hęc omnia
 in spiritu cernere: ò si mētis inspicere-
 remus obtutu, quod corporalib⁹ vi-
 dere oculis non est datum. His ergo
 fratres mysterijs spiritu & mente,
 prout possumus, præsentēs nos exhi-
 beamus: in horum deuota contēpla-
 tione dies istos sacros expēdamus: si
 gillatim animo singula ruminem⁹:
 cōtemplemur mēte, quod videre no-
 bis non licuit corpore: sic enim Deo
 erit grata nostra solennitas, si in his
 meditationibus & cōtemplationib⁹
 expēdatur: cupidos enim horum &
 curiosos Deus suo illustrabit lumi-
 ne, vt videāt & fruantur, & illorum
 fiāt participes gaudiorū. Sed ad tan-
 tū spectaculū nemo pollutus acce-
 dat: lōgē fiat omnis immūdus: prius
 mundetur conscientia, quā eriga-
 tur aspectus. Nam grauis fit iniuria
 puero, si Dei virginisq; purissimū
 filium quispiam manibus pollutis
 attingat. Vnde vt huius nos purita-
 tis admoneret propheta, asūpti pro-
 thematis eulogio sapienter præmi-
 sit. Quia omnis violēta prædatio cū
 tumultu, & vestimentum mixtum
 sanguine erit in combustionem, &
 cibo ignis. Et statim quasi rationem
 assignans, adiungit. Paruulus enim
 natus est nobis, & filius datus est no-
 bis. Ac si diceret, mundam sibi ex
 hoc quisquam carnem suam custo-
 diat, quoniam verbum Dei factum
 est caro: alioquin æternum sibi pa-
 ratum nouerit incendium: vestimē-
 tum enim mixtum sanguine, caro

est libidinibus fordida: violēta præ-
 datio, anima est tentationis impulsu
 superata. Quisquis ergo vel in ani-
 mo malitia superatur, vel in carne
 concupiscentia sordidatur, futurum
 se nouerit in perpetuam cōbustio-
 nem, & cibum ignis. Quis enim non
 formidet in se illam violare naturā,
 quā filius Dei vnigenitus, princeps
 pacis, in tantum gloriæ fastigium su-
 blimauit? Deus illam super angelos
 collocauit: & tu eam bestijs & iumē-
 tis insipientibus sociabis? Purus er-
 go iam vel ex nūc fiat omnis homo,
 quoniam Deus pro homine fieri di-
 gnatus est homo. Sed etsi quispiam
 peccatis grauatur non diffidat, sed
 humilis & supplex accedat: peccatis
 enim mundandis hic nascitur puer.
 Non eum astantium angelorū mul-
 titudo deterreat, quoniam & ibi in-
 uenitur societas iumentorū. Qui er-
 go sanctus est, accedat cum angelis:
 qui purus accedat cū virginibus: ma-
 ter enim & custos infantis virgines
 sunt. Qui diues, accedat cū regibus:
 qui pauper, cū pastoribus: qui autē
 peccator est, habet iumenta quibus
 associetur: quia nō despiciet peccato-
 rem humiliatū, qui sordidū non de-
 spexit stabulum. Inter iumēta nasci-
 tur, vt omnibus fiduciā præbeat ac-
 cedēdi. Paruulus natus est nobis mi-
 tis & humilis: ad paruulū accedere
 quis formidet? Paruulorum mores
 omnes agnoscitis, vna lachrymula
 placatur offensus: vno suspirio gra-
 uissimas dimittit offensas, iniu-
 riarum non recordatur: pro exi-
 guo seruitio cælestia regna condon-
 nat: neminem despicit: neminē abij-
 cit: omni volenti se tradit. Accedi-
 te ergo ad eum peccatores, nunc dū
 paruulus est, dum generis & maie-
 statis videtur oblitus. Accedite, no-

lite timere, irasci nescit, ferire non nouit. Non enim venit filius Dei in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum: non puniendis, sed sanandis peccatoribus nascitur. Vnde rectè de illo adiungitur. Et factus est principatus super humerum eius. Debiles & infirmos ipse leuabit ipse portabit. Clementissimus princeps regnum suum super humerū gestat: pijsissimus pastor lassam ouem humeris suis ad ouile reducit: & sicut propheta ait, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetas, ipse portabit. Et rursus per alium prophetam. Ego (inquit) feci, ego feram, ego portabo & sanabo. Fortissimus noster Samson valuas ciuitatis arreptas humero impositas gestat in montem: ciuitas superna patet: nulli iam negatur ingressus. Qui uoluerit intret cælum, penetret paradysum: intret cæcus, intret claudus, intret pannosus & despectus, possideat regnū quod Abraam, Isaac, & Iacob hucusque possidere non potuerunt. O magnam gratiam redemptoris: iam nos fratres non terra limbus, sed hians paradysus expectat: cur stamus? cur hæremus? cur pauemus? Pauebant exire patres, quia quantunuis boni, quantunuis iusti, inferna lustrare necessitate erat. Illuc Iacob patriarcha ut lugeret filium suum descendere gestabat: illuc etiam sanctissimus Iob post vermes & vlcera prope-rabat: illuc David venturum se no-uerat, cum aiebat. Quis est homo qui uiuit, & non videbit mortem: cruet animam suam de manu inferni? Quasi dicat, nullus. Nam sicut nemo uiuens excusatur à morte,

ita nemo moriens excusatur ab inferno. Nunc uero martyr Stephanus cælos apertos uidet, hiantem gloriam, patetem paradysi ianuam, lætus agonem aggreditur prouocatus à premio. Cur enim celerem pertimeat pugnam, qui æternam sibi parari uidet coronam? Cur momentaneos lapidum pauet ictus, cui cælestis gloriæ patet introitus? Ouans Stephanus hodie ingreditur cælum, quia lugēs Christus heri ingressus est mundum: heri puer Christus natus est nobis, hodie puer Stephanus nascitur angelis: Stephanus hodie sociatur archægelis, quia Christus heri sociatus est brutis. Hæc regis humilitas militem in tanti honoris gloriā sublimauit. Heri cecinimus homines, puer natus est nobis, & filius datus est nobis: hodie id ipsum de Stephano canūt angeli: hanc enim in sancti Bernardi obitu, ouantes angelos quidam monachus audiuit cantare cantilenam: eandē (ut opinor) in triumpho Stephani cecinerunt. Exultāt domestici, quia domini sui nouam hodie secum recipiunt prolem: exultemus & nos quia magnum cælo misimus aduocatum: quando enim deseret deuotos suos, qui pro inimicis lapidantibus exorauit? O mirabilem martyris charitatē, lapidibus per aëra crepitantibus oblitus est vulnerum, & memor est animarū: plus illum proximi, quā sua sollicitat vulnera: quid hac pietate mirabilius? Quam bellē, quā mirē certantis domini vestigia miles sequitur: Clamat dominus, pater ignosce illis. Clamat miles, domine ne statuas illis hoc peccatum. Clamat dominus, pater in manus tuas commendo spiritum meum. Clamat miles, domine Iesu in manus tuas

tuas commendo spiritum meum. Et quod ualde mirandum est, qui stando submissè pro se orauit, cum clamore magno pro inimicis genua flexit: illic acriorem orationē adhibuit, ubi maior difficultas apparuit impetrandi: nam sibi patere cælum uidebat, lapidantibus uerò iustum; quænam erat salutis spes? Nec tamen sine fructu fuit tantæ charitatis oratio: nam Paulum nobis doctorem gentium prædicatorem, utilissimum impetrauit, qui huius martyris merito ex lupo factus est agnus. Utinam id ipsum nobis è cælo nunc impetret aduocatus: utinam lapidea corda nostra in carnea uertantur, & cordis nostri saxea durities emolliatur: hæc enim nobis impetrare lapidati martyris propria functio est: in hoc ipsum ecclesiæ Dei clientele lam apud principem gerit. Ab alijs martyribus alia petere consueuimus, & in his quæ passi sunt ipsi, similia patientium aduocati constituti sunt. In peste Rochum, in ophthalmia Luciam, in carcinoma Agatham, in dolore dentium Apolloniam imploramus. Huius uerò lapidati martyris hoc est munus, duritiam cordis suis precibus emollire, indurata corda in Deum conuertere: proferre de petra aquas, oleumque de saxo durissimo. Extat huius rei præter insignem illam & mirabilem Pauli cõuersionem, miraculum græde quod Augustinus in libro de ciuitate Dei commemorat, de quodam pagano iam iam morituro: cuius filia Christiana & gener, cum non illi catholicam fidem persuadere potuissent, neque eorum precibus, neque fle-tibus ut saluus fieret acquiesceret,

maritus filix flores ex altari huius sancti martyris sumptos, in manipulos colligatos ad caput illius nocte posuit: qui cuigilans clamare cœpit, ut episcopum aduocarent qui tunc temporis cum Augustino erat: uocatus est ergo presbyter, baptizatus statim fidem professus est, & confessionem peccatorum cum lachrymis & gemitibus adhibuit, & ab illa hora usque ad mortem clamare non destitit. Domine Iesu accipe spiritum meum, nesciens quia hoc ipsum Stephanus in agone dixisset. Quanta est huius sancti martyris uirtus, qui paganum hominē damnationi proximum, ab inferno retraxit. Ad hunc igitur martyrem deuotis precibus accurramus: illi nostra negotia sollicitè cõmittamus. Fidelis & pius, quod pagano contulit, libentius impetrabit Christiano: non dubium est enim, quod qui tanta in terra politus charitate flagruit, ampliorem nunc in homines affectum habeat locatus in paradiso: in qua cum domino suo inter angelorum cuneos triumphat, & regnat in secula seculorum. Amen.

IN NATALI DOMINI, Concio quinta.

THEMA.

¶ Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioānis. i. c.



Vidit Esaias dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis domus à maiestate eius, & se-raphim sex alis ala-

tos iuxta eum, duabus alis velabant caput eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant: quibus acclamantibus, sanctus, sanctus, sanctus, liminaria domus commota sunt, & domus repleta est fumo. Hac visione percitus propheta clamavit. Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum; & regem dominum exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad eum vnus de seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os eius, & dixit. Ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mūdabitur. Quo mundatus calculo, ad prophetandum quod viderat ipse se obtulit, dicens. Ecce ego, mitte me. Nostro proposito fratres hæc omnia valde consonant: nam ecce annis superioribus de corpore domini nudo & aperto, id est, de natiuitate eius secundum carnem, historico more, plano & intelligibili modo, quam deuotè potuimus vobis sermonem fecimus: hodie iam de velato capite & pedibus, id est, de generationis æternæ & incarnationis mysterio, iuxta euangelium Ioannis locuti sumus. Væ mihi quia vir pollutus labijs ego sum: mirabilis facta est hæc scientia tua à me, confortata est & non potero ad eam. Non homo animalis hæc vobis mysteria personare debui, sed si quis mundus, si quis sanctus, si quis in populo angelico pollens intellectu, & seraphica lingua, ille nobis hæc tanta & tam profunda mysteria debuit publicare. Limpidissimus quidam intellectus in hoc pulpito statuentus erat, vnde nobis claritatis suæ radios potentissimus ille sol mirificè quasi à luna quadam reuerbera-

Psal. 138

1. Cor. 2

d

ret. Sed quoniam licet impulsus et coactus hunc locum hæc vobis sacramenta expositurus ascendi, deprecor vos, regem illum maiestatis, de quo nobis futurus est sermo, obsecrate mecum; vt mittat aliquem ex seraphim, qui calculo ignito de altari, polluta & sordida labia mea purificet: de altari (inquam) illo sacro virgineo, de ara illa candenti, in qua mundi sacrificium nouem mensibus reconditum est. O quibus ardoribus hodie flagrat, o quanto spiritus igne facerrima illa ara succenditur hodie! O virgo sacra quis impressiones illas feruentissimas & lucidissimas infusiones, quis ignitos illos influxus & micantes fulgores, quibus vndique tota perfunderis, valeat explicare? Sol enim ille iustitiæ ex tuo vtero iam iam proditurus, te quasi auroram, & purpurantibus coloribus decorauit, & fulgurantibus radijs illustrauit. Hæc sunt partus angustie, hi dolores quos pariteris virgo, his anxietatibus torqueris. Crediderim ego, neque me fallit opinio, non potuisse vlllo modo virginis corpusculum tenerrimum, tam fortes, tam feruidas, tam potentes impressiones sustinere, nisi ille qui eam talibus spiculis & fulgoribus percellebat, grandi eam miraculo sustentaret interius. Quid enim: mōtes & petrae sicut cera fluxerunt à facie eius, & tenerrima virginis caro eius præsentiam sustinebit? Vtrinam vtrinam ab hoc altari candenti & flagrantissimo nobis hodie scintille quædam profiliat, quæ & labia dicentis mudent, & cor illuminet & inflamment: aliàs ad hæc proferenda quis idoneus? Profundum & vastum pelagus hodierni euangelij intraturi sumus, in quo quouis & quauis

Psal. 96

Esai. 66

ps. 44

quauis magnus elephas submergatur: pelagus quod omnino non potest transuadari, quia supra modum intumuerunt aquæ illius: in quo fa-teor margaritæ pretiosæ sunt, sed nisi desuper fundatur oleum quod clarificet caruleam & profundam aquam, eas videre minimè poterim. Oremus igitur deuotè & humiliter Christum dominum, quæ pater oleo isto lætitiæ vnxit præ participibus suis, qui cum oleo & vnctionibus in terris hodie apparuit, vt sacram nobis è cælo proferat vnctionem, quæ mihi prolatur labia mundet, & cor illuminet ad dicendum, & vobis auditoris cor & aures aperiat ad audiendum. Sed quem mittemus? aut quis ibit nobis apud Christum mediator & intercessor, nisi ipsa pia & humilis virgo, quæ eum nobis hodie ex visceribus suis protulit? Huic igitur deuotè supplicemus, vt legationem nostram suscipiat, offerretes ei consuetum seruitium, salutationem angelicam. Ave Maria. Multò aliter Christi natiuitatem, quàm ceteri euangelistæ nobis Ioannes personauit: illi enim longam atauorum seriem, profapiam nobilem, & antiquum genus, angelicam annunciationem, admirabilem cōceptionem, virgineum partum, & cætera quæ ad humanitatem Christi pertinent, historico more, tanquam pueri cuiusdam illustris, potentis, & prodigioli, qui verus esset Messias in lege promissus, longa narratione profecuti, de illius diuinitate breuissimè attigerunt. Ioannes autem, nouo tunc in ecclesia Ebionitarum errore super hoc pullulante, ad scribendum percitus, velut aquila grandis expansis alis super nubes leuatur, non modò cæteros, sed & se-

ipsum supergrediens, sicut scriptum est. Et aquila desuper ipsorum quatuor. Vnde supra humanam estimationem & facultatem in altum progressus, ascendit super cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum: qui carnis parentibus Abraam, Isaac, & Iacob, cum cæteris prætermisissis, altiore infantis originem, ex sublimi diuinitatis stirpe deducens, qualis & quatus sit iste, qui nascitur, profundo nimis eloquio ita pertonuit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, &c. Modum verò hodiernæ generationis arctissimo cōpendio describens, consequenter adiungit. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ac si diceret. Ita sentite de Christo, o Ebionitæ, nō satis est quòd de spiritu sancto conceptum, & de virgine natum confiteamini, non sufficit sanctissimum & maximum omnium qui sunt & fuerunt, & futuri sunt, & verum Messiam istum puerum profiteri: sed & verum Dei filium, à Deo æternaliter genitum, patri coæqualem, consubstantialem & coæternum, Deum de Deo, lumen de lumine oportet vt credatis eum. Agnoscite latètem maiestatem in puero, & in sacco carnis teneræ diuinitatis thesauros omnes reconditos intuemini. Nisi enim Deus esset iste qui nascitur, non cælum & terra in eius natalitio mouerentur: non proderetur à cælo, non coleretur ab angelis, non adoraretur à regibus, non agnosceretur à bestiis, non tot canticis & laudibus illius fescénina cælestium chori cum iubilo personarent. Ita

Ezech. 1

ps. 17

Col. 2. a

Esa. 9. b dico vobis ò Ebionite, ita sentite de Christo: sic antiquissimi vates, quoru oraculis catholica fides fulcitur, intelligere docuerunt. Vnde Esaias, Mich. 5 a Paruulus (inquit) natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, cõsiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Et Michas. Tu Bethlehem Ephrata, paruulus in millibus Iuda ex te mihi egrediatur, qui sit saluator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Et psalmista. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad curredam viam, à summo cælo egressio eius. Quam aperte hæc omnia vaticinia & humanam Christi natiuitatem, & diuinam eius potetiam profitentur. Paruulus datus est nobis, sed vocabitur nomen eius Deus fortis. In Bethlehem ephrata orietur, sed egressus eius à diebus æternitatis. Tanquã sponus de thalamo suo, id est, à virginis vtero, sed à summo cælo egressio eius. Quid est à summo cælo? nisi quod euãgelista per-tonuit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Inde primam suã originem traxit iste puer: non ab Abraham, Isaac & Iacob. Hoc magnũ est fidei nostræ mysterium, & vnicũ fundamentum, cui quisquis vera dilectione innixus fuerit, saluabitur: 1. cor. 14 g & qui illud ignorauerit, ignorabitur. In hoc omnis animarum salus & vita consistit: hoc est insigne illud amoris indicium, & inexplicabile beneficium, quo nos sibi deuinxit diuinitas: hæc maxima & suprema gratia quam contulit orbi: quia sic hominem exaltauit & sublimauit,

vt qui erat Deus noster, fieret frater noster, os de osibus nostris, & caro de carne nostra. Quanta nobis inde spes, quanta vitæ fiducia fratres? Hoc est mysterium illud absconditum à seculo, quod nemo principum huius mundi cognouit: nõ doctus Plato, non eloquens & verbosus Demosthenes, nõ argutus & ingeniosus Aristoteles, non denique superba philosophorum caterua, vacuo sapientiæ supercilio turgida. Sed quid de hominibus loquor? etiã angelis Dei à principio non fuit cognitum, sicut reuelatum est sanctis prophetis amicis Dei, à quibus illud plures angeli didicerunt, Apostolo teste. Vt innotescat principatibus, & potestatibus, per ecclesiam multiformis sapientia Dei. Quia enim propter homines maxime hoc tam insigne & præclarum opus à Deo dispositũ est, prius eis oportuit innotescere. Sciebatur in pago, & nesciebatur in palatio: innotuerat in villa, & ignorabatur in curia. In hoc mysterio angelos discipulos habuimus, in hoc magisterium nostrum dedignati non sunt magistri nostri. Didicerunt ab oraculo quod nondum viderant in verbo, Deo etiam pro nobis sic melius providente, vt eis contemptibiles nõ essemus. Neque tamen hoc de omnibus angelis dixerim, sicut de aliquibus non dubitauerim. Nouerãt quippe omnes angeli à principio beatitudinis suæ, à quo, in quo, & per quem conditi fuerant, sed propter quem non ita forte sciebant: nondum eis innotuerat heres ille vniuersorum, cuius obsequio destinati sũt: omnes enim sunt administratorij spiritus, omnes domus magni Salomonis secundum varia officia deputati sunt officarij.

Gn. 2. d

1. Cor. 4 b

Eph. 3 b

Hebr. 1 a

Heb. 2 d

3. Re. 4 c

Et quemadmodũ si rex quidam diues & potens domum ignoto filio suo insignem ædificet, regale palatium construat, officarios eligat, officia distinguat: alios œconomos, alios camerarios, alios secretarios, alios repositarios, alios pincernas & cubicularios, sicut magno principi decet, statuat: amplissimam supellectilem comparet, superbum equorum & famulorum apparatus exquirat, mirabuntur omnes curiales quid sibi velint hæc omnia, donec prodente patre pusillus princeps omnibus innotescat. Sic omnino in filio Dei vnigenito contigisse putandum est: omnis hæc mundialis machina tam ampla & mirifica domus illius est, quam illi cõstruxit pater: angeli sunt officarij secundum suos ordines, prout illius ministerio decuit distributi: hominum etiam diuersi in ecclesia gradus iuxta Apostolum, in opus ministerij distincti sunt. Cæli cælorum, & quicquid supra cælum, & sub cælo est: in huius facerrimi infantis obsequium conditi sunt: propter ipsum sũt omnia, ipse est finis omnium. Hic inquam infans qui pannis inuoluitur, & in præsepio iacet, hic est princeps, & dominus, & hæres vniuersorum, & quæ in cælo, & quæ in terra, & quæ in abyssis sunt: sicut in epistola Apostolus commemorat. Quem constituit heredem vniuersorum: per quẽ fecit & secula. Innotuit autem in fine temporum, cum patri libuit illũ mundo manifestare. Vsq; tunc mundus ipse vacuus quodammodo, & otiosus erat, quoniam illius finis nondũ apparebat. Sicut enim quando Deus cõdidit mundum, cum cælos, terram, maria, arbores, & iumenta creasset, hæc omnia otiosa vide-

Eph. 4 c

Hebr. 1

Gene. 1

bantur, donec homo, qui omnium illorum proximus finiserat, creatus est: sic de omnibus iudicandum, donec incarnatus est Christus. Quod & Ioannes insinuat cum ait. Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quali vnigeniti à patre. Quasi vnigeniti, quasi principis, & hæredis omnium. Et Paulus. Quando venit plenitudo temporum, milit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Plenitudo temporũ illa est, in qua ostenso omnium fine consummatus est mundus: nam vsque tunc vacuus erat, & imperfectus. Cui etiam consonat Esaias dicens. Quis suscitauit ab oriente iustum? Et sequitur. Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio: id est, consummans omnia quæ ab exordio cõdita sũt. Decebat enim eum propter quẽ omnia, sicut ait Apostolus, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem cõsummari. Et alibi, omnia vestra sunt: vos autem Christi: Christus autem Dei. Et iterum. Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatũ in carne, & iustificatum est in spiritu: apparuit angelis, prædicatũ est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Vnde quã primus egressus de virginis vtero, quasi sponsus de thalamo, cælestis princeps, mundo innotuit: statim ei sicut domino cælestia & terrena famulantur. Properant angeli regem suum adorare, sicut scriptum est. Et adorent eum omnes angeli eius: festinant reges à longinquo, totius gentilitatis nomine nouo principi famulatum, & obediẽtiam exhibere: pastores etiam ex propinquo Israelis

Ioan. 1

Gal. 4

Esa. 41

Heb. 2

1. Cor. 3

1. Tim. 3 d

ps. 18

Hebr. 1 b

Matth. 2 a

lis

lis nomine seruitutem profitentur: omnia sicut domino, sicut deo, sicut patris æterni vnigenito obtēperant & obediunt. Hoc cunctis in euangelio Ioānes euangelista intimat, hoc docet, vt dignè de puero sicut de dei vnigenito sentiamus. Cui Apostolus mirificè consonat in epistola, dicens. Qui cū sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens, &c. O cælestes fistulæ Ioannes & Paulus, quā concorditer, quā sublimiter personatis! o spiritus sancti lyre, quā potenter, quā dulciter cōcinitis! Quenam est obsecro, aut esse potest hac harmonia concinnior, quæ iucundior, quæ suauior? Sed iam abyssum hanc profundissimam cum omni humilitate, duce spiritu subintremus, sacrosanctæ matris ecclesiæ examini & iudicio submittentes, quicquid & hic, & alibi, siue dicto, siue scripto exponere & docere tētauerimus. Primò igitur inquiramus quenam est causa, quòd Dei filius in scripturis sanctis verbum soleat nūcupari. Non enim Ioannes primus hoc nomē inuenit: nam prior psalmographus dixerat olim. Verbo domini cæli firmati sunt. Et iterū. Eructauit cor meum verbum bonū. Et iterum. Misit verbū suum, & sanauit eos. Et Esaias. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, verbum autem domini manet in æternum. Et iterū. Videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est: id est, verbum Dei. Antiquitus ergo hoc filij Dei vocabulum prophetis sanctis fuerat reuelatum, in quo non modica diuinæ generationis notitia hominibus data est. Si enim filius verbum est, ipsa generatio proculdubio per in-

Hebr. i.
a

ps 32.
ps. 44
ps. 106.

Esa. 40
b

Ibidē

tellectum est: verbum nanque intellectu gignitur & concipitur. Quantas ex huius nominis reuelatione diuinitati gratias homines debeamus, non facile dici posset: plus enim vno hoc vocabulo, quā vno libro integro continetur, vt ex sequentibus patebit. Neque tamen per hoc illi quæstioni satisfacisse credimus, quæ apud sapientē inquiritur Quod est nomen eius, aut quod est nomen filij eius, si nosti? Itaque quòd filius Dei verbum sit, ex sacris literis irrefragabiliter conuicimus: sed quomodo verbum sit, diffusius exponamus. Est enim apud nos duplex verbum, oris scilicet, & cordis: vnum quod profertur exterius, alterum quod cōcipitur interius. Sed de quo istorum in diuinis intelligendū sit, propheta exposuit, cū ex persona patris, in psalmo ait. Eructauit cor meum verbum bonum. Vnde miror, cur neotericus quispiam in hoc loco transulerit, in principio erat sermo: hęc enim, ò logos, vtrāque significationem admittat, tamē verbum Dei nō tam sermoni quē proferimus, quā interiori verbo cordis assimilari existimandum est. Est autem verbum cordis, imago quædam & similitudo rei, per intellectum producta, ei immanens: id est, quoddam simulacrū intellectu formatum, & ei inhærens: vnde meritò partus cordis, & filius mentis poterit nūcupari. Est enim à natura vis talis insita mēti, vt possit omnium rerum exteriorum in seipsa, velut in tabula quadam, imagines depingere, atque formare: ac propterea cū intelligimus, imaginari dicimus: quia per intellectum rerum imagines cognoscendo formamus. Mira profectò intellectus facultas, vt in seipso

prover.
30.2.

ps 44

Erasm.

seipso pducatur in esse cognito, quicquid Deus extra produxit in esse reali: & sicut Deus omnium creator est, ita quoque omnium plasmator quodammodo intellectus sit. Quod maius prodigium, quā vt in mente alius mūdus intelligibilis sit, qualis ad extra est iste sensibilis? Ibi cælum, sol, astra, maria, terra, arbores, animalia, arbusta, montes, petre, flumina: ibi leones, vrsi, equi, elephantes, aquilæ, & cætera omnia quæ exterius videmus effigiata, sunt. Vnde Aristoteles. Intellectus agēs est quod est omnia agere: intellectus possibilis quo est omnia pati, id est, recipere imagines: ergo rerum & simulacra intellectu producta & in eo manentia, sicut diximus, verba dicuntur. Ponamus ergo intellectū quendam tanti vigoris & efficaciam, vt intelligēdo rerum omnium essentias, non fictitias & imaginarias, quales noster intellectus format, sed veras, reales, & essentielles formas ad extra producat. Exempli gratia, veros leones, veros elephātos, veras aquilas, & veras columbas: ita vt si ego (exempli gratia) modò ex hoc pulpito cāpium istum leonibus, vrsis, equis, aquilis, intelligēdo replem, & extra me non imagines rerum, sed formas istas veras & reales ex quadam mentis plenitudine, foras dicendo spuerem. Quæro à vobis, nonne tūc omnes illę formæ ad extra per intellectum productæ verba etiam dicerentur? Vtique: nam omnē quod dicitur, verbum est: & illa intellectu dicuntur, quæ intelligendo producuntur: talis est intellectus diuinus. Vnde meritò Ambrosius, verbū leonis, verbum equi, verbum elephantis vocat: quia intelligendo producuntur. Ipse enim dixit & facta sunt

ps. 148.

Et in Genesi. Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Dixit Deus fiat firmamentum, & factum est firmamentum: & ita de alijs. Qua obsecro lingua dixit? non vtiq; alia, quā intellectu: intelligendo enim dixit, & dicendo creauit. Et vide, ne forsità sic illud angeli eulogium intelligendū sit. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Hęc itaq; differentia est inter intellectum increatum & creatum, quòd formas fictitias & imaginarias, quas intelligendo noster intellectus in seipso fingit, intellectus diuinus veras, & reales propter infinitam eius virtutem & efficaciam, ad extra producit. Vnde sic intelligendus est Deus mundum istum sensibilem condidisse, sicut tu apud te mundum alium in mente tua intelligendo formare soles: intellectus enim noster intellectus diuini similitudinem quandam habet, vt sit ipse effigiatius, quorū est ille formatius. Sed procedamus vterius inquirētes. Hic intellectus tam efficax & potens, qui non fictitia in seipso, sed realia ad extra verba intelligendo & dicendo producit, nunquid essentiam ipsam infinitam, increatā diuinitatis, sicut creabiles essentias intelligit: notum est quòd sic. Rursus petamus, nunquid Deus propriam essentiam intelligēdo, sicut in cæteris per intellectum verbum producit, an non? Quis etiā proteruus philosophus verbum in diuinis negare audeat? Ridiculum enim esset, vt qui ad essentias creabiles & finitas tam potens & fœcundus est, ad seipsum & essentiam suam infœcundus & sterilis inueniatur. Vnde per Esaiam. Nūquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? & qui cæteris generationem tribuo, sterilis

Gene. i.

Luc. 2. d

Es. 66

cro

ero? Simile nunc diceretur, nūquid qui ad alias naturas foecundus sum, ad me ipsum, & meam naturam sterilis ero? Producit ergo verbum nō utique fictitium & imaginariū, sed veram, realem, essentialem imaginem deitatis: quam intelligit, sicut in cæteris naturis supra declarauimus. Nam sicut intelligendo essentiam leonis, veram & realem formam leonis, id est, verum leonē: & intelligendo essentiam equi, veram & realem essentiam equi, id est, verum equum producit: & ita in cæteris: ita intelligendo essentiam deitatis, veram & realem imaginem, & figuram deitatis, id est, verum Deum producit: neq; potest recte assignari discrimen. Hoc verbum Dei, ego voco filium Dei: verbum Dei, quia intellectu deitatis productum: filiū Dei, quia in naturæ similitudinem producenti similis generatum: hoc enim est esse filium. Cætera Dei opera, verba Dei quodammodo dici possunt, non obiectiue, sed productiue: nō ad intra dicta, sed ad extra prolata: verba Dei, sed non verba deitatis, id est, non intellectu diuinitatis in eius similitudinem producta, sicut filius Dei. Vide quā concinne euangelistæ Apostolus respōdeat in epistola, de eodem verbo dicens. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius: adde intellectu producta, & erit integra diffinitio verbi: hoc enim supra dixim⁹ esse verbum. Figura (inquit) substantiæ eius, id est, imago nō fictitia quidem, quales noster intellectus intelligendo formare solet, sed substantialis, realis, essentialis, & vera. Verbum igitur quod euangelista nuncupauit, Apostolus exponendo diffiniuit. His tertiam prophetæ vocē

Heb. i.
b

addamus, & integra erit harmonia: Eructauit cor meū verbum bonū, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribæ velociter scribētis. Quā succincte complectitur omnia quæ dicta sunt, quā potēter vtranque exprimit productionem? Eructauit cor meum verbum bonum: ecce productionem ad intra. Dico ego opera mea regi: ecce productionem ad extra. Sed sigillatim exponamus, nullum enim verbum à mysterio vacat. Eructauit, id est, ex illa plenitudine, ex illa immensitate, ex illa abundantia deitatis, ex memoria foecunda, quasi ex amplissimo quodam vtero Dei, ex omnibus quæ sunt in essentia & notitia patris, vt Augustin⁹ ait, plenē, perfectē, infinite, ab intimis produxit. O pulcherrimā expressionem, o verbum ad exprimendam diuinam generationem aptissimum: per quod & plenitudo illa naturæ & productionis efficacia, vis & intimitas exprimitur. Ab intimis eructatum, nō à foris creatum. Vnde sequitur: cor meum, id est, non de nihilo, sed de corde, de mea substantia productū: non de nihilo factū, de corde & vtero Dei verbū Dei eructatur. Sicut alibi ait. Ex vtero ante luciferum genui te. Ex corde, quia per intellectū: ex vtero, quia ex memoria foecunda patris. Ecce producendi modum. Et si per intellectum, ergo verbum nō quidem fictitium & imaginarium, sed bonum, id est verum, reale, essentialē, perfectum, qualis est natura bonitatis ex qua producit. Sic ad intra dico, & semel dico, sicut scriptū est. Semel locutus est Deus. Ad extra verò multipliciter. Dico ego opera mea regi. Dico, id est, dicēdo produco: opera sunt, sed quia dicta, verba

ps. 44

ps. 109

ps. 61

ps. 44

verba quoque dici possunt: nō quasi immanentia, sed quasi prolata. Dico opera. O mirabilem locutionē: nos opera nostra facimus, non dicimus: Deo autē dicere facere est. Sed cui dicat, & propter quem dicat, attēdamus. Regi Christo domino, ex virgine nato: regi, ad quem videndum filias Hierusalē exire inuitat, dicēs. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Regi, de quo in alio psalmo orat: Deus iudicium tuū regi da. Huic regi, & propter hunc regem, sicut supra exposuimus, omnia Dei opera dicta & cōdita sunt: propter illū fecit omnia: ipse est finis omnium. Sed quomodo dixit ea, sequitur. Lingua mea calamus, &c. Si lingua, quomodo calamus? Si calamus, quomodo lingua? Lingua est quæ dicit, & dicēdo producit: sed quia non verba transitoria, sed realia & permanentia dicit, quia dicendo format ad extra quod dicit, ideo calamus scribæ: calamus enim verba exterius scriptura format, & transitorijs verbis permanentes effigies reddit. Velociter scribētis: sed quā velociter? Ipse dixit, & facta sunt. In momento, subitō, sine mora, sine labore, sine tempore. Nō me capio præ lætitiā, quoties sacram literarum inter se, & cū ratione tantam consonantiam intueor. Ex his (ni fallor) qualiter in diuinis verbum intelligendum sit, & quare ratione filius Dei verbum dicatur, & quomodo à patre generetur, ex parte quantum humana fragilitas attingere potest, declaratum est: sed quid huiusmodi verbo Ioānes attribuat, audiamus. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum: hoc erat in

Cat. 3. d

ps. 71.

ps. 44

Ioan. i.

principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Quā sublimiter de verbo edisserit, quā succincte percurrit Deo coæternum, consubstantiale, coæquale principium! Vitam, lucem, asserit esse verbum: in principio (ait) erat verbum: id est ab æterno. Audi rationem. Ab æterno fuit intellectus, ergo ab æterno erat verbum: neque enim Deus sine intellectu, neque intellectus sine verbo esse potest: & verbum erat apud Deum, id est, in essentia deitatis. Patet: nā si in cæteris naturis per intellectum diuinū producit verbum, ergo à fortiori in natura diuina: non enim ad propriam tantum naturam sterilis erit intellectus diuinus, sicut supra differuimus. Et Deus erat verbum. Hoc etiā liquet: nam diuinus intellectus, sicut diximus, non fictitias rerum imagines, & intentionalia verba, sed veras, essentielles, & reales formas intelligēdo producit, ergo verbū à Deo per intellectum deitatis productū, imago realis, vera, substantialis est deitatis, ergo Deus. Cū enim in forma Dei sit, nō rapinā Deo facit, esse & nominari se Deum: alioquin si alterius naturæ verbum Dei esset, iam non verum deitatis verbū, sed quasi fictitium existeret: & creatæ & increatæ naturæ vnum & idem verbū esset, quod est impossibile. Quod si Deus erat verbum, ergo æquale & consubstantiale producenti: nam in Deo non est disparilitas: et si in principio, ergo coæternum. Vnde sequitur, hoc erat in principio apud Deum: id est, coæternum, consubstantiale, & coæquale producenti se Deo. Distinctionem quoque in diuinis ipsa productio aperte probat:

Phi. 2. a

IN DIE NATALI DOMINI

bat: cum nihil possit producere semetipsum. Neque est inutilis ista repetitio: nam prius Deus essentialiter, & postmodum notionaliter accipitur, ut reor. Omnia per ipsum facta sunt: & merito quidem, nam cum verbum sit vera, plena, essentialis, & adequata imago deitatis, omnia quae in abyfso illa immensa deitatis continentur, verbo referuntur: omnium ergo creaturarum ideas in seipso formaliter continet, ut primum earum exemplar, & prototypus. Omnia ergo per ipsum, ut per exemplarium facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Sed quod factum est in ipso vita erat. Nemo hoc dubitat: nam domus quae non vivit in se, vivit in artifice viuo. Sed si aliter legere litteram istam iuuat, grandior est sententia. Lege autem sic. Sine ipso factum est nihil quod factum est: & sequitur, in ipso vita erat. Id est, verbum est vita omnium, quia omnia sustentat, & omnia ab eo habent dependentiam, sicut ecclesia canit. Podus rei vertibilis verbo virtutis sustinet. Et Apostolus. Portans omnia verbo virtutis suae. Sed vnde istam dependentiam comprobabimus? Vtique, quia Deus erat verbum: sed ex ratione verbi magis ratio perquirenda est. Verbum Dei, sicut deduximus, omnium creaturarum exemplar est; quae per ipsum in ratione cuiusdam assimilationis, & quasi vestigia quaedam fiunt: sicut ergo imago speculi ab obiecti praesentia dependet, & radius a luce: ita etiam a verbo cuncta. Et vita erat lux hominum, imò angelorum, imò omnium intellectuum. Hoc satis aperte deducimus. Obiectum enim illuminat intellectum sui praesentia, cum illum vitaliter in sui cognitionem immutat:

Hebr. 1. a

cum itaque verbum sit primum & vniuersale omnium, representatiuum omnium, ideas in seipso continens, in omnium cognitionem omnem intellectum illuminare potest, potentius utique & verius quam obiectum ipsum creatum in sui cognitionem illuminet: est ergo verbum vniuersalis lux omnium intellectuum: vnde merito beati omnia in verbo videre dicuntur. Sed quia dixit, vita erat lux, insinuat per hoc, quod inde habeat verbum quod sit lux omnium intellectuum, vnde quod sit vita omnium existentium, propter rationem idealem: inde enim dependentiam, inde quoque illustrationem supra deduximus. Et lux in tenebris lucet. Creaturas maxime corporeas, tenebras nominat: sunt enim quasi illius veritatis & luminis umbræ quaedam, formam spiritualis ideae exteriori corpulentia praefertes: vnde propter quandam similitudinem cum exemplario suo, in quandam illius notitiam ducit. Sicut Apostolus ait. Inuisibilia Dei, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed tenebrae eam non comprehendunt. Quia infinite melius est illa lux quam per tenebras representetur, infinitos etiam mundos creabiles in se continet, quorum formas hic orbis non refert: vnde quia naturalis haec cognitio luminis, quae per creaturas est hominum, non satis erat ad vitam, fuit homo missus a Deo, &c. Audistis quid de verbo dei euangelista sonuerit, audite nunc Apostolum prorsus similiter continentem: euangelij enim & epistole mira est concordia. Ioannes de verbo Dei concinit, & Paulus Dei verbum diffinit, dicens. Qui cum sit splendor gloriae & figura substantiae eius.

Ioannes

Rom. 1. a

Hebr. 1. a

CONCIO QUINTA.

Ioannes ait. Deus erat verbum. Et Apostolus ad filium. Thronus tuus Deus in seculum seculi. Ioannes ait, omnia per ipsum facta sunt. Et Paulus. Quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Ioannes ait. In ipso vita erat lux. Et Paulus, portans omnia verbo virtutis suae. Ioannes ait, vita erat lux hominum. Et Paulus, purgationem peccatorum faciens. Est enim illuminatio, purgatio quaedam ut Dionysius ait. Vidistis & mirabilem concordiam & harmoniam. Non arrenditis, quam dulciter caelestes fistulae eodem spiritu perflatae sibi correspondeat? Haec omnia de verbo Dei & eius productione tam diffuse deduximus, non quod fidem probare velimus, absit absit a nobis tanta recordia: scriptum est enim. Generationem eius quis enarrabit? Non ambulabo in magnis, neque in mirabilibus super me. Infinite melius & perfectius verbum & est, & gignitur, quam a nobis vel dici vel cogitari possit: sed cum omni humilitate de supercaelestibus ratiocinati sumus: tum ut abyfsum sapientiae in hoc euangelio absconditam ex parte demonstraremus, ut sciant philosophi, quia non est sine sapientia fides: tum ut fidem rationi & verae philosophiae non esse contrariam, contra insultantes paganos ostenderemus: tum etiam ut viam fidelibus panderemus ad intelligendum, qualiter philosophi fidei nostrae similia praedixerunt. Asserit enim Augustinus, in libris Platonis eadem in sententia licet non eisdem verbis, quae in hoc Ioannis euangelico exordio, prelegisse. Non euangelista Platonizauit, sed Plato euangelizauit.

Ioan. 1. Hebr. 1. a

Ioan. 1. Hebr. 1. a

Esa. 53. c ps. 130

Vnde enim Ioannes inde Plato accepit: licet aliter per scalam intellectus nostri, sicut supra deduximus, philosophi ad diuinum intellectum & diuinum verbum conscenderunt, & modo supradicto ratiocinantes de verbo Dei fidei similia conscripserunt: non ab eis accepimus, sed omnes a veritate. Scripsit etiam ille Trismegistus philosophus antiquissimus, ut fertur, librum de verbo Dei: & Platonici de eodem verbo multa dixerunt; triplicem mundum statuentes, idealem in verbo, intelligibilem in intelligentia, sensibilem in rebus. Consimiliter ad id quod euangelista nunc ait. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Sed magi Pharaonis in tertio signo (sicut ait Isidorus) defecerunt: cum namque de verbo Dei, & de ipso Deo, multa conscripserint, de Spiritu sancto nihil penitus cognouerunt: quanuis Plato Trinitatem quaedam posuerit, a nostra non longe diuersam, scilicet, Deum, verbum, & animam mundi, quae anima Spiritui sancto quodam modo respondere videtur: sed non sicut fides, omouison, sed substantia, perfectione, & dignitate inter se distantem: cuius philosophicam inuentionem stolidè secutus est Arrius. Quod autem euangelista consequenter adiunxit. Et verbum caro factum est. Hoc philosophicum superciliu penitus ignorauit. Non fuerunt digni huius seculi sapientes, quibus tantum mysterium panderetur. Vnde saluator ipse super hoc Deo patri suo gratias agens, confiteor (inquit) tibi pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti

G lasti

Luc. 10 d

laſti ea paruulis: ita pater, quonia ſic fuit placitum ante te. Verbi potentiam & excellẽtiam ex parte attigerunt, ſed deiectionem & humiliatiõnem penitus nescierunt. Imò cum poſtmodum in-orbe apoſtoliſ prãdicaretur, ſcãdalu illis videbatur tanta dignatio: & quod ad amorem & laudem prouocare debuerat, incitabat ad riſum. Quã e contrario nunc noſter euangelista, vt magnificaret amplius dignationẽ, ponderauit expreſſius deiectionẽ! non enim dixit, verbum homo factũ eſt, ſed caro: vt inter extrema diſtantiã admirabiliorem tranſitum denotaret. Quid enim verbum? quid caro? In ſpiritualibus aſcende quantum poteris, per angelos, archangelos, thronos, dominationes & poteſtates, tanto vtique melior omnibus effectus, quanto differẽtius prã illis nomẽ hereditauit. In corporalibus verò deſcende quantum poteris, ni hil carne infirmius, nihil corruptibilius, nihil debilius. Denique ſicut propheta ait. Omnis caro fœnum, verbum autẽ domini manet in æternũ. Filius Dei pro te ò homo ſic humiliatus eſt: & vt Apoſtolus fortius ſonat, exinanit ſemetipſum, id eſt, ferẽ ad nihilum ſe redegit. Et ſicut ipſe in pſalmo ad patrem clamat. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Attende & conſidera quid pro tanta dignatione tuo rependere debeas conditori: & non ſcandalizat, ſed inflammat: non perturbat, ſed humiliat nos iſta deiectio. Non cum philoſophis irridemus, ſed tanti beneficij pondere victi ſuccumbimus, ad huus verbi ſonitum proſtrantes noſmetipſos. Attigit verẽ ſapientia à ſine vſque ad finem fortiter,

1 Cor. 1
d

Hebr. 1
b

Eſa. 40
b

Phil. 2. a

ps. 68.

Sap. 8. a

vt diſponeret omnia ſuauius. Si enim potenter voluiſſet, multis alijs modis hominem redimere potuiſſet. Stupenda prorsus tam diſtantium naturarum tam intima & indiſſolubilis vnio: vt ſicut in diuinis, in tribus perſonis vna eſt ſubſtantia, ita & in vero Deo & homine Chriſto, in tribus ſubſtantijs diuinitatis, ſcilicet, anima, & corpore, vna ſit perſona. Arcem quidem tenet vnitas Trinitatis, qua tres perſonæ vna ſubſtantia ſunt: ſecundo tamen loco illa præcellit qua e conuerſo tres ſubſtantiæ in vna Chriſti perſona ſunt. Quã mirificẽ in libro regum hæc verbi exinanitio vſque ad carnem, per illam prophetę incuruationem ad puerũ designata eſt! expreſſa quidem huius rei figura, qua in tota lege ſignãntior non eſt vlla: ſed quia olim eam expoſuimus, nunc reperere nõ eſt opus. Mira Dei exinanitio vſque ad carnẽ, mira quoq; carnis exaltatio vſque ad Deum. Inclinauit cælos, id eſt, attributa diuina, & deſcendit. Sed vſque quo? Et caligo ſub pedibus eius. Et aſcendit quoq; caro, & volauit. Sed vſque quo? ſuper cherubim, ſuper pennas ventorum. Deſcendit Deus vſque ad mortis caliginẽ, aſcendit caro vſque ad Dei æternitatem: deſcendit Deus vſque ad paſſiones carnis, aſcendit caro vſque ad proprietates Dei: Deus humanatus eſt vt caro deificaretur: Deus factus eſt homo, vt homo fieret Deus. Verbum caro factum eſt, vt nos à carnis onere & feruitute liberaret: erat enim ante importabile carnis onus, non tolerabile iugum. Gigantes gembant ſub paſſionum aquis: & inundantes carnis impetus viri etiam perfecti vix ſuſtinere valebant.

Bernar.
de conf.
ad Eu.
gc. lib. 6

ps. 17.

Iob. 26.
b

Sub

ps. 143.

Eſa. 19. a

Eſa. 40.
a

Sub grauiffima farcina debilis & infirma hominũ natura premebatur: neq; erat qui liberaret à iugo. Vidit Deus, & miſertus eſt noſtri: miſertus eſt vicẽ & fortẽ noſtrã: miſit manum ſuã ex alto, & liberauit nos, & eripuit nos de aquis multis, & de manu filiorũ alienorũ. O inæſtimabilẽ dignationẽ, o ineffabilem charitatẽ: de throno maieltatis ſuę deſcendẽs piſſimus ac clemẽtiſſimus rex, ſarcinã quã infirmũ ac debilẽ opprimebat hominem, humeris ſuis accepit; & cum ab onere ſubleuauit: aſſũpſit in ſe carnẽ, & aſſumendo curauit, & curãdo lenificauit. Aſcendit Deus ſuper nubẽ leueim, & ingreſſus Aegyptũ omnia ſimulacra Aegypti à facie eius mota ſunt: id eſt, Deo carnẽ aſſumẽte, & mundũ intrãte, turpia carnis idola, & lubricitatis ſimulacra corruerũt. Quã mirificẽ hoc Dei erga nos tã inſigne beneficiũ Eſaias cecinerat olim, qui poſtquam verbi incarnationẽ & natiuitatẽ ſpiritualẽ enarrauerat, dicẽs. Cõſolamini cõſolamini popule meus, dicit dñs: loquimini ad cor Hieruſalẽ, & aduocate eam, quonia cõpleta eſt malitia eius: dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu dñi duplicia pro omnibus peccatis ſuis, &c. Et infra: omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter, quos domini locutũ eſt: adiungit illico. Vox dicẽtis, clama. Quafi diceretur ei: o ingrãte, hæc vides & taces? hæc agnoſcis & files? Tale hoc beneficiũ eſt, vt poſſis ſuſtinere ſilentũ, & nõ potiũs viſcera rum pãtur præ gaudio, & fauces à laude rauelcant. Clama, & dixi quid clama bo: Superat omnẽ linguã iſta dignatio, vincitur à maieltate locutio.

Clama (inquit) ſicut potes, & dic: omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatur eſt fœnũ, & cecidit flos, quia ſpiritus dñi ſufflauit in eo. Et exponẽs adiungit. Verẽ fœnũ eſt populus, exiccatur eſt fœnũ & cecidit flos, verbũ autẽ dñi manet in æternũ. Quid lucidi?, quid apertius? fœnũ eſt populus, fœnum eſt caro, verbum caro factum eſt. Et exiccatur eſt fœnum, & exaruit caro. Sed quomodo ſiccatur eſt: quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Effudit de ſpiritu ſuo ſuper omnẽ carnẽ, & exiccata eſt, & flos eiꝰ cecidit. Olim homo per peccatũ totũ degenerarat in carnẽ, ſicut ſcriptũ eſt, nõ permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt: carnẽ illã aſſumpſit deus, & totus homo mutatus eſt in ſpiritũ, Deo factõ homine: homines ex carnalibꝰ in ſpirituales, ex terrenis in cæleſtes, ex beſtialibus in angelicos demutati ſunt: factus eſt Deus filius hominis, vt filios hominũ filios Dei faceret. Vnde Ioannes dicturus quia verbum caro factũ eſt, vt huius tãti operis finẽ vtilitatemq; mõſtraret præmiſit: dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, nõ omnibꝰ, ſed his qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex volũtate viri, ſed ex deo nati ſunt. Sed quid ſolũ autoritatibus agimus? experiẽtiã, ſi placet, cõſulamꝰ, & apertius innotefcet. Dicite fratres ante Chriſti aduentũ verbo nondũ incarnato, quales genuit natura homines, quales filios humanitas procreauit? In tãto tẽporũ curiculo quos legiſtis virgines: quos cẽlibes inueniſtis? Vix duo vel tres Helias & famulꝰ eius Helifeus: neq; hos virgines quidẽ legimus, ſed vxores habuiſſe nõ legimus: cãteri omnes

Gn. 6. a

et si sancti, in coniugio seruiert. Nunc verò carne à filio dei assumpta, quot virginum choros, quot cælibum cu neos, quot continetium castra in ec clesia videtis? An non exiccata est foenù, & cecidit flos? an non omnis vi ror carnis exaruit, & emarcuit vigor eius, postquã Deo cõiuncta est? Con siderate post domini incarnatione Aegypti & Palestine eremù: lustra te solitudines angelicis hominibus plenas, qui sic in carne, quasi extra carnem degebãt: carnẽ quidẽ supra se portãtes, sed passiones eius & gra uedines ferẽ penitus ignorãtes. Nun quid non in eis caro exiccata, & leuifi cata erat? nõ quid non flos ei? cecide rat? & viriditas eius omnis aruerat? Sed ynde siccata? quia spiritus flauit in ea: in calefcente spiritu exaruit in eis caro. Quid in eis, obsecro, carneũ nili sola exterior species apparebat? O bone Iesu, quas tibi gratias pro tã to beneficio mūdus persoluet? quid tibi reddet homines, quos ferẽ per gratiã tuam in naturã alterã cõmu tãsti? grauissimũ carnis onus subire non recusasti, vt eam nobis leuifica res. Nã et si caro illa tua sacra, iuxta propheta vaticiniũ, nubecula leuis fuit, & totius peccati pòdere caruit, tamẽ hoc ipsum, lassari, fatigari, re solui, esurire, sitire, frigescere, nasci, pati, mori, ceterisq; carnis passio nibus inculpabilibus subijci, quãti la boris & molestiã fuit? O durũ patris imperiũ, & grauissimã iniunctione: considerate fratres, si cuipiã angelo nũc Deus præciperet, vt carne cor pore vestiretur, molestias carnis ex periretur, & passiones eius sentiret, quã grauis illi hæc obediẽtia fieret: nonne aliter infernus illi hæc sarcina videretur? Quid si dolores acerbissi mos, cruciatus diros, mortẽ, et crucẽ

Esa. 19. a

in ea subire præciperet, quã omnia filius Dei vnigenitus pro nobis pati nõ dedignatus est, vt nos ex homini bus deos faceret, & in sui gloriam permutaret? Factus est particeps hu manitatis nostre, vt nos participes fa ceret diuinitatis sue. Meministis fra tres similitudinis illi? euãgelicẽ, qua regnũ cælorum cõparatur fermento, quod acceptũ mulier abscondit in fa rinae sata tria, donec fermentaretur totum. O admirandã similitudinẽ, di uina sapiẽtia tria sata farine, corpus, animã & spiritũ, hoc est animã v nius duplicẽ portionẽ in Christo fer mẽto deitatis fermentauit, & illud fru stum fermentatum toti humani ge neris massã in sacramẽto cõiunxit, donec tota electorũ massa fermenta retur & deificaretur. Sicut qui vnũ carbonẽ incendit, & illũ cæteris cõ miscet, donec incendãtur omnes: vt quos nõ deificauit assumendo, deifi caret sumptus ab eis, & vni dixe rim illis incorporatus. Nũc autẽ hæc fermentatio nondũ apparet, quia et si filij Dei sumus, nondum apparuit quod erimus: cũ autẽ Christus vita nostra apparuerit, tũc fermentatio ista publica erit, quia similes ei cri mus: & qualis illa portio carnis in Christo, talis omnis massa electorũ videbitur. Vnde Psal. Cũ dederit di lectis suis somnũ: ecce hæreditas do mini: ecce merces, ecce filij, ecce fru ctus vëtris. Tunc quid verbũ caro fa ctũ mundo cõtulerit apparebit: tũc pars fermentata & pars azyma notifi cæ erunt, quando fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum, & impij in tenebris conticescent: quã do qualis cælestis, tales cælestes: & qualis terrestris, tales & terrestres. b Quando natura hæc nostra in quo libet beato diuino quodam lumine f. illustrabi-

Matth. 13. d

1. Ioã. 3. a

ps. 126

Matth. 13. f.

1. Reg. 2. b

1. cor. 2. f.

illustrabitur, & ad esse diuinũ miro quodam modo eleuabitur: vt plus quilibet beatus videatur habere de Deo, quã de seipso. Quando sol il le potentissimus nubecula nostrã carnis impressus, miris eam colori bus & candoribus illustrauit: quã do erit Deus omnia in omnibus, & filij Dei effecti in illa cælesti Hieru salem cũ Christo domino vero Deo & patre nostro regnabimus, & gau debimus: cui est honor, & gloria, & imperium in secula seculorũ. Amen: DEO GRATIAS.

1. cor. 12. a

IN EPIPHANIA DO mini. Sermo primus histo rialis.

THEMA.

Apertis thesauris suis, obtu lerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. Matthæi. 2.



Randis festiuitas ho dierna fratres, neq; minori quã natalis domini gaudio cele brãda: succedũt sibi mutuò sacra solen nia, ne fidelibus po pulis deficiant gaudia. Illo die natus est dominus, hodie mōstratus est: il lo die ex vtero genitº prodijt, hodie radianti sydere manifestatus inno tuit. Quid obsecro nasci profuisset, si nõ dignaretur agnosci Iudeis, Gẽ tilibus, & Paganis? Ignorata quid cõ tulit natiuitas saluatoris? Grãdis vtique misericordia, & redundans gra tia, quòd natus de virgine, reuelante se angelo, & prodete cõlo, statim his pro quibus nascebatur, innoscere voluit. Intelligite fratres mysteria, perpẽdite sacramenta: illo die natus

est Christus, & hodie desposatus est: tunc processit tanquã spõsus de tha lamo suo, dilectã suẽ aspectibº præ sentãdus, visus est, & agnitus ab illa: & quia speciosus forma præ filijs ho minũ, placuit in oculis eiº, & amore liquefacta statim pperat ad ample xus. O formose puer ab vtero cõnu bia ducis: modò nasceris, & sponsã iam solatia quæris? o virgo sacra, nu per edidisti, & iam illũ desponsasti? Vna die spõsus & spõsa orti sunt, & eadẽ hora qua nati, desponsati sunt: coxtanei inuicẽ sunt, licet alioquin ille æternus est. A præsepio, quasi à lectulo, spõsam ad connubia trahit: vocat angelo, vocat sidere, neq; lon gas sustinet amoris impatiẽtia mo ras: patrem & matrẽ recẽs infans te ste vaticinio nominare nõ nouerat, & iam sibi Samariã & Damascũ in fœdere sociabat. Cõsueuerũt paren tes aliquãdo præcoci cõiugio copu lare infantes, vt se mutuò magis amẽt, & cũ crescẽtibº crescat amor: firmiter enim hæret affectus qui te neris inseritur animis, neq; facile rũ pitur amor qui cũ lacte bibitur: vn de fit ille amor quasi naturalis, qui in cordibus hominũ ab infantia coalescit: neq; iam illa vxor solũ, sed quasi soror habetur, quã ab ortus initio copulatur. Vt ergo sponsam suã cælestis infãs ardẽtius tenaciũsq; diligeret, ab infantia duxit eam: vn de eam in cãticis sorore, spõsam vo cat: quia, scilicet, cũ eo ab vberibus creuerit. Est autẽ ille sicut speciosus & diues, ita potẽtissimus & nobilis, ab altissimo genere originẽ ducens: illa autẽ è cõtrario fusca paululum, & ignobilis, ruralis & rustica, ex Adã terreni genere orta: timeri poterat, ne fortẽ adultus despiceret illam princeps pacis, nisi puer ab infantia

ps. 18.

ps. 44

Esa. 8. a

Cãt. 4. e

infantia duxisset eam: vnde illum cęlestis pater, & virgo mater despō fare festinant. O quomodo adamauit eam! O quantum dilexit illam! quid non pro illa passus, quid non aggressus est? durissimos agones, certamina fortia, & periculosa discrimina pro eius amore sustinuit: mille se periculis laboribus, & morti exposuit, vt eam sibi coniugio retineret: triginta tribus annis pro ea patri seruiuit duro seruitio, & videbantur pauci dies prę amoris magnitudine. Corpore suo subarrhauit eam, spiritu suo ornauit eam, sanguine suo mundauit eam, potenti lauacro & fortissimo abluuit eam, vt exhiberet sibi sponsam acceptabilem, sine ruga, & sine macula pulcherrimam. Vnde pulchritudinis eius, quam ipse in ea fecerat postmodum admiratus, exclamat: & ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Oculi tui columbarū. Hęc est festiuitas quā recolimus fratres, ad hanc celebrandam cum gaudio conuenimus. Sacra cęlestis principis connubia fiunt, læta illius sponsalia celebrantur: ad hoc sapiētissimi reges ex oriente venerūt, & in hoc onustos muneribꝰ dromedarios deferūt: legati spōsę sunt, illiꝰ nomine paranymphe veniunt, cum filio virginis inire cōnubia, dare fidē, & manibus sacris iungere manus. Audierant siquidem procul narrante sydere, quia de thalamo suo sponsus processerat: cōnubij fœdera inire festinant, ne prior alia vxor accedat. Hoc & Dauid psalmographꝰ olim propheta cecinerat. Venient legati ex AEgypto, AEthiopia p̄ueniet manus eius Deo. Ab AEgypto tenebrarū legati destinantur ad lucē: & AEthiopsa gentilitas cādoris eter

Gn. 29.

Ad. E. phe. 5. f.

Cāt. 1. d.

ps. 18.

ps. 67.

ni manus anticipat, ne spōsum ei lippis synagoga oculis subripiat, & ablato illo cōfusa permaneat. Vt tibi misera synagoga, vā tibi stolidas & cęca: illū quē tādiu expectaueras amisisti. O si cognouisses & tu, o si scires quæ in medio tui aguntur hodie: ecce relinqueris hodie deserta, vidua, sola, & desolata. Sic enim de te ppheta vaticinatus fuerat olim. Et relinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea: & sicut tuguriū in cucumerario. Fœdus cum alia firmatum est, & solui nō poterit: dedit munera, accepit arrham: nūquā huius spōsę spōsus fidelis fœdera violabit. Verba fœderis si ignoras, agnoscito. Hic est Deus, Deus noster in eternū, & in seculū seculi: ipse reget nos in secula. Legatorū principum verba sunt: qui vt hoc agerēt, cōgregati sunt, & conuenerunt in vnū: hi sunt arietes illi, de quibus alius propheta p̄dixerat. Omne pecus Cedar cōgregabitur tibi: arietes in Nabaiot. Arietes gregis Cedar, id est, obscure gētilitatis duces, isti sūt qui nouo pastori nouum offerūt famulātū. Priores isti nascēti Christo venerunt in Nabaiot, id est, Bethlehē, quos reliquū omne pecus quoq; sequetur. Sed quomodo tam cito eis innotuit natiuitas saluatoris? nō hominis quidem eloquio, sed stellę radio. Viderunt radiantē stellā, & ortū esse solē veluti ex lucifero cognouerūt. Quomodo autē noui syderis idioma perceperint, variē exponitur à diuersis. Chrysostomꝰ à vaticinio Balaā p̄monitos fuisse Magos affirmat, ex cuiꝰ genere traxerāt fortassis originē: est autē huiusmodi vaticiniū in Numerorū libro. Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obthuratus est oculus, dixit auditor

Luc. 19.

Esa. 1. c.

ps. 47.

Esa. 60.

Num. 31. c.

sermonum

Num. 24. c.

sermonum Dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipotentis videt. Videbo eum sed nō modo: intuebor illum, sed non propē. Orietur stella ex Iacob, & confurget virga de Irael, & percutiet duces Moab, &c. Hanc ortus domini prophetiam (vt dicunt) patres filijs exposuerāt, & agnito mysterio, ab illo tempore in monte Victoriano excubias obseruabant, donec sidus optatum apparuit. Sed Augustinus, magisterio angelico illos mysteriū didicisse rationabilius iudicat: vel potius, sicut Leo ait, diuino radio illuminati sūt intus. Dedit enim aspicientibus intellectum, qui p̄stitit signum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri: & se inueniendū obtulit requisitus: quanuis & ipsa stellę nouitas, & insolita magnitudo, magnū aliquid portendere videretur: erat nanque ab alijs sideribus substātia, motu, situ, lumine, & magnitudine longē diuersa, vt suo radio admirationem quandam induceret & pauorem. Quod autē nati regis portentiū existeret, diuina (vt credimꝰ) reuelatione nouerunt. Ipse enim qui iacebat in p̄sepio, fulgebat in cęlo: & quos syderico radio illuminabat exterius, diuino lumine irradiabat interius: nā & pastores nō angeli solius, sed Dei claritas circūfulsit. Sequūtur ergo superni luminis ductū deuoti principes, & ortū iustitię solē micantis syderis radio perlustrant: regiamq; ciuitatem ingressi, noui regis ortum audacter inquirunt. Nequeo satis mirari horū principum animosam fortitudinem: in alieno regno, regnante tyranno, nouum perquirere regē, aperti periculi res est: neq; potuit latere sapientes viros tam euidentis & notorium

diferimen. Quomodo putas ad hanc vocem concitatur in eos fera crudelis? quas non parat mortes, quos gladios non acuit ad vindictam? Herodes ille Idumæus erat, & Iudæorū regnum nequiter intrusus violentia possidebat, atque propterea suspectum habebat omnem euētum: quicquid fiebat, quicquid accidebat coniurationem suspicabatur, & sui capitis periculum aestimabat. Nouerant hoc Magi prudentes, nouerant regis immanem tyrannidem, trucē animum: nouerant truculētum hostem, sicariū, in populos, in filios & domesticos parricidam: sed animositate ingenua stant intrepidi corā rege, audaciq; eloquio impij tyranni vultus & ora confundunt. Mirafides, pro eo quem nondū viderant, mortem & extrema omnia sustinere parati: prius cōfessores, quā visores: prius voto martyres, quā oculo inspectores effecti: omni nanq; malitia superiorem suam indagine arbitrabantur: & quia cęlestem regē inquirunt, terrenū non formidāt offendere principatū. Turbatur ergo Herodes, nimirum quia alienigena tyrānus erat: sed tu o nequissima, o perfida Hierosolyma, cur ita turbaris? vt quid cum nequissimo tyranno tristaris? Saluator tibi nascitur tandiu optatus, tam longē ante promissus, tot lachrymis & precibus à patribus postulatus, rex potens & magnꝰ, qui te à seruitute eripiat, qui emulos tuos sub pedibus conterat, qui te gloria & honore nobilitet & exaltet, qui omnium bonorum te affluētia repleat & amplifcet, qui famam gloriamque tuam super astra euehat & reponat, quem prophete cecinerant, patriarchę signauerant, antiquitas omnis feruenti animo

G 4 concu-

concupierat: & tu misera & cæca, auditio eius natalitio turbaris? & quod magis horrendum est, illius mortē excidiumq; cum diro tyranno machinaris? quid dicam tibi ò generatio praua, & peruersa? o viperarum venenata progenies, quid dicā tibi? **Deu. 32** Hæccine reddis Deo tuo, Messiaæ tuo, popule stulte & insipiens? Hæc sūt natalis eius festiua tripudia, hæc læta iucunditas, hæc gaudia, hi ludi, hæ choreæ, & passim vbique canentium fusa lætitia? Sic saluatori tuo natalitia festa persoluis: sic optati Messiaæ genialia solennia colis? Quis super tanta malitia & ingratitude non succenseat: quis aduersus gentem procacem & malignam non indignetur? Superat verè superat omnem indignationem tantæ magnitudo nequitia, malitiæ pondus, ingratitude labes. Meritò **Roma. 11. a.** domine, & bene meritò repulisti eam: iusto eam iudicio dissipasti. Non prout meruit actum est ei, neque secundum eius malitiam redditum est illi. Euenit profectò huic **Gen. 27. d.** populo cæco, quod cæcipienti Isaac patriarchæ olim cõtigerat, vt presentem non agnosceret filium, de quo in futurum multa præuidebat. Sic populus iste, Christum dominū quem ore prophetico longè ante prænunciavit, coram se positū non agnouit: excecauit enim eos malitia sua, ne radiantem lucem perspicerent, quā quærebant. Sed ad Herodem redeamus. Dissimulat callidè vulpina soboles amaritudinem animi, quam ex Magorum nuncio conceperat: senatum conuocat, cõcilium congregat, legis peritos interrogat, quærentur de Christo testimonia, conferuntur tempora, discernuntur indicia: & quò apertius

rei veritas aperitur, eò intensius venenatus animus intra se adurit. Varia ergo secum volenti animo, sententia stat religionē simulare, & Christum dominum interficere. O demerentiam singularem, Messiam tot retrò seculis à Deo promissū, à prophetis prænunciatū, à patribus expectatum, & nunc demum sydere lumine demonstratum, insanus hominū cio iugulare conatur. Mira hominis stoliditas: vaticinia interrogat, & necem parat. Quid agis Herodes? quid consulis? tūne statum rerū ordinem permutabis? Dei excelsi promissa eua cuabis? sacrorum vatū oracula irrita facies? Tūne (inquam) solus aduersus Deum & homines præualebis? O hominum stultissime, si prophetiæ non credis, vt quid eam consulis? si credis, vt quid in contrarium niteris? Si vera est prophetia, vtique implebitur: si non est vera, ad quid consulitur? Audi insane, sacri oraculi verba signato. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meū Israel. Dux ergo insans erit, & velis nolis populum Dei reget: quid tu illi necem moliris? Nunquid non audisti? Viuo ego (dicit dominus) quia consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet? Voluntati Dei quis resistet? Si nascitur in Bethlehem, quia scriptum est, ergo & reget Dei populum, quia itidē scriptum est. Cur prophetiam diuidis? cur eam truncas? Attende maligne quod sequitur, & contremisce. Et ortus (inquit) eius à diebus æternitatis. Inanis bestia, quæ insequeris, à diebus æternitatis oritur: oritur ex patre, qui nunc recenter natus nunciatur ex matre: & tu ipsum dolo interficies inique? Miror valde, & supra modum stupeo horum malignā

Mich.
Matth.
2. a

rium consilium, quomodo ista non vidit: neq; enim in occulto res erat, si mens non cæca fuisset. Neque minus detestanda sacerdotum peruersitas, monstrasse viam ceteris, & sicut lapides à milliario immobiles permansisse. Si in Bethlehem natus est Christus, ò pontifices, ò sacerdotes, ò legis periti, vt quid cum Magis non quæritis eum? quare non properatis ad illum? Si Magis non creditis, quid cum Herode turbamini? si creditis, vt quid piè quærentes non sequimini? Quam bene de vobis psalmographus cecinerat olim. **Ps. 17.** Populus quem non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Ecce enim à longinquo gens barbara, pia solitudine Christum quærit, quem ingrati filij prope positi videre recusant. Ex tanta nāque populi Iudeorum multitudine, neque vnus quidem inuētus est, qui audito tam insigni & præclaro nuntio, propinquā Bethlehem ciuitatem adiret, & tantæ rei veritatem inquireret: tantus erat illius populi mentis stupor, & hebetudo iudicij. Mentiti sunt ergo domino filij alieni, dum nequiter cum hoste religionem simulant, & necem parant. Sed mentita est potius iniquitas sibi, quoniam frustra iacitur rete ante oculos pennatorū. Et sicut scriptum est. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Miro itaq; Dei consilio facti sunt ostēsores, cuius voluerūt esse proditores: locum natiuitatis vafra vulpecula diligenter interrogat, vt suo scrutinio pios quæsitores instituat. Ipsa ergo eius fraus quam parabat, in perniciē ver

Ps. 26.
prouer. 1. b
prouer. 21. d.

sa est. Sic domine, sic astutos in astutia sua comprehendis, & consilia **Iob. 5. b** prauorum dissipas: sic scæua malitia documentū pietatis exhibuit, & pio desiderio fraudulenta nequitia doctrinæ ministerium præbuit. Sed iam perfidos istos omittamus, & ad pios principes redeamus. Magis intransitibus Hierosolymam, stella disparuit, quoniam lucidioris oraculi hemispherium subintravit. Quā ergo solaris fulgor obscurare non potuit, prophetiæ claritas adumbravit: humanum enim flagitantes consilium diuinum amittere ducatum: & conuersos ad terrenū documentum cæleste deseruit signum: grandi vtique ac notādo mysterio, vt qui fidei certo lumine ad Christum dirigimur, diem hominis, id **Hier. 17.** est, philosophicam lucem, vltius non quæramus: humanæ enim sapientiæ caligo clarum fidei nostræ sydus potius obnubilat, quàm illustrat. Quo fit, vt experimento sæpe didicimus, vt qui nimium cupit esse philosophus facile desinat esse Christianus. Propter hoc igitur, dum ab hominibus nati regis ortum inquirunt, eiusdem regis fulgidum ducē amittunt. Sed ad quid obsecro, gentium reges Iudeorum regem inquiritis? Vidimus (inquiunt) stellā eius in oriente, & venimus cum muneribus adorare eum. Adorare ò reges, propter quid adorare? potēiores apud vos reges sunt, & clariores principes quos colatis, vt quid reges gentium, exiguum Iudeorum regē adorabitis? Venit olim à finibus vestris regina, sed audire sapientiam **3. Regū 10. a.** Salomonis, non adorare Salomonē: & tamen in regibus Iudeorum, quis Salomone potentior? quis ditior? Iudæa sui ortum regis ignorat, & vos

ab orientis initio ipsum adorare venit. Agnoscite fratres horum sapientium notissimam fidem: nunquam enim ut Augustinus ait, tam ardentem, tam feruente adorare cuperent regem Iudeorum, nisi ipsum etiam crederent regem esse seculorum. Hæc fides Magorum animos ad inquisitionem pueri concitabat: hæc eos ardenti desiderio in natum regem propellebat. Gestiant videre visionem illam magnam, spectaculum visu dignissimum, Deum humanatum, Deum & hominem vna hypostasi unitum. Egressis ergo ab urbe præuius eis dux superemicat, quem amiserant. Bone Deus, quo exultant gaudio? quanta replentur corde lætitia? Vnde euangelista. Gaudium sunt (inquit) gaudio magno valde. Duplici nanque lumine syderis & legis directi feruntur: consonat oraculo sydus, recta eos via ducens in Bethlehem, & duplici fides testimonio roboratur: inflammat eos etiam loci propinquitas, quia prope iam est, ut videant quod exoptant. Feruent itaque pia corda cælesti rotata tripudio: conceptumque non valent viscera sustinere feruorem. Properant ouantes natum videre regem, & longa sit omnis desiderio mora: appropinquant oppido fulgidum sydus sequentes, & rei exitum expectantes: diuertit sydus ad propinquam porticum, iumentorum potius quam hominum visibus aptam. Mira res, sistit de super proximum tecto, rotatur, voluitur, tripudiat, scintillat, radioque velut digito, quasi tum regem ostentat. Stupent nouitate viri, neque enim aptum erat principi tectum: desiliunt equis conciti, domusque penetralia lustrant. Intus virginem decoram vident, vultu ve-

nusto, facieque pulcherrimam, venerandam, solam, tremulam, sedentem angulo, gestuque pauentem: virginem speciosam valde, decoris portentum maximum, qualis non fuit ab initio altera, neque futura est in æternum. Hæc ad equorum, dromedariorumque strepitum pauida, infantem præsepi locauerat, fœnoque condiderat: neque enim soli veniebant gentium proceres, sed multa suorum familia comitati, sicut decebat reges extranea regna petentes. Vnde propheta. Inundatio (inquit) camelorum operiet te. Dromedarij Madiam & Epha, omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annunciantes. Inspiciunt se mutuo principes, tanto decore perciti, beneuoleque salutant. Quid (inquiunt) hic agis o decora puella? quænam hic causa manedis? quænam es? aut vnde venisti? est ne tecum aliquis? quis te deduxit huc? est ne tibi filius? Durum verbum acutus gladius virginis viscera scindens: silet, vultu pallida, sanguinem namque pauore totum cor rapuerat. Quid enim tunc anxia virgo faceret? mentiri non poterat, filium prodere non audebat: silet ergo, neque tamen locum silentio præstat repetita quaestio: instant reges acrius, pacis & amoris signa præstantes: proditur itaque aspectibus decorus infans, præsepique a matre leuatur. O magnum stupendumque miraculum: tremuncuncti viso puero, timore magno turbantur, vultus crinesque eriguntur, pauimento procidunt maiestate percussi, & ad virginis pedes timore prostrantur. Prædixerat hoc psalmographus olim, cum istorum prophetaret aduentum. Reges (inquit) terræ congregati sunt, conuenerunt

in

Matth. ab in vnum, ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Et rursus in euangelio. Procidentes adorauerunt eum. Sicut enim pastores videntes cognouerunt, de verbo Dei non hominis magisterio docti: ita & Magi iacet, purpurati principes ad virginis pedes, & pannosum infantem regia celsitudo pauescit. Quid sentis o virgo: tuam quid nunc concitat mentem? quid est quod vides? Qualis potens aquila tremulos cum superuolitat turdos, talis virgo regia barbaros circumspicit reges. Dicit nunc principes quænam vos potentia terret? quid vidistis in matre? quid vidistis in filio? quid vidistis in virgine? quid vidistis in puero? Non sub poplite sella regalis, non de membris purpura, non de capite diadema fulgebat, non ibi turba famulantum, non terror exercitus, non splendens fragor armorum, non serica vestis & aurum, non purpura & ostrum: quid vos concitat reges? quid vos timore conturbat? Magnū profecto aliquid latebat in puero, quod principes illi oculis lynceis inspexerunt: leo in agno, gigas in paruulo, Deus in puero, maiestas immensa sub teneri corpusculi corrina latebat: & radiatissimus sol sub leui carnis nubecula latitabat, qui eos suæ claritatis radio perculit & prostrauit. Postquam igitur aliquandiu prostrati conceptum timorem digesserunt, recepta fandi fiducia, diuinum infantem adorant: mysticas ei munerum species offerentes humiliter adorant. Aurum regi, thus Deo, mortali homini myrrhā offerunt: acceptumque manibus suis puerum, viritum delatum summo cum gaudio & reuerentia colunt. La-

chrymantur omnes præ lætitia, & veluti carbones igne spiritus succeduntur. Quis horum principum deuotionem, & mentis feruorem explicare queat? Quis eorum lætitiæ exultationemque recenscat? Cui comparabimus viros istos fratres, aut cui assimilabimus eos? Si leonibus, fortiores sunt: si aquilis, velociores sunt: si lyncibus, perspicaciores sunt. Properant ab oriente celeres, velut ad prædam aquilæ immensa terrarum spatia breui dierum circulo peruolantes. Vnde propheta post præfatum illorum vaticinium, celeritate admirat⁹ exclamat. Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Non eos ardua regnorum negotia, non domestica cura, non numerosa familia, non vxor, non filij, non disponendarum rerum multitudo detinuit: non diu de itinere consulunt, non in lōgum protrahunt, non expensas & victualia parant: sed viso sydere, omissis omnibus iter quā docentur arripunt, viamque cum omni celeritate percurrunt. Tanta erat illis auiditas videndi mysterium. De fortitudine verò & constantia quid dicam? Frenit tyrānus, turbatur sacerdos, excandescit vulgus, presentemque intentant omnia mortem, sydus absconditur, puer natus ignoratur, populus qui gratulari debuerat de tanto nuncio perturbatur, & perstant in negotio fortes, cōstanter cepta sectantes. Non eos tyrāni crudelitas, non populi malitia, non syderis desertio, non ignorata natiuitas ab incepto deterruit: non eis stabulum forder, non paupertas & præsepe vilet, non pannis offenduntur, non de matris solitudine & inopia scandalizantur, sed difficultate augetur animus

nimus, & obstaculis constantia roboratur. Iam verò quanta fuerit in eis fidei perspicacia, res ipsa ostendit: nulla viderant adhuc infantis miracula, nulla prodigia, non eum maria calcantem, non mortuos suscitatem, non cæcos illuminantem viderant, non eius sapientiam nouerant, non doctrinam audierant, & tamen in summa rerum egestate, & vltima humilitate Dei maiestatem agnoscunt & colunt, carnis velum mentis acie penetrantes, & post parietem nostrum gloriæ regem intuentes. Mira quidem fides latronis, quæ Deum orauit in patibulo: sed non minor Magorum, quæ Deum coluit in stabulo. Agnouit ille pendentem, isti lactentem: ille gementem, isti plorantem: ille clauis affixum, isti pannis inuolutum: ille vita exeuntem, isti intrantem: sed ille forsitan eius opera audierat, isti verò nihil in eo audierant, aut viderant, quod notarét. Quibus autem verbis, quibusue gaudiorum lachrymis, puerum & matrem honorauerint, dicere quis sufficiat? Instant, orant supplices, totaque virginem deuotione precantur, ut eorum suscipiat fidem, & gratum habeat famulatum. Diuitias quoque, seruos, & regna offerunt in obsequium, grandem sibi felicitatem accidisse putantes, si tantam dominam reges habere cõtingat, cui obediãt, cui seruiãt, cui se totos & sua impendant. Neque tamẽ monitis parerit virgo sobria, sed placidẽ dimissos ad hospitia mittit: vbi nocte eadem in somnis angelico edocti oraculo, ne redeãt ad Herodẽ, per aliam viã ouantes & læti reuersi sunt in regionem suã. Postmodum verò authore Chrysostomo, adiuncti Thomæ, fidẽ catholicã populis prædicauerunt, & ad

Luc. 23.

regna cælorum feliciter migrauerunt. Hæc de historia. Eamus & nos fratres, & natum saluatorem cum istis sapientibus inquiramus, non iam in præsepio iacentem, sed in throno regnantem: non panis inuolutum, sed gloria & honore coronatum: non in sinu matris cubantem, sed ad dexteram patris sedentem: non in brutorum consortio, sed in angelorum frequentia dominantem: queramus eum non syderis, sed fidei radio. Hæc viæ nostræ dux certissimus, hæc ad dominum saluatorem recto tramite nos deducet, & regem maiestatis in decore suo monstrabit. O quisquis gloriæ dominum in æterna felicitate videre sitis, ne declines oculos à fulgore huius syderis, si vis peruenire quod cupis. Queramus autem eum ardentem, queramus diligenter, queramus perseueranter: non nos rerum temporalium prosperitas detineat: non infortuniorum asperitas deterreat: per varias sortes, per mille discrimina rerum, calcantes seculi huius blandimenta fallacia, in regni cælorum gloriã properemus. Sed non appareamus in conspectu eius vacui, offeramus & nos principi nostro donaria, non de thesauris nostris, sed de suis: quis enim prior dedit, & retribuetur ei? Tua sunt omnia (inquit Dauid) & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Offeramus ei de thesauro temporalium, aurum de thesauro corporis, myrrham: de thesauro cordis, odoriferum thus. Hic rectus est ordo, ut primò temporalia largiamur: qui enim non liberat sua, quomodo donabit seipsum? Aurum illi offert, qui temporales diuitias quas possidet, in toto vel in parte Deo dicat, vel pauperum vltibus tribuit. Sed qui Deo largitur diuitias,

Deu. 16

Rom. 11

1. Para.

ultimo,

diuitias, contemnat quoque pro Deo delicias oportet. Quid namque proderit eleemosynas affluenter facere, & turpibus delectationibus sordidari? Qui enim dixit. Si quis non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, ipse quoque dixit: qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Placet Deo eleemosyna, quam carnis continetia comitatur. Reliquisti diuitias, bene fecisti: adijce adhuc ut relinquantur delicias, & placita erit Deo oblatio tua. Myrrha amara est, sed corporibus utilis, & proficua, præseruat enim corpora à corruptione, vermibus & liuore. Talis est omnis continentia, & penitentia disciplina: hæc carnes præseruantur, ne libidinibus putrefiant, sicut scriptum est. Computruerunt iumenta in stercore suo. Tatum caueas ne sit nimia, attenuet carnis virorem, non extinguat virtutem, non effundatur, sed distilletur, sicut scriptum est. Digiti mei distillauerunt myrrham. Iam si quis hæc duo munera libenti animo Deo obrulit, poterit de cordis sui thesauro odoriferam thuris oblationem offerre: de qua psalmus. Dirigatur (inquit) oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. In homine enim carnali & curis temporalibus implicato, quis locus est deuotionis & laudis? qui vero à temporalibus expeditus, & carnis inedia maceratus, seipsum & sua domino dedicauit, deuotionis & laudis in corde suo reperiet oblationem. Istæ sunt phialæ odoramentorum aureæ, quas Ioannes vidit in Apocalypsi, id est, pura corda spiritu & deuotione plenissima. Quantum Deo grata sit huius thuris oblatio, propheta commemorat, vbi ait. Sacrifi

Luc. 14.
c
Matth.
10. d.

Ioel. 1. d

Cat. 5. b

ps. 140

Apoc. 5

cium laudis honorificauit me, illic iter quo ostendam illi salutare Dei: non quidem in paupere tugurio, sed in excelso gloriæ folio: ad quã nos perducatur ipse Iesus Christus dominus noster, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

THEMA.

¶ Quid hic statis tota die otiosi?



Vbitabit forsitan aliquis, quomodo non aduersatur diuine iustitiæ & æquitati, hæc æqualis operariorum inæqualiter laborantium præmiatio,

cum scriptum sit, reddet unicuique iuxta opera sua: & Apostolus apertius: vnusquisque præmium accipiet secundum suum laborem: quomodo ergo inæqualiter laborantes, æqualiter præmiatur? Nec videtur satisfacere quæstioni responsio patrisfamilias, amice non facio tibi iniuriam: non possum facere de meo quod volo: Fatemur domine, ita est: non facis iniuriam: tua est gloria, tuum est regnum, quicquid volueris iustum est, etiam si euertas omnia quæ creasti: attamen ex quo statuisti & decreuisti præmiare vnumquemque iuxta merita sua, sicut scriptum est, opus hominis reddet ei: quomodo potest fieri, ut inæquales adæquet? nunquid acceptio personarum apud Deum? Aduertite fratres & intelligite: non e

ps. 61

1 Cor. 3

c

Matth.

20. b

Tob. 3. 4

b

Act. 10.

repu-

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA

repugnat hoc diuinæ iustitiæ, & legi datæ: quia in labore non solum quantitas attenditur, sed etiam qualitas laboris, & intentio, & voluntas, & charitas laborantis. Non aspiciat Deus quantum, sed ex quâto: homines aspiciamus manus, Deus in-tuetur cor. Vidua quæ duo era mi-sit in gazophylacium plus omni-bus emisit coram Deo. Gloria re-spondet merito, sed meritum non consistit tantum in quantitate la-boris, quantum in voluntate & charitate laborantis: nam sancti & iusti sine difficultate ieiunant, orant, & seruiunt Deo: imperfecti maiorem habent laborem, quia mi-nus diligunt: nunquid ideo magis præmiabuntur? In humanis & hoc reperitur. Adducis operarium ad vi-neam, & das ei argentum pro labo-re: adducis pictorem, vel lapidariû, vel aurificem, & das ei aurum: quid præmiâs, laboris quâtitatem, an nô potius qualitatem? Nunquid opera-rius ille conqueri potest apud te, quod sustinuit pondus dici, & æstus, & mi-nus accepit? An non ei respôderes: tuus labor maior est, sed minus va-let, quia tu in gleba operaris, iste in gemma? sic est fratres, valor & me-ritû nostri operis & laboris, non ex quantitate, sed ex voluntate & chari-tate est: illam attendit Deus: præ-miat laborem non ex magnitudine sed ex valore. Hoc ipsum attendere possumus, si volumus, in istis opera-rijs: nam in quibus labor minor, in eisdem voluntas & charitas maior: nam primi conducti sunt, vltimi nô sunt conducti, sed solo verbo obe-dientes laborauerunt. Sic omnino euenit: populus ille Iudæorum mer-cenarius fuit & conductus, omnia fa-ciebat pro præmio & terrenis polli-

1. reg. 16
b
Luc. 21.
a

citationibus. Vnde dominus per prophetâ. Quis est ex vobis qui alia re meum incendet gratuito, non est mihi voluntas in vobis (dicit domi-nus) quia non liberè, & ex amore seruitis: quis enim gratum habeat donum vel seruitium mercenarij? Populus verò Christianus qui vltimò vocatus est ad vineam, non sic, sed & amore, & charitate, sed & omnia sua pro domino exponit, tam longè est vt temporalia quærat. Vnde Ap-^{1. cor. 11} postolus. Si in hoc mundo tantum expectantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Et licet expectet æternû præmiû, non tantû pro illo seruit, sed pro charitate. Vnde dominus ad ecclesiam spon-sam suam. Oculi tui columbarû sim-plices, non respicis mercedem cum seruis: non ostendis amorem, & præ-tendis mercedem. Hoc est quod fa-cit laborem & opus gratissimum & acceptissimum coram Deo. Ex quo magnum & vtile documentum fra-tres: nô tam aspiciatis ad operis ma-gnitudinem, quantum ad intentio-nem & charitatem. Deo ex solo a-more seruietis pro seipso, pro sua bo-nitate, & quia debetis, non pro mer-cede etiâ æterna: charitas enim non querit quæ sua sunt. Affectus est nô cõtractus (ait Bernardus) amo quia amo: amo vt amem. Non debes dili-gere Deum sicut domum, pallium, aut vineam pro vtilitate tua: & quo minus prætedis, magis mereris præ-mium. Purificate corda vestra du-plices animo (ait Iacobus) id est, qui cum Dei amore vestri amorem im-miscetis. Secundò notanda est illa murmuratio operariorum. Quomo-do potest cadere in beatis murmu-ratio: Placet quod dicit hic Chryso-stomus in expositione parabolârû, non

Mala.
u.c.

1. cor. 11

c

Cat. 44

1. cor. 13

b

Iacob.

4. b

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

56

non omnia exquisitè exponenda, sed intentio parabolæ sequenda: nam plurima dicuntur secundum literâ, quæ consonant historiæ, & non con-sonant expositioni: nam ad literam loquendo, videbatur quòd illi ha-berent iustam rationem murmu-randi. Sed si placet exponere, opti-ma est expositio beati Hieronymi, quòd intelligatur de murmuratio-nè admirationis, quia ratio no-stra non attingit diuinam prouiden-tiâ, & diuinâ iustitiam, quæ re-gulatur ratione æterna. Dum nô ca-pit, videtur ei iniustitia, & quodâ-modo renititur, & in ecstasim & ad-mirationem ducitur. Sic in beatis magna est admiratio diuinorum iu-diciorum, cum videant plurimos to-ta vita in peccatis in fine conuersos, & aliquando martyres pro domino extitisse, & breuissimo tempore ab idolâtris & blasphemis magnos san-ctos esse superatos. Vnde terriò val-de notanda est illa sententia: erunt nouissimi primi, & primi nouissi-mi: quia in Dei seruitio non tam at-tenditur quantitas temporis, quàm feruoris, & diligentia. Non ergo su-perbiant qui in iuuentute vocati sunt, & longo tempore seruierunt: nec diffidant qui in senectute re-deunt ad Deum. Nam si diligentes fuerint, possunt & alios superasse, si-cut scriptum est. Consummatûs in breui compleuit tēpora multa. Hoc & in congregandis temporalibus di-uitijs solet euenire, vt vnus plus di-tescat vno anno, quàm alius multis annis: & multò magis in spiritualibus, quæ ex Dei gratia & voluntate dependent. O si illam diligētiam adhiberemus in spiritualibus, quâ exhibent in temporalibus munda-ni, quâ citò essemus magni & diui-

Sap. 4. c

tes! o quomodo sudant, quomodo vigilant pro vana mercede! Vnde in nobis tanta paupertas, nisi ex ne-gligentia & otio? quia vitam inuti-liter expendimus in vanitatibus! Ex hoc prouenit illud quod quartò no-tandum est, & valde rimendum: quod multi sunt vocati, pauci verò electi: multi operarij, & pauci consequun-tur mercedem. O quàm timenda sententia, & quam expauescenda! Quis hoc dicit, nisi ille procura-tor cui commissum est præmiare o-perarios? Credite mihi fratres, cre-dite quod sæpius admonui, sæpius clamaui: nisi viriliter laboraueritis, vltra plebem & communem vitâ, non recipietis præmium. Væ mise-ris qui laborauerunt, & labores suos perdidērunt, & pro labore inueniēt ignem. Recordamini fratres quòd operarij estis, quòd ad vineam vo-cati estis: operarius qui tota die lu-dit & saltat, comedit & bibit, & non laborat, quam mercedem in nocte accipiet à domino suo, nisi verbera & fustes? Operarius, rex magnus, episcopus religiosus, scæmina, & om-nis homo diligenter exerceat of-ficium suum, & perficiat opus suum. Princeps & regulus, qui totam vi-tam quam in regendo exercere de-bebat, exponit in ludis, & venatio-nibus, & vanitatibus, quomodo præ-miabitur? Episcopus qui in vanis ne-gotijs implicatur, & relinquit ouile, quid accipiet? Religiosus tepidus, qui non arat neque seminat, si non orat & laudat, quid accipiet? Scæmi-na aulica quæ diè totâ sedens expen-dit desidiosa quid accipiet? Similiter & aulicus qui neque habet officiû, neque curam populivel animarum, quâdo ipse operarius est, operetur. Recitēt, legant bonos libros, operē-tur

tur manib⁹ aulicę dominaę, aliquid pro altaribus laborent. Hoc honorabile & honestum & sanctum est, vt in conspectu vestro ò regina, laborant vestre pedisequę, virginesq; aulicę. Fiet duplex bonum, nam nõ erunt otiosę, & fiet elemosyna pro ecclesijs, & bonum exemplū in alias emanabit. Etenim in laudē mulieris sanctę ait spiritus sanctus. Quęsiuit lanā & linum, & operata est cõsilio manuū suarum: panem otiosa nõ comedit. Nā multa mala docuit otiositas: grande malum otiositas, & radix omnium malorum, & sentina omnium vitiorum. Otium (ait quidam) est viui hominis sepultura: homo otiosus inutilis, nasci non debuerat. Frustra natus est, & statua inanimata est, lapis marmoreus est, truncus arboris, ficus sine flore & sine fructu, solum aptus ad ignem: in desiderijs est omnis otiosus, viuens mortuus est. Otium est mater vitiorū, nouerca virtutum, sentina immunditię, fomentum peccatorum, ianua inferi. Aqua limpidißima si stagnatur, & immobilis torpet, statim putrescit & corrumpitur, & male olet, & generat algas & immunditias, & culices, & venenata animalia: sic anima otiosa putrescit, & generat turpes cogitationes, & appetitus, & mille malitias, & nequitias, ex malā inclinatione naturę, vt agnoscam⁹ quales sumus, quod oportet nos occupari, ne putrefiamus. Vnde dominus per Ezechielem. Ecce hæc fuit iniquitas sororis tuę Sodomę, superbia, saturitas panis, & abundātia, & otium ipsius, & filiarum eius: ex hoc prodijt illa nefanda turpitudō Sodomę. Et quid horum obsecro deest in palatio: Dauid in bello sanctus, in otio adulter & homicida: Sa-

prouer. 33.b.

Ecclef. 33.d

Ezech. 16.f.

1. Regū 24.c

lomonem dilectū otium & opulentia idolatrare fecerunt: omnia mala ex otio procedunt, & omnis egestas, & omnis tētatō diaboli. Hieronym⁹ ad Rusticū. Sēper te occupatum diabolus inueniat. Apostolus. Nolite locum dare diabolo. Auis quādiu volat secura est, si fedet & quiescit, sagittariorum insidiantium sagitta perfoditur. Noui ego religiosam femina, quę dum non haberet quid faceret, ligna ex vno loco ad alium deferebat, ne otiosa esset. Et verē omnium tentationum non solū preseruatō, sed & optima medela est occupatio, vt docet experiētia. Religiosus quidam fodiebat arenam in feruore diei, ne otiosus esset: interrogatus quid ageret, respondit: occido illum, ne occidat me. Vnde nobis fratres ista tepiditas & otiositas? nempe ex cęcitate & ignorantia: quia non agnoscimus, vel non aduertimus periculum nostrum: vite presentis statum non cõsideramus, in quo positi sumus: & quod sumus operarij. Vnde quatuor sunt quę nos mouere debent ad vitandum otium: primò, magnitudo negotij, quia regnum & regnum cælorum perpetuū negotiamur, exemplum de illo qui hic in cancellaria litigat de dignitate, de bonis. Secūdo breuitas tēporis, quia in ictu oculi & momento vitę presentis, negotianda est futura æternitas. Tertio, magnitudo periculi, nam si ita esset, quod perdentes regnum saltem manerent vt paruuli non baptizati, in aliqua vita mediocri sine pœna, satis magnū esset malum Deum amittere & gloriam: sed non sic est, sed oportet vel regnare, vel ardere, vel in domo dei esse, vel in carcere & igne perpetuo. In tanto discrimine quis dormiat?

2. Regū 11.a.

Roma. 12.d

miat? Quarto multitudo hostium circumstantium, qui quotidie ædes nostras expilaturi subeunt per fenestras, & in nullo alio occupantur, nisi vt perdāt nos. Vnde Petrus. Fratres, sobrij estote & vigilate, &c. Sumite exemplum mūdānorum. O cū quāta solitudine & diligētia laborāt pro vili premio! exemplum officialium, o si sic laboraremus. Debent nos prouocare exempla sanctorum, ò quā diligenter die ac nocte operantes, quāta temporis parsimonia, quam modicum dormiebant. Arsinus dicebat, monacho sufficit vna hora ad somnū: & cū manibus operabatur, tūc orabat. O quā breues dies ac noctes: Et tu ais nõ habeo quid faciā, in quo expendā tēpus: Hoc dicis, quia animalis es, & nõ percipis ea quę sūt spiritus Dei: quia nescis mente operari, sed solis manibus: nescis laudes, nescis meditationes, nescis gratiarū actiones, nescis discutere cõscientiā. Vnde quidam illorū sanctorum monachorum dicebat. Si viuerē annos Mathusalem, mihi deesset tēpus ad commemorandum Dei beneficia, & deplorāda mea peccata. Audi bonū operariū. Renuit cõsolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum. &c. Anticipauerūt vigilias oculi mei, cogitauī dies antiquos. &c. Quid ergo statis hic tota die otiosi? Hic vbi acquirenda felicitas, hic vbi paranda corona, hic vbi lucrandum stipendium, hic vbi tantū animę periculum, hic non ad horam, sed tota die, tota vita otiosi perditis vitā, cõsumitis tēpus pretiosum. Nūquid potestis dicere, quia nemo nos cõduxit: Nõ verē. Ecce cõduxerunt uos prophete, euāgeliste, apostoli, tot doctores, tot martyres: venit de cęlo filius Dei, vt vos

1. Petrus 5.b

1. Cor. 2.d

ps. 76

cõduceret, & nos quotidie sermonebus vocamus, excitamus, prouocamus ad opus, & quasi oblitos cõmonemus, ne perdatis mercedem cum multis, & labores vestros & operas. Videte, quomodo vos admonet Paulus in epistola cõformiter ad euāgelium. Fratres nescitis quia hi qui in stadio currunt, &c. Sic currite vt cõprehendatis: currite rectē, velociter, & cautē. Rectē: nam quid prodest currere extra viam? Ego (inquit) sum via. Hæretici & pagani extra viam currunt, omne bonū quod operantur amittunt, non assequuntur brauium. Currite velociter, & diligenter, nam pigri in medio itineris lassantur: non attingunt brauium. Viā (inquit) mādatorum tuorū cucurri, cū dilatasti cor meum: in odorem vnguentorū tuorū curremus. Christus exultauit vt gigas ad currēdam viam, nisi velociter cucurreris post eum, fugiet tuos oculos. Currite cautē, sunt in via lame, precipitia, & laquei, de quibus psal. In via hac qua ambulabāt, absconderunt superbi laqueū mihi. Ecce religiosus bene currit, & offertur materia excundi a monasterio, & perijt: cecidit in laqueū diaboli. Ali⁹ dū elemosynis intēdit & bonis operib⁹, adheret mulieri cui fauet, et cadit. Quid fuit nisi lama quædā? Alius dū corripit fratrem de peccato, fit iurgiū, & ira, & odiū maximum. Quid fuit nisi precipitium in via? Videte (inquit) fratres quomodo cautē ambuletis, quoniā dies mali sūt: id est periculosi. Nos ergo fratres, proponētes corā oculis brauiū, curramus properē: & proponentes mercedē, laborem indefinēter, semper habentes in memoria illud apostoli. Momentanē hoc & leue tribulationis & laboris, æternū supra

1. Cor. 9.d

Ioā. 14.a

ps. 118

ps. 118

ps. 139

Ephe. 5.

2. cor. 4.d

H modum

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

modum in sublimitate pondus gloriae operatur in nobis. Ad quam nos perducatur Iesus. Amen.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

THEMA.

¶ Exijt qui seminat, seminare semen suum. Lucæ. 8.



Vanta sit vtilitas prædicationis aperte ostendit mundi conuersio: nã sic resonantibus tubis apostolicis mūdus cōuersus est: & si in ecclesia Dei nūc aliquid est viroris & virtutis, hoc facit assidua prædicatio verbi Dei. Nã verè Esai. i. c. (vt ait Esaias) nisi dñs exercitū reliquisset nobis semē verbi sui, quasi Sodoma fuisset. O quãta obliuio, quãta negligētia, quãtus cōtemptus esset! quo modo inūdarēt omnia peccatis! cū etiã inter tot reprehēssiones, & exhortationes abūdent satis delicta. Innumeras enim vtilitates facit verbū Dei in anima, vt ait Bernardus: nã frēnat eam à peccatis, viuificat, illuminat, inflammat, mundat, pascit, cōfirmat, sanat, fœcūdat, emollit, & totius boni capacē facit. Etenim verbū Dei est frēnum, vita, lux, ignis, cibus, medicina, virtus & purificatio cordiū. Lōgum esset hec omnia discurre, & ad hoc vix sufficeret totus sermo hodiernus, sed ex autoritatibus scripturæ hæc omnia breuiter cōprobabo. Quod frænet & cohibeat à peccato, patet ex psal. In corde meo abscondi eloquia tua, vt nō peccē tibi. Quod mūdet à peccato cōmissio, patet ex euangelio. Et vos mundi estis propter sermonem quē locutus sum vobis. Quod viuifi-

cet animã, patet ex euangelio. Verba quę ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. Quod illuminet mētem, patet ex psal. Declaratio sermonū tuorū illuminat, & intellectum dat paruulis. Et iterum. Lucerna pedib⁹ meis verbum tuum, & lumē semitis meis. Quod inflāmet, patet ex psal. Ignitum eloquium tuum vehementer. Quod pascat, patet ex euangelio. Nō in solo pane viuunt homo, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei. Quod sanat, patet ex psal. Misit verbum suum, & sanauit eos. Quod cōfirmet, patet ex psal. Dormitauit anima mea præ tēdio, cōfirma me in verbis tuis. Quod emolliat, patet ex psal. Emittere verbū suum, & liquefaciet ea. Et in canticis. Anima mea liquefacta est. Quod fœcundet, patet ex propheta. Sicut descendit imber de cælo & nix, & inebriauit terram, sic verbum meum, &c. O quã vellō ista omnia latē discurre, & experimēto astruere, si tēpus adesset, & ad alia nō properarē. Videant qui contemnunt audire sermones, quantis bonis priuant & expoliant animas suas. Nec mihi dicas sapiens sum, literatus sum, habeo in domo mea sermones Augustini, Bernardi, Chrysostomi, quos legam: nã litera mortua est, vox viua. Habet enim nescio quid latētis energiæ viua vox, quod nō habet litera. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens, &c. Non sic litera: plus enim mouet sermo, quã lectio: prædicator enim vox Dei est, qui loquitur in illo. Non venis audire hominem, sed Deum in homine. Itē spiritus sanctus cooperatur verbo: amplius sicut scriptū est, prædicauerūt vbiq; dño cooperāte, & sermonē cōfirmante, &c.

Quantos

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

58

Quãtos peccatores induratos, & vidimus & legimus, ex auditu verbi dei fuisse cōuersos, mutasse vitã, emēdas se mores? Sed dices, nō video hodie tantã vtilitatē in auditorio, cū tanta frequētatione sermonum. Verū est. Quid hoc facit: indispositio terrę, in quã semē cadit, nō defectus virtutis in semine. An non vides in euangelio ex seminato semine vix quartã partem peruenisse ad fructum, propter malē dispositã terrã? Vtinam vinnã hodie ex tãto auditorio, vel quartã pars fructificaret, vt debet: multi hodie auditores, & pauci factores. Vidi m⁹ ergo iuxta literã quid impediatur à fructu. Tria impedimēta legimus in litera, scilicet, duritiã, siccitatē, & spinas: ex quibus sumuntur tria genera auditorū inutiliū, qui audiēdo nō proficiunt. Primum ergo impedimētum est duritia: scitis fratres quomodo agricolæ emolliat terrã, ideo iuxta viã non fuit fructus, quia terra dura & cōculcata, quę fructū debet facere: sermo Dei in corde peccatoris obstinati, indurati, qui per decē annos fuit in peccato mortali, exercēdo vsuras, habēdo concubinã, ranorē & odium proximi, retinēdo, & furādo, & non restituēdo, ludēdo, et blasphemando, ab hoc corde resilit statim sicut grādo: nō apprehendit, nō mouet, non excitat affectus, non deuotionē, non horrore peccati, nō timorem inferni, non desideriu salutis: & si omnes scripturas cum magno feruore prædices, non excitabis in eo vel tãtillum cōtritionis, doloris, timoris, cōpunctionis. Hoc propter nimiam duritiem quã fecit peccatū diutinū in ipso, & diurna consuetudo peccati: vnde aut dormiūt audiētes sermones, aut quasi tracti ex capillis cū magno

tædio retinentur. Et ita quia verbū Dei nullã facit impressionē in corde eorum, veniunt demones, & rapiūt verbū de memoria statim, aut conculcāt ipsum. Hoc est enim verbum quod cecidit secus viã: nã corda taliū publica sunt, nullã habēt custodiã, via publica per quã transcūt demonia. Sine impedimēto & cōtradictione, sicut ait Iob, vadent & venient horribiles super eum: & ideo d quasi plenam habētes potestatem super eos, statim deuorāt verbū, et radunt à memoria, ne fortē conuertantur, & pœnitentiã agant. Cōtra hos loquitur apostolus, cū ait. Per singulos dies adhortātes vosmetipsos, ne obduretur quis in vobis fallacia peccati: scitis enim fratres, quot sudoribus & laboribus agricolæ arēt, sciendant, et emolliat terrã, antequã seminent, vt molli gremio quasi mater terra recipiat, et foueat semē, vt sic hareat & radices emittat. Sic sic oportet ante sermonem quotidie examinare, discutere conscientiam, admonere, exhortari corda nostra, ne peccatis obduretur, & fiant sterilia. Hoc primū & maximū impedimētum est, hoc est pessimū genus auditorum, in quibus propter duritiã nulla fit impressio, null⁹ sensus, nullus gustus, nulla cōmotio: quoniã in maleuolã animã non introibit sapiētia, &c. Hi sūt filij diffidētis, quia de eorū salute parum confidimus, quoniam nec libenter verbum audiunt, sed cum tædio & fatigatione. Vnde secundum euangelium, signum hoc est eternæ reprobationis: quia qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo nō estis. Sunt filij huius seculi, & in his quæ seculi sunt non fatigarētur, audire fabulas, & cantilenas per

H 2 viam

viam, sed verbū Dei nō sustinet per horā. Secundū impedimentū est sterilitas & siccitas terrę, quia nō habet humorē, id est, tepiditas cordis non habētis humorē spiritus, charitatis, & deuotionis, quia non pluit dñs super illā celestem rorē, & pluuiam illā, quam segregauit hæreditati suę. Magnū malum fratres tepiditas, & si nō adsunt multa grauiā peccata. Apoc. 3. c. Utinā calidus, &c. Quia anima tepida debilis est, & fragilis ad omne bonū. Vnde isti licet aliquando audiāt libēter & cum gaudio sermonē, & hora qua audiunt excitētur, & cōmouētur ad lachrymas, tamē quia non habēt morē deuotionis, statim siccatur omnis illa viriditas orto sole tērationis vel tribulationis, quia nō habēt vigorem & virtutē implēdi, & perficiēdi bonos affectus, & bona desideria quę cōceperunt, sed in herba siccātur. De quibus psal. Fiāt sicut foenū tectorū, quod priusquā euellatur exaruit: de quo nō implebit. Audistis fratres sepius quoniam bonorū affectuū & desideriorū infernus plenus est: nō enim secūdum desideria, sed secundum opera reddit dñs vniciq; in iudicio. Vnde fra Rom. 2. a tres prouenit ista siccitas & ariditas, & tepiditas cordiū in nobis? Vtrique ex duobus: aut ex defectu orationis, & exercitiorū spiritualium, quia vt diximus, anima lōgo tēpore nō irroratur rore cælesti, & imbre illo spiritus. Vnde psalmus. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Idē psalmus. Aruit cor meū, quia oblitus sum comedere panē meum. Aut ex calore cōcupiscentiæ cōsumente paulatim omnē humorem & vigorē spiritus, calor enim carnis desiccatur animā, et quō magis homo fit carnalis, eō magis desinet esse spiritualis. Vnde pro

pheta. Ignis est vsque ad perditionē deuorās, & omnia eradicās genimina: & ex hac tepiditate prouenit debilitas ad omnia bona. Vnde psal. Quoniā declinauerūt in te, mala cogitauerunt cōsilia, quę nō potuerūt stabilire. Tertiū impedimētum fructus est, spinarum & herbarū nascētium multitudo, quę suffocat semē: id est, cupiditas. Felices religiosi, qui terrā cordis mundā habēt ab istis spinis: seculares licet habeāt spinas, videāt ne suffocet semē multitudo. Vidim⁹ plurimos aptos, ingeniosos, capacissimos, magni iudiciij & sensus, negotijs mercaturæ & diuitijs implicatos, omnē illam aptitudinē perdere. Proh indignū facinus tot bona ingenia tā malē feriata: quę si in diuina sapiētia expenderentur, fuissent insignia. Hi cū gaudio audiunt, & multū delectantur quādo sunt in sermone, sed statim egressi de ecclesia, rapiuntur ad negotia, ad officia, ad curam superfluā, vel ad voluptates & gaudia mūdi: & sic verbū dñi obruitur & suffocatur spinis curarū, & solitudinū, & voluptatum. Ad quos Hieremias. Nouate vobis noua Hier. 4. a le, nolite serere super spinas, quia nō orietur semen: sic enim faciunt agricolæ radicitus euellētes spinas, & purgantes terrā. Impossibile est Deo fructificare & mūdo, nequeūt hæc cōuenire simul. Coangustatum est stratum cordis, ita vt alter decidat: oportet purificare cordis agrū à cupiditatibus, & cōcupiscentijs, et delicijs mūdi, eum qui fructificare Deo vult. Bernard⁹. Delicata est spiritualis consolatio, & non dabitur admittentibus alienā. Et hoc impedimentum est quod maximē nocet, quia magis vniuersale est. De his Apostolus ad Hebræos, Terra

saepe

sepe venientē super se bibēs, &c. De his Iob etiā sub sentibus delicias cōputabat. Vbi attēde, quod diuitiæ & voluptates spinæ sunt: pūgunt curis, & appetitibus & stimulis conscientia. Diximus quid impediāt ne verbum Dei proficiat auditoribus: dicamus nunc quas cōditiones debet habere bonus auditor, vt proficiat. Tres ponit dñs in themate, dicens. Hi sunt qui in corde bono. Prima, quod audiāt corde bono, & optimo. Audit corde bono qui audit libenter, & cū gaudio, & sine fastidio: audit corde optimo, qui audit intēriore, & desiderio proficiendi. Debet ergo audire hilariter, & vtiliter. Sicut nō parū refert quomodo cibus capiatur in stomacho, sic nō parū refert auditorē verbi dei quomodo recipiat sermonē ad fructum. Sunt qui audiunt cū tædio, & hora fit lōga: hi quomodo proficient? sunt qui audiunt libenter, sed curiosē quærētes sibi magistros pruriētes auribus, qui delectationē quærunt & nō fructum: paleā, & nō granum: verborū ornatum, & nō sensum. Hi volunt audire elegāntias, facetias, quæstiones subriles, & vanā rhetoricā, non doctrinam: de Eze. 33. a quibus dñs ad Ezechielem. Et tu fili hominis, &c. Et quę sequuntur. O stulte ardet domus tua, & ignis omnia deuastat, & tu expectas rhetoricā & cōpositam orationē? Intratur ciuitas ab inimicis, & iam iam in periculo es damnationis eterne, & spectas suauia verba? In re tam seria pigmenta verborū requiris? & vento solo pasci desideras, nō pasci solido cibo: Exēplum: si quis rex procuratori suo in negotio arduo mitteret literas, vt sollicitē negotiaretur, & ille immemor negotij laudaret characteres, admiraretur efficaciam & or

natum literarū, quomodo ei succenferet rex? Sic omnino dñs dedit nobis euāgeliū, & sacras literas ad negotiādum regnum celorum: si tu solam rhetoricā attendis, stultissimus es virorum. De his dominus ad Ezechiele vt supra. Secunda cōditio est, quod verbum retineat & memoretur, nā si semen nō radicitur in terra, nō faciet fructū, videns certē quod tota hyeme latet abscōsum in visceribus terrę, vt bene radicetur. Grego: Si cibus nō retinetur in stomacho, quid prodest homini? Et si libēter audias sermonē, si statim obliuisceris, quomodo perficies quod cōmendatum est. Maria cōseruabat omnia verba Luc. 2. c hæc cōferens in corde suo, quia optima terra erat, in qua Deus verbum suū seminauit: & in lege dicitur, animal quod nō ruminat, immūdū est. Iacobus huiusmodi cōparat viro cōsiderāti vultū suū in speculo, cōsiderauit se & abiit, & statim oblitus est qualis fuit: sic isti tempore quo audiūt cōscientias suas in lumine verbi Dei aspiciunt, & maculas suas vident, sed egressi ecclesiā statim oblitus sunt quales se viderint. O si hanc curam habuissetis, quā docti, quā sapientes essetis, cū quotidie tantam doctrinam audiatis! Sed cū deberetis esse magistri propter tēpus, facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo: quia verbū Dei auditū non ruminatis, & non cōseruatis. Tertia cōditio est, & fructum afferūt in paciētia, id est, efficaciter perficiunt, alias quid prodest audire, nisi in damnationē? nam scienti & nō facti peccatū est illi: nō enim auditores, sed factores legis iustificabuntur. Vnde dñs in euāgelio. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cōtra generationem istam, &c. quia illi vno ser

H 3 mone

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

mone & breuissimo Ionæ conuersi sunt ad poenitentiam, & nos tot fermonibus non conuertimur fratres. Lex euāgelica nō tam est theorica quā practica, finis ei⁹ opus maxime & nō scire. Sicut ergo si quis optim⁹ pictor, vel artifex, vel medicus non operaretur in illa arte, vana esset sciētia: sic & tua Christiana philosophia nō prodest, si nō operaris. Sed quid est quod addit, in paciētia: Vnde quia nemo repente fit sūmus, ad crescendū in virtute & perfectione, paciētia opus est, sicut ad sapiētiā. Nō attendas qualibet die quantum profeceris, sed post annum. Væ illis qui sustinentiā perdiderūt, qui desperantes de profectu virtutis traderunt se omni spurcitiæ, & immūditati, & seculi voluptatib⁹. De hoc optima parabola in euāgelio. Simile est regnum cęlorum, quę admodum si homo iaciat sementē in terrā, & dormiat. Mitte bonum semen doctrinę in agro cordis, nā illud feruatum producit herbam desideriorum, calamus propositorum, spicā virtutum, fructum operum.

DEO GRATIAS.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

THEMA.

¶ Ecce ascendimus Hierosolymam. Lucę. 15.



Ancta mater ecclesia vt animet nos ad sustinendum rigorē quadragesimę, in primis proponit nobis ciuitatem Hierusalē, quō tēdimus: deinde exēplum

Christi, quod imitemur: deinde cęci illuminationē, ad petendā lucem oculorum, ne erremus viā. De hoc ascensu hodie locuturi sumus. Quoties supernę illius ciuitatis gloriā, & felicitatem, & magna & ineffabilia dona quę in ea dominus præparauit diligentibus se, confidero, & tepiditatem, & frigiditatem nostrā, quā leuiter ad eam felicitatem afficimur, quā parui facimus, quā denique neglectui habem⁹, & quasi post habentes illam contemnimus, hæreo obstupeco, ac voce, verbisque ad dicendum prorsus destitutor. Si in rebus terrenis modica spes lucri temporalis arriserit, feruet animus, gliscit, ebullit desiderijs & cupiditatibus feruidis: ad æterna illa & ineffabilia lucra, nullus est animi motus, nulla cupiditas, nullum desideriu: alget & frigescit cor nostrum: neq; etli mille considerationibus & adhortationibus satagas in illo excitare desiderium: statim algescit, & gelatur, & in suam pristinam redit frigiditatem. O deplorandum algorē, o gemendam miserandamq; duritiā: o magnum pessimumque miraculum. Ad leuia accendimur, in magnis algescimus. Vnde hoc nunquid ex incredulitate? non vtique: & credimus, & scimus, & nulla de hoc est nobis ambiguitas. Nunquid ex diffidentia? non: licet mali speramus, tamen confidimus & Christi passione, & Dei nostri misericordia, ad illam gloriā peruenire. Vnde ergo tam miserabilis cōtemptus terrę desiderabilis? Vtiq; aut quia regnū illud spirituale est, & ego carnalis sum, venundatus sub peccato, & ideo in corde carnali non fit impressio, neq; sigillatio illi⁹ tāri boni præpediēte duritia peccatorū: aut quod absit,

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA. 68

absit, quia nō sumus ciues illius ciuitatis, & ideo nō possumus inclinari naturaliter in illā: vnusquisq; enim ad suā patriā naturaliter inclinatur: Ciues Babylonis nō delectat audire de canticis Sion, neq; in illis recipiūt gustum, sed ad suam potius ciuitatē inclinantur, & in ea oblectantur. Filij lucis amplexantur lucem, filij tenebrarum diligunt tenebras. Audite quendam de filijs & ciuib⁹ veris illi⁹ ciuitatis, quomodo gliscat, quomodo concupiscat, quomodo ardeat ad illā. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutū, concupiscit & deficit anima mea in atria dñi: cor meū & caro mea exultauerunt in Deū viuū. Et iterū. Letatus sum in his quę dicta sunt mihi, in domū domini ibimus, cum visuri, & cum illo in domo eius quasi domestici, & familiares perpetuō mansuri, & cum illo regnaturi in æternum. Idcirco dissoluo gaudium, non me capio præletitia, dum hæc cōsidero: nec tranlit hoc gaudium, non frigescit, sed stat & permanet in corde meo: stantes erant pedes nostri, affectus et desideria, in atris tuis Hierusalē. Non ad terrena dilabuntur illico, licet hic viuamus, sed nostra conuersatio, nostrum gaudiū in cęlis est: ibi est cor nostrum, quia ibi est noster thesaurus. O dilecta & splendida atria Hierusalē, chori angelorum, archangelorum, dominationū, potestātū, apostolorū, prophetarum, martyrum, virginū, confessorū, in his atrijs speculādis, visendis contēplandis, lustrandis, perambulādis ciues oblectat: in his vitā expēdunt: hæc sunt sua gaudia, & suę delicie. Non enim ibi tantū vnum est atrium, vel vna mansio, sed magna prorsus atria, & multę mansiones.

Vnde sequitur. Hierusalē quę edificatur vt ciuitas, in qua innumeri ciues, varij status, varia officia, grandis multiplicitas, pulchra nimis & admirabilis politia. Quis ordinem, pacem, tranquillitatem, conformitatem, legem, statuta, decreta illius tam innumere multitudinis in illa ciuitate degentis, cuius gubernator est Deus, valeat explicare? Non est ibi discordia, non dissensio, non iurgia, non lites, quia non est ibi meum & tuum, sed omnia cōmunia. Vnde sequitur. Cuius participatio eius in idipsum. Nō partitur, nō diuiditur hereditas illa in heredes, sed tota est omniū, & tota cuiuslibet est. Sicut sol iste quem vides, sic omnium est, q; totus est tuus: nihil enim de illo partitur, sed totus te calefacit, & illum: sic tuū hortū implet arboribus & floribus, quasi solū implet atq; alium nullum. Sunt autē in hac ciuitate duplices ciues, quidam naturales & antiqui, spiritus scilicet angelici, qui in ea creati sunt, & ab initio seculi permāserunt: alij aduentitij, qui de foris adueniūt. De his adiungit. Illuc enim ascenderūt tribus, tribus dñi. Apostoli, martyres, cōfessores, & virgines, de hoc nō rusticano pago & quotidie ascēdūt: sed ad quid? ad cōfitendū nomini dñi. Hoc est opus, hoc officiu, hoc exercitium totum illius ciuitatis, laudare, benedicere, glorificare nomē domini, regē & principē illius ciuitatis. Hoc faciunt in æternū, & nunquā deerit materia laudis, quia nūquā sufficet copia laudatoris. Sicut alibi dicitur. Beati qui habitant in domo tua dñe in secula seculorū laudabūt te. Vnde in Apoc. de illis animalib⁹ & senioribus legitur: & nō habebāt requiē di-

H 4 Deus

Deus exercituum, &c. O qualis laus, qualis musica tantorum cantorum concinentium! quæ lætitia, quis iubilus, quæ festiuitas in tanta varietate, & multitudine laudantium! o quis ibi adesset. Exemplum est de musica centum cantorum: inuitat propheta ecclesiam ad considerandam, & contemplandam hanc festiuitatem, dicens. Respice Sion ciuitatē solennitatis nostræ, imò solennitatem ciuitatis nostræ. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentā: tabernaculum quod nunquam transferri poterit, neque auferentur clauis eius in sempiternum: & omnes funiculi eius non rumpentur. Populū imprudentem non videbis populū alti sermonis, ita vt non possis intelligere disertitudinē linguæ eius, in quo nulla est sapientia, id est, infantis baptizati, discedentis post baptismū: neq; Demosthenes, neq; Tullius, neque Plato, neque Aristoteles, tam disertē & sapienter loqui sciūt. Non fuerunt tales oratores in mundo, neque tales cantores, qualis ille puer. Vnde cum dominus Ioannem Baptistam cunctis mortalibus prætulisset, comparans ipsum ad ciues illius ciuitatis ait. Qui minor est in regno caelorum, maior est illo. Si talis eloquentia, & sapientia, talis laus & musica in paruulis, qualis in magnis, qualis in spiritibus illis supremis? O rempublicā ornatisimam, populū nobilem, sapientia præditum mirabili, fulgentem, nitidum, purum, generosum. Quis non optabit viuere in tali societate? quid non sustinebit homo libenter, quid non patietur, bestias, ignes, tormēta, cruces, vt vnus sit in perpetuum de tali societate? quid tam crudele, quid tā acerbum in mundo, vt per illud ho-

Matth.
ii. b

mo non iucundē transeat ad tātam felicitatem? Ingrediatur putredo in ossibus meis, ait propheta, & subtus me scateat. Fiam vt Iob, putridus & vlcerosus, plenus vermibus in sterquilinio, dumodo quiescam in die tribulationis, & ascendam ad populū accinctum nostrum, populū istum, fulgidum & gloriosum. Hæc est fratres mei, ciuitas ad quam ascendimus: ad hanc lætitiā, ad hanc festiuitatem, ad hanc gloriam properemus: nemo torpeat, nemo lassetur, nemo causetur ascensus difficultatem, sed terminum viæ consideret, & quietem. Si ad hanc gloriā obtinendam mors, & sanguis, & tormēta peterentur, vt in martyribus, libenter omnia pati deberemus: nō indicitur nisi breue ieiuniū, & leuis poenitentia pro peccatis. Quam leuis & facilis est ascensus ad tantam gloriā? &c. Vnde in canticis. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: angelis, cedris altissimis, incorruptilibus, candidissimis: columnas, apostolos, & prophetas (superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum &c.) argenteas, vocales, sonoras, in omnem terram exiuit sonus eorum: reclinatorium aureum, sinus est patris, in quo quiescit cum sanctis suis: ascensus purpureus, ex sanguine: sic ipse ascendit, tradetur enim gentibus ad illudendum, sicut ascenderunt apostoli & martyres. O domine, quam pulchrum est ferculum, sed ascensus arduus: quis ascendet per illum? Sed nolite diffidere, nam media charitate constrauit, propter filias Hierusalem tentillas & delicatas: sanguinem in charitatem, crucem in amorem commutauit. Non exigitur hodie à te Christiane

Habae.
3. d
Iob. 2. 4

Cat. 3. d

ps. 18.

stiane mors, non sanguis, nō supplicia, ama & regna: quid facilius quā amare? O quā cōstrata est via & quā plana, vt diligendo peruenias, quò peruenit Laurētius patiēdo: & quis nō potest diligere? Hæc est via: nō iā ascensus purpureus, sed via regia: quā commendat Apostolus in epistola, dicens. Adhuc altiorem viam vobis demonstro, si linguis hominū loquar, &c. Ecce fratres non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. Veros ergo vos filios & ciues huius ciuitatis ostendite, primò in huius miseræ Babylonis contemptū. Quid vobis cū diuitijs, & delicijs, & honoribus terrenis, qui tantam gloriā, & honorem, & lætitiā expectatis, imò habetis in cælo: nō decet nobiles, & generosos, & illustres ciues tantæ ciuitatis, ad tam vilia & indigna deiici & humiliari, neque liberos & ingeniosos subiugo & seruitutē peccatorū premi. Relinquitte ista filijs & ciuibus Babylonis, illi gaudeant, exultent, lætentur, & glorientur in sua ciuitate: ad vos peregrinos & exules, qui quotidie exilium vestrum deploratis, hæc gaudia nō pertinent. Vnde Iob. Quid misero data est lux, & vita his qui in amaritudine sunt: qui expectant mortem & non venit, &c. Secundò ostendite in festinatione, in desiderio vestræ ciuitatis: non recedat à memoria, semper attendite & præ oculis habete quod dicitur, ecce ascendimus Hierosolymam. Siue comeditis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, hoc cogitate, hoc pensate, in illa defigite corda vestra, & non erit vobis graue quicquid acciderit: me-

Heb. 13.
c

Eph. 2
d

Iob. 3. d

moria enim Hierusalem, leue vobis faciet omne quod agitis. An nō videtis fratres, exules huius mundi, & captiuos, siue detentos, quando soluuntur à vinculis, qua aviditate, & celeritate properant in suam patriam, in qua habent parentes, amicos, filios, & domesticos, & diuitias? quomodo penetrant montes, peruolant collium culmina, hyemes, frigora, pluuias contemnunt, summo diluculo ad iter accincti, & celeriter percurrentes omnem viæ difficultatem, donec perueniāt in patriam? Non eos detinent Iudi, non festa, nō choreæ ciuitatū quas pertrāleunt, non itineris deliciae, non ædificiorū et turriū insigniū illustria ædificia: sed omnia cōtemnētes atq; cōculcātes, properāt quò desiderāt, absorpti omnino in illo suæ patriæ gaudio, quod sperant, desiderio consequēdi stimulatī. Sic sic omnino agite fratres, festinem ingredi in illā requiē, vt ait Apostolus. Tales vos ostendite viatores, omnia huius seculi arbitramini vt stercora, vt ad cæleste gaudium peruoletis. Ostendam vobis regium viatorem quem sequamini, prophetam dico illum regiū, quem nec diuitiæ, nec deliciae, neq; corona, aut honor regius, nō bella, non negotia, ab hoc cælestis patriæ desiderio et festinatione detinebāt. Vnde ait. Supra flumina Babylonis, etc. quoniā illic interrogauerūt nos: quomodo cantabimus canticum domini, etc. Si oblitus fuero tui Hierusalem, adhæreat lingua, etc. Si nō proposuero te Hierusalem, etc. O verba ignita, o feruidum viatorem. Ita est fratres, obliuiscitur dextera, et lingua palato adhæret, si desit memoria Hierusalem: torpet manus in opere, si Hierusalem nō habetur

Heb. 4.

Phi. 3. b

ps. 136

in corde. Quid enim fecit martyres tam dira supplicia pati, nisi memoria Hierusalem, quid anachoritas, monachos solitarios, quasi syluestres, sine omni solatio humano vivere, nisi memoria Hierusalē? quid hodie replet monasteria, & facit scēminas imbecillas moniales relictis parentibus, & cognatis, spretis maritis, ac filijs, & cōiugijs, & solatijs, in monasteria velut in sepulchro recludi, nisi memoria Hierusalē? Torpet utique manus in opere, si Hierusalem non habetur in corde, adhæret & lingua palato. Hinc est, quod sapius videmus viros contemplativos & deuotos, ignitā, & dulcia, & efficacia verba proferre, qualia nescit literatus & theologus peritissimus in scriptura sentire. Vnde hoc, nisi quia mente lustrat cælestem Hierusalem, à qua cæleste didicit idioma: & ex abundantia cordis os loquitur: habet enim vnumquodque regnum suum idioma, quod nescit alienum: & sicut Petro dictum est, loquela tua manifestum te facit: nam qui de terra est, de terra loquitur: & cuius Babylonis Babylonicū submurmurat idioma: semper de negotijs & dititijs & honorib⁹ loquitur. Sed cuius Hierusalē loquitur idioma Hierusalem, & de patria sua loqui delectatur, de Deo, de gaudijs beatorū, de æterna felicitate, de spiritualibus, de scripturis sanctis, quibus peruenitur ad illam: in hoc exercetur die ac nocte, legendo, meditando, contemplando, loquendo de sua ciuitate Hierusalem, donec finito exilio ad eam perueniat, vbi gaudeat & lætetur cum alijs ciuib⁹, angelis Dei, in gloria, ad quam nos perducat. Amen.

Matth. 12. c

Matth. 26. g
Ioa. 3. d

PRO ALIO SERMONE DE EADEM DOMINICA.



Secundò, dicendum est de præparatione vię. Qui viā asperam per montes & prærupta colliū cacumina, longam agredi debēt, tria faciunt: primò exonerāt se, vt possint celeriter ascendere: secundò informant se de itinere, et si via difficilis sit accipiunt ducē itineris ne errent: tertio accipiunt viaticum, si in via non est vnde se sustentent. Hæc omnia nos facere debemus: primò oportet exonerare nos à curis & sollicitudinibus quæ onerant cor, vt possimus ascendere: nam ascētio in corde fit, sicut scriptum est. Ascēssiones in corde suo disposuit. Vnde non tã res sunt quæ onerant, quantum ipsa cura & cupiditas diuitiarū. Oportet vt nudus nudū Christū sequaris: de quo ait psalmus. Exultauit vt gigas ad currendam viam: quia ab omnibus temporalibus expeditus erat. Secundò, oportet vt te informes bene de itinere, num est obscurum & incertum. Hæc informatio fit per sacras literas & euangelium, quod nō oportet dimittere de manibus, semper attendendo semitas sanctorum, & non declines ab eis. Si dixerit tibi aliquis. Hic est Christus, aut illic: noli credere. Responde ei. O stulte, dimittam ego viam martyrum & sanctorum, de quibus constat qd sunt in cælo, & sequar te vilissimū homuncionem? quod si nō es certus de via? consulo vt accipias bonum confesorem, ducem sanctum, & doctum, & illi

ps. 85

ps. 13

THEMA.

Diligite inimicos vestros, benefacite, &c.



Vgustin⁹ in sermone ait. Multi præcepta domini sua imbecillitate, & non sanctorum viribus estimātes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicūt sufficere virtutibus non odisse inimicū, ceterū diligere, plus præcipi quàm humana natura patiatur. Dicunt enim, quomodo possum diligere illū, qui ex animo me odit? qui mihi omnib⁹ modis nocere procurat? qui famam meam denigrat? qui sanguinē meū sitit, & mortem procurat? meorum operum sugillatorem, mearum virtutum detractorem? Hunc si non odio habeo, satisfacio: & si ei malū pro malo non reddo: diligere tamē talem hominem, & ei bene facere, perfectio est supra hominē: angelicum est potius quàm humanū. Non nego quod esset bonum, sed non capit in homine tanta perfectio. Quā bene congruit istis illud poëticum. Noctua Phœbeum visu nō sustinet orbem, hoc Iouis armigero putat esse negatum. Sic quod ipsi non valēt, omnibus reputant impossibile, Sed absit tanta blasphemia, vt Deum dicamus impossibilia præcepisse. Hieronymus ait. Qui dixerit Deum impossibilia præcepisse, anathema sit: sic enim transgrediendo præceptū nō videretur homo peccare, quia ad impossibile nemo obligatur. Nō solum impossibilia non sunt diuina præcepta, sed neque difficilia, sicut Iacobus apostolus ait. Et mandata eius a

1. Ioa. 5: eius a

Matth. 15. b

3. reg. 19. b
ps. 8.

& illi vitam tuam reuelas, vt reducat: ne fortē si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadant. Tertio, oportet accipere viaticum, dominicum corpus frequenter: hoc est quod instaurat vires, & virtutem præstat, & confortat valde viatorē, ad ascendendum. Væ qui tanto bono se priuant ad annum solum cōmunicantes: quid mirum si deficiāt statim in itinere? Hic est ille panis subcineritius, in cuius fortitudine ambulamus vsque ad montem Dei Horeb. Restat modò vt de conditionibus viatoris dicamus: has ponit psalmus. Quis (inquit) ascendet in montem domini? rarus utique, & valde rarus respondet: innocens manibus, &c. Quatuor conditiones, innocentia vitæ, munditia cordis, diligentia operis, veritas oris: has debet habere qui vult ascendere: nulli nocet, sit sine querela, in omnes beneficus, puritas in cogitationibus & desiderijs, diligentia in opere, semper bene operando, & veritas in ore non fallendo, non mentiendo. Hic est verus ciuis Hierusalem: nam ibi hæc omnia sunt. Non est ibi nocens, omnes se diligunt: non est macula, omnes puri: vnde quia in lucifero inuenta est macula in corde, statim proiectus est de cælo: non est otiositas, omnes occupati in laude Dei: nō est mendacium, nam viscera eorum omnibus patent.

DEO GRATIAS.

SERMO IN FERIA sexta ante primam dominicam quadragesimæ.

Matth.
11. d
ps. 118

cuius graua non sunt. Et dominus in euangelio. Iugum meum suauē, & onus meum leuē. Et psalmus. Omnis consummationis vidi finem: id est, vsque ad vnguem dominica præcepta seruauī: & quod experientia inuenio, latum mandatum tuum nimis. Sed homini carnali, mundano, vitioso, ac propterea fragili, & debili, & infirmo, non habenti virtutes & gratiæ vires, grauisima apparent: nō quia in se graua sunt, sed quia ipse non habet vires ad portandum ea: sicut seni decrepito, & puero modica onera graua sunt. Est autem hoc eis graue, quia non intelligūt dominicum præceptum: non enim vt sonat intelligendum est. Nam hoc quod diximus in themate, aliquid habet de præcepto, aliquid vero de cōsilio. Inimicus enim diligendus est sicut proximus, & nō est excludendus à dilectione generali proximorū: quia per hoc quod factus est inimicus, non desinit esse proximus: neque tamē nouam obligationem addidit vt diligatur malè volendo, & persequendo. Teneris ergo non odisse, non persequi, non desiderare ei malum, non excludere eum ab orationibus tuis generalibus, & in extrema necessitate vt proximo succurrere: & si in mortali est, vt proximum corrigere: & vitam æternam generaliter & Dei gratiam in animi præparatione ei velle, sicut alijs proximis. Cæterum ei familiariter loqui, & temporaliter diligere, & extra casum necessitatis ei benefacere sicut amico, hoc consilium est, non præceptum. Vnde dominus non ait. Ego impero, ego præcipio vobis, sed ego autē dico vobis, quia hoc plus habet consilium quàm præceptum. Vnde ait,

Estote perfecti, quoniam pater vester perfectus est: ostēdens hoc magis ad perfectionem, quàm ad necessitatem pertinere. Verum est, quòd (vt ait quidam doctor) si vides inimicum tuum esse in mortali, quia odit te, & verbo tuo gratioso putas leniri posse, & ex mortali eximere, videtur quòd tenearis & debeas illū alloqui: plus enim debes dolere de suo peccato, quàm de tuo temporali damno: sicut & peccantem corriperere teneris, si correptionem suscepturum esse credis. Liquet ex hoc, quòd licet consilium de diligendo inimico sublime sit & perfectū, sed præceptum temperatum est, & leue, aut non nimis graue, sicut putatur. Sed nobis fratres, qui euangelicam perfectionem quærimus, qui domino placere cupimus, & eius monita & consilia pro posse seruare curamus, non opus est distinguere ad quid tenemur, ad quid obligamur, vt illi Pharisei dicebant. Si sic dixeris inhonoras patrem: si sic dixeris inhonoras. Sed exemplo domini & sanctorum, literæ tenorem sequi, diligere, benefacere, orare, omnibus vijs & modis procurare vt odium & inimicitia tollatur, & odium cesset, & inimicis quasi amicis pro amore Dei beneficia & obsequia præstare. Sufficit nobis, quòd et si non præceptum hoc, tamen gratum & acceptum est corā Deo. Sed dices, si hoc ita est, non deberemus recitare psalmos Dauid, nam in eis multa mala imprecatur inimicis suis dicens. Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. Et iterum. Domine pone illos vt rotā, & c. & plurima alia. Quomodo orat pro inimicis, qui talia orat: quomodo diligit qui tanta eis mala imprecatur?

ps. 33

ps. 82

Ezcc. 13
c
Eccle. 12
d

Proucr.
29. a

Mich. 7
b

catur? Hanc quæstionē mouet Castilianus, & soluit multipliciter. Quia vel loquitur de inimicis Christi prænunciatiuē, non deprecatiue: vel de dæmonibus aut peccatis suis: vel orat, vt pereant inimici, & maneat homines. Attēdite fratres contra quos inimicos loquitur: sūt enim inimici quos debem⁹ diligere, & sunt inimici quos debemus odisse: oportet inter hos distinguere, sed & amicos ab inimicis dignoscere. Tu amicū putas illū qui tuis vitijs palpat, qui oculos tuos excæcat, & velum ponit ne videas turpitudines tuas, qui dormienti in peccato cervicalia ponit, qui te decipit & illudit, qui famam tuam & animam perdit, adulatorē & fautorem peccatorum tuorū, qui tibi fodit foueam in qua cadas, & parat laqueum quo capiaris, quo cōsultente peris, quo blandiente insanis, quo fauente mille perpetras facinoræ: hic calice aureo venenū tibi propinat. Verè, sicut ait sapiens, adulator blandus inimicus occultus, & inimici hominis domestici eius. In hunc beneficia confers, hunc quasi animam tuam diligis, huic omnia quæ habes libenter donas. O insane & fatue, quàm bene imple dominicum consilium nesciens: nam verè diligis inimicū, & benefacis his qui te oderunt, & decipiunt, & irrident, & illudunt. O si bene attendas opera, quātō magis amicus videtur qui te persequitur: nam ille facit vt cognoscas te ipsum, dicit tibi vera, & vitia tua tibi pandit: ille facit te viuere sollicitum, ne turpia agas, sciens quia non parcat tibi: ille excitat te, & exercet ad omnia opera virtutū: humiliat te, & præbet tibi materiā patientiæ, mansuetudinis, fortitudinis, et charitatis, et illustrem facit, et

præstantē in bonitate: ille licet cum magno detrimento suæ consciētiæ et famæ fabricat tibi coronā, et grandem coram Deo gloriam parat, et magni meriti occasionem tribuit. Quid obfuit diabolus Job: et martyribus persecutores quid obfuerunt? imò quā illustres et præclaros fecerunt? Aperi oculos, et vide quia hic qui putatur inimicus, beneficus est. Quid? multum ergo facies, si pro tantis bonis quæ tibi præstat, nesciēs licet et inuitus, cum dilexeris, et pro illo Deum oraueris? Nō est hic verus inimicus, sed proximus: ego tibi veros inimicos ostendam quos oderis, quos destruas, quibus omnia quæ in psal. legeris impreceris. Dæmones, peccata tua, et vitia, hæc sunt quæ te perdūt, quæ te destruūt, quæ tibi gehennam parant: contra hos inimicos ora, vt perdat et destruat eos dominus, et tu quantum vales destrue illos. Sed et caro ista, quam tu tantum diligis, quam sic foues et nutris, et in qua nutrienda vitā tuā expendis, maximus inimicus tuus est. Hanc castiga, hanc subijce, hanc doma, et malè tracta, donec eam in seruitutem redigas. Quid fratrem et proximum tuum odias atque persequeris? o stulte, nō est ille inimicus, sed proximus: nō te persequitur homo quem fecit Deus, sed malitia quam fecit homo: illa est inimicus tuus, illam oderis, illā persequitor, illam destruito. Tolle malitiam à fratre, non te persequetur, non tibi malè faciet. Fac ergo vt destruas illam: sed quomodo? Si videris (inquit Apostolus) inimicum tuum ciba illum, etc. hoc enim agens, carbonem ignis cogeret super caput eius, et accendetur charitas, et destruetur malitia, et cessabit inimicitia,

Roma.
12 d

1. Cor. 9

Roma. 12. d
 tia, & erit frater quem inimicum pu-
 tabas. Noli vinci a malo, sed vince in
 bono malo, vt ait Apostolus. Certamen enim magnum est inter fratris malitiam & tuam bonitatem: certa viriliter vt beneficijs vincas illum, qui te aggreditur in cōmodis: grandis enim tibi gloria est, si in hoc certamine victor euaseris: & grādis est confusio, si superatus fueris. Non ce-
 dat bonitas tua malitię fratris tui, non victa succumbat, sed super eum triumphat. O quanta gloria, coram Deo, & hominibus, & coram ipsis inimicis, videre illum cōfusum, verecundantem, non audentem aspicere, & attollere oculos ad aspiciendum faciem tuam, dolentem & contristatum, quōd tam bonum hominem persecutus fuerit: o quā victus, o quā subditus, o qualis vindicta de illo! Dico tibi, et si illum ligasses, & carceri mancipasses, & laniasses, non tāta fuisset vindicta. Sic sic vindicare de inimicis tuis: sic enim vindicatur Deus, & talem vindictam querit psalmista. Plus enim deus vindicatur de peccatoribus quos conuertit, quā de peccatoribus quos condemnat. Nam isti victi sunt, sed non conuicti: illi victi sunt, & conuicti. Vnde de hoc in psalmo gloriatur dicens. Omnes gentes circuierunt me, quia vltus sum in eos. Sed quomodo? occidendo in eis errorem, sustentando fidem, vt ait Augustinus. Sufficere debuerat ad dilectionem inimicorum hęc tam splendida & gloriosa victoria, sufficere & commoditas grandis quā ex persecutione capimus: sed adhuc alias addem rationes & considerationes, quibus ad hoc animum inclinemus: has breuiter perstringam. Prima consideratio est, quōd Deus ita vult & præ-

cipit, & hoc gratum est illi. Quanta quotidie facimus pro amicis, quot a nobis alienatos & inuisos orantibus amicis in nostram gratiam recipimus, vt illis placeremus: O Christiane, facis hoc pro amico, & non facies pro Deo? maxime cū hoc non solum consulat, sed & præcipiat, vt si non velis reconciliari inimico, propter hoc gratiam & amicitiam illius perdas: et si nolis inimico fieri amicus, Dei inimicus efficiaris. O domine, verē ne tuam amicitiam perdam, omnes turcas, imō & ipsos demones si præciperes diligere, pro amicis haberem. O miser qui tam pro nihilo habes fieri Deo inimico, cogita modō si rex haberet duos famulos, aut pater duos filios, quos valde diligeret, & vnus alter odisset, & diceret vni: ecce non possum sustinere, vt tu mihi dilectus oderis quem ego sic amo: aut ama illū, aut me & hæreditatem perdes: quanta duritia & proteruita esset, fieri regi vel patri inimicum, & hæreditatem amittere ne alteri fratri concordaret? Hoc tu facis: Deus pater pijsimus diligit filios suos, nimirū quia vitam & sanguinem pro eis dedit, vult inuicē se diligere quos ipse diligit, & præcipit, & aliter neque accipiat munera, neque obsequia: quātā ergo malitię est, nolle flecti, nolle obtemperare: Quid tātum potuit tibi proximus nocere, vt non magis Dei amor & beneficia ponderent, & valeant apud te? Vides quia non est fragilitas, sed puerilitas, nolle hoc implere? Secunda consideratio est tui status, & professionis: nonne Christianus es: nonne hanc scholam sequeris? Respice magistrum tuum, ducem tuum, & vide quanta bona fecit inimicis suis: quomodo cura-

Iuc. 23.
 bat egrotos eorum, quomodo docebat, quomodo dirigebat, quomodo sitiebat salutem eorum, quomodo pro crucifigentibus orat. Pendebat in cruce cruentus, plagatus, & laceratus ab eis quibus tanta beneficia præstiterat, neque contenti tormentis, insultabant ludibrijs, deridentes & subsannantes, mouētes capita sua dicebant: alios saluos fecit, &c. Audit patiēter insultatores suos, & patrem orat, dimitte: & tu coram eo petis vindictam: Qua fronte, quo vultu? & quid obsecro, simile tu passus es ab inimicis tuis: Christiane respice in faciem Christi tui, respice & eiusdem scholæ discipulos, apostolos & martyres, quantum laborauerunt, quomodo sudauerunt, vt proficerent illis a quibus affligebatur, & quomodo docebat, & illuminare cupiebant persecutores suos. Si ergo de schola Christi es, cur non sequeris professionem: cur discipulos non imitaris? Non legis, quia omnes qui piē volūt viuere in Christo, persecutionem patiuntur? Non legisti in Apostolo, quia in hoc positi sumus? Tertia consideratio est valde utilis, ad hoc vt consideres, quia licet æmulus tuus iniuste te persequitur, tamen tu iuste pateris propter peccata tua. Quid hominē aspicias? Attende diuinam iustitiam, cuius est minister ille: non hunc læsisti, sed Deum maxime offendisti. Vnde Basilus, quid (inquit) quasi canis fremens lapidem insequeris? aspice manum quæ illum proiecit, attende scilicet peccatis tuis, quibus hęc promeruisti: ille enim a Deo missus est, vt te premat & affligat, in tuum commodum, si forte cōuertaris, & te pœniteat. Vnde psalmus. Ego autem cū mihi molesti essēt,

scilicet inimici, induebar cilicio, operui in ieiunio animam meam. Sic fac, agnosce quōd a Deo est ista persecutio: humilia te coram Deo, pro-ra, ieiuna, pœnitentiā age, ora pro peccatis, rem age cum Deo, quem offendisti, & Deo placato, cessabit inimicus. O quale exemplum in illo qui hoc dicebat, quomodo hoc opere implebat? Ecce propter peccatū adulterij & homicidij quod cōmisit, suscitauit dominus Absalonem filium eius contra ipsum, vt regno expelleret: qui optime hoc cognoscens, contra venientem filium nō arma capit, non se defendit, sed vestitus sacco, & cinere caput cōspersus, pœnitentiā agens & plorans, pedester egressus est Hierusalem, nudis pedibus incedens, vt Deū humilitate & pœnitentiā placaret: cūque sic plorans, tristis & humiliatus procederet, ecce Semei filius Iemini ex latere montis, lapides contra ipsum mittebat, mille blasphemias & iniurias dicens contra eum, cum superbia, indignatione, & clamore. Egredere vir Belial, &c. Agnouit rex quōd a Deo missus esset, & patienter tulit: imō lætabatur intus, sperans a domino consequi veniam pro tanta maledictione, sperans quōd vindicato peccato tali maledictione Dei furor placaretur, & cessaret indignatio. Vnde cū dux eius Abisai vellet illum maledicum occidere, indignatus rex contra ipsum, ait. Quid mihi et vobis filij Saruia? dimittite vt maledicat: dominus enim præcepit ei, vt malediceret David: si forte respiciat dominus afflictionem meā, & reddat mihi dominus bonū pro maledictione hac hodierna. Bernardus. O verē virum secundum cor Dei: non irascitur

tur maledicenti, & irascitur vindicanti. Nec deceptus est: nam placatus Deus hac eius patientia & humilitate, reddidit ei regnum, interfecto filio persecutore, quem Deus acceperat vt flagellum ad puniendum ipsum: quem & persecutorem pius pater plorabat acerrimè post mortem, vsque adeò vt indignatus Ioab, diceret ei. Amas odientes te, & odio habes diligentes te. Sic nos facere debemus in persecutionibus particularibus, & generalibus, & statim cessaret persecutio. O si sic nunc faceremus fratres, o si sic Deum placaremus, vt auerteret iram suam, & tolleretur à nobis turcas. Quid prodest colligere exercitus, & colligere peccata? An nescimus quia turca iste, et bella, flagella Dei sunt? Si emendaremus vitam, & peccata præterita ploraremus coram domino, ipse auerteret à nobis flagellum suum, & daret de inimicis victoriam. Non dico vt arma relinquamus, nam hoc esset stultum, & tentare Deum: sed vt prius Deum placemus, & deinde arma sumamus, sicut fecit Dauid. Quarta consideratio, est malorum & damnorum quæ incurrimus ex odio & inimicitia proximorum: hæc optimè enumerat psal. dicens. Domine Deus meus, si feci istud, si reddidi retribuendis mihi mala, decidam merito, &c. Ecce quatuor damna maxima. Primum decidam merito ab inimicis meis inanis: odium enim proximi omnia bona quæ agis, orationes, elemosynas, ieiunia, casta & inania facit toto tempore, quod durat: & perdis coram Deo totum quod viuis. Quantum malum hoc? Secundum est persecutio in corde: nam (vt ait Augustinus) omnis qui alium persequitur in corpore, prius

ipse persecutionem sustinet in corde. Vnde psalmus. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Alium non vulnerasti, & iam animam tuam iugulasti: nam qui odit fratrem suum, homicida est, & bis: scilicet homicida sui, & homicida proximi, si non factus, certe animo. Tertium damnum est vexatio illa, quam patitur qui odit: de quo ait. Comprehdatur & conculcet in terra vitam meam. O quam conculcatam & vexatam habet à diabolo vitam, qui odit, quando premitur illo odio, quasi quodam veneno: sic furit, vexatur, fatigatur, torquetur grauissimo tormento, semper tristis & turbulentus, & furiosus. O miser, si non parcis proximo, parce tibi, qui sic vexaris. Quartum damnum est, & gloriam meam in puluerem deducit: quod non solum de gloria beatitudinis æternæ, sed etiam de gloria illa & corona ex victoria virtutis & patientiæ, de qua supra diximus, intelligi potest: quæ habuisset coram Deo & angelis, si inimici malitiam superasset: illa in puluerem deducitur, cum vindicta quæritur: & cum inimicum vincis, ipse victus es coram Deo. Quinta consideratio est plurimum, & magnarum vtilitatum, quæ ex remissione iniuriæ nobis proueniunt. Prima est, grande meritum, & gloria de qua in euangelio dicitur. Secunda est peccatorum venia. Psal. Verba iniquorum præualuerunt super nos: & iniquitatibus nostris tu propitiaberis. Hoc est quod dominus in euangelio promittit, dicens. Si dimiseritis hominibus, & pater vester cælestis dimittet vobis: & si non, non. Vnde hoc quotidie dicimus in oratione dominica, & ad hoc forte canitur hoc euangelium in principio

quadragesimæ, vt si quæritis veniam à Deo, primo dimittatis proximo, ne frustra laboretis. O domine, & quam bona & utilis conuentio: libenter accepto pactum, vt pro tantillo mihi tanta dimittatur. Gratias tibi, quia habeo quod dimittam, vt & mihi dimittatur. Augustinus. In potestate nostra fratres posita est nostra sententia: & nisi nos eam subscribamus, non pronuntiabitur contra nos. Subscribis contra te, cum non vis dimittere proximo tuo: quia dum non parcis, indignam veniam te reddis. Miser attendis quid tibi fecerit homo, & non consideras quid ipse feceris deo? Vnde in ecclesiastico. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medellam. Imple ergo oleo charitatis vas tua vacua, ex epulo viduæ Sareptanæ, vt ex illo possis reddere quæ debes creditori tuo. Tertia vtilitas est, quæ dicitur in euangelio: vt sitis filij. Quantum est esse filium tanti patris? Aliæ virtutes ex bruto te faciunt hominem, charitas ex homine te facit filium dei: quod si filium, & hæredem. Sed cuius, & quantæ hæreditatis? Hæredem dei, omnium eius diuitiarum, omnium bonorum eius, perpetui regni, & ineffabilis gloriæ: ad quam nos perducit Iesus. Amen.

DOMINICA PRIMA
in quadragesima.

THEMA.

¶ Ductus est Iesus. &c.

Matth. 4.



Itera sancti euangelij proponit nobis quandam monachiam, prouocationem eximiam, qualis neque vnquam fuit, nec erit in secula, inter duos magnos princi-

pes, scilicet principem gloriæ Iesum, & principem tenebrarum Luciferum: spectatibus ex vna parte ducem & dominum suum, choris & hierarchijs angelorum, & ex alia parte ducem suum, cateruis & exercitibus demoniorum: Deo iudice. Causa autem tanti certaminis iniuria fuit atrox & insignis, quam ipse Lucifer puellæ cuidam pulcherrimæ fecerat: nature, scilicet humanæ, quam Deus valde pulchram creauerat, & quam ipse Lucifer sine causa iniurijs affecerat, in honoraauerat, et pessimè deturparat. Assur sine causa calumniatus est eam, filius autem Dei Iesus, motus tanto Luciferi scelere, & quia illa placuit in oculis eius, despôsavit eam sibi: & contracta affinitate alienam sibi suam iniuriam reputauit, & fecit: ac statim illam cogitauit vlcisci. Qua de re Luciferum ipsum prouocauit ad duellum, & ipse prior cum patris suo spiritu sancto prodijt in campum. Hoc est quod dicit litera. Ductus est Iesus à spiritu in desertum, vt teteretur à diabolo. Et iuste prior ipse prouocat, quia grauata & offensa parte defendit. Psal. Domine preueni eum, & supplantata eum: eripe animam meam ab impio: frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Eripe, quia anima mea est: & si non, quia framea tua est: nec est honor tuus neque decus quod hostis tuus frameam tuam possideat. Anima sancta, framea domini acuta, qua preclara facinora gerit. Non tibi videtur Pauli anima Dei framea, quando totum mundum illa prostrauit, & tanta strage reges, principes, ciuitates, & omnia sibi dominus subdidit framea ista? nullus inimicus pedibus stare contra ipsum valebat. Similiter & Augustini anima contra hæreticos potentissima framea exitit: qua ipsos penitus debellauit, prostrauit, & in nihilum

Psal. 7

ps. 36

1. Io. 4.

Psal. 7

Ecclesi. 28. a

3. reg. 17

Esa. 52.

ps. 16.

ps. 64

Matth.

I nihilum

nihilum redegit. Consuetudo est in prouocationibus, quod qui alium prouocat capum eligat, prouocatus autem eligat arma: quare dominus capum eligens, non paradysum, neque voluptuosum aliquem locum, sed desertum rigidum, sterilem, & asperum elegit, ubi non posset ad votum demoni arma reperire. Non enim ibi frutices, non poma, non deliciae, non alia Eua quam inuaderet: & quia aliud non reperit, ad lapides se conuertit. Dæmon legit arma probata quibus vicerat primum hominem, scilicet gulam, superbiam, & auaritiam. Exiit dominus ad capum per quadraginta dies priusquam Luciferi: & toto illo tempore praelium meditans, belli se praeludis exercebat, ieiunijs, scilicet, orationibus, & lachrymis, contemplationibus, & asperitatibus multis. O dñe, & quis narrare poterit asperitates, & quot acerba in hoc deserto sustinuit, sine domo, sine lecto, sine igne, sine adiuuamento aliquo, vel solatio, solus inter feras, & animalia bruta, ad pluiam & frigus, et rigidas tempestates: hyems enim erat, et cum esses delicatissimus, supra modum omnia ista sentiebas. Sed & mater tua pissima quantum passa est dolorem propter tui absentiam: nunquam a principio ortus tui tantam absentiam habuit, neque pertulit, imò semper tecum fuit: quare quilibet horum dies annus ei videbatur absentiae. O quis tibi bone Iesu, in deserto illo obuiaffet, & tecum manere per unum saltem diem meruisset: ut videret orationes illas feruentissimas, & vultum tuum plusquam seraphicum, spiritu inflammatum toto isto tempore. Gratia quidem et eximia facta sunt in hoc deserto, sed secreta, & non nouimus ea. Prius nos lachrymis quam sanguine abluisti: ut quid dñe tot aspera sustines? Sufficiebat mors tua futura ad

nos redimendum, quare ergo modò sic cruciaris? Factum est hoc fratres, ut dux noster milites suos exemplo suo instrueret ad pugnam. Psal. Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum. Discite fratres quomodo nunc pugnetis: nam hoc tempus quadragesime tempus est belli & certaminis cum diabolo. Egre dimini in desertum, et videte ducem vestrum quem imitemini: eisdem armis pugnat quibus ipse pugnavit, solitudine scilicet, ieiunio, oratione, asperitatibus & lachrymis: his telis superabitis inimicum. Recludimini his diebus in solitudine oratorij, vacate a negotijs, orate, plorate ibi peccata vestra, ieiunate & poenitemini: iungite vestra ieiunia cum asperitatibus et orationibus: quid enim prodest ieiunare, et illa die ieiunij, exercere ludos, venationi incumbere, delicijs & choreis insistere? Qualis est ista poenitentia? quale est hoc ieiunium? Audite Esaiam. Quare domine, ieiunauimus, & non aspexitis a

ps. 17.

Esai. 68.

Respondit dñs. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, id est, impletis desideria vestra: esse ad contentiones & lites ieiunatis. Numquid hoc est ieiunium quod elegi? nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, &c. Sit ergo integrum & perfectum ieiunium tuum. Quare vnus solus sensus, scilicet gustus ieiunabit? Ieiunet potius omnes sensus: peccauerunt omnes, dño faciatis omnes satisfactionem. Ieiunet intellectus a prauis cogitationibus, voluntas a malis desiderijs, oculus a visu curioso & delectabili, lingua a verbis otiosis et scurrilibus, auditus ab auditu detractionum, & cantilenarum, pedes ab illicitis negotijs, manus a rapinis, & denique tota caro a voluptatibus, etiam licitis. Hoc est perfectum

perfectum ieiunium & gratum coram domino, cum omnes sensus abstinent a mundanis, ut vacent diuinis. Totus ergo ieiuna, quia totus peccasti. Toto illo tempore quo dominus fuit in deserto, Lucifer non erat otiosus, sed diligenter contemplabatur eum, & supra modum mirabatur illum vitam, & abstinentiam. Sciebat quod in illo non habebat quicquam, quod ab initio incarnationis mundissimus erat ab omni peccato: videbat eum agere vitam angelicam in contemplatione & oratione continua, non comedere, neque bibere: atque ex hoc suspicabatur quod esset plusquam homo, & verus filius Dei. Ex alia parte, videbat eum macilentum, fatigatum, pallidum, famelicum, ex quo eum purum hominem coniecitabat. Deceuit itaque experiri rem, & conflagrare cum eo, & probare an esset filius Dei. Itaque in habitu religioso & eremitico (ut suspicor) sensim accessit, & salutauit eum, multaque locutus est cum illo, quae non ponuntur in euangelio. Existimo quod dixerit ei. Quid facis obsecro, in ista vasta eremo solitarius tandiu, in tanta afflictione, & labore? Videris mihi homo sanctissimus, plusquam humanam vitam agere: vita etenim tua omnium transcendit facultatem. Non placet Deo, neque illi est gratum, quod te interficias ieiunando. Quid enim refert interficias te ieiunio, an gladio? Ad quid ergo tantus labor, tam diuturna asperitas, tam longa inedia? Existimo etiam quod omnia possis, & quodcunque volueris facies: ergo si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, & comede, ne fame pereas in hac vasta solitudine. O stulte nimis, quid ais?

Si filius Dei est, nunquid eget pane? Nonne ipse est panis angelorum, & panis vitae? Iterum o maligne, vel conuertet, vel non: si non, quomodo tentabis eum lapidibus? non enim est fames tam rabida quae comedat lapides. Si conuerterit, putas ne pane ab ipso tam mirabiliter conuerso poteris eum superare, qui tantam habet potestatem, ut ex lapidibus panes faciat? Quanam audacia, quanam stultitia haec? non dum factis capio, quid pretenderit in hoc conflictu serpens antiquus: nam si gula tentare volebat, nonne facilius multo asportare vndeunque panes, fructus, & obsonia, & famescenti proponere, quam lapides? Quid sibi vult iste circuitus? ut primo ex lapidibus panes fieri miraculo suadeat, ut deinceps illis panibus in gulam inducat? Credite mihi, aliquid latet, aliquid ultra pretendebat iste malignus. Duo enim volebat, primo, probare si forte esset filius Dei: vnde hoc in capite tentationis ei obiecit. Secundo, si purus homo inueniretur, castrimargia vel alio vitio superare. Sed neutrum obtinuit, & forte volebat inducere eum ad miraculum petendum, ubi alio modo fami poterat obuiari ad proximas villas eundo & edendo, quod esset quodammodo tentare Deum. Et quod tunc suadere conabatur Christo, hoc quotidie per ministris suos praelatis ecclesiae suadere conatur, scilicet, ut poenitentiae & rigoris lapides, panes fiant: id est, in delicias conuertantur. Vnde confessio ne auricularem a Christo institutam, religionum asperitatem, clericorum celibatum, carni abstinentiam, ieiuniorum inediam demoliri satagunt, & in vitam deliciosam & carnalem eccle-

fiam Dei traducere. Tales similes
 Phi. 3. d sunt illis, de quibus Apostolus ad
 Philippenses loquitur, dicens. Mul-
 ti ambulat quos saepe dicebam vo-
 bis, nunc autem & flens dico, inimi-
 cos crucis, quorum Deus venter
 est, & gloria in pudendis. Hunc con-
 gressum dominus in scuto scripturę
 recepit, dicens. Scriptum est: non in
 Deu. 8. solo pane viuit homo, sed in omni
 a verbo quod procedit de ore Dei. Nā
 verbum Dei animam pascit, sicut
 panis corpus. Et vt ait diuus Augu-
 stinus. Sicut corpus quando per lon-
 gum tempus non reficitur, deficit, &
 debilitatur: ita & anima si pastu suo
 doctrinę & contemplationis non
 pascitur. Psal. Aruit cor meū, quia
 ps. 101. oblitus sum comedere panē meū.
 Et non solum animam, sed etiā cor-
 pus quodāmodo per redundātiā
 Exodi. sustentat verbū dei. Sic Moyses per
 24. d. quadraginta dies solo dei verbo ali-
 tus est: sic sancti patres in eremo per
 hebdomadas sine cibo manebāt, vt
 exilitimo verbo dei sustentati: imō
 & plures videmus seruos dei modico
 pastu pingues & nitidos a gau-
 dio cordis: nam anima sancta quasi
 prouer. iuge cōuiuium: & cōtra homines
 15. b. iniquos etiam si multum comedāt,
 & omnia vorent elementa, macilē-
 tos, pallidos, corrosos a conscientie
 verme, a tristitia & mœroribus, a cu-
 ris & inquietudinib⁹ quas perferūt.
 Viso q̄ in primo cōgressu nihil ipsū
 leserat dæmon, parat secundū: & as-
 sumpsit eum per aëra, & portauit in
 Hierusalē: & statuit eum supra pin-
 naculū templi: & ait illi. Ecce gran-
 dis multitudo populi infra est, si fi-
 lius dei es, mitte te deorsum, & mul-
 titudo illa vidēs quod te nō leseris,
 credent in te: & sic illis cederet in salu-
 tem, tibi autem in decus maximum

& honorem: neq; timeas læsionem;
 scriptum est enim, angelis suis man- ps. 90
 dauit de te, &c. Voluit dæmon ostē-
 dere se literatum, defecit tamē in tri-
 bus. Primō, quia deprauauit scriptu-
 ram, retorquendo ad caput, quod di-
 ctum erat de corpore. Secūdo, quia
 non ad propositum erat authoritas.
 Bernar. Scriptum est, quid scriptum
 est maligne? quid scriptum est? ange-
 lis suis mandauit de te, vt custodiāt
 te in omnibus vijs tuis. Nunquid in
 præcipitijs? Tertiō, quia detrūcauit
 scripturam. Procede vltra o mali- ps. 90
 gne, procede, quare taces quod con-
 tra te est? super aspidem & basiliscū,
 &c. Hoc idem faciunt hodie mēbra
 eius, dum pestilentes errores suos
 verbis sacre scripturę tum muti-
 latis, tum deprauatis fulciunt, vt
 simplices decipiant. Ostēdit in hoc
 congressu dæmon debilitatē suam,
 quia non valet ille mittere, sed ait
 mitte te deorsum. Ita est fratres, si
 non tu te mittis, ille non mittet:
 hortari potest, sed præcipitare non
 potest: porrigit gladium, sed tu te
 iugulas: nemo enim læditur nisi a
 seipso. Quid dæmonem increpas?
 quid tentatorem inculpas? tua est
 culpa, tu te præcipitas. Vnde Ber-
 nardus exponēs illud psalmi. Eripe
 me de manu peccatoris, & contra ps. 70
 legem agentis & iniqui. Ego (in-
 quit) sum ille peccator exlex & ini-
 quus, eripe me domine de mani-
 bus meis: caue tibi caue, qui su-
 pra pinnaculum templi ascendi-
 sti, qui culmen perfectionis cū Dei
 gratia attigisti, caue tibi ab hoc i-
 nanis glorię præcipitio: latenter
 enim surrepit hæc superbia, & dum
 in corde tuo exaltaris, iam coram
 deo præcipitaris: sicut scriptum est,
 dericisti eos dum alleuarētur. Do-
 minus

minus quoque hunc ictum in scuto
 scripturę recepit, dicens. Scriptum
 ps. 72. est, nō tentabis dominū Deum tuū:
 nam quę fieri possunt humano cōsi-
 lio & viribus, nō sunt Deo totaliter
 relinquēda. Sed vbi quod in nostra
 potestate est fecerimus, confidamus
 in Deo. Valde nobis in hoc Christi
 cōmendauit sacram. scripturā, dum
 omnes istos diaboli cōflictus sacre
 scripturę authoritatibus superauit.
 Christus dæmonē tribus authorita-
 tibus superauit, sicut Dauid lapidi-
 bus de torrente Goliath. O quā vti-
 i. reg. 17. lis est lectio sacra, & quātū prodest
 lectio scriptu- vere non solum pascit animam, sed
 12. & confirmat cor in omni virtute, &
 tuetur a tentatione. E contrario au-
 tem lectio prophana librorum, qui-
 bus tantum gaudet leuitas humana,
 destruit mores iuuenum, inclināt
 ad vitia & vanum amorem, facit
 carnales & mundanos. Non debet
 quispiā tolerare huiusmodi libros
 in domo sua, neq; permittere, quod
 i. cor. 15. filius, vel filia legat ipsos: cori ūpunt
 enim bonos mores colloquia praua.
 Si quid ergo in sermonibus auditis,
 seruate in serinio memorię: prode-
 runt nanque vobis in tempore ten-
 tationis, vt quasi scuto quodam vos
 defendatis a telis inimici. Psalm. In
 corde meo abscondi eloquia tua, vt
 ps. 118. non peccem tibi. Hęc est illa turris
 Ca. 4. b. David, quę ædificata est cum pro-
 pugnaculis, mille clypei pendent
 ex ea, omnis armatura fortium. Nul-
 la est enim tentatio, nulla aduersi-
 tas, nullum infortunium, nulla ca-
 lamitas, cui non sacra scriptura me-
 deatur & succurrat, consolatione,
 consilio, vel alio quopiam reme-
 dio. Videns dæmon quod hoc con-
 flictu nihil profecerat, ad tertium
 & validiorem se præparat: adduxit

eum ad montem excelsum valde, &
 ostendit ei omnia regna mundi, di-
 eens. Ecce in tali parte est Roma, in
 tali est Gallia, ibi est Hispania, & ibi
 est Africa, & ibi maxima India:
 hæc omnia tibi dabo, si cadens adora-
 raueris me. O maligne, o superbe,
 quid ais? Filius Dei cadens adora-
 bit te? Semper ab initio Dei hono-
 rem & gloriam appetisti: verē ca-
 dit qui adorat te, & qui sequitur te.
 Hęc omnia tibi dabo. Bernardus,
 tu ne illa dabis: miser tu ne illa feci-
 sti: & quod ius habes in homines ni-
 si quia nequiter decepisti illos? Au-
 gustinus. Diabolus iniuste posside-
 bat mundum, sed mundus iuste pos-
 sidebatur a dæmone: quia qui facit
 Ioā. 8. d. peccatum, seruus est peccati. O si ho-
 die diabolus regnā promitteret, quā-
 tos haberet adoratores. Pro aureo
 vel argēto nummo, homines mille
 periuria & peccata cōmittunt, quid
 facerent pro regno? Deus nos libe-
 ret ab hoc vitio fratres, nam penitus
 excecāt mentem, & euertit animū:
 Vnde ecclesiasticus. Nihil scelestius
 Ecclesi. 10. b. auaro: animam suam venalem ha-
 bet, pro obolo vendet & tradet eam
 diabolo. In hac tentatione nō dixit
 diabolus, si filius Dei es: quia domi-
 nū contempsit, vidēs q̄ se permitte-
 ret huc atq; illuc trahi per ipsum: &
 pro certo habuit, q̄ esset purus ho-
 mo. Sed tunc cū cōtempserat ampliorem
 sensit virtutē: non enim patienter vt
 prius, sed cū indignatione & autho-
 ritate respōdit ei dñs. Vade Sarana,
 Deut. 6. scriptū est enim dñm Deū tuū adora-
 Deut. 10. b. rabis, & illi soli seruias: & proiecit
 eum a se, victūq; & cōfusum eiecit a
 certaminis loco. Dedit nobis dñs in
 hoc exēplū, vt nras iniurias patienter
 toleremus, sed non Dei. O zelus
 Dei, quomodo refrigisti hodie: suf-
 fic

ficit cuiq; si ipse bonus est, si Dei of-
 fensas, & peccata deuitat, nemo vult
 malis obstare: nemo pro Deo oppo-
 nere se audet iniquis. Non sic rex il-
 le patientissimus & mansuetissimus,
 qui cum mulum suum Saul, & animo
 æquanimiter toleraret, mortuumq;
 amarè desleret, contra flagitiosos a-
 criter in tonabat. Nōne qui oderunt
 te domine oderā, & super inimicos
 tuos tabescebam? Perfecto odio ode-
 ram illos, & inimici facti sunt mihi.
 Quid ni esset inimicus inimicorum
 domini sui? Sed & Helias ille qui ze-
 lo zelauit pro honore Dei, & qua-
 dringentos quinquaginta sacerdo-
 tes Baal gladio percussit, cum in-
 creparet regē Achab de morte Na-
 both, & diceret ei rex. Num inueni-
 sti me inimicum tibi: mira autorita-
 te respōdit. Inueni, eò q̄ venūdatus
 sis, vt facias malū coram domino: sic
 regem vt mancipiū alloquitur. O si
 nunc hoc zelo, hac autoritate præla-
 ti ecclesiæ vigerēt contra vitia, non
 sic omnia tēderent in ruinā. Eiecto
 demone, atq; deuictō, angeli illius
 certaminis spectatores, sicut euāge-
 lista ait, accesserunt & ministrabant
 ei. O quāta læticia, quantus iubilus,
 quibus laudibus efferunt triumphū
 principis sui? Dextera tua domine
 magnificata est in fortitudine, dex-
 tera tua domine percussit inimicū,
 & in multitudine gloriæ tuę depo-
 suisti aduersariū, & malignum. Gre-
 gorius. Agnosce homo in hoc fortis-
 simo duce duplicē naturā. Homo est
 quē tentat dæmon: Deus est, cui an-
 geli seruiūt. Sed quod obsecro serui-
 tium præter laudes? Ait enim sanctus
 euāgelista, quod ministrabāt ei. Nus-
 quā lego q̄ angeli Christo ministra-
 uerint nisi hic. In eius natiuitate tri-
 pudantes & ouantes angelos legi-

mus: in morte angelum cōsolantem
 & cōfortantem inuenimus: ministre-
 riū alibi non inuenio. Quid obsecro
 ministrabāt, aut in quo ministrabāt?
 Existimo eos, siue à virgine, siue a-
 lias exquisitos cibos cum pane dño ap-
 posuisse vt ederet, circumstantibus ac
 seruiētibus vndiquaq; cęlestib⁹ prin-
 cipatibus, ac pincernarū more men-
 sam dñi ambientibus. O quanta glo-
 ria generis nostri, quāta sublimitas
 naturæ nostræ: homo ad mēsam se-
 det, & ab angelis seruitur ei. O spe-
 ctaculū iucundissimū, gratissimum,
 vīsuq; dignissimū. Accede anima ad
 hāc mēsam: collige micæ quæ cadūt
 de mensa dñi tui: contemplare regē
 tuum, pallidū, macilētum, famescen-
 tem, pauimēto nudo super lapidem
 accubātem: inter angelicos cuneos
 cum modestia comedētem. O quis af-
 fuisset, o quis vidisset. Hæc de histo-
 ria. Propter multa dominus tentari
 voluit: primò, vt nos in tētationibus
 animaret, & confortaret, ne deficia-
 mus si tētamur, cum ipse dominus
 omnium tentatus sit. Secundò, vt fi-
 duciam daret recurrēdi ad ipsum,
 qui optimè nouit & expertus est in-
 firmitates & tētationes nostras. Vn-
 de apostolus. Nō habemus pōtificē, ^{Hebr. 8}
 qui nō possit cōpati infirmitatibus
 nostris, tentatū per omnia pro simi-
 litudine absq; peccato. Debuit enim
 per omnia fratrib⁹ assimilari, vt mi-
 sericors fieret. O immēsa dei miseri-
 cordia, qui pro nobis non solū infir-
 mari, sed & tētari voluit: non solū la-
 bores, afflictiones, infirmitates, sed
 etiā tētationes nostras assūpsit. Quā-
 ta humilitas, quāta dignatio: quid re-
 stabat vt assumeret, nisi peccata?
 Quā longè est à Deo peccatum, quā
 odibile diuinæ maiestati? & tamen
 pro nobis cum peccare non pos-
 set,

set, à nequissimo dæmone induci
 se & suaderi ad peccandum permi-
 sit. Tertiò, vt sic instrueret nos ad
 prælium: sicut supra dictū est. Quar-
 tò, vt dum tentatur, nostrarum tēta-
 tionum victoriā promeretur. Sed
 præcipua & potissima causa (vt exi-
 stimo) fuit exaltatio, & honor no-
 stræ humanitatis assumptę. Si enim
 lynceis oculis mysterium inspexeri-
 tis, videbitis hoc ad plenā naturę no-
 stræ restitutionem, & reparationē,
 omnino fuisse decentissimum. Duo
 nanq; incōmoda homini dæmō in-
 tulerat: & quia humiliauerat, & quia
 læserat. Damnum per passionē ple-
 nē restitutum est, sed honor quoq;
 restituendus erat: vt scilicet idē Lu-
 cifer, qui primum hominem sua ne-
 quitia in paradiso deuicerat, & sub-
 iccerat, ab homine Christo filio eius
 eidē medijs, non solū in mēbris, sed
 in sua persona in deserto vinceretur
 & confunderetur. Huius tā insignis
 victoriæ typus in apocalypsi descri-
 bitur, vbi dicitur. Vidi, & ecce equus
 albus, & qui sedebat super eum ha-
 bebat arcū, & data est ei corona: &
 exiuit vincēs vt vinceret. Equus al-
 bus humanitas Christi, in qua nullū
 fuit peccati cōtagium: sessor verbū
 qui eam in omnibus operibus suis re-
 gebat: à cuius nutu & volūate neq;
 tātillum vnquā deuiavit. Hic habe-
 bat in manu sinistra arcum, quo ma-
 los percussit: & sagittas, id est iudicia-
 riā potestatem. De quo psal. Dedisti
 meruētibus te significationē, vt fu-
 giant à facie arcus: vt liberētur dile-
 cti tui. Dat Deus timētibus se signifi-
 cationē, & veluti annuit oculo ele-
 ctis suis, cum eos hic corripit, ne illos
 illa crudelis sagitta perfodiat. Ita ma-
 ledicti in ignē æternum. Habet quo-
 que iudex coronā, qua præmiat bo-

nos: vitæ enim & mortis habet impe-
 rium, damnādi & saluandi plenariā
 à Deo patre potestatem accepit. Et
 exiuit vincens vt vinceret. Obscurū
 est verbum, nisi aperiat sigillum a-
 gnus, qui habet clauē Dauid, & aperit ^{Apoc. 3}
 & nemo claudit. Exiuit à patre, ^b
 & venit in mundum: exiuit hodie
 ductus à spiritu in desertum, vincēs
 vt vinceret: vincens mortem suam,
 vt vinceret nostram: vincens infir-
 mitates suas, vt vinceret nostras:
 vincens tētationes suas, vt vinceret
 nostras: vincens in seipso diabolū,
 vt eum vinceret in electis suis: vi-
 ctor ad vincēdum, triumphator ad
 triumphādum. Vno cōflictu omnes
 nostras molestias & tentationes su-
 perauit, dum suas deuicit. In hoc e-
 nim quod sic humiliatus est, & ten-
 tari se à dæmone permisit, omnium
 nostrarum tentationum victoriā
 promeruit: in illo omnes hodie vin-
 cimus, in illo cuncti triumphamus.
 Cōgaudeamus ergo victori nostro,
 regi nostro, triūphatori nostro, & di-
 scamus ab eo nostras tētationes de-
 uincere. Coronam habet in dextera
 victor, quam suis militibus certanti-
 bus proponit, vt eos animet ad victo-
 riam. Videat quisq; vt fortiter dimi-
 cet, quia nō coronabitur nisi qui le- ^{2. Tim.}
 gitimè certauerit. Non in nostris vi- ^{2. a.}
 ribus, sed in eius virtute cōfidimus:
 qui vicit in se, vincet in nobis. Vnde
 propheta. Ego autē in domino gau- ^{Habac.}
 debo, & exultabo in Deo Iesu meo. ^{3. d}
 Deus dominus fortitudo mea, & po-
 net pedes meos quasi ceruorum, &
 super excelsa mea deducet me vi-
 ctor in psalmis canentem. Adsit
 nobis eius gratia, vt viriliter pu-
 gnemus, & fortiter vincamus: vt
 ad optatam coronam peruenire
 mereamur in gloria: ad quam nos
 I 4 perducat

DOMINICA. I. IN QVADRAGESIMA

perducatur ipse dominus Iesus Christus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

SERMO SECVNDVS
de tentatione nostra.

THEMA.

¶ Scuto circundabit te veritas eius. Nō timebis à timore nocturno, à sagitta volāte in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurfu & demonio meridiano. Psalmo. 90.



Non modica consolatio nostra est fratres charissimi, quod dominus Iesus Christus saluator noster tentari voluit. Si enim ipse cum esset filius Dei, & Deus verus, sine omni labe peccati, tēari & induci ad peccatū per diabolū se permisit, nos in peccatis cōcepti, in peccatis nati, in peccatis versati, quid mirabimur, aut indignē ferem⁹, si tētationes patimur? Si illū tam purū & tam sanctū aggredi ausus est dæmō, nos vermes & pulices terre, quare nō aggredietur? Quis vnquā sanctorum sine tētationib⁹ vixit? Paulus ille vas electionis, per quem dominus vniuersum mundum ad fidem & agnitionē suā conuertit, post gloriā domini perlustratam, post paradysum circungirata, post penetratos & calcatos celos, sentit aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ: & du

Act. 9. c

2. COR. 12

a

rissimo illo tyrāno pressus, cogitur exclamare. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Et tu pulex terræ, & vilis ranuncula, indignaris & molestē fers, si aliqua carnis tentatione pulsaris? Nūquid tu melior aut sanctior Paulus? Perlege si vis, omnium sanctorum libros, Hieronymi, Augustini, Gregorij, Bernardi, & aliorum omnium, & miras inuenies passos tentationū procellas, quas non valentes à suis cordibus propulsare, cum propheta clamare coguntur. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tēpeestas demersit me. Siquidem gigantes gemunt sub aquis inundantium tentationum pondere pressi, isti sic agitantur, sic premuntur, & tu in pace & tranquillitate otiosam & quietam vitam duces? Non cōsistit perfectio & puritas animæ, in non sentiendis perferendisq; concupiscentijs, prauis inclinationibus, & stimulis peccatorum: hæc enim puritas angelica est, non humana. Post corruptam & infectā nostræ naturæ massam, post illam domini maledictionem, qua dictum est Adæ, maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, impossibile est homini non pati stimulos, & concupiscentias peccatorū. Vnde Iob. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, quanto magis qui habitant domos luteas, & terrenum habēt fundamentum, consumentur velut à tinea, id est concupiscentia, quæ de carne nascitur, & ipsam corrodit. Hæc ergo puritas in angelis, nō in hominibus perquirēda est: sed puritas humana

Rom. 7

ps. 68

Iob. 26

b

Gn. 3. c

Iob. 4

d

in

CONCIO SECVNDA.

in vincendis, superandisq; peccatorū passionibus inuenitur. Vnde psalmus, Si mei non fuerit dominati, tūc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et Apostolus post illam de lege membrorū querimoniam, ne quis in illa esse noxam, & crimen existimaret, adiungit. Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo, qui non secundum carnem ambulant, etiam si carnem sentiāt: nam non sentire carnem in carne, impossibile est. Ne succēseas igitur, ne confundaris aut paueas, si tentationibus exagitaris, si titillante concupiscentia pulsaris, neq; idcirco te iam damnatum aut à Deo oblitum & contemptum putes: nō enim hæc est differentia inter probos & impios, sanctos & malos, perfectos & imperfectos, quod hi sentiunt peccatorum stimulos, et nō illi: nam vtrique sentiunt, vtrique perferunt: sed quod illi domitis passionibus, subiectis appetitibus, sopitis & emortuis ieiunio & oratione concupiscētij, sui cordis, et corporis motibus dominantur, et liberi sunt: hi verò furentibus passionibus, et appetitibus superati, miseram et captiuam sub peccato sustinent seruitutem. Est enim in eis passio fortis, et resistētia nulla: iuxta illud prophetę. Erit op⁹ vestrum quasi scintilla, et fortitudo vestra quasi fauilla, et succendet vtrunque simul: et non erit qui extinguat. Itaque militi Christiano, quandiu in hoc carnistabernaculo est, tentationes deesse non possunt: quocumque te vertas, quocūque vadās, quomodocumque viuas, sine tētationibus esse non poteris, sed vna superata, alia forrior orietur: et illa deuicta, expectabis aliam: neq; dabit tibi locus vt glutias saliuam tuā.

ps. 18.

Rom. 8.

a

Esai. 8

Siquidem, vt ait Iob. Militia est vita hominis super terram. Non ergo turberis, non deiciaris, sed confortare et esto robustus, sciens quia in hoc posirus es: nam cælorum regnū à diebus Ioannis vim patitur, et violenti rapiunt illud. Vi armorum superandum et possidendum est: nullus aduersus militię capax, sine vi introibit in illud. Hui⁹ militię omnes viri, mulieres, virgines, pueri, puellæ, anus, et senes, milites sumus: et apostolica illa tuba resonat in castris. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Videat quisq; quomodo decertat: nam pusillanimes et timidi, desides et ignaui regnū Dei non possidebunt. O Christi miles, regnum non terrę sed cæli, non temporale sed perpetuum, tibi hac pugna conquirendum proponitur, et de pugna cōquereris? Pugna momentanea, et perpetua corona, et affligeris? Momentum certaminis tibi datum est ad perpetuam & eternā gloriam consequendam, et illud sine pugna, et molestia transigere cupis? Tu esto iudex, ipsemet iudica quā rationalis et iusta sit tua querimonia. Si omnes annos Mathusalēm viturus esses, et omnes mundi molestias solus passurus, nunquid condignę essent omnes illæ passionibus ad futuram gloriam, quam expectas? Et modò ais, multum est quod patior: graue est quod sustineo. Considera retributionem, et videbis quā nihil est. Vnum tantum tibi denunciat sapientissimus ille Salomon, vt si victus fortassis impetu tentationis, et quasi euulsus fueris, stationem tuā ne dimittas: sed vt fortis miles, in ea peristas. Vnde ait. Si spiritus potestatem habentis super te ascēderit, locum tuum ne dimiseris. Ac si dicat.

Iob. 7. a

Deu. 31

b

Marth.

11. b

2. Tim.

2. a

Rom. 8.

d

Ecclesi.

10. a

cat. Redi ad stationē, sta in ea, fortiter præliare: quoniam modica pœnitentia cessare faciet peccata multa. Non des locum diabolo, non recedas à religione, non deferas proficiēdi propositum. Nouit dominus quia impulsus peccasti: & modica pœnitentia te suscipiet. Sicut scriptū est.

Impulsus euersus sum vt caderē: & dominus suscepit me. Caue ne tibi contingat quod dicit Apostolus de quibusdam, quod desperantes tradiderunt se impudicitia, in operationem omnis immunditiae, in auaritiam. Omni tempore utilis est nobis exercitatio tentationis, si tamen bene vtamur ea. Vnde Iacobus. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tētationes incideritis. Et Ambrosius. Tolle pugnam, non erit victoria: tolle victoriam, nō erit corona. Sed inter alias, quatuor ex tētationibus cōmoditates accipim⁹. Prima, quōd tētatio humiliat nos, & in veram nostrā fragilitatis cognitionem adducit: sæpius nanq; cor nostrum decipit nos, vt Petrus: qui dicebat Christo, paratus sum tecū in carcerē, & in mortē ire, & ad vnius puellę vocem ipsum negauit. Videtur nobis nihil esse tam graue, quod non pro Dei amore equanimiter toleremus: imō & martyria pro Christo desiderare videmur: sed modica iniuria pulsati, quid virtutis intus lateret innotuit. O ignaue, non vales sustinere cōiurium, & tolerabis martyrium? Nonnunquam etiam videtur nobis, Dei gratia & misericordia purificatos esse à vitijs & cōcupiscentijs, atq; ab omni peccatorum illecebra liberos esse ac pueros, & Deo immensas pro hac libertate gratias agimus, sed data occasione, & oblata tētatione, quā falsā

sit ista nostra gloriatio liquidō cognoscimus: omnes enim illæ viperę passiones venenatum efferūt caput, & suis stimulis nos pungentes aperte demonstrāt quia sopitę erāt, non mortuę: absconditę non extinctę. Propter hoc psalmographus rogabat dominum, dicens. Proba me domine, & tenta me: vt vel sic agnoscam, & sciam quid habes in me: & agnita veritate humiliem me. Secūda vtilitas est, quōd tētatio vnit nos Deo, & quasi euellēdo nos amplius ei coniungit. Ipsa quippe necessitas vrget nos diuinum efflagitare subīdium, & illius quærere & inuestigare refugium: & dum auelli timemus ei fortius inhæremus. Vnde cū quidam monachus graui carnis stimulo perurgeretur, & alius senex misericordia motus ei diceret, an vellet orationibus adiuuari, vt discederet ab eo spiritus ille immūdus, respondit: se illa tētatione multum proficere, eō quōd fatigatus, necesse haberet orare, plorare, vigilare, & Dei adiutorium sæpius implorare: qua sublata, otio forsitan & tepiditate torperet. Tertia vtilitas est, quod tētatio nos à mundi huius gaudijs & consolationibus separat, & cælū desiderare compellit. Si enim tot tētationibus pressi, tot tribulationibus fatigati, miseram hanc vitā sic perditē amamus, quid esset si trāquillam & securam, sine molestia possideremus? quis futuram optaret? quis ad aliam suspiraret? Volens itaq; Deus paruulos suos ab huius mundi solatijs ab lactare, amarum tētationis aloes vberibus apponit, vt quos terrena amaritudo repellit, dulcedo celestis vehementius alliciat. Quarta vtilitas est, quōd tētatio ad exercitium virtutum, & augmentum meritorum

torum plurimum valet: nā si anxietatem & afflictionem tētationum auferas, vbi erit patientia, mansuetudo, fiducia, humilitas, constantia, fortitudo, & alię virtutes, quarum proprium munus est, eas vincere aut tollerare: Meritorum quoq; immensa seges amittetur, quæ in eis perferendis aggregatur. O quomodo nunc lætantur sancti in cælo de tētationibus quas vicerunt: quoties repetunt illud psalmi. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Vnde cum dominus plurimas gētes & fortissimas coram filijs Israel contriuisset, reliquit tamen eis ad exercitium Iebusæos, vt in eis erudiret Israel: ita & nūc sanctis & electis suis, post plurimorum vitiorum victoriam, reliquit ad exercitium meritorum leue aliquid pugnae, in quo exerceantur & humilientur: vt qui leuem illam tētationem vincere nequeunt, ex hoc agnoscant, grauiore non suis viribus, sed Dei gratia superasse. Vnde, vt de carnis stimulo Bernardus ait, velimus nolimus, Iebusæus iste habitat in finibus nostris: suppressi potest, exterminari non potest. Sed faciamus eum tributarium, vt scilicet nobis seruiat ad salutem, & reddat ex tētatione prouētum. Vides quot, & quanta nobis commoda ex tētatione proueniant, sed tamen non est à nobis optanda, aut procuranda tētatio: Christus Iesus quia filius Dei erat, & peccare non poterat, per spiritum sanctum se obtulit tētatori, nobis caducis & fragilibus alia ratio est. Satis est si viriliter perferamus oblatas: fuge eas quantum potes, nā eas fugisse vicisse est. Qui amat periculum, ait sapiens, peribit in illo. Et Augustinus, in frequentato-

ribus mulierum, ex ignorantia & superbia dicentibus, volo habere quod vincam, sapienter respondit: imō vis habere quo pereas. Hęc itaque sit lex, vt neque eas præsumendo quæras, neque cū offeruntur timēdo deficias: sunt enim e contrario quidam adeo debiles ac pusillanimes, qui leuissima tētatione pulsati, statim fatigantur, anxiātur, deiciuntur, & innumeras coram Deo proferunt querimonias, & quod peius est, interdum blasphemias: se supra vires tentari, grauisimum sibi onus imponi, Deum cum eis crudeliter agere, & suarum afflictionum obliuisci, & similia: qui cū deberēt à Deo petere fauorem, his querimonijs illius magis prouocant indignationem. Quanto satius eis esset, surgere, coronari, orare, diuinum auxilium implorare, quā resolutos & exanimes iacere, & querimonias istas effundere. De hac psalmographus pusillanimitate liberatus, gratias agit, dicens. Cantabo ei, qui me saluū fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate. Hi non attendunt quod scriptum est. Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari ultra quā potestis: sed faciet etiam cū tētatione prouentum. Honorat te Deus opiger, cū te istis tētationibus pulsas. Si enim non agnosceret in te virtutem, non immitteret tētationem. Nescis quia diabolus compesato nobiscum agone luctatur? Expecta dominū, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum: noli diffidere, nam qui probat, ipse iuabit. Grandis Deo cura est de militibus suis, atque ideo tyronibus & nouitijs militiam temperat, ne succumbant. Nam si cū viam perfectionis ingrediūtur, graue aliquid eis à fronte occurre-

ps. 117

Eph. 4

Iacob. 1

vtilitas tētationum.

Luc. 22.

ps. 89.

Iud. 3. a

ps. 54.

1. cor. 10

ps. 26.

Eccles. 3

DOMINICA. I. IN QUADRAGESIMA:

Exo. 16
Exo. 12.
Exo. 13.
Deut. 8
Iob. 7. d
Esa. 36
Iob. 6. b

te occurreret, statim verteretur in fugā. Vnde filijs Israel in ipso egressu de Aegypto, nō statim Canaenorum, Amorrhæorum, & Iebusæorū certamina opposuit: sed prius eos pavit in deserto manna, & circumduxit, & legem dedit, & in columnis nubis præcessit, ac veluti pullos sub alis suis protexit, & fovit. Ita nūc qui Dei suavitatem gustavit, qui māna suavitissimo spiritū pastus est, qui mel de petra, oleumque de saxo durissimo suxit, si postmodum tentationibus probatur, non facile cedit: quia cum suavitas explorata validissime solidavit. Prius itaque milites suos favoribus visitat: & postmodum tentationibus probat. Sicut scriptū est. Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Qualis enim quisque sit, ipsa tentatio manifestat. Sed sunt quidam qui in tētatione positi Dei auxilium implorare non curāt, sed ad seipos vertuntur, & suo consilio & viribus innituntur, totumque pondus tentationis, rationibus & argumentis superare satagunt, dicentes intra se. Non expedit hoc, quomodo faciam rem tam foedam? si hoc perpetraverō, stultus & reprobus ab omnibus reputabor: & similia, quæ remedium afferre solent tentatis ne tētationi succumbāt. Tamē cū in solo hoc nitantur, sicut propheta ait, innituntur baculo arundineo, qui contractus innitentem deludet, & eius manum perforabit. Nam quæ obsecro est virtus nostra, ad oppugnandum dæmonum fortitudinem? sicut pygmæus ad gigantē: sicut pulex ad elephātum: sicut cynips ad aquilam. Non est enim potestas super terram quæ ei valeat comparari. Vnde Iob. Non est mihi auxiliū in me: desperavi, scilicet de me,

nequaquam ultra iam viam. Alij autem multo prudentiores & sapientiores, proprijs viribus diffidentes, cū in discrimine. & agone tentationis se positos vident, ad Dei favorem & auxilium refugiunt, orationibus, ieiunijs, lachrymis, & clamoribus Dei succursum flagitantes. Sic faciebat ille qui dicebat. Sicut pullus hirundinis, sic clamabo: & meditabor. ut columba. Quid enim faciet pullus hirundinis corā serpente devoraturō, nisi clamare? Vnde propheta. Quoniam in te eripiar a tentatione: & in Deo meo transgrediar murum. De his nunc loquitur iste psalmi. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Id est qui cōfidit in deo, protegetur ab eo: & qui ad Deū in tribulatione confugit, sub eius protectione liberabitur. Decet quippe hoc diuinam maiestatem & celsitudinem, ut fugientes ad se nō deserat, & sperantes in se non confundat, sed protegat & defēdat. Si enim hoc faciunt principes terræ, quāto magis faciet cælorū rex? Ac propterea quicumque ad eum cōfugerit in veritate, dicet domino, susceptor meus tu, & refugium meum. Sed sperādi & confidendi rationem attende. Deus meus sperabo in eum. Ad quē enim recurret opus, nisi ad factorē suum? aut in quo confidet creatura, nisi in deo creatore suo? Nō deseret quia deus est: non confundet, quia creator est: deus meus sperabo in eum. O verba dulcissima, literis aureis cordibus imprimenda. Sequitur, quoniam mihi liberabit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Quos modō liberavit a diaboli laqueo, postmodum eripiet a iudicis verbo aspero, ite maledicti in igne æternum.

CONCIO SECVNDA.

71

ignem æternum. Sed quomodo eripiet? qua arte liberabit? Sequitur, scuto circumdabit te veritas eius: id est, quia vndique tentationibus & periculis vallatus es, scuto veritatis vndique circumdaberis, ne quā intret ad te, malum inueniat. Et sicut in euangelio dicitur, si veritas te liberauerit, verē liber eris. Sed quomodo veritas a tentatione liberet, ex sequentibus notum fiet. Quid nanque est omnis tentatio, nisi nebula quædam atra super oculos cordis sparsa, lumen rationis obnubilans & offuscans: Hæc radio veritatis dissolvitur, & in serenitatem placidissimam vertitur. Et sicut nubes spiculo solis percussæ dissolvuntur, sic passiones & perturbationes animæ veritatis iudicio redargutę evanescent. Vnde sequitur: non timebis a timore nocturno. Quā pulchre, quā doctē, modum & ordinem quo diabolus in tentationibus vitur, & omnes eius artes & conflictus expressit! Cum enim quispiam cognita seculi vanitate, mūdum relinquere, vitam corrigere, & Deo vacare de cætero statuit, primō ei timores istos nocturnos opponit, dicens. Non poteris religionis asperitatem sustinere: nō valebis ieiunia, vigilijs, disciplinas, & alias regulares obseruantias portare: fragilis es & delicatus, supra vires sunt: quid conaris quod perficere nequibus? gaude & quiesce. Pari forma quoque, si quis in vita seculari sobrie, & iuste, & pie viuere decreuit, mille ei obijciet difficultates, mendaces & fallaces, ut ipsum auocet a proposito. Hi sunt timores nocturni militi Christiano prima acie vincendi & superādi. Ne timeas a timore hoc, verē mendaci & tenebroso, o Chri-

sti miles. Montes fumosi & nebulosi sunt hi, quos tibi obijcit dæmon: penetra nebulam, & videbis nō modō quā leue, sed & quā dulce & suaue est totū, quod difficile & graue esse mentitur. Nulla enim maior consolatio, nulla delectatio gratior, quā seruire Deo. Vita religiosa, vita quieta, pacifica, secura, delectabilis, iucunda, rationalis, amabilis, & gratissima. Vita secularis, vita sollicita, laboriosa, inquieta, periculosa, amara, curis & anxietatibus plenissima. Qui ex perti sunt quod dico, optime norunt, quod qui hæc & similia timeant, illic trepidauerunt timore, vbi non erant timor: imō vbi erat iucunditas, pax & delectatio magna. Quis hanc nebulam dissoluit, has tenebras depulit, hanc falsitatem timoris nocturni aperuit, nisi veritas? Quæ cū animo preliantis effulset, falsum esse & mendacem hūc timorem ostēdit. Postquam igitur miles Christianus deprehensa horum timorum falsitate, viam perfectionis arreptam viriliter prosequitur, neque ab incepto his nocturnis timoribus deterretur, alia eum aggreditur via: nam vitam religiosam, quā impedire non potuit, deludere, & frustrare conatur. Immittit enim cordi innumeras vanitates, & inanis glorię cogitationes multiplicat: exaggerat & magnificat leuia quæque pietatis & deuotionis opera supra nubes, ex calculis montes, & ex pulicibus ingentissimos efficit elephantos: ut videlicet dum in hæc superbia animus erigitur, a fructu bonorum operum euacuetur. Hæc est sagitta volans in die lucis & sanctitatis: nā de peccato & crimine quis gloriabitur? Leuiter volat, sed non leuiter vulnerat. Hęc nouitios & in-

expertos

expertos maxime pungit, qui thesauros spiritus ignorant, quicquid feruoris aut deuotionis accipiunt, pro maximo ducunt, & iam se perfectionis culmen conscendisse arbitrantur. His sagittis ò tyro Christi, veritatis scutum oppone: aperi oculos & vide, primò quàm leuia sunt ista quæ facis & pateris: quot imperfectionibus admixta, quæ suas à te pœnas exigunt. Inuenitur etiam in ijs quæ facis virtutis & meriti ratio, non abnuo: sed quid sunt omnia hæc, ad peccata tua quæ in eis punis, ad pœnas inferni quas cuitas, ad paradisi gloriam quam requiris, ad seruitij debita quæ persoluis, ad Dei munera quæ quotidie recipis? Cùm omnia hæc & ampliora multò feceris, quid obsecro, aliud dicere in veritate poteris, nisi quia seruus inutilis es, & quod debuisti fecisti, & utinam quod debuisti. Sed age magna sint, grandia sint, vt fugis: quid habes quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti. Quòd si veritatis lumen mentis aciem illustrauerit, omnis hæc sagittarum volitantium multitudo retunderetur penitus, & subito euanesceat. Ecce qualiter eadem veritas quæ nocturnos timores depulerat, volitantes quoque sagittas suo radio repulit & dispersit. Videns tentator quòd seruus Dei lumine veritatis munitus & illustratus, à Dei seruitio neque timore reuocatur, neque inani gloria euacuatur, alia via tentat vt cum superet vel decipiat. Opponit ei solidiora, & appetibilia, quæ cupiat: scilicet, diuitias, dignitates, cibos, vestes, variamque domus suppellectilem, & alia bona seculi temporalia: vt qui inanis gloriæ ventum pro nihilo cõtempserit, his saltem vti-

Luc. 17.

1. Cor. 4.

lioribus & validioribus incitamentis à suo proposito moueatur. Neque solum obijcit, sed & modum quo ad ea pertingere possit ostendit, dicens. Ecce omnes te venerantur, omnes te virum bonum & religiosum credunt, & reputant: si sanctitatem & modestiam simulaueris, facile poteris obtinere quod cupis. Hoc est negotium perambulans in tenebris, scilicet, iniqua & detestabilis hypocrisis. Verè tenebrosa & obscura negotiatio, quæ paupertate diuitias, humilitate honores, asperitate delicias, inedia cibos, palliata & mentita sanctitate procurat: quam veritas non modò prodit, sed & proditam reijcit & confundit: quid enim hypocrisis magis ipsa veritate contrarium? Hæc quoque veritas quæ inania & futilia sunt hæc temporalia monstrat: vt pudeat pro his bonum virum tantam simulare fallaciam, palliare nequitiam, exercere proditionem. Hac veritate munitus Christi miles, sicut timores nocturnos & inanem gloriam, ita quoque noxiam temporalium bonorum cupiditatem deuitat. Neque tamen sic diabolus à molestia cessat: aperto namque Marte aggreditur repugnantem, & grauissimo eum libidinis, rancoris, liuoris, aut alterius vitij cuiuspiam inuadit incursum. Suscitatur inuisibiliter incendij carnalis igniculum, excitatur concupiscentiæ flamma, & habitu suo natiuas hominis prunas accendit: vt quem non vicit cupiditas, concupiscentia deijciat. O duram nimis & terribilem pugnam, ò formidandum periculosumque conflictum. Augustinus. Inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt prelia castitatis: vbi continua pugna, & rara victoria. Ceteræ pugnae foris aguntur,

aguntur, hoc intestinum & internum prælium est: caue miles Christi, fuge hunc incursum quantum vales: hoc enim vitium fugiendo magis, quàm aggrediendo superatur. Oppone ei veritatis scutum, quo ignita diaboli tela extinguere valeas. Vide quàm fœda, quàm turpia, quàm vilia sunt quæ tibi obijciuntur: & quòd post modicum nihil horum remanet nisi pudor, & dolor. Vide quàm tristis & amara sit ista voluptas, & litum melle deuita venenum: vide etiam quòd pro momentanea voluptate noxiū & stultum nimis est gaudia amittere sempiterna. Quid faciet dæmon cum protectum à veritate Christianum, neque hoc tam crudeli incursum à sanctitate & iustitia potuerit separare: ad technas & fraudes suas conuertitur, vt quem violentia non deiecit, fraudulencia decipiat. Transfiguratur se in angelum lucis, vt sub specie pietatis, amatorem sanctitatis & probitatis deludat: & ieiunatem amplius magis, ac magis ieiunare suadet: orantem, vigilantem, laborantemque similiter: vt post triduum inutile ieiunio & vigilia reddat. Excedere monet, vt deficiat: & currenti calcaria addit, vt cadat. Quis omnes eius fallacias & fraudes explicare sufficiat. Religiosum & honestum monachum sub charitatis pretextu, ad pacem inter fratres componendam, ad solatium infirmis exhibendum, & alia pietatis opera exercenda, extra cœnobium ducit, vt sic per plateas vagantem libidine inficiat, curiositate fauciet, ambitione inflat, curijs secularibus distrahendo tepesciat, & infrigidet. Similiter deuotis matronis suadere solet plus nimio orationi vacare, vt familiæ curam negli-

2. Cor. 14. d.

gentius agant, & dum ipse in oratorio diutius conclusus manent, famula peccatis incumbat. Et alia similia portetosa stratagemata famulis Dei quotidie ingerit, vt eos pietatis imagine fallat. Omitto nunc ludrica phantasmata quæ orantibus & contemplantibus obijcit, vt eos de se magna credere faciat, & in superbiâ erigat: quæ sine discretione spirituum nullus quātunuis sapiens & acutus deprehendere sufficet. Hoc est dæmonium meridianum, à quo nos diuina misericordia liberet: eò periculosius, quò minus sentiri aut discerni potest. Hunc dæmonem veritas prodit, & lucis suæ radio manifestat: hunc deprehendisse, vicisse est: statim nanque cognitus euanesceat, & fugit. Quis tam immanem pugnam, tot laqueos, tot insidias, vincere aut declinare poterit, nisi dei fuerit protectione munitus? Quid faciet homuncio fragilis & ignorans, tot venenatorum serpentum cuneis circumallatus? Vnicum ei superest remedium, diuinum implorare subsidium: cœlestem inuocare tutelam: Deus enim pius inuocantibus cum statim adest, & ad se fugientibus firmum suæ protectionis munimè impendit. Vnde sequitur. Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. In tanto discrimine noli de te confidere homo, non de viribus tuis præsumas. Spera in Deo, & ipse te velut aquila in altissimo collocabit nido, quò non possint venenatorum serpentum conatus pertingere. Sic enim de aquila dicitur, quòd pullos suos altissimo nido recondat, quò nullum venenatum irrepere possit. Vnde aptè subiungitur non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo

ps. 144.

lo tuo. Cadent à latere tuo mille: & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Quare non accedet? quare non appropinquabit? nisi quia altissimum posuisti refugium tuum. Si peccati malum non accesserit cordi tuo, flagellum quoque non appropinquabit tabernaculo tuo, corpori tuo: quoniam propter peccata flagellum à Deo infligi facinorosis confuevit. Deuita peccatum, & deuitasti flagellum. In hoc ergo tam supremo refugio à Deo locatus, non modò repentium infra demonum incurfus, & morsus non formidabis, sed mira eos fortitudine ad dexteram & sinistram tuam prosternes: id est, in aduersis & prosperis superabis. Neque solum ipse te sua gratia proteget & defendet: mittet etiam tibi angelorum subsidium, qui te undique in bello muniant, & circumstant. Angelis enim suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Tali autem munitus auxilio quem poteris formidare? Nulla est tibi homo excusatio si cadis: nulla querelæ ratio si lapsus in peccato damnaris. Noli causari, noli allegare quòd fragilis & cæcus, cum astutissimo & fortissimo serpente conflixisti. Quid mirum si cado, si superior, si prosterior: quis ego eram, ut cum tanto gigante confligerem? non æquo Marte pugnabam, non cum æquali decertabam. Quæ est hæc iustitia, ut tam impari certamine victus perpetua damner abyssos, crudeles poenas luas, & supplicio deputer sempiterno? Audi peccator: aderat tibi Deus à latere, angelorum subsidium tibi paratum erat, quare non clamasti? quare non inuocasti? cur de tuis viribus con-

fidisti? Si talem te noueras, cur solus ad certamen cum fortiori descendisti? cur solus cum multis certare præsumpsisti? cur paratos angelos tecum in prælium aduocare neglexisti? Tua culpa, tua superbia, tua inertia victus es, ac propterea iustissimas poenas victus lues. Audistis fratres conflictum demonis fortissimum, audistis quoque Dei gratiam, & angelorum succursum protegētem: nostis etiam vestram (ut opinor) fragilitatem & exiguitatem: quid ergo restat, quid superest, nisi ut in solo Dei auxilio confidatis? Hoc unicum est consilium, unicum remedium, sicut diximus. O quisquis diabolicas fraudes deprehendere, satanicos incurfus superare desideras, noli oculos tuos ab isto protectore deflectere: noli ab oratione cessare, noli à clamore deficere: hoc enim Marte Amalechitas tuos, velut alter Moyses in orationis monte positus, superabis. Vnde sequitur. Quoniam in me sperabit, liberabo eum: protegā eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. Cum ipso sum: in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. O mirabilem protectionem, o securissimam defensionem. Quo meritò? quo seruitio? qua causa? qua ratione? Nulla certe alia, nisi quoniam in me sperauit. Verè beatus vir, cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias fallas: quis enim vnquam sperauit in eo, & confusus est? Audistis quid in se sperantibus promittat Deus. Liberabo eum, protegā eum, exaudiam eum, glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum. Quot fauores, quot gratias,

gratias, quot tutelas, quoties replicat, ut attingat: liberabo eum à presenti periculo, protegā à futuro, exaudiam eum in tribulatione, etiam antequam clamet, neque modo exaudiam, sed cum ipso ero, & pro illo ipse certabo. Quid addi ultra potest? Libera me dñe, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Iob. 17. a

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. f.

Cum ipso (inquit) ero, in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. Et unde expectabatur confusio, inde honor accedit: nam victoria non tam sua quam mea, honorabo, exaltabo, & glorificabo eum: in super & post tam honorificam victoriam longitudine dierum replebo eum in hac vita: & quod est omnium maximum & felicissimum, ostendam illi salutare meum, pulchritudinem meam, lucem meam, faciem meam, gloriam meam: ad quam nos perducatur, qui ut perduceret mori dignatus est, Iesus Christus filius Dei: cui cum patre, & spiritu sancto, est honor & imperium, in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

FERIA QUARTA IN
dominica prima quadra-
gesimæ.

THEMA.

¶ Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione ista, & cõdemnabunt eam. Matth. 12



ps. 118

Propheta Dauid ex diuinis iudicijs magnam se capere consolationem testatur, dicens. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine, & consolatus sum. Sed

non video, in quo diuina cum iudicia consolari possunt. Quid enim terribilius diuinis iudicijs, quæ à seculo sunt? Peccauit angelus, & pro facili motu superbiæ perpetuo igne damnatus est: peccauit homo, & pro vno esu pomi, morti & miserijs addi Gñ. 3. d
ctus est: mundus torus pro peccato Gñ. 7. d
lasciuix aquis diluuij obrutus est: et Gñ. 19
pro simili peccato sulphureo igne Pentapolis exarsit penitus, & in lacum redacta est. Quid (inquam) ò propheta, quid inuenisti in his iudicijs, quod te consolatione afficiat, & non potius terrore, & timore? Quanto satius (sententia mea) dixisses: memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine, & conterritus sum: & cõturbatus sum: quæ ut dixisti, & consolatus sum. Sed optime dictum esse quis dubitet, quod spiritu dictate prolatum est? Grandius quid sonuit spiritus sanctus per hæc verba, & profundius. Aggraua quantum potes: quò enim grauiora sunt, eò maiorem consolationem inferunt animo: ex hoc quòd in omnibus illis nunquam Deus ita iratus, nunquam Deus ita furore commotus est, ut vel iustum damnaret cum impio, vel humiliatum & conuersum ad se peccatorem despexerit. Quis vnquam ad Deum toto corde conuersus est, & reiecit eum? aut quando Deus poenitentem, lachrymatemque peccatorem despexit, & repulit à se? Discute figillatim à principio seculi diuina iudicia, & discurre per singula, & non inuenies humiliatum peccatorem condemnatum: nec dolorem, & lachrymas hominis fuisse despectas. Grandis hæc consolatio peccatorum: grande sperandæ pietatis indicium. In manibus rei iudicium

K

dicium

dicium eius positum est: & in arbitrio peccatoris redire in gratiam offensi domini. Quid suauius? quid dulcius? Non est si milis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua. Quis inter dominos & principes tam benignus, vt offensam suam & veniam reo committat? Quam longe hoc ab omni humana clementia: & tamen apud Deum quicquid offenderit homo, poenitentiam adhibeat, & veniam speret. Non praeteribit legem suam Deus, quam filijs hominum dedit, & per filium suum, & prophetas, & apostolos humano generi promulgauit. Si (inquit) conuersus fueris, & ingemueris, saluus eris. Et iterum. Cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Haec lex cum hominibus statuta est: haec me consolata est in humilitate mea: id est, humiliatione peccatorum: quia eloquium tuum domine uiuificauit me, vt respirarem in peccatis, & subsisterem coram te. Loquetur enim dominus pacem in plebem suam, & super sanctos suos, qui praecipua illius seruauerunt: & super peccatores, qui praecipua eius contempserunt, si tamen conuertuntur ad cor. Nihil hominibus gratius, nihil laetius hac securitate clementiae. Merito ergo ait. Et consolatus sum. De hoc sanctus pater Augustinus in expositione symboli, ita inquit. Nunquam Deus spernit poenitentiam, si ei simpliciter offeratur & sincere. Suscipit libenter, accipit, & amplectitur, & facit omnia, quatenus eum ad priorem statum reuocet: quodque est adhuc praestantius & eminentius, etiam si quis non potuerit explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulacumque tamen, & quamlibet breui gestam non respuit poenitentiam: suscipit etiam i-

psam, neque patitur quauis exiguae conuersionis perire mercedem. Neque mihi nunc obijcias de Esau, qui (vt Apostolus ait) non inuenit locum poenitentiae, quauis cum lachrymis quaesisset illam: non enim illi profuerunt lachrymae ad recuperandam benedictionem: profuerunt autem ad recuperandam gratiam, si de peccato, & non de damno plorasset, & fratris odium in corde non reseruasset. Simile est illud Saulis regis, qui licet increpanti Samueli responderit, peccauit: veniam non obtinuit: quia non sincere & simpliciter, ex peccati taedio ita dixit, sed regno priuari magis timuit. Vnde subiunxit: peccauit, sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel. Eodem quoque modo de Antiocho rege dicendum: qui quonia timore mortis, non peccati dolore plorauit, veniam non promeruit. Non ergo simpliciter & sincere poenitentiam isti fecerunt, & propterea gratiam & veniam non obtinuerunt. Quid vero illustre magis & insigne ad poenitentiam hominibus commendandam afferri potest, quam factum hoc quod praemanibus habemus Niniuitarum? Singulare omnibus seculis monumentum: gens barbara & idolatra, omnibus sceleribus & criminibus dedita, post latam promulgatamque a Deo de urbis excidio sententiam, poenitentiam ex corde gessit, & veniam promeruit. Quando igitur Deus in suis cultoribus & fidelibus vera despiciet poenitentiam, qui etiam in hominibus alioqui idolatris & paganis, eam non despexit? Et si in illis ad reuocandam domini sententiam, poenitentia valuit: quomodo in nobis sententiam nondum prolatam non impedit? Gratias tibi deus, quia flecteris: quia placaris: quia propitiaris:
deceat

ps. 85.

Esa. 30.

ps. 50.

ps. 118.

ps. 84.

Heb. 12.

1. reg. 15.

2. Mac. 9.

Ion. 4.

deceat enim tuam celsitudinem huiusmodi clementia: & quia omnium dominus, et omnibus te misericordem & placabilem exhibes. Sicut igitur ad terrorem peccatorum, in Sodomorum excidio exemplum iustitiae omnibus seculis Deus dedit, ita quoque delinquentibus in hac Niniuitarum uenia exemplum misericordiae dereliquit: ut rigori mixta clementia sic terreat, ut non deiciat: sic alleuet, ut non insolentem faciat. Decebat namque apud homines ex Dei factis utriusque constare, & quod ad insolentes & pertinaces terribilis sit, & ad humiliatos & more gerentes misericors & placabilis: ut spe uenie concepta, ad poenitentiam agenda feruentius homines inualescerent, & de iustitiae contemptu in Deum amplius non insolescerent. Sed sustinere modicum, & paucis nunc Niniuitarum historiam recenseamus, quae licet communis sit & vulgaris, habet tamen aliquid quod & defectare, & instruere possit auditorem. Quid enim auditu iucundius, quam videre prophetam a Deo fugientem? O faciam nabis, & lepidam fugam: quasi ad solum Iudaeae territorium diuina iurisdicatio pertineret. Nunquid o propheta non legeras in Dauid, quod ibo a spiritu tuo? & quod a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum tu illic es, &c. Non legeras, quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus. Quis non tuam istam fugam simul & miretur & rideat? Fugit itaque in mare, humanum aliquid passus, scilicet propheta: turbatur mare, proijcitur ad fluctus, propheta ipsomet suadente: forte quia vel sic Niniuitarum praeconiū euadere cogitabat, marinis fluctibus obrutus. Sed aliter ei euenit: nam illo modo

citius ad Niniue peruenit, vter de- long. s. latus a pisce. Quis tibi resistet o deus: quis tua poterit subterfugere voluntatem? Fugit ne irer, & quia fugit, citius iuit. Medium quod a se super fit ut domini beneplacitum impediret, factum est medium ut impleret. Sicut & quondam fratres Ioseph ipsum uiderunt, Gene. 37. ne adorarent, & e contrario contigit: ut quia uiderunt, ideo adorarent: et medio quo uaticinium cassare uolebat, impleret. Talia sunt iudicia tua Deus in eos qui tuae contradicere uoluntati conantur. Libet nunc cum propheta uerino ad modicum iocari: dic mihi o Iona, quid sentis in ventre? Nunc post canos ad uerum redis, & postquam senuisti iterum partum expectas? Filius hucusque mulieris, iam ex nunc filius eris piscis. Secura utique tibi nauem parasti, non timebis fluctus, non cautes, non uetos: nulla tibi poterit nocere procella: cibus factus es piscis, sed non eris cibus, sed filius: in senectute iterum parieris, & nouus aduenies homo in mundo, infans annorum quinquaginta. Qualis tibi uidetur pugna cum Deo, qui ad talem te impulit sortem? O grande mysterium quod in hoc historiae simplici later factum: typum enim gerebat domini saluatoris, ex uero terrae in nouam sobolem suscitandi, primogeniti mortuorum, ut ipsemet saluator exposuit. Orat intra uerum propheta, flexisque genibus in uisceribus bestiae se rotum Deo commendat, & uouet: neque minus mystica est eius oratio, sed eis accommodata, qui uero antiqui serpentes deglutiti, ad domini gratiam cupiunt respirare: consonat quoque redemptori sepulto, cuius (ut diximus) typum gessit. Demum mandante Deo, ad littus euomitur, iubeturque;
K 2 implere

ps. 138.

ps. 74.

Ion. 1.

Ionc. 2. implere præceptum, neq; audet ob-
 2 sistere, sed ingreditur ciuitatem, &
 voce præconia per eius plateas de-
 clamat, adhuc quadraginta dies &
 Niniue subuertetur, adhuc quadra-
 ginta dies & Niniue subuertetur. O
 elegantem oratorem, o mirum elo-
 quentiæ nitorem, qualis hic sermo-
 nis ornatus! quæ compositio verbo-
 rum! quid barbarius, quid rusticus
 sonare potuit? & tamen tanta pote-
 stas in verbo, vt omnium corda trās-
 figeret. Sicut ignis omnia deuastās
 per Niniuiticos calles procedit, &
 talem barbarorum cordibus terro-
 rem incussit, vt non hominem, sed
 caelestem aliquam potestatem audi-
 re videantur. O quam verum est il-
 lud Apostoli. Regnum Dei non est
 1. cor. 4. in sermone, sed in virtute. Discant
 d prædicatores populorum, non elo-
 quentiæ ornatum, sed spiritus san-
 cti virtutem magis inquirere: ipse
 enim est qui voci suæ dat vocē virtu-
 tis, & audientiū corda verbis prædi-
 cantium, quasi iaculis ferit. In vanū
 nanque foris perstrepat prædicantis
 ornata locutio, si non intus spiritus
 sancti virtute iuuatur. Quis obsecro
 Cicero, quis Demosthenes sermo-
 ne composito truces barbarorum
 animos ita domaret, vt simplex hic
 & rustici sermonis auditus: quotidie
 cernimus, simplici sermone pro-
 pter spiritus assistentiam spirituales
 viros vtiliter hominum corda feri-
 re: alios verò ornato eloquio in vē-
 tum verba perflare, vt non coram
 Deo gloriatur omnis orator, & di-
 cat: linguam nostram magnificabi-
 mus, labia nostra à nobis sunt: quis
 1. ps. 11. noster dominus est? Dū igitur pro-
 Ionc. 3. pheta in populo declamaret, & cun-
 c c tus populus amarissimè fleret, ser-
 mo venit ad regem: qui statim mu-

tato habitu, aspersus cinere, vesti-
 tus cilicio, hominibus, infantibus, &
 iumentis, singulare ieiunium indi-
 xit, mandans homines & iumenta
 sacco vestiri, & quæ non nouerant
 peccare, pro peccatoribus pœniten-
 tiam agere: vt ita aceruatim homi-
 num, & infantum, & iumentorum
 clamor ascenderet coram Deo. O
 mirabilem pœnitentiæ inuentio-
 nem, o sapientissimum regem: &
 quis tibi dixit, Deum pœnitentia
 posse placari? vbi legeras diuinam
 flecti lachrymis pietatem? Senten-
 tiam absolutè prolatam audisti, &
 tamen non diffidisti de venia, spe-
 rans Deum posse mutare sententiā,
 cū peccator cœperit mutare con-
 silium: neque enim audieras à pro-
 pheta: si non egeritis pœnitentiam,
 si non conuertimini, si non humi-
 liamini, peribitis corā Deo, sed abso-
 lutè protulerat, adhuc quadragin-
 ta dies, & Niniue subuertetur. Neq;
 tamen animū regis dissoluit tam di-
 ra prolatio, sed Deo fidens, domini-
 cum nititur placare furorē, ibi spe-
 rans vbi nulla sperandi apparentia
 videbatur. Vnde ait. Quis fecit, si con-
 Ionc. 3. uertatur & ignoscat Deus, & reuer-
 d tatur à furore iræ suæ, & nō peribi-
 mus? Vnde o rex piū esse nosti quē
 nō colis? Quis tibi dixit quia miseri-
 cors est deus ille, quē neq; prius au-
 disti? Quantū placuerit Deo hæc re-
 gis tam animosa fiducia, & inuicta
 spes, populūq; humilis & lachrymo-
 sa pœnitētia finis demonstrat. Vidit
 (inquit) deus opera eorū, quia cōuer-
 si sunt à via sua mala, & misertus est
 super malitiā quā locutus fuerat, &
 nō fecit. Hæc de historia. Sed plura
 restāt adhuc circa hoc factū memo-
 ratu dignissima. Inquiramus igitur
 primò, quidnam diuinæ erga popu-
 lum

sum indignationis causa extiterit,
 vt ciuitatē opulentissimā, & omniū
 illustrissimā, & maximā sabuertere
 Ionc. 1. cogitaret. De hoc scriptura nihil fe-
 2 re cōmemorat, solum ait, quia ascē-
 dit malitia eius corā me. Sed quēnā
 fuerit ista malitia nō declarat: existi-
 mo autē fuisse forsitan virulentam
 carnis lasciuiam: quanuis enim ciui-
 ras illa & idolatra, & idolatrię inuē-
 trix fuerit, hoc tamen multis
 ante sculis extiterat, neq; talis vn-
 quā nisi in aduerso audita fuerat in
 canouum igitur aliquod crimen su-
 peruenisse credendum est, quod di-
 uinam in eos prouocaret vindictā.
 Et hanc libidinem esse, ex alijs factis
 & iudicijs, quæ passim per scriptu-
 ras leguntur, cōiectamur: hoc enim
 luxurię facinus à Deo præ alijs atro-
 ciori vindicta ab initio punitum le-
 gimus. Propter hoc mundus diluui-
 o absorptus: propter hoc Pentapolis
 Gn. 7. d igne & sulphure desolata: propter
 Gn. 19 hoc vna tribus in Israel bello crude-
 li subuersa: propter hoc etiā (vt su-
 spicor) Niniue sicut Sodoma peri-
 ret, nisi vindictam domini acerrima
 pœnitentia præuenisset. Vnde etiā
 apostolus huius secreti cōfcius, quo-
 ties ferè huius piaculi mentionē fa-
 cit, diuinam quoq; cōmemorat irā,
 vt vel timore vindictę ab hoc crimi-
 ne homines arceantur. Ad Thessalo-
 1. Thes. nicenses enim ita inquit. Hæc est vo-
 4. a luntas Dei sanctificatio vestra: vt
 abstineatis vos à fornicatione: vt
 sciat vnusquisq; vestrum vas suum
 possidere in sanctificatione & hono-
 re, non in passione desiderij, sicut
 gentes quæ ignorant Deum, & ne
 quis supergrediatur in negotio fra-
 trem suum, quoniam vindex est do-
 minus de his omnibus, sicut prædixi-
 mus vobis, & testificati sumus. Et ad

Colossenses. Mortificate (inquit) mē Col. 3. a
 bra vestra, quæ sunt super terrā, for-
 nicationem, immundiciam, libidi-
 nem, concupiscentiam malā, & aua-
 ritiam, propter quæ venit ira Dei su-
 per filios incredulitatis. Et ad Ephe-
 1. Eph. 5. sios adhuc acius, hoc enim (inquit) b
 scitote, intelligentes qd omnis forni-
 cator, aut immūds, aut auarus, nō
 habet hereditatem in regno Christi
 & dei. Quid terribilius? Sequitur, ne-
 mo vos seducat inanibus verbis, sci-
 licet quasi peccata hæc facilia sint,
 & leuia: aiunt nanque, naturalis est
 ista inclinatio, & ad propagationē
 humani generis necessaria: si non ef-
 set libido, periret generatio: facilis
 est in naturalibus venia, & cui no-
 ceo si cum libera fornicatus fuero?
 cui facio iniuriā si delectationib;
 vaco: non sum sacerdos, non sum
 vxoratus, & similia. Nemo (inquit)
 vos seducat inanibus verbis, & falsa
 ista philosophia: propter hæc enim
 venit ira Dei in filios diffidentie: id
 est, perditionis. Nolite participes
 eorum effici in culpa, ne sitis quoq;
 participes in vindicta. Nisi enim
 Deus grauissimè huiusmodi libidi-
 nibus offenderetur, nunquā tā atro-
 ces in libidinosos exercuisset vindi-
 ctas. Videant ergo qui se huiusmo-
 di impudicijs addixerunt, & qui
 venereis voluptatibus brutaliter va-
 cant, quoniam non solum cū ve-
 nerit ad iudicium, visitabit domi-
 nus super viros defixos in sordibus
 suis, sed etiam nunc nisi cauerint
 pœnitēdo, in eos grauissimè vindi-
 cabit. Hanc igitur diuinæ indigna-
 tionis, imminentisq; Niniuitarū ex-
 cidij causam fuisse suspicamur. Sed
 multò scrupulosior est fuga pro-
 phetæ: propter quid obsecro pro-
 pheta sancti⁹ indictā sibi legationē à
 K 3 Deo

Deo tā pertinaciter refugiebat? Nunquid timebat periculum, vel mortē, aut aliquod quoduis damnū ex prædicatione huiusmodi formidabat? Non utique: non erat timor in causa. Quid ergo? scripturam super hoc attendito. Et afflicus est (inquit) ^{Ionæ.3.} ^b Ionas afflictione magna, & iratus est, & oravit ad dominum, & dixit: obsecro domine, nunquid non hoc est verbū meum cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupavi ut fugerē in Tarsis: scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia, &c. Hæc erat causa fugæ. Vadam (inquit) ad ciuitatem, & prædicabo illis excidium iuxta verbum tuum, & vna te postmodum lachrymula ab hoc furore placabit: dimittes eis offensam, & tu Deus misericors eris, & ego propheta falsus reputabor, non faciam. Si verè super facinus indignaris, si te eorum malitia percussit, de cælo super eos sulphur, sicut super Sodomam compluio, & disperdito eos, sicut Gomorrham. Ad quid obsecro legatio ista? Quod si inimici sunt, & verè contra eos indignaris, cur suam eis prædicis perditionem? manifestum certè est, quod misericordiam mediteris. O mirandam, stupendamque prophetæ indignationem, ò singularem viri sancti audaciā, cum Deo suo super aliorū venia contendere, quasi etiam ipse in hoc ipso facto eadem ipsa non indigeret venia. Oblitus est sui propheta hîc, non meminit quia homo est. Sic solet contingere nonnunquam in humanis, ut pater quispiam potens, de iuuenis filioli insolentibus indignabundus seniore[m] famulum vocet, & dicat: vade dic furcifero il-

li, ne intret domum meam, neque amplius faciem meā videat, ego illū exheredabo: famulus verò, qui patris amorem optimè nouit, inuitus & submurmurans vadit, secum hæc animo voluens: vidistis ne huius hominis furorem? adorat puerū quasi Deum, vnam falsam lachrymulam si puer coram eo monstrauerit, & se & omnia quæ habet illi donabit. Non aliter Deo cum suo propheta nunc contigisse videtur. ^{Ionæ.4.} ^d Hæc ergo propheta nimio de venia Dei furore indignabundus: astat Deus desuper placās illum, & leni cum sermone demulcens. O pulchrum & visu dignissimum spectaculum, o ineffabile diuinæ clementiæ dignationē, quid dicā fratres? quid loquar super tanto prodigio? stupeo penitus & horreo: vincit omnem sensum, & omnem cogitatum superat parabola ista. Inspicite obsecro, & contem-
plamini creatorem omnium, Deū ineffabilem, illam maiestatem, operi suo, seruulo suo indignati de operibus suis, placido vultu rationem reddentem. Putasne (inquit) bene irasceris tu? Et ille: bene irascor vsq; ad mortē. Quid insolentius, ut videtur, quid superbius? Et dñs ad illū, tu doles super hedera in qua non laborasti, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perijt. Et ego non parcā Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquā centum viginti millia hominum, qui nesciūt quid sit interdexteram & sinistram suam, & iumenta multa? Quid māfuetius? quid clementius? est ne aliquis tēporalis rex aut dominus, ita humanus, ita benignus, qui similia faciat seruis suis? qui ita se humiliet seruatoribus suis? & hominibus ipse quoque homo talem apud se præbeat locum &

& familiaritatem. Quid prius admitter fratres ignoro, clementiam domini, an famuli dignitatem. Grandis autoritas seruatorum tuorum domine, altissima dignitas: o qualem apud tuam celsitudinem detinent locum, quantam fiduciam, audaciamque illis præbet apud te experta immensitas bonitatis, & clementiæ tuæ? quā te illis familiarem in omnibus exhibes, & amicū? Patris benignitas filios insolentes facere consuevit: an non insolentia illa, quam diximus, indignantis prophetæ responsio: bene irascor vsque ad mortem. An non insolentia illa alterius prophetæ præcatio: si dimittis dimitte, aut dele me de libro in quo scripsisti. Et illa quoque alterius diuinorum iudiciorum obiurgatio, quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiore[m] se? & aliæ similes in scriptura. Sed nunquid insolentia in sanctis? absit, absit: quid ergo dicemus? Non sunt hæc utiq; insolentiæ verba, sed profundissima & admiranda mysteria: non enim potuit aliter excessus ille amoris & benignitatis Dei in suos sanctos, & nimia familiaritas amicitiae & gratiæ congruentius, nisi huiusmodi excessibus propalari. Nō melius nobis illa inenarrabilis beneuolentia Dei in suos, & sanctorum in illum fiducia, quā excedendo huiusmodi apparentibus insolentibus declaratur. O Deus meus, quātum me delectat audacia ista prophetæ! quā mirifice te cordi meo loquitur excessus iste confidentiæ! verè beati qui seruiunt tibi, beati quos tali tantoque amore dignaris. Simile quodam modo factum legimus de Elia, quē dominus ad impijsimum Achab mi-

sit comminari eum super morte Naboth, quem occiderat propter vineam. Occidisti (inquit) & possidisti: hæc dicit dominus: in loco in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum, & ego inducā super te malum, & demetā posteriora tua, &c. Pertimuit Achab, licet iniquus & idolatra, sciditq; vestimenta sua, & operuit cilicio carnē suā: ieiunauit & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et dñs ad Eliam: nōne (inquit) vidisti humiliatū Achab corā me? Ah, ah, ah, Dñe deus meus scio nō morietur Achab: iam misertus es super illo. Dispercam si non te vna lachrymula superauit, noui ego pietatem tuā, & benignitatem tuam iam pridem. Si indulgere decernis, ut quid Eliam consulis? nunquid in Eliam, aut in te peccauit Achab? quid Eliæ cum venia? O inestimabilem dignationem, quia ipsum legatum mortis antea fecerat, ne forte de non impleto vaticinio indignaretur, veniæ illi rationabilem causam prius reddit, participemque facit consilij de remittēdo peccato. Nihil Deo amicabilius, nihil vrbanius. Audite adhuc aliud eiusdem rei testimonium. Iratus Elias ^{3. reg. 17.} contra populum, dicto solo cælum ^a clauserat, ne plueret super terram: pascebat eum dominus per coruorum ministerium, carnibus & pane in deserto: populo autem fame & inedia pereunte. Propheta benepastus à coruis nulla super hoc solitudine tenebatur: at pijsissimi patris ac omnium conditoris viscera super tantam populi calamitatem, quāuis idolatrantis & prophani, commota fuerant iam dudum. Ait ergo ad Eliam. Surge & vade in Sa-

3 reg. 17
b repta Sidoniorum, præcepi enim
ibi mulieri viduæ, vt pascat te. O
domine, satis opulente pascor à cor
nis, viduæ ministerio non indigeo,
vt quid in Sareptam ibo? O viscera
pietatis Dei mei, vt videret pro
pheta populi afflictionem; & mi
seriæ condoleret, misertusque eor
um interdictum aque tolleret, mis
sas est in Sareptam. Noluit enim do
minus interdictam à propheta plu
uiam populo suo concedere, sine e
iusdem qui interdixerat beneplac
ito: tanta est feruorum Dei autho
ritas apud ipsum, tantusque respec
tus Dei in suos. Hæc igitur tam
multis diximus, vt in his etiam que
à ratione dissonare videntur, altis
simam spiritus consonantiam mon
straremus: nihil enim hac prophete
indignatione irrationabilius, si in
sola superficie pensitetur: nihil al
tius, nihil sapientius, si in ea nucleus
hauriatur. Nunc ad alia proceda
mus. Non tibi videatur mutabilis
Deus, quia flectitur à sententia: nō
enim erat illa prædestinationis, sed
cōminationis prophetia: nec ideo
dicta est vt impleretur, sed magis
vt non impleretur: id est, vt reor
um pœnitētia impediretur. Quod
si adhuc circa prophetiæ veritatem
dubitas, quomodo verum est, ad
huc quadraginta dies, & Niniue
subuertetur, cum non sit secuta
subuersio? Dicimus tibi cum Au
gustino: ad sensum domini prophe
tiam impletam esse, licet humano
sensui cassari videatur: Niniue e
nim moribus subuersa est, non mœ
nibus, vt dominus prætendebat,
quanuis secuta fuisset quoque mœ
nium subuersio, si non præcessisset
morum tam cita conuersio. Vel ali
ter & forte argutius dicimus, in hu

iusmodi oraculis sæpius non nudam
futurorum, & absolutam existen
tiam prænunciari: sed ordinem ma
gis causarum ad illos effectus. Hoc
est cum dicitur. Adhuc quadragin
ta dies, & Niniue subuertetur. Non
quod ita futurum sit, absolute pro
nunciatur, sed quod vt ita in futu
rum fiat, in præsentī diuinę ordi
nationis & causarum dispositio ta
lis sit. Qui tamen possit superue
nienti aliquo impedimento præ
pediri, veluti si quis regis consilia
rius à secreto aliquid foris futurum
prænucciet, quod intus in regis cō
silio nouit esse dispositum, etiam si
postmodum prædicta res non seque
tur, non potest redargui fuisse men
titus: quia non rem ipsam, sed rei
dispositionem apud bene intelligē
tes denunciavit. Discamus igitur
fratres ab his barbaris pœnitētia
agere, diuinum discamus placare fu
rorem: non legemur prophetas,
non sacros voluerant libros, non il
lis data lex, non euangelica eis tu
ba sonuerat. Ad vnam prophete
cem mutati, acerrimam agres si sunt
pœnitentiam. Omiram Dei virtu
tem, miram quoque animorum fa
cilitatem. Signa non petunt, mira
cula non requirunt: nullus ibi fu
scitatur mortuus, nullus curatur e
grotus, nullus a dēmonio energumi
nus liberatur. Sed quid de signis lo
quor? cum neque dicti rationem aut
causam exquirant, non à quo mis
sus propheta, aut quare missus, aut
quænam in eos tantę vltionis iram
culpa promeruit. Solo vocis sonitu,
quasi cælesti quadam tuba commo
ti, conturbati, conuersi, certatim se
supplices totos Deo dederunt. Væ
nimium obduratæ ceruici, væ gen
ti peccatrici: populo iniquitate gra
uato

Esa. 1. b.

uato, semini nequam, filijs scelera
tis, quid dicitur sumus, quos neque
diuina oracula, neque sanctorū mo
nimenta percellunt? Quot vbi que
cōciones, quod exhortationes, quot
libri, nec minis terremur, neq; pro
missionibus allicimur, neque pro
uocamur exemplis: non promissa
nos gloria, non fumans deorsum
gehenna, non aridens Dei beneuo
lentia auocat à peccatis. Vbi hodie
verum pœnitentem? vbi vel vnicū
reperies Niniuitam? Dic mihi o pœ
nitens, si vera est pœnitentia tua, si
dolor non fictus, vt quid mollibus
vestiris: pretiosis cibaris: blandis fo
ueris: oblectaris ludis: voluptatibus
deliniris? Cur amplas erigis domos,
amcenos inseris hortos? Spectacula
curiosus frequentas? Hæc ne sunt
insignia pœnitentis, hæc opera la
chrymantis? Lachrymę cachinnis
immixta, risu sociata tristitia deri
forem te monstrant, nō supplicem:
iridentem potius quā pœnitentem
ostendunt. Ille verus est dolor, cui
comes astipulatur & consonat vita.
Si verē pœnitens, cur ergo non vi
uis vt pœnitens? An non attendis
in isto Niniuitarum facto, diuinam
quid placauerit iram? Nunquid ie
iunium, vel saccus? nunquid cili
cium, vel cinis? nunquid infantum
ciulatus, ploratus hominum? vlula
tus iumentorum? non hoc vti que
solum, sed quid potius? scripturam
attendito. V idit (inquit) Deus ope
ra eorum quia conuersi sunt de via
sua mala, & misertus est: hæc mo
rum conuersio, hæc vitiorum cor
rectio verum fuisse dolorem osten
dit, qui tot signis se prodebat, &
Deum illis placatum reddidit & be
nignum. Et nos igitur fratres, si
Deum propitium nobis cupimus

Ioan. 3.
d

inuenire, similia faciamus. Quotidie
vestras clamamus ad aures: quoti
die vestro ingerimus auditui illud
prophetæ. Adhuc quadraginta dies
& Niniue subuertetur. Hoc iterum
iterumque repetimus: nolite confi
dere in mundo, speciem eius nolite
diligere: præterit nanque figura hu
ius mundi, & omnis hæc visibilis
pulchritudo citò vanescet: Niniue
enim pulchritudinem sonat. Nolite
o fœminæ fucare vultus: nolite cor
poris pulchritudinem exterius mē
dicare: fluxam, & labilem carnem
nolite curare: blandicijs eam nolite
fouere: nā adhuc quadraginta dies,
& Niniue subuertetur: id est, post
modicum vniuersa illius pulchritu
do quam tanto opere quæritis, de
florabitur, & in cineres redigetur,
& vermes. Faciat Deus, vt monem
tem per nos ipsum istorum exem
plo celeriter audiatis, vitam cū mo
ribus sollicitè corrigatis, vt & in præ
senti propitium, & in futuro bene
uolum sentiatis, ipso præstante, cui
est in Trinitate perfecta honor &
gloria in secula seculorum. Amen.

1. Cor.
7. f

FERIA SEXTA POST
primam dominicam qua
dragesimæ

THEMA.

Surge tolle grabatum tuum,
& ambula. Ioan. 5.



Iracula domini saluato
ris nostri mysteria fuis
se notum est, ex senten
tia Augustini, & Gre
gorij, vnde curatio hu
ius infirmi aperte significat iustifi
cationem

K 5

cationem peccatoris, de qua erit sermo: & dicemus tria, quàm magnum beneficiũ facit Deus peccatori quẽ iustificat: modũ quo illũ iustificat: & signum perfectæ iustificationis. ps. 102 Propheta Dauid latè enumerat misericordias & beneficia quæ fecit dominus peccatori quem iustificat à peccato, dicens. Benedic anima mea domino, non solùm labijs, sed toto corde & animo, totis præcordijs & medullis & ossibus. Hoc est quod ait, & omnia interiora mea nomini sancto eius. Sed propter quod: Quoniam sanctus est: quoniã bonus propter suam excellentiam & gloriam, & plenitudinem. Quauis nihil cõtulserit Deus, nihil speretur ab eo, propter se magnus est & laudabilis nimis, & omni laude dignissimus. Iterum. Benedic anima mea domino, quoniam debes ei omnem laudem propter immensa beneficia quæ suscepisti ab eo. Hoc est quod ait, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Non ait, dona, misericordias, beneficia, pl^o dicit retributiones: quia scilicet, pro inferno retribuit cælũ, pro morte vitam, pro tormento lætitiã. Esa. 40 Sicut scriptum est. Suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis: scilicet, veniã & gratiam. Non enim solùm pepercit, sed benefecit tibi. Sed quæ sint istæ retributiones attendite: qui propitiatur omnibus iniquitatib^o tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuã, qui coronat te in misericordia & in miserationibus, qui replet in bonis desiderij tuũ, renouabitur vt aquilẽ iuuetus tua. Sex beneficia annumerat quæ Deus præstat in iustificatione peccatoris: primò dat veniam remittendo culpam & offensam ma-

ximam in præuicatione peccatorum. Est enim terribilis cõtemptus, quòd formica de terra audeat transgredi legem, quam angeli & omnis creatura custodit, & rebellare contra suum creatorem. Secũdò abluit maculam, & turpitudinem, & fœditatem quam peccatum causat in anima: facit enim eam turpissimam, fœdissimam, vilissimam, leprosam, & malè inclinatam. Tertiò liberat ab inferno quem promeruit peccado, & à morte perpetua. Hęc enim tria sunt in peccato, culpa, macula, & reatus: ab omnibus istis liberat iustificado. Hoc est quod ait, qui propitiatur omnibus iniquitatib^o tuis, scilicet, remittendo culpam: qui sanat omnes infirmitates tuas, scilicet curando & radendo maculam: qui redimit de interitu vitam tuam, scilicet auferendo reatum. Hęc omnia se tenent ex parte remissionis: sufficiebat peccatori tãta misericordia, sed Deus non contentus hoc beneficio, non solũ remittit offensam, sed dat gratiam: & de inimico facit amicum, de filio perditionis facit filium Dei, & pro reatu facit illum hæredẽ cælestis regni, & suæ gloriæ participẽ. Hoc est quod ait, qui coronat te in misericordia & miserationibus, dãdo scilicet gratis ex puro dono & misericordia gratiã, quæ est cælestis regni corona, quoniam per illã habemus ius ad cæleste regnum: & nõ contentus quoque tollere maculas, & malas inclinationes quas dixim^o, dat etiam cum gratia virtutes infusas, quibus anima decoratur, & ornatur, & inclinatur ad bonum. Hoc est quod ait. Qui replet in bonis desiderium tuum: id est, appetitũ tuum, inclinando illum ad bonum per virtutes infusas, implens scilicet balsa-

mo

mo spiritus pretioso, & cælestis cordis desiderio, quæ erant prius plena stercore & veneno peccati: & sic eadẽ remota omni vetustate & fragilitate animæ reducit illum in pristinam pulchritudinem & virtutẽ: imò aliquãdo in maiorem quam habuerat ante peccatum. Hoc est quod ait, renouabitur vt aquilẽ iuuetus tua. Non attendis quàm immensum opus diuinæ misericordiæ est iustificatio peccatoris, in qua tot & tanta beneficia præstatur homini? Nũquid nõ merito peccator iustificatus totus soluetur in laudẽ sui iustificatoris? Omitto cætera, quantum beneficiũ est, quòd anima indurata & inueterata peccatis, enormis, & turpis, in pristinam redeat iuuentutem. Certè si esset aliquis, qui quauis arte, quouis ingenio hoc præstaret corporibus, ditior ac potentior esset omni rege, & nullum pretium excelsium ad tantum beneficium obtinendum homines iudicaret, & post eum totus mundus abiret. Si ergo moriturorum corporum renouationem sic æstimarent, quanto magis incorruptibilium animarum renouatio deberet æstimari: sed quomodo hæc renouatio fiat attende: vt aquilẽ inquit. Aquila (vt ait Augustinus) cùm senescit ascēdit in altum volando, donec calefit vehementer in meridie, in æstu solis, & subito deprimit se in fontem frigidissimum, in quo se immergit, & subita hac alteratione plumas mutat, & virtutem, & visum hebetatum senectute recuperat. Ad instar aquilæ anima renouatur, scilicet, volatu, calore, balneo: volatu contemplationis, calore charitatis & cõtritionis, balneo lachrymarum. Hic est, fons purissimus & potētissimus tan-

tæ virtutis, vt omnes animæ maculas tollat, & illam purificet, & mirabili potentia renouet, & reiuuescere faciat. Hęc illa piscina salubris in qua quicumque ægrotus quacunque infirmitate lotus fuerit, procul dubio curabitur & sanabitur: piscina scilicet lachrymarum & pœnitentiæ. Vnde Augustinus de fide ad Petrum. Omni homini in hac vita potest esse utilis pœnitentia quocunq; tempore gesserit: quãlibet iniquus, quanlibet annosus, si toto corde renunciauerit peccatis præteritis, & pro eis in cõspectu Dei non solùm corporis, sed & cordis lachrymas fuderit, & malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit, omnium peccatorum indulgẽtiam mox habebit. Hoc enim nobis dominus prophético promittit eloquio, dicens. Si conuersus fueris & Ezec. 33 ingemueris, saluus eris. Hęc Augustinus & Ambrosius in sermone. Nullum est peccatum ad eò graue, quòd lachrymis non diluatur, & elemosynis nõ extinguatur. De hoc lauacro ait psalmista. Asperges me ps. 50 domine hyssopo & mundabor, &c. Sed ad hoc vt piscina ista mundaet & sanet, oportet vt ab angelo, id est, à domini spiritu moueatur: sicut scriptum est, stabit spiritus eius, & fluẽt ps. 147 aquæ. Nam si timore solo inferni, aut dolore alicuius incommodi, aut infamiæ quam incurristi, aut alio simili respectu ploras, nõ habet aqua ista sanandi virtutem: sed quando amore Dei, & spiritu Dei, & dolore offensæ, prodeunt fontes & riuus lachrymarum omnem lepram peccati mundant. O domine, quando moues piscinam istam, quomodo conturbas? quomodo reuoluis cor, & ab imò pectore suspiria suscitās? quomodo

FERIA VI. POST I. DOMINICAM XL.

modo æstuat pectus præ gemitibus, vix potens sustinere singultus, quasi rûpi velit præ dolore. Dico vobis non est ægritudo, non est peccatum adeò graue, quod nõ isto balneo diluatur. Vnde psalm. Conuerte domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro. Nam auster ventus ab imo, & ab infimis arenis conturbat mare: & designat spiritum sanctum, sic ab imo pectore conturbat peccatorem. Erant autem iuxta piscinam quinq; porticus, in quibus iacebat magna multitudo lægudorum. Isti sunt quinque sensus corporales, in quibus ægrotat omnis multitudo peccatorum. In porticu visus iacet magna multitudo superbiorum, cupidorum, curiosorum, mundanorum. In porticu gustus iacet multitudo gulosorum, & ebriorum, & delicatiorum. In porticu tactus iacet ingens multitudo lubricorum, voluptuosorum, carnalium. In porticu auditus iacet multitudo illorum, qui delectantur nugis, & detractionibus, & cantilenis. Omnis ferè ægrotus iacet in his: per has enim fenestras ingreditur mors, & omnis virulentia quæ animam inficit & inquietat. Nam quæ quieta & pacifica esset anima, si nullis sensibus vteretur? Hæc est illa ancilla ostiaria, caro scilicet, quæ Petrum, id est animam fortem, facit negare Christum. Vnde viri spirituales magnam habent custodiam sensuum, sciètes quoniam in hac salus & pax anime consistit. A Egrotus autem ille qui per triginta octo annos iacebat in lecto, designat peccatorem induratum, & obstinatum in aliquo peccato, qui languidus est corde ad cogitandum, ore ad laudandum, manibus ad operandum: & cum sit iuxta

ps. 125

Ioã. 18. c.

piscinam, nunquam sanatur, quia non descendit in ea. Bernardus. O peccator, non difficilis est cura tuæ ægritudinis: non petit Deus à te gratia vt cureris: non vt peragres maria: prope est verbu in corde tuo, & in ore tuo. Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris. Quatum est hoc vt contempnas facere? Vt miseris qui suorum vulnerum medicinam habentes ad manus, neglexerunt curare se, & damnantur. O quomodo dolent in inferno de hoc, & fremunt contra se dentibus suis. Quam iuste ardent in inferno, qui contempserunt tam leuem adhibere medicinam. Infelix anima, quæ tam longo tempore vivit sine Deo, facta habitaculum demoniorum, à quibus captiua tenetur ad suam voluntatem. O cor quod talia sustinet, o quanta audacia! ardet infernus sub pedibus, & expectat ore aperto, & solo capillo vitæ pendet anima ne cadat in illo, & ridet & dormit. Plus est per diem in peccato manere, quàm aggredi viginti homines: quia non vita, sed anima in periculo est. Huiusmodi peccatores raro sanantur, non quia piscina salubris non sit, sed quia non descendunt in illam. Rarissime enim huiusmodi peccatores conuertuntur & penitent: illa enim induratio eterna damnationis indicium est. Vnde dominus per prophetam ait. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. Quod nõ debet intelligi, quasi Deus nõ expectet peccatorem vsque ad quartum peccatum, & non amplius: cum ipse dicat, septuagies septies: sed secundum Hieronymum quatuor sunt peccata, primum in corde, secundum in opere, tertium in consuetudine, quartum in contemptu. Tria genera

Amos.

1. a.

ra

FERIA. VI. POST. I. DOMINICAM XL. 79

ra peccatorum Deus sæpe conuertit, & saluat per penitentiam: quartum rarissime & per miraculum. Ille enim contemptus contemptibile facit: & contemptor meretur contemni. Et ideo dicit, super quatuor nõ conuertam eum: quia rarissime qui tales sunt, conuertuntur. Audiant concubinarij, raptores, lusores, vsurarij, & cæteri qui in ijs & alijs peccatis diu male securi dormiunt, & pauca & contremiscant: nam sicut iste ægrotus non descendendo in piscinam vt cæteri, sed spirituali priuilegio sanatus est: sic huiusmodi peccatores obstinati & indurati in peccatis, quasi miraculo saluantur. Vnde & sæpe dicunt huiusmodi. Hominem non habeo. Humanitatem enim exuentes, in brutales versi sunt. Longa enim peccati consuetudine ratio in eis deprauata & corrupta, lumine iudicij amisso, ferè totaliter obrutuit, & in aliam naturam degenerauit. Sed quod dominus hunc ægrotum interrogauerit, vis sanus fieri? hoc proculdubio designat quod nullus peccator saluatur inuitus: à principio namque mundi vsque nunc, nemo adultus à peccati reatu sine propria voluntate sanatus est. Deus enim (teste Bernardo) neminem saluat inuitum: sed facit volentem. Vnde & Paulus Apostolus, in illa subita & mirabili conuersione, quando prostratus & cæcatus est corpore, vt exurgeret & videret mente, non sine propria voluntate conuersus est. Cuius rei testimonium perhibent verba eius cum prostratus respondit. Domine quid me vis facere? Ac si dicat, paratus sum facere quicquid volueris: iube quod vis. Non petit à te Deus o peccator, nisi vt velis sanari: si enim vera & prompta & efficaci voluntate

Act. 9. a

salutem animæ tuæ volueris, sine dubio sanaberis. Quid facilius, quid leuius, quàm velle salutem? Tuum est velle, optare, petere, ac desiderare: Dei est præstare. Sicut scriptum est, domini domini exitus mortis. O si medicus corporalis nihil aliud peteret ab ægrotato, nisi vt vellet sanari, quis ad horam ægrotaret? Sed domino hoc interroganti quidam respondet, nolo: respondet (inquam) nõ verbis, sed factis. Qui dixerunt Deo recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Qui inierunt foedus cum morte, & pactum cum inferno fecerunt. Aliqui respondent, vellè. Hi sunt qui sanari cupiunt, sed vitia & peccata non deserunt: lachrymas pro peccatis fundunt, sed ad ea quæ fleuerant statim redeunt, non tam voluntate, quàm veluti quadam necessitate peccantes. Hi sunt qui sub peccati iugo & durissima seruitute peccati tenentur captiui, non tam miseri quàm miserandi. Quorum est illa vox, non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Quid autem refert voluntate, an necessitate pereas, dummodo pereas? Necessitate dico, non absoluta: sed de qua dicit Augustinus, quod consuetudo peccati vertitur in necessitatem. Et psalm. De necessitatibus meis eripe me. Paucissimi sunt qui libera voce respondeant, volo: huiusmodi enim voluntatem statim sequitur salus. Nam qui sic efficaciter vult, facit quod in se est: facienti autem quod in se est, Deus dat gratiam. Vnde dominus talibus ait, si vis surge, tolle lectum tuum & ambula. Surge à peccato, surge à sepulchro & à cæno isto in quo quasi porcus uolaris, relinque peccatum, fuge vitium, odio habe iniquitatem, sicut ait psalm. Ini-

ps. 67.

Ad Ro.

7. c.

ps. 24.

Ini-

DOMINICA II. IN QVADRAGESIMA.

ps. 118
ps. 96.
Ephc. 5.
c
1. Ti. 4.
b
1. cor. 10.
c
Heb. 13.
b
Luc. 11.
d
Ioc. 3. a

Iniquitatem odio habui & abominatus sum. Et rursus. Qui diligitis dominum, odite malum. Sicut ait Apostolus. Surge qui dormis, exurge a mortuis, &c. Iaces in cœno, & petis mundari: surge a cœno, mundabit te Christus. Secundo, tolle lectum tuum in quo iacebas: quod erat voluptati, sit iam oneri: porta super te peccatum tuum: age pro illo poenitentiam vel leuissimam, & ambula: profice in virtutibus, in bonis operibus, exerce te ipsum ad pietatem, & sanus eris: hæc enim tria signa sunt perfectæ sanitatis, quandiu aliquod horum deest non es omnino sanus, licet aliquo modo sis ab egitudine curatus surgendo solimodo; tamen manes debilis & infirmus, facile recidis: sicut quando cessat febris, & humor non est euacuatus. Quod si hæc omnia fecisti, adhuc vnum tibi deest. Ecce iam sanus factus es, noli peccare. Noli recidere, ne deterius tibi contingat, Qui stat videat ne cadat: optimū enim est gratia stabilire cor. Nam si recideris peius erit, propter tria: propter ingratitude, propter consuetudine, propter diaboli dominiū. Quia fortis figitur & teste euāgelio: adducit alios septem nequiores se, & fuit nouissima peiora prioribus. Sed valde notandum est, quod non ait: iam noli peccare ne damneris, ne iudiceris: non illi minatus est iudicium, neque infernum, quia mundani homines hæc parum timent: sed fortiores aegritudinem. Audiant hoc contemptores inferni, seculi amatores: non differt Deus vindictam peccatorum, etiam hic terribiliter puniunt. Vnde per prophetam. Et si vlciscimini vos contra me, cito velociter reddam robur super caput ve-

strum. Non existemetis quod differam ad infernum: hic conteram, & in æternum damnabo. Sicut scriptum est, duplici contritione cōtere eos. c
Hier. 17
O quales vindictas fratres vidimus super peccatores, quam terribiles, & quā crudeles! sed miseri non attendunt, non agnoscunt: putant casu factum. Aperta sunt sapius Dei iudicia habentibus oculos, sicut scriptum est: verumtamen oculis tuis considerabis, & retributiones peccatorum videbis. O quā iusta & quā iucunda sunt iudicia tua domine, letabitur (inquit) iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatorum. Quomodo mundant manus, nisi quia purificat opera? quia erudiuntur alieno damno? Timeamus ergo fratres iudicia dei, & si in peccato fuimus, descendamus in piscinam salutarem hoc tempore sancto quadragesimæ, vt purificati & sanati obtineamus hic salutem & gratiam, & post gloriam: ad quam nos perducatur Christus Iesus, qui est benedictus in secula. Amen.

DEO GRATIAS.

DOMINICA SECVNDA in quadragesima. Concilio prima.

THEMA.

Miserere mei domine fili Dauid, filia mea malè a dæmonio vexatur. Matth. 15.



IN Ezechiele legimus. Ezech. 35
Terra cum induxero super eos gladium, & tulerit populus terræ virum

DOMINICA II. IN QVADRAGESIMA. 30

rum vnum de nouissimis suis, & cōstituerit eum super se speculatore: & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo: audiens autem si quis est ille sonitum buccinæ, & non se obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam saluabit. Quod si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina: & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Officium enim prædicatoris, speculatoris officium est. Vnde illi dicitur: super montem excelsum ascende, qui euangelizas Sion. Speculator quippe in alto debet esse, non in infimo: perfectionis & contemplationis culmen tenere debet, vt possit populū admonere, ac veluti ex alta specula contemplari quæ populus non videt. Hic cum senserit gladium, id est, domini indignationem super populum venientem, si non sonuerit buccina, id est, prædicationis tuba intonuerit, præmonendo, arguendo, increpando, obtestando populum vt agat poenitentiam, & cōuertatur, reus erit sanguinis populi: ad hoc enim positus erat, vt populum præueniret. Si autem præmonuerit, & populus non se custodierit, & eius monita sequi voluerit: ille quidem liber erit a sanguine populi, & populus in peccato suo morietur. Videtis certe fratres periculum nostrum: attenditis obligationem ter-

ribilem: non ergo succenseatis, non indignemini, si aliquando arguimus aut reprehendimus peccata vestra, & vos acriter increpamus. Incumbit nobis hoc ex officio, sub poena indignationis æternæ: & si non fecerimus, sanguinis vestri in Dei iudicio rei erimus. Vnde merito clamabat propheta, vix mihi quia tacui. Huius taciturnitatis culpam nunc ego declinare cupiens, quoniā gladium venientem super populum cōspicio, sermonis tuba vos excitare cupio, vt fugiatis, & declinetis ab ira Dei, & periculum euadatis, auxiliante Dei gratia: ad quam impetrandam, fauorem virginis imploremus, offerentes Aue Maria.

Proponit nobis hodie lectio euangelica mulierem Cananæam paganam & idolatram, sed certè mirabilem & spectabilem, quæ a finibus Tyri & Sidonis egressa pro salute filix suæ quam dæmon malè vexabat, dominum exorabat. Cuius eximiam fidem atque constantiam vt dominus notam faceret, audire se dissimulabat: et tacendo præteribat: sed non illa a clamore cessauit, donec apostoli improbis clamoribus simul & misericordia commoti, pro ea domino supplicarent, dicentes: dimitte eam obsecramus, quia clamat post nos, & clamoribus suis aures nostras obtundit. Quibus dominus, non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et accedens, prociens adorauit, & ait: domine adiuua me. Cui dominus. Non est (inquit) bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit, etiam domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. O eximiam humilitatem, o perseuerantiam singularè. Quid primum

DOMINICA II. IN QVADRAGESIMA.

primum in hac muliere laudem ignoro, fidem, an humilitatē, an constantiam, an fiduciam, patientiam, perseverantiam. Quot virtutū insigniā vnico exemplo monstravit? Vnde dominus exclamans ad tantā scēminæ probitatem, ait. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Quomodo nobis ob oculos obijcit hæc mulier, sanctam matrem ecclesiam hoc tempore lugubrem, afflictam, gementem, & dolentem, & pro filia sua plebe Christiana, domino innumeris gemitibus & clamoribus, supplicantem, atque dicentem. Miserere mei, non dico fili David, sed fili Dei viui: nā filia mea plebs tua, quam verbo tuo & spiritu tuo tibi genui, pro qua ipse de celo descendere, & sanguinem in cruce fundere dignatus es, malē à dæmonio vexatur, torquetur, & affligitur: & timeo ne penitus deficiat præ angustia. Inclina bone Iesu pietatis tuæ oculos super populum tuum, miserum & afflictum: & vide tribulationem meam, quoniā super inimicos facta sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni data sum tanquam mortuus à corde. Qui non respondit ei verbum: quandiu enim clamat & non auditur? quandiu plorat & non succurritur? sed ecce tribulatio super tribulationē: afflictio super afflictionem. Expectauimus pacem, & ecce tribulatio: semper in laboribus, in angustijs, in cōtinua calamitate & miseria, quotidie vastatur, quotidie arctatur ab inimicis, & non est qui succurrat, & pro illa respondeat. O longum silentium, o durissimam dissimula-

tionem: vsquequo (inquit) clamabo, & non exaudies: vociferabor vim patiens, & non saluabis? Domine vim patior, responde pro me. Sed quid dicam, aut quid respondebit mihi cum ipsa fecerim? Proinde timendum ne fortē durē respondeat, & dicat: non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Hi enim quos tu fideles putas, ò ecclesia, respice bene, canes sunt, & latrāt contra me verbis & factis: nomen meum blasphemant: solo nomine Christiani sunt, opere antichristi. Super quo propitius tibi esse potero? ecce omnes recesserunt à me, omnes conspirauerunt & cōiurauerunt contra me, quid clamas ad me super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus, insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, plaga inimici, percussi te castigatione crudeli. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sed tamen prudens ac humilis ecclesia à precibus & clamoribus non desistit, & sepius repulsa non diffidit: nouit enim viscera pietatis sponsi sui, sed instat & supplicat, dicens. Etiam domine, ita est, canis sum, negare non possum: impij sunt & peccatores, sed tamen catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum: canes sunt, sed domus tuæ catelli sunt: tibi incumbit etiam catellis tuis de necessarijs prouidere. Non panes filiorum peto, non antiquas illas misericordias, & copiosas gratias, quas in principio fidelibus tuis dedisti: nō affluentiam illam spiritus, & donorum redundantiam, quam de celo largiter effudisti: non fauores illos amplissimos, quos olim sanctis tuis, filijs tuis, dilectis tuis misericorditer exhibuisti: sed tantum micas, quæ cadunt

Habac. 1. a.

Esa. 38. c.

Hic. 30. b. & c.

Ioā. 6. f.

CONCIO PRIMA.

cadunt de mensa tua: vt vel fideles tuos defendas à barbaris, vt eos tuearis ab inimicis, vt plebem tuam pacifices, & scanda- la populi tui tollas: vt tuorum fidelium oculos illumines, vt videāt peccata sua, & flagitia sua, & scēditatem suam, & agant pœnitentiam, & confundantur & conuertantur à via sua mala, & redeant ad te Deū verum, redemptorem & saluatorem suum. Hæc domine apud tuam magnificentiam & clementiam micæ sunt: has peto, has efflagito & postulo: non est tuum domine negare populo tuo micam, pro quo sanguinem effudisti, & dedisti animam. Sic quotidie pia mater pro filijs suis ad pedes sponsi sui prouoluta, veluti columba gemens fiducia- liter precatur: sic gemitibus inenarrabilibus indefinenter clamat. Felices nos, si aliquando audire mereatur. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Hæc de euangelio. Duo dicenda sunt: primò quā malē ecclesia vexatur à dæmonio, & à ministris suis hoc tempore: secūdò de remedio huius vexationis. Sicut ait Augustinus super psalmū, sepe expugnauerunt me à iuuentute mea: ecclesia à principio suæ formationis semper fuit multipliciter impugnata: neq; deerunt illi impugnationes vsq; in finem, quandiu in hac peregrinatione extiterit: oportet enim verbū Dei impleri, quod apostolis suis prædixit. In mundo pressuram habebitis. Et iterum. Mūdus gaudebit, vos verò cōtristabimini. Et alibi Si me persecuti sunt, & vos perseque- tur. Quantos sustinuit persecutionū fluctus tenella, illa ecclesia in Hieru- salē à perfidis Iudæis, quādo primo fundari cœpit, principibus sacerdo-

Rom. 8

6

Ioā. 16.

d. & c.

Ioā. 15. c.

tum & populo cōtradicientibus illi! Vnde ab immanitate persecutionis cūm ordiretur succisa est, & coacta est dispergi per totū mundum, non sine magna Dei prouidentia: vt sic illā per totū orbem transplantaret, et plātata dilataret propagines vsq; ad fines terre. Sed nec sic cessauit persecutio, sed nouo quodam et inu- sitato persecutionis genere submis- si sunt à Iudæis apostoli, qui Christū falsò prædicarēt: & sub nomine Chri- stianitatis, ipsum Christianismum peruerterēt. Hi sunt vulpeculæ illæ callide, quas spiritus sanctus in canti- cis capi iubet, ne demoliatur vineas: quoniā (inquit) vinea nostra floruit. Dum enim florere cœpisset in orbe ecclesia, statim istę vulpeculæ eam demoliri conatę sunt: quibus ad omne exitium satis est si capiatur, & deprehendatur in astutia sua: nam fraude detecta, non est vnde vineę nocere possint: in quib; capiēdis, id est prodēdis, propalādisq;, nō modicū sudauit apostolus. De his enim dicebat. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionē, Hebræi sunt, & ego: Israelitę sunt, & ego. Et ad Galatas. O insensati Galatę, quis vos fascinauit non obedire veritati? fuerant enim ab istis decepti. Vix ista persecutio trāsierat, & ecce alia grandior & immanior exorta est à tyrānis et imperatoribus gētilibus, qui ferina crudelitate innumeram martyrum multitudinē occiderūt, nō parcētes sexui, ætati, aut cōditioni: sed more ferali, omnes in vniuersū christicolos laniantes. Quos optime exprimit psal. Cōgregatio taurorū in vaccis populorū, vt excludāt eos qui probati sunt argento. Sed & hæc vix quoq; trāsierat, & ecce tertia insurrexit persecutionis tēpestatas, ab

Esa. 38. c.

ps. 79. 1

Cāt. 2. d.

1. cor. 3.

d

Phi. 3. a

2. cor. 11

c

Gal. 3. c

ps. 67.

L hæreticis

hereticis excitata: quæ toto terrarum orbe ecclesiam Dei longo quidem tempore vehementer afflixit: quæ & aliquantulum sedata, vltima nunc à paganis, & Turcis, & infidelibus inualuit: quæ à tempore illius pestiferi Mahometi supra modum ecclesiam Dei vexauit, neque cessat vexare vsque ad diem hanc. Hic est enim aper ille de sylua, & singularis ferus, qui vineam domini quotidie depascitur, & demolitur. Has quatuor ecclesiarum persecutiones, teste Bernardo, designat psalmus, cum ait. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Hæ sunt quatuor illæ bestiarum horribiles, quas vidit Daniel, ascendentes de mari: quarum prima erat quasi leona, & alas habebat aquilæ: secunda similis vrsæ, & tres ordines dentium erant in ea, comedens carnes plurimas: tertia similis pardo, habens alas auis, & quatuor capita: quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis, dentes habens ferreos, comedens & comminuens omnia, & cornua decem. Quæ merito cæteris præferuntur in feritate, quoniam hæc vltima præ omnibus alijs ecclesiam dei vexauit: cuius decem cornua, multos & varios designant Mahometicos principatus, qui varijs temporibus supra modum Dei ecclesiam vexauerunt: quorum vnus & maximus est hic Turcarum, à quo præ cæteris ecclesia in arcto posita est. Si enim præsentis temporis angustias considerare voluerimus, inueniemus à mille ducentis annis, hoc est à tempore Constantini Imperatoris, ecclesiam Dei nunquam ad tantam miseriam deuenisse. Nam etiam plurimas calamitates hoc su-

prædicto tempore perpessa sit, toto tamen orbe diffusa, propriam dignitatem & gloriam retinebat, & omnibus ferè nationibus imperabat: nunc verò in angulo orbis conclusa atque constricta, peccatis nostris, magnam ei partem imperium scilicet Constantinopolitanum, Græciam, Thessaliam, Macedoniam, & nunc ad vltimum Rhodum & Vngariam, Turca surripuit: reliquum verò Europæ quod restat, sic ab hæresi Lutherana corruptum ac deprauatum est, vt vix eius dimidium in vera fide, & Pontificis obedientia persistat. Sola enim Italia, & Gallia, & Hispania, in pura & sincera permanet fide: & hæc modica pars in tanta discordia, & dissidio est, vt nisi Dei clementia prouideat, breui videatur penitus peritura: tota namque corruit ac labascit, quasi domus aliqua veteriosa, & veluti naui ruptis compagibus, & amisso clauo mergitur in profundum. O miserandam deplorandamque calamitatem ecclesiarum, o extremam sortem sanguineis lachrymis prosequendam, o antiquam illam maiestatem & gloriam, ad vltimam confusionem & ignominiam deuolutam. Cui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Hierusalem, cui adæquabo te, virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua. Quis medebitur tui? vbi est illa potentia & magnitudo tua? vbi est illa gloria & pulchritudo tua, quando ab oriente in occidentem imperium extendebas: quando toto terrarum orbe diffusa, tot regnis & prouincijs præsidebas: quando omnes gentes & nationes tuo protegebas imperio? Heu facta est quasi vidua dominæ gentium,

Thre. 1. gentium, princeps prouinciarum
a facta est sub tributo. Nolite nunciare
in Geth, & ne dixeritis in compitis
2. reg. 1. Asculonis, ne forte audiant & letentur
c filiarum incircūcisorum. Quid tibi tantum
peccare potuit populus tuus domine, vt sic repelleres eum à te, & traderes in manus inimicorum, & subijceres dominio paganorum? Memento solij gloriæ tuæ, & recordare pretiosi sanguinis tui, & ne repellas in finem. Sic itaq; arctamur, sic affligimur, & ad huc statum propter peccata nostra deuoluti sumus: nec tamen in hoc maxima afflictio nostra est: scimus enim, quia omnia dedit tibi pater in manu, et tuo nutu omnia disponuntur, & facile est tibi saluare cum volueris: tu enim cõturbas profundum maris, & procellas persecutionum suscitās, & cum placet sonum fluctuum eius mitigas. Sed quod maxime auget dolorem nostrum, & duplicat afflictionem, est expectatio futurorum. Foris gladius, & intus timores, vt ait apostolus. Facit autem vehementer timere, videre in tantis malis duritiam et insensibilitatem cordis nostri: non est enim qui sentiat, non est qui doleat, non est qui surgat & teneat te in vltimo malorum cõtututi, profundo somno dormimus, iucundamur & latamur quasi phrenetici. Non est qui clamet & deprecetur veniam: nulla malorum reformatio, nullus qui peccata defleat. Percussi (inquit) eos, & non doluerunt, disciplinam accipere reuerunt, dissipati sunt, neque compuncti. Et alibi. Perdidit populum meum, & non est reuersus ad me. O stupendum stuporem, o soporem mentium miserandum: quasi exigua mala sint hæc, cum multo maior sit quæ belli miseria, quæ fames, aut

pestis: in his enim iactura corporis, in illo est etiam periculum animarum: hæc timemus, illud contemnimus: hoc nostræ perditionis euidentissimum prognosticum. Prope est dies domini, finis venit, venit finis: iam securis ad radicem arboris posita est, appropinquat tempus illud, de quo in Apoca. legimus: & vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exiit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem. Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur: quoniam maturuit messis terræ. Qui sedebat super nubem, misit falcem suam in terram, & messuit eam, &c. Verè venit iam messis ad maturitatem, non restat nisi vt metatur triticum, & condatur in horreum domini: & botri amarissimi, & acerbæ labruscæ in inferni torculari calcantur: quod fiet die à domino præfinito. Quid ergo faciemus fratres in tanta miseria constituti, nisi quod fecit hæc mulier Cananæ, quæ nobis ob id in exemplum obijcitur in euangelio, vt eam in nostris pressuris & tribulationibus imitemur? Primò ergo flagella domini, & peccata, propter quæ veniunt agnoscamus: non simus quasi statuem sine sensu, cor habentes lapideum & induratum. Secundò, clamemus ad dominum clamore valido, corrigendo, vitam, & misericordiam postulando, sicut scriptum est. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et iterum. In tribulatione mea inuocaui dominum, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam.

ps. 19. Hoc enim vnicum refugium habemus: in hoc tota salus nostra consistit. Speret alij in curribus et equis, & exercitu forti, nos autem in nomine domini nostri: inuocemus illū, imploremus, ad illū accurramus: arma enim nostrę militię spiritua-
2. cor. 10 lia sunt, potētia Deo, orationes, scilicet, ieiunia, pœnitentia, lachrymę. His armis prioribus tēporibus ecclesia omnes diaboli cōflictus deuicit: omnes mūdi procellas superauit: his olim Moyses de mōte nō pugnādo, sed orando, nō pręliādo, sed clamādo, a malechitas deuicit: quoties ad hoc recurritur, certa est victoria: quoties negligitur, indubitata est miseria. Tertio si volumus q̄ audiarur in cęlo clamor noster, de Tyri & Sidonis finibus exeam⁹: relinqua mus peccata, & non modò vitia, sed etiā vitiorum fines, id est, occasiones deseramus: in Esaia enim scriptū legimus, cū extēderitis manus vestras, auertā oculos meos a vobis: & cū multiplicaueritis orationē, nō exaudia: manus enim vestrę sāguine plene sunt. Multa fecerunt Niniuite, cū
Ion. 3. Ionas propheta ciuitatis excidium prophetaret: sed quid ait scriptura? Nouit dominus q̄ cōuersus esset vnusquisq; a via sua mala, & misertus est. O ecclesię reformatio tādiu desiderata, & nunquā exhibita: o si daretur nobis illā videre oculis nostris ante mortē! Credite fratres quandiu in his moribus ecclesia vixerit frustra bellatur. in Turcas, prius cōtra mores quā in hostes pugnandum. Corrigamus itaq; vitā, & adhæreamus deo, & ipse pugnabit pro nobis. Quarto, in oratione et clamore perseueremus, & nō a clamoribus desistamus, donec impetrem⁹: sicut scriptum est, sicut oculi ancillę in ma-

nibus dñę suę, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec nō i. fereatur nostri. Magna virtus perseueratię, quę etiā vbi merita defunt, locum obtinet impetrandi.

Deesse aliquid videtur.

IN EADEM DOMINICA secūda quadragesimę. Cōcio secunda de eodem themate.



T quis perfectē acquirat de re aliqua scientiā, tria illi sunt necessaria, ars, vsus, & imitatio. Ars, quę regulas & documenta tradat: vsus, qui ea exerceat: imitatio, quę exemplar oculis obijciat. Exēplum est in pictore, qui vt perfectē artē suam acquirat, primò indiget arte quę doceat regulas cōficiēdorum colorū, & proportionem seruandā in eis cōponendis, & in depingēdis imaginibus rationē: secundo indiget vsu, nā si non pingit, nunquā erit pictor: tertio indiget exemplaribus insignibus, in quib⁹ omnes illę regulę apprimē videātur. Ita in musica & in cęteris artibus. Est autē tā potēs imitatio, vt sola sine arte, vt Tullius ait, vel cū modica arte, sufficiat facere rhetorē, assiduē legendo & exercēdo. Quod etiā in plerisq; facultatibus euenire solet. Ars artiū est seruire Deo, suprema sapiētia sci re benē viuere, si hęc nosti, etiā si cętera nescies, sapiētissim⁹ es: qui hęc nescit, quicquid sciat ignorātissim⁹ est: hanc omnes Christiani profite mur: quid enim aliud est christianis mus, nisi ars docēs homines piē viuere, placere & seruire deo. Vnde Paulus. Apparuit gratia Dei saluatoris nostri

nostri omnibus hominibus, erudiēs nos, vt abnegantes impietate, & secularia desideria, sobriē & piē & iuste viuamus. In hoc seculo huius artis regulas & pręcepta tradit euāgelii, & scriptura sacra: sed nihil proderit ista scire, nisi ea opere exerceas: peritia enim scripturę potest te facere bonū theologum, sed non bonum Christianum: sed iuuabunt ad hoc valde sanctorū exēpla, quę sunt quasi quędā exemplaria perfecta, in quib⁹ tota Christianitatis ars perfectē depicta cernitur. Nihil enim aliud est quilibet sanctus, nisi euāgelium viuū, & euāgelica institutio perfecti⁹ videtur in sācto, quā legitur in libro. Solet geometra rudibus tyronibus depingere geometricas quasdam figuras, in quibus oculo practice videāt, quod aure theoreticē nō intelligūt. Ita & deus perfectionē quā tradit in euāgelio describit in sācto, vt qui virtutū formā legēdo nō intelligit, vidēdo sciat. Quātū in cœnobijs & in cęteris christianis cōgregationib⁹ vita vnus viri sācti inspecta alij proficiāt, experientia demonstrat. Verē exēplum, quā verbū homines ampli⁹ mouet, ac ppter ea spiritus sāctus huius artis traditor & inuētor, sciens quantū ad bene viuēdum proficiat imitatio, ferē per totā scripturā varia sanctorum exēpla passim sparlit, & fidelib⁹ imitanda proposuit: vt Abrahę obedientiā, Ioseph castimoniā, Moyli māfuetudinē, Iob patientiā, Dauid humilitatē, Elię zelū, & alia similia, in quib⁹ veluti exēplarib⁹ & speculis omnis bene viuēdi ars relucet & splendet. Hęc sunt virgę quas noster Iacob ouibus suis obijcit in canalibus, vt eis confi gurentur. Omnes nostis historiā, nō tamē erit inutile, propter simplices,

si eam diffusius pertractemus. Iacob patriarcha postquā diu socero suo Labā sine aliquo stipēdio seruierat, conuenit cum eo, vt pro seruitij sui mercede, maculosi fœtus qui ex gregibus nascerētur, in partem suā cederent, reliqui verò qui vel albi vel nigri prodirēt, soceri sui essent. Placuit socero cōuentio, quia rarò huiusmodi fœt⁹ varij nasci solēt, sed sanctus Iacob vt debitū sibi pro seruitio salariū obtineret, sicut bonus philosophus, quāuis pastor, vsus est cautela quadā pulchra & prudenti: tollēs nāq; virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas, atq; ita color earum factus est varius, ex viridi al boq; cōmixtus: posuitq; eas in canalibus vbi effūdebatur aqua, vt cū venisēt greges ad bibēdū, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earū conciperent: factumq; est, vt in ipso calore eoitus oues intuerentur virgas, & parerēt maculosa & varia, & diuerso colore respersa: itaque sic grex eius multiplicatus est valde, ac in breui tēpore factus est diues. Hęc figurā pulchrē exponit Gregori⁹ vigesimo primo moralium, ferē ad hęc modū. Pastor pastorū fortis luctator, & verus Iacob, qui triginta tribus annis durissimo seruitio patri seruiuit in vita mortali pro Rachel formosissima, ecclesia sancta dei, vt exhiberet eam sibi sine macula & sine ruga, & qui omnium laborū suorū stipendiū in animarū fidelium grege recepit Christus dñs, cui a patre dicitur, postula a me, et dabo tibi gētes hereditatē tuā, possessionē tuam terminos terrę, hic pastor totū gregē suum vult variū, pulchrū, maculosum, non vnicolore, sed vario colore respersum. Nō enim tibi sufficit

Eph. 5. f

ps. 2.

Tit. 2. f

DOMINICA II. IN QUADRAGESIMA

ps. 44
 Matth. 25. a
 Luc. 18. 6
 ficit vna virtus, vt sis ouis Christi: nō satis est vt humilis, vel castus, vel māsuetus, vel pius inueniaris, vt elestorū ouili adiungaris, sed ex pluribus aut ex omnibus virtutibus oportet esse decoratū. Talis erat illa de qua dicitur in psal. Altitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Virgines illæ faruæ quia unicolores erāt, & solo virginitatis cādore coloratæ, audierūt à domino, nescio vos. Ac si diceret, non estis vos ex ouibus meis: variā gestate coloré, & suscipiā vos. Pharisæus ille qui de sola ieiuniorū & pœnitōtię nigredine gloriabatur, aliena ouis erat, nō erat de Christi ouili: nō enim erat maculosus, sed multa superbia maculatus. Vt igitur oues suas plurima virtutū varietate decoraret optim⁹ pastor in sacræ scripturæ canalibus multicolores virgas, id est, varia sanctorū exēpla, eis obicit cōtemplandas & cōtuendas, quibus se per omnia conformarent & configurarent. Et partim quidē eas decorticauit, partim verò in sua viriditate reliquit: virgæ nanque decorticatæ martyrum exempla designant, qui amore Christi, & zelo fidei, carnis corticem tormentis, & durissimo martyrio exuerunt: virides verò virginum, & confessorum exempla sunt, qui illo virtutis & virginitatis virore Deo placuerunt, & sanctam ecclesiam illustrauerunt. Ouis ergo quæ inspectis huiusmodi exemplorum coloribus, veluti chamæleon in eis se transformat & transfiguratur, fœtusq; sanctorū desideriorum, & bonorum operum, varios ac multiplices ad earum similitudinem intus gignit, & foris parit, ouis est iacob, id est Christi. Quæ autem ab inspectis sanctorum exēplis

in nullo variatur, sed in antiquo & simplici colore inolitæ vetustatis permanet, ouis est Labam, id est, demōnis. Quisq; ergo in se oculos penitus vertat, & cuius sit ouis exploret. Ecce quotidie ad bibendum in Christi canalibus cōuenitis: varias vobis sententiarum & exemplorū virgas in sermonibus obijcimus. Quidā vario desideriorum honorū, & sanctorū affectionū schemate in cordib⁹ suis, iuxta propositas & obiectas sibi sententias, afficiuntur & colorantur: alij autem quales intrauerunt, tales exeunt, quā duro corde, & obiecti virtutum colores nullam penitus in eis faciunt impressionem. Ecce ouilis Christi signum, ecce characterē quo filij lucis à perditionis filijs discernuntur. Qui bonū quod videt æmulatur & imitatur, Christi est: qui contemnit, & negligit, Labam est. Sed quorsum hæc omnia? attendite fratres literā euangeliij. Opponit nobis hodie sacra euangeliij lectio, virgam quandā satis variā, & multicoloré, id est, exēplum quoddam insigne quod imitemur: non patriarcham, non apostolū, non prophetam, aut martyre, sed mulierculā quandā peccatricem, gentilem, idolatrā, simplicissimā, sine lege. Ne enim causari possis quod sanctos imitari nequeas, q̄ illorū vires & spiritū nō habeas, hæc muliercula tibi proponitur, vt vel illā saltē imiteris, vel si nō, ab illa erubescas & confundaris: iuxta Esaię vaticiniū. Erubescite Sidō, ait mare. Hæc legem nō habebat, prophetas nō nouerat, mysteria ignorabat: & tamē bone deus, quot virtutes & insignia in ea subito emicuerūt? quāta fides, quāta fiducia, quāta paciētia, quāta humilitas, quāta perseuerantia? Nō viderat Chri miracula,

CONCIO SECVNDA.

miracula, non mortuos resurgētes, cæcos vidētes, surdos audiētes, claudos salientes inspexerat, sed ad leuis cuiuspiā rumoris auditū, sic pia eius viscera fides repleuerat, vt absentē solo verbo demōniacā filiam curare posse firma animi adhesionē teneret. Fiducia verò impetrandi tā multa, vt neq; reiecta cōticeret, neq; despecta negligeret. Patientia magna clamauerat, & filium dñs: sequebatur, & non respondebat: intercessores apostolos reiecerat: deprecantē atq; prostratā conuiciatus fuerat: & non est tot explosionibus lacepsita non est dedignata, non est irritata. De humilitate quid dicam? cū vocata canis, ipsa quoque cōuicio suo addiderit, & catellā se nominauerit. Perseuerantia verò supra humanā facultatē fuit: nā toties irritata atq; despecta, clamare non cessauit, donec obrinuit. Omirā huius mulieris veritatem, ò mirabilem fœminam, prius studiofissimā quā fidelē: ante virtutibus consummatam, quā sacris initiatam. Quid tu dictura es anima fidelis, quæ ab initio vitæ sacramētis imbuta, inter tot sacrarum scripturarū rudimēta, inter tot prophetarum & apostolorū oracula, inter quotidiana sacrorum solēnia, & assiduas Dei laudes, inter frequentatos diuinę legis sermones, & iuges prædicantiū exhortationes, alges & friges. Ab hac idolatra discere feruorē discere fidē, discere virtutē. Quid enim in ea intus lateret, saluator agnouerat. Siluit vt innotesceret: improperauit, vt luceret: distulit, vt augeter. Vt ecclesiæ suæ fœminā istā imitationis exēplum, & virtutū omnium exēplar futuris seculis relinqueret, quā ipse nō exteriori verbo, sed interiori radio subito cōfirmauerat. Vn-

de meritō eam modò pœnitentibus obijcit ecclesia, vt in ea videat quod sequatur, attendat quod imitentur. Fac tu ò peccator pro anima tua quod fecit illa pro filia sua, cōsimili enim morbo laborat, pari egritudine grauatur, sic à demōnio malē vexatur: curre ad medicū, inquire medelā, clama, obsecra, insta, fac quod ista fecit, & liber eris: sic & filia eius liberata est. Primò itaq; egredere de sinibus tuis, sicut illa de suis egressa est: relinque non solū peccata, sed etiā occasiones peccatorum, et eloga re ab eis quantū potes, et sic obuiabis saluatori: sicut scriptū est, surge qui dormis, exurge à mortuis: et illuminabit te Christus: nā inter peccatorū fines Christū inuenire nō poteris. Pelle à domo tua concubinā, dimitte fraudes, vsurarias cautiones distrūpe, cessa à taxillis & ludo, et omnē peccandi occasionē effuge, & statim aderit tibi Chrs. Quid enim tibi proderit in medijs peccatorum fluctib⁹ clamare? & inter medias inferni leges, animæ tuę salutē optare? Si verē liber esse cupis, lōgē fac à te vitiorū omniū seruitutē. Egredietī à Sodomis Loth tria præcepit angel⁹. Primò ne steteris in omni circa regione: secūdò noli respicere post tergū: tertio saluū te fac in monte. Hęc omnia cuilibet peccatori necessaria sunt: vt non solū vitiorū Sodomam, sed & ei⁹ suburbana, & omnē regionē proximā egrediatur, neq; ad præterita peccata quę dimisit redeat, & ad virtutū & perfectionis culmen, quantum valēt citato gressu conscēdat. Secundò cognosce ò peccator nimiam vexationem diaboli, captiuitatem duram, & miseram seruitutem, & diuinam misericordiā inuoca continuis clamoribus, sicut ista

DOMINICA. II. IN QVADRAGESIMA

Cananea, dicens. Miserere mei domine fili David; anima mea male à dæmonio vexatur. Et quàm male? Quis explicare sufficiat? Nulla est seruitus, nulla captiuitas, quæ vitiorum seruituti valeat comparari. O quàm humiliatum & concatenatum detinet iniquitas peccatorè! Si quis tyranno quantunuis sæuo & crudeli deseruiat, & diebus ac noctibus catenis & ferro ligetur, quantum est hoc? manus & pedes ligare potuit, sed mens & voluntas libera sunt: in peccatorum mancipio non sic, sed mens, sensus, ratio, iudicium, voluntas, affectus, desiderium, & quicquid in homine præcellit, ligatū est: amittit quod est hominis, & fere totus obruitur. Vnde dominus per prophetam ad huiusmodi animam ait.

Hic 3. a Leua in directum oculos tuos, & vnde vbi nunc prostrata sis: quàm vilis facta es, nimis iterans vias tuas, sed & amaritudo & tristitia immensa, vexatio & inquietudo maxima, nulla pax, nulla quies, cõtinuum disidiū, incessabile bellum, foris gladius, intus timores. O tormentum malitiæ importabile, quàm male miseræ animas torques! alter infernus est anima impij: miror quomodo tam crudelis vexatio vtrò toleratur. Vnde

ps. 85. propheta. Libera me domine ex inferno inferiori, innuens per hoc, alium esse superiorem in corde malo, priori anxietate & supplicio quàm simillimum. Denique statum peccatoris miserrimum in euangelio descriptum reperies in illo filio prodigo, qui cum esset nobilis & delicatus, inter delicias & purpuras in domo patris nutritus, postmodum ad hanc calamitatē deuenit, vt infimo euiptiam ex ciuibus seruiret, & porcos pasceret nudus & famelicus, tam

Hic 3. a

2. cor. 7. b

ps. 85.

Luc. 15.

ingenti esurie, vt filiquas porcorū auidè concupisceret, & nemo illi daret. Quanta humiliatio, quanta deiectio! vtinam Deus peccatorum oculos illuminaret, vt infelicitatē suam viderent & sentirent. Deterior vtiq; est anime vexatio à dæmone, quàm corporis: & multo infelicius est demoniacum esse corde, quàm carne. Tamè si possessum à dæmone energuminum aliquando cernimus, cum cõti miseramur, omnes dolemus, cum liberare conamur: & energuminum mente nemo curat, nemo iuuat, nemo miseratur: cū multo citius a facilius possit à dæmonio liberari. Tertio, si forte non audiris, si nō admittis, interpella viros iustos & sanctos, qui pro te deprecantur & orant, vt fecit ista. Sic legis in psalmo. Leua nū oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et iterum. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Quatum apud Deū valeat pro peccatoribus iustorum deprecatio, testis est Abraam, qui suis precibus importunis, illarum quinq; nefadarū ciuitatū salutē pro decē iustis duntaxat, à dño obtinuerat. Testis etiā Moyses, cui deprecationibus placatus est Deus, ne funditus totam illam multitudinem in deserto prosterneret. Sicut psalmograph⁹ ait. Dixit vt disperderet eos, si nō Moyses electus eius sterisset in contractione, &c. Quarto si forsitan & sic patiaris repulsam, insta, clama, perseuera, non desistas, donec obtineas: ora, clama, inuoca, plora, memor illi⁹ versiculi. Sicut oculi ancillæ in manibus dñæ suæ, ita oculi nostri ad dominū Deum nostrum. Sed quandiu? Vtique donec misereatur nostri. Et tu similiter non cesses, donec misericordiā consequaris. Vnde

ps. 120

ps. 31

Gen. 8

Gen. 31

ps. 105

ps. 122

idem

CONCIO SECVNDA.

ps. 137. idem propheta. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectū strati mei, si dederò somnū oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locū domino, tabernaculū Deo Iacob. Tu quoque non des requiem tibi, non des somnum oculis tuis, neque dormias aut quiescas, donec expulso dæmone, intra te inuenias locum domino, tabernaculum Deo Iacob. De quo apostolus: templum Dei factū est, quod estis vos. Sic fratres, sic animarum salus procuranda est, sic pellendus ab anima dæmon, sic miserabilis illa seruitus vitiorum evitanda: non facile iugum istud à ceruice excutitur, nō leuiter huius Pharaonis seruitus declinatur: decem plagis Aegypti interdū percutitur peccator, & non modo nō euadit liber, sed quò amplius à Deo percutitur, eò deterius induratur, donec pietate multa eius primogenitos Deus occidat, & rubrum mare siccatum diuidatur. Primogeniti peccatorum, appetitus sensuales, in quibus originatur omne flagitium: mare rubrū, concupiscentia carnis, quæ nisi Dei beneficio extinctis illis primogenitis exicetur, frustra exterius peccator verberatur. Manus Dei potēs & extenta, iugum hoc Pharaonis ab animæ ceruicibus sola excutit, & de peccatorum tenebris animam educit: & nos ridendo & iocando, putamus ab hac seruitute liberari. Pudet dicere, quàm lentè, quàm frigidè, peccatorum nostrorū negotia procuramus, quàm pro nihilo ducimus à dæmone tam dirè & miserè possideri. Semel in anno, & præcepto coacti, ad confessionem accedimus: remisit & tepidè pro peccatis oram⁹:

ps. 137.

2. cor. 6.

d

Gen. 8.

cum se-

quētib⁹

Gen. 11.

Gen. 14.

e

lachrymas & gemitus rarò fundimus. Ita scilicet, ita certè pellitur dē mō, ita illius durissima seruitus declinatur? Quid de illo dicat beatus Iob. 41. c. Reputabit quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum es. Nō fugabit eum vir sagittarius: in stipulam versi sunt ei lapides fundæ: quasi stipulā æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Vides quam pertinax & proterua sit ista bestia? quàm pro nihilo fortia iacula pendat: & aristis & paleis ipsam expugnare cõtēdis? Quid agis miser, tot negotijs implicatus, & animæ tuæ oblitus? & quod maius negotium quàm eximere te à tam misera seruitute? Animam leprosam, liuidam, turgidam gestas, & oblitus tui aggregandis opibus inbias? Redite prauaricatores ad cor, clamat Esai. 46. dominus per prophetam. Intu emini corda vestra: vt quid misera anima dissimulas vlcera tua? & plagas tuas? vt quid in tanto discrimine posita, à te ipsa exulas curiosa & vaga? Redi ad te, inspice te, tecum in habitata. Sed ad Cananeam nostrā redeamus, qui non respondit ei verbum. Potest hic non inepta quæstio elucidari. Cū Deus sit pius & misericors, & animarum nostrarum salutē nimis cupiat, cur aliquādo petitiones nostras, non dico temporales & stultas, sed spirituales & pias, aut omnino neget, aut differat? Quòd enim ita sit, nō opus est testimonijs: nam experientia quotidiana hoc satis probat: sed et prophetarum oracula non desunt. Vique quo (inquit) Iob. 19. a. & Ha vociferabor vim patiens, et nō exaudies. Et alius. Clamabo per diem, ps. 2. et non exaudies: et nocte, et non ad insipientiam mihi. Respondeo vnū e duobus est in causa: aut enim nos

Iob. 41. c.

Esai. 46

c

Iob. 19.

a. & Ha

bac. 1. a

ps. 2.

DOMINICA II. IN QVADRAGESIMA.

quod petimus impedim⁹: aut nobis prodest ipsa dilatio. Impedimus autem multipliciter: tum quia forte sumus in aliquo vitio occulto, propter quod petiti muneris incapaces efficiamur. Vnde propheta cum dixisset: Dñe vñm patior; responde prome: ipse prius sibi respondet, dicens. Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim? Ac si dicat, quid mihi facturum est deus, aut qua ratione me à vitiorum meorum violentia liberaturus est, cum ego libes ac volens voluar & inuoluar in eis? Tū quia forte acceptis beneficijs ingrati fuimus, vnde noua accipere non meremur: aut quia forsan aduersus nos præteritorum flagitiorum nimia magnitudo reclamationis, quorum vehementissimus clamor orationum & lachrymarum nostrarum clamore obtundit. Sic dominus per prophetam ait. Cum clamaueritis ad me non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plenae sunt. Et per alterum prophetam apertius. Propter multitudinem iniquitatis tuae dura facta sunt peccata tua. Quid clamas super contritione tua? insanabilis est plaga tua. Et iterum. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, tamen maculata es tu coram me: dicit dominus. Durum est uerbum istud, & quis poterit illud audire? sed ne detur locus desperationi, post modicum prioribus verbis adiungit. Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te. Pluribus quoque alijs vijs & modis interdum petitionibus nostris ipsi obstat, & ne fiat quod anxie petimus, impedimus. Aut nobis prodest quod differtur petitio, & hoc multipliciter. Primum ad probandam patientiam, & fiduciam quam habemus in eo, & an amore

Esa. d

Hic. 30

Hic. 2. c

Hic. 30

puro, propter seipsum magis quam propter dona diligamus eum. Secundò ad augendum desiderium, ut crescente desiderio, crescat etiam donum. Tertio ut petendo promeremur quod petimus, quod prius forsitan non promeremur. Quarto ne sit vile quod praestat, sicut ait sanctus Chrylogonus beatae Anastasiae. Quintò quia forte non expedit nobis quod postulamus, quanuis spirituale videatur. Sextò quia forte dedit, & ignoramus. Petebas spiritum, dedit crucem: flagitabas deuotionem, dedit tribulationem. Tibi forsitan magis hoc expedit: quia licet in illa plus sit solatij, in hac plus est meriti. Propter has & similes causas Deus aliquando differt petitiones nostras, iustas & pias: nam alioquin, cum ipse sit piissimus, benignissimus, liberalissimus, magnificus, summa bonitas, summè desiderans communicare seipsum, nostri etiam amantissimus & beneuolentissimus, qua ratione credendus est filijs sic dilectis negare petita, si expediant? Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo non nobis omnia cum illo donabit? Et ipse filius, qui pro nobis sanguinem, vitam, animam posuit, & ut gratiae & gloriae suae diuitias nobis communicaret, nasci & mori dignatus est, quomodo nobis dona sua negabit? mortuus est ut daret, & negabit? Proculdubio nostra est culpa, si non obtinemus: haec enim amoris & liberalitatis eius in nos validissima sunt testimonia. Habentes igitur huiusmodi dilectionis eius insignia, quomodo diffidemus? qua ratione deficiemus? Eia igitur consurge consurge, excutere de puluere, solue vincula colli tui captiua filia Sion, abijce

Esa. 44

FERIA. VI. POST. II. DOMINICAM XL. 86



abijce iugum, rumpe catenam, proijce onus, declina seruitutem, egredere à peccatis, elongare à miseria, clama post Iesum, non cesses à clamore, donec audias: magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Non deficias, non diffidas: nam vae illis qui perdidit sustinentiam. Dominus (ait propheta) obtriuuit confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum. O magnū confidentiae meritum, his praecipue qui in abyssu peccatorum sunt: quanta efficacia, quanta acrimonia Elaias propheta huiusmodi fiduciam peccatoribus suadet, dicens! Quis ex vobis timet Deum, audiens vocem serui sui: qui ambulat in tenebris, & non est lumen ei, quod das consilium? Sequitur. Speret in nomine domini, & innitatur super Deum suum: hoc faciat, & quicquid petierit obtinebit. Quia enim sperasti à peccator, vbi non stat spes, & vbi nulla erat fiducia ratio confidisti, quia in abyssu malorum positus à Dei tui bonitate oculos non auertisti, quia sic Dei pietatem & misericordiam sublimasti, fiat tibi sicut vis. Ecce peccata domino, demonium eijcio, libertatem praesto gratiam super addo, daturus in super post huius vitae cursum & gloriam: ad quam nos perducatur, ipse dominus, & redemptor noster Iesus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Hic. 2. g

Esa. 50

FERIA SEXTA POST secundam dominicam quadragesimae.

THEMA.

Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Matth. 21.

Ensus literalis huius parabolae planus est: paterfamilias, Deus: vinea, synagoga: sepe, lex: torcular, altare sacrificiorum: turris, tem-

plum: agricola, Iudaei: nuntij, propheta: filius, ipse Christus. Itaque filium Dei ciecerunt extra ciuitatem, & heredem regni caelorum occiderunt: propter quod impleta est in eis sententia eorum, malos male perdet, & c. et ablatum est ab eis regnum dei, & datum est ecclesiae facienti fructus eius. Circa hoc dicemus duo: primo quam iuste ablatum est ab eis regnum Dei: secundo quomodo etiam timendum est, ne forte similiter auferatur à nobis.

Admiranda & tremenda sunt iudicia tua domine, ecce elegisti populum illum, eduxisti eum de Aegypto in manu valida: fecisti portenta magna in populo Aegyptiorum affligente eos, occidisti primogenitos, siccasti mare, obruisti in eo exercitum Pharaonis, pauisti populum per desertum caelesti pane, duxisti eos in nube, & in columna ignis, dedisti eis legem in Sina, siccasti Iordanem, destruxisti gentes, & plantasti eos, & plantatos in medio orbis contradicente toto orbe protexisti, & defendisti eos, misisti eis ex suo genere prophetas & sanctos, & ad vltimum, ne quid deesset honoris & dignitatis, ex eis carnem assumpsisti: & post tot beneficia & fauores indignatus, odisti, abiecisti, destruxisti, repulisti eos, & toto orbe miseros disperdisti, non minori odio quam fuerat ante dilectio. Sicut scriptum est. Vedidisti populum tuum sine pretio. Quis non timebit te, o rex gentium?

Rom. 11

Exodi

per totum

librum

ps. 79

ps. 43

FERIA VI. POST II. DOMINICAM XL.

tium? quis gloriabitur corā te? quis
 à iudicijs tuis nō formidabit? Sicut
 psalmographus, eleuans (inquit) al-
 lisisti me. Et Iob. Eleuasti me, & qua-
 si super ventum ponens elisisti me
 valide: nunquid sicut dies hominis
 dies tui, aut anni tui sicut humana
 sunt tēpora? ut modo quid placeat,
 & modo displiceat? nunc acceptes,
 & post modicū quod acceptaueras
 refutes? Absit hoc à te domine. Ego
 (inquit) Deus, & non mutor. Scri-
 ptum est, non repellat dominus ple-
 bem suam: scilicet quā præsciuit: ut
 apostolus optime exponit, quos ele-
 gerat ab initio & præscierat. Verū
 Israel non litera, sed spiritu, non re-
 pulit dominus, nam reliquit sibi: ex
 illo populo semen electum ad pro-
 pagandas & conuertendas gentes:
 alios verò repulit, quos tamen nun-
 quam elegerat, æquissimo & iustif-
 simo sapientiæ & prouidentiae suæ
 iudicio, exigentibus atque exposcē-
 tibus hoc eorum meritis atque ope-
 ribus. O si liceret nunc à principio
 omnia gesta illius populi euoluere,
 & in singulis malitiam, pertinaciā,
 duritiam, peruicaciam, ingritudi-
 nem illius populi ostendere: verè
 non miraremur, quia eum repuli-
 sti, sed magis quòd tam longo tem-
 pore tantam eorum nequitiam su-
 stinuisti. Nouerat eos optime dux
 eorum Moyses, qui in dulcissimo il-
 lo & sublimi cantico, quod quasi cy-
 gnus iam iam moriturus præcinue-
 rat, mores eorum & vitam descri-
 bens, sit ait. Hæcine reddis Deo po-
 pule insipiens & stulte? gens praua
 atque peruersa, gens absq; consilio,
 & absque prudentia. Vua eorū vua
 fellis, & botrus amarissimus, fel dra-
 conum eorum vinum, & vene-
 num aspidum insanabile. Omitto

ps. 101
Iob. 30.

c

Iob. 10.
a

Malac.
3. b

Rom. 11
a

Rom. 2.
d

Deu. 32
a

nunc murmuraciones, & rebellio-
 nes in deserto, omitto idolatrię fre-
 quentata scelera, omitto procliuū
 animum eorum ad omnia vitia, &
 deslexam ad terrena & temporalia
 mentem: quot sanctos & prophetas,
 qui eorum saluti consulebant, & bo-
 num eorum feruenti animo zela-
 bant, varijs tormentorum ac pœna-
 rum supplicijs affecerunt, & crude-
 lissima morte necarunt, replentes
 Hierusalem ciuitatem sanctam in-
 nocentium sanguine vsque ad sum-
 mum? Et hæc omnia perpetrarunt
 coram oculis tuis, tu domine susti-
 nebas eos in multa patiētia propter
 patres eorum, & quoniam inuoca-
 tum est nomen tuum super eos, ne
 gloriarentur gentes, & dicerent: ma-
 nus nostra excelsa fecit hæc omnia:
 & non tuæ dignationi, sed suę virtu-
 ti ascriberent illius populi perditio-
 nem: donec offenderunt in lapidem
 offensionis, & cecidit super eos, ut
 dicitur in euangelio, & comminuit
 eos: tunc enim consummata est, et
 completa eorum nequitia, et nō po-
 tuit amplius iam portari. Sic illis
 idem dominus dicebat: implete mē-
 suram patrum vestrorum, veniat
 iam ad cumulum nequitia vestra,
 ut veniat super vos omnis sanguis
 iustus, qui effusus est super terram à
 sanguine Abel iusti, vsq; ad sangui-
 nem Zacharię filij Barachiaę, quē
 occidistis inter templum & altare.
 Ita dico vobis venient hæc omnia
 super generationem istam: cōsum-
 mata nanque eorum malitia, luent
 simul omnia mala quę gesserunt ab
 initio. O scelus importabile, o flagi-
 tium summum et vltimum, herede
 extra vineā eiecerūt, et occiderunt:
 filium Dei saluatore mundi, eorum
 Messiam toties promissum, et tādū
 desideratum

Rom. 9.
c

Deu. 32
d

1. Petri
b

Luc. 20
c

Matthi.
23. d

FERIA VI. POST II. DOMINICAM XL.

desideratum crucifixerunt, & mor-
 te crudeli & probrosa gratis, sine
 causa, imò post multa & grandia mi-
 raculorum signa, & sanitarum ingē-
 tia beneficia, quæ illis præstiterat,
 post cælestis sapientiæ doctrinā, &
 salutis eorum feruentissimum zelū,
 peremerūt: propter quod descendit
 super eos ira Dei, & sic delictum
 eorum maximū fuit: ita vltimo sup-
 plicio affecti sunt. Dicit enim nō po-
 test, aut exprimi (teste Iosepho) quā-
 ta fuerit eorum clades & calamitas
 in euerfione Hierusalem, à quo tem-
 pore vsque nunc per mille quingen-
 tos annos dispersi in populis viuūt,
 in omni opprobrio & cōtumelia, si-
 cut toti mundo liquidum & manife-
 stum est. Vnde modò vos ego con-
 uenio Iudæi, & interrogo quid egi-
 stis, quid cōmisistis, propter quid tā
 longo tempore dispersi estis, sine re-
 ge, sine sacerdotio, sine templo, si-
 ne sacrificio: sicut propheta prædi-
 xerat, facti in opprobrium & contu-
 meliam populorum? Quanta gesse-
 ratis prius peccata, quoties idolatra-
 stis, & Deum blasphemastis, irrita-
 stis, & nunquā sic fuistis reiecti, nun-
 quam sic puniti? sed si ad modicum
 indignatio Dei grassabatur in popu-
 lum, & affligebant vos inimici ve-
 stri, statim mittebat vobis saluato-
 rem. Scrutamini scripturas, legite li-
 brum iudicum, & regnorum & pro-
 phetias: magna illa captiuitas sub
 Nabuchodonosor septuaginta an-
 nis non amplius durauit, quæ tunc
 post alia idolatriæ & occisionis pro-
 phetarum scelera superuenit. Quid
 ergo modo egistis, quòd sic deiecti
 estis non per septuaginta, sed per
 mille quingentos annos, sine reme-
 dio, sine solatio. Aduertite saltem,
 & ex supplicio agnoscite delictum.

ps. 77.

ps. 78.

Quid (inquam) fecistis, nisi quòd
 Christum dominum occidistis, fi-
 lium peremistis? Sicut scriptum est.
 Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt
 sanctum Israel, alienati sunt retrorsum.
 Vnde & ipse Christus, & hoc scelus perpetranda ma-
 te in hoc euangelio prædixerat, &
 vindictam quoq; futuram cū in-
 grederetur Hierusalē pius & iudic-
 ricors ante depiorauerat: Quid a-
 pertius, quid notius, si non essent
 obtinati? Sed iam ad nos nostra
 conuertatur oratio: exemplū terri-
 bile nobis obiectum est fratres ante
 oculos, timeamus & nos ne familia
 patiamur: audiamus apostolum ad
 Romanos de hoc iudicio subtiliter
 differentem, & terribiliter commi-
 nantem: dum enim in hoc pelago
 iudiciorum, quasi immersus & ab-
 sorptus, disputans laboraret, co-
 actus est exclamare. O altitudo diui-
 tiarum, sapientiæ & scientiæ Dei,
 quā incomprehensibilia sunt iudi-
 cia eius, & inuestigabiles viæ eius!
 Quis enim nō admiratus exclamet,
 si consideret quòd relicto illo popu-
 lo electo, in quo tot sancti amici dei,
 patriarchæ, & prophetae præcesse-
 rant, in quo Dei lex vigeat, & eli-
 gitur alius idolatra, blasphemus,
 prophanus, immūdus, vitiosus, bru-
 talis pro eo, & loco eius subroga-
 tur? Esto quòd primus ille Hebrai-
 cus malus erat, nunquid iste gentilis
 melior erat? Quare hæc, propter
 quid hoc? Audiamus apostolum ex-
 ponentem. Nolo (inquit) vosigno-
 rare fratres, mysterium hoc, ut non
 sitis vobismetipsis sapientes, quia
 cæcitas ex parte contingit in Israel,
 donec plenitudo gentium subintra-
 ret: nam delictum eorū diuitiæ sunt
 mundi, & diminutio eorum gentiū
 plenitudo.

Matth.
& 5. f.

Luc. 19.
f.

Rom. 11
d

Rom. 11
c

plenitudo. Fracti sunt rami oliuæ, vt oleaster inseratur in oliuam vberem, & fructiferam. Ad illorum enim æmulatione & inuidiam, exaltatæ, & acceptatæ sunt gentes, veluti si quis piâ dominus, ad contumeliam cognatorum, & domesticorum superbiorum, & male seruientium, reiecit illis à domo sua, exteros suscipiat famulos, et beneficijs ditet atque sublimet. Quam bene prius hoc in illo supradicto cantico famulus Dei Moyses propheta uerbat, atque prædixerat, dicens. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos: vt scilicet videant, et contabescant oculi eorum. Vnde Baptista Ioannes, comminans atque reprimens eorum insolentiam, dicebat illis. Agite fructus penitentiae, et ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraam: dico enim vobis, quia potens est dominus de lapidibus istis suscitare filios Abraæ. Videtis certè propter quid relicto illo populo, gentilitas vocata est: non quia melior erat, sed in illius inuidiam et contumeliam. Vnde quod vilior, eò illius contumelia maior: & post hæc vertit apostolus ad populum Christianum ex gentili assumptum, sermonem, et vtiliter comminans ait. Si ergo tu cum oleaster esses, insertus in bonâ oliuam, et pinguedinis oliuæ consors factus es, non aliud sapere, sed time: si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè neque tibi parcat, et fiat in te simile quid. Non quod similem repulsam timere debeat ecclesia, vt scilicet reiecta alia subrogetur. Non fiet hoc, scriptum est, hic sanguis noui et æterni testamèti. Et iterum.

Super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et portæ inferi non proualebunt aduersus eam. Et iterum. Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Et in psalmo. Si reliquerint filij eius legem meam, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Non itaq; timemus repulsam, sed translationem: quis enim scit, si propter delicta populi Deus ecclesiam suam et fidem transferat ad aliam gentem, ista relicta. Auget autem timorem nostrum, hæc noua alterius orbis apud Indos reuelatio, quæ gens barbara cum fidem amplexari iam cœpit, meritò est timendum, ne propter nostram malitiam transeat ad illos Deus, nobis expulsis. Sic enim ab oriente iam diu sicari fides, et ad occidentem fluere cœpit: vt timeri possit, ne etiam deserto occidente, transeat Oceanum. Nūquid non apud Esaiam legimus, vnde hoc iustè timeamus? Nam de istis temporibus loquens ait. Legem eius in insulâ expectabunt. Et postea. Ponam (inquit) flumina in insulas, et stagna arefaciâ. Laudate habitatores petre, ponent domino gloriam, et legem eius in insulis nunciabunt. Quid amplius? vidimus oculis nostris, et cunctis innotuit, qualiter his temporibus, veluti aperto foramine Græciæ, Angliæ, Germaniæ, fides quasi aqua ad insulas hoc ipso tempore repertas defluerit, siccatis prorsus illorum regnorū et prouinciarum stagnis: ac proinde timendum meritò, ne in reliquas Christiani nominis prouincias, propter peccata nostra, simile quid fiat. Nam et si modò non idolatramus, & Christum et prophetas corporaliter non

occidimus,

occidimus, plura tamen alia peccata & facinora, odio & indignatione Dei digna committimus. Hodie namque sicut ait propheta, maledictū, & mendacium, et furtum, & adulterium inuenerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Propter quod (inquit) lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Non enim sola infidelitas, sed idolatria euerisionis populi causa sunt: sed & alia peccata. Vnde ante primam euerisionem illius gentis, quæ facta est à Chaldeis, cum dominus apud Hieremiam prophetam indignationis suæ erga populum, & futuræ euerisionis causas prædiceret, non solū idolatriam, sed & alia multa peccata enumerauit. Ait enim. Super quo propitius tibi esse poterō filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt dii. Ecce idolatriâ. Sequitur. Saturavi eos & meretricibus, & in domo meretricis luxuriabant: equi amatores in fœminas, & admiscarij facti sunt. Vnusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Ecce luxuriam. Et infra, quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicas, ad capiendos viros, ideo magnificati sunt & dilatati, &c. Ecce auaritiam. Causam viduæ non iudicauerunt, & causam pauperum non iudicauerunt. Ecce iniustitia. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Ecce fallaciam. Et adiungit, nunquid super his non visitabo, dicit dominus? aut super gente huiusmodi non visitetur ani-

ma mea? Vides certè quòd vitio illa euerisionis, non propter solam idolatriam, sed propter luxuriam, auaritiam, iniustitiam, & fallaciam in populo suo futura designetur. Hæc autem omnia, idolatria excepta, in populo Christiano satis abundant. Quis maritus hodie uxori seruat fidem? quis non hinniebat ad uxorem proximi sui? quot vsurarij & prædones: quot aucupes in ciuitatibus nostris laqueos parant, & pedicas ad venandas pecunias proximorum? quando pauperes magis oppressi sunt? quando minor cura pupillarum & viduarum? De erroribus verò & falsa doctrina Lutheranorum, quantum hodie viguerit, quatum inualuerit in populo olim fideli, non opus est dicere. Proinde verendum nimis, ne impleatur in nobis quod de illis dictum est. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Auertat Deus tantum malum à populo suo, & illuminet oculos cordis nostri, vt videamus peccata nostra, & corrigamus, vitamque nostram in melius emendemus, & orationibus, lachrymis & ieiunijs iram Dei mitigemus, vt instantia mala euitemus, & futuram gloriam consequamur: ad quam nos perducatur Christus, Amen.

DOMINICA TERTIA
in quadragesima.

THEMA.

¶ Cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.

Lucæ. II.

Sancta



Sancta mater ecclesie in hoc tempore quadragesime precipue intendit pellere ab animabus dæmonium: hoc fit per pœnitentiam, quæ habet tres partes, scilicet, confessionem, contritionem, & satisfactionem. De his tribus tractabimus his tribus dñicis, & primò hodie de confessione, iuxta thema: de qua dicemus tria, primò quid opus fuit cõfessione ad peccati remissionem: secundò de maxima utilitate in frequentatione confessionis: tertio de conditionibus bonæ confessionis, vt pellatur dæmon. Iob dolens de peccato commisso, & cupiens quærere illius remedium, sic loquitur Iob. 7. d. Deo. Peccaui, quid faciam tibi ò custos hominum? Et quidem si possibile fuisset me non peccasse, hoc maxime vellem: nã pro toto mundo nollem peccasse: sed peccaui, factum est, impossibile est iam non esse factum peccatum: quid ergo faciam tibi ò custos hominum? id est, quam satisfactionem, quam recompensam reddam tibi, pro peccato meo? Iube quicquid vis, statue quodlibet, nihil mihi erit graue, nihil difficile; vt peccatum meum deleas, & in gratiam & amicitiam tuam redeam. Scio domine, et verè scio, quia propter peccatum meum expoliatus sum gratia tua, factus sum tibi inimicus & odiosus, spoliatus sum etiã regno æterno gloriæ tuæ, et inferni cruciatibus mancipatus: quid mihi graue fieri potest aut asperum, vt tantum malum effugiam, et ad gratiam tuam redeam? Quanta iustinent homines pro cuiusdam morte temporali! et ego non omnia susti-

nebo, pro fugienda morte æternæ: De hac re diffusius propheta Michæas loquitur, dicens. Quid dignum offeram deo pro peccato meo? Curuabo genu Deo excelsio. Sed hoc quantum est ad tam enormia peccata? Offeram ei holocausta, et vitulos anniculos? Et quidem domine, si voluisses, sacrificium pro peccato meo dedissem: vtique et si opus esset omnem meam substantiam, et facultates, in sacrificijs expendissem: sed sacrificijs non delectaberis. Impossibile enim est, sanguine hircorum deleri peccata. Quid peccato, et hircorum sanguini. Vnde ait. Nunquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo genitum meo pro scelere meo, fructum vêtis mei pro peccato anime meæ? et offeram tibi filios meos in holocausta pro peccatis meis? Absit hoc à me: talibus enim piaculis, & maleficijs non placatur, sed offenditur Deus. Hoc dæmones, pessimi humano generi inimici, à suis cultoribus exigebant, sanguinè humanum sitiètes. Quòd si ad Abraam hoc præcepit deus, sed têtando, propterea nõ permisit expleri præceptum. Quid ergo dignum offeram Deo pro peccato meo? Ad hanc inquisitionem mundo necessariã & utilè respõdet idẽ propheta, dicens. Indicabo tibi homo quid sit bonum, et quid dñs requirat à te: vtique facere iudiciũ, diligere misericordiam, & sollicitũ ambulare cum Deo tuo. Tria hæc, primò facere iudiciũ, vt ipse te iudices, ne iudicaris ab eo: sicut scriptum est. Si nos vtique diiudicauerimus, nõ vtique diiudicauerimur. Secundò, diligere misericordiam, & facere eam cum proximo, vt sic promeraris consequi

consequi misericordiam à Deo de peccatis: sicut scriptum est. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Tertio sollicitũ ambulare cõ Deo tuo, vt de cetero caueas à peccatis, sicut scriptum est. Et ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea: hæc fac & viues. Dices forsã, & quale iudiciũ debeo facere de me? vtique vã cognoscas peccatum, & doleas de peccato, & confitearis te peccatorem, sicut Dauid fecit, dicens. Misere mei Deus, quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Hæc sunt homo quæ Deus requirit à te pro peccato tuo, & non amplius. Non vtique hoc sufficit tibi ad veniam? O leuissimam satisfactionem, o facillimam recompensam. Et quid obsecro magnum est, vt cognoscat & confiteatur peccator, se esse quod est? Quid grande, vt ei displiceat peccatum suum tam foedum, & malum? O si nullam aliam satisfactionem exigeret iustitia secularis à reis pro criminibus, nisi vt cognoscerent delicta, & secretò confiterentur iudici se fecisse flagitium, & dolerent, & absoluti abiret. Quis reus ad horam maneret in carcere? In foro seculari qui confitetur occiditur: o duritiem, o perversitatem, o pertinaciam iniquorum, o infernum iustissimum his, qui tam leuicam satisfactionem Deo facere renuunt pro peccatis. Et quidem si Deus pro peccatis exigeret, vt carnes tuas flagris laniares, aut tota vita in pane & aqua ieiunares, vel relicto mundo in solitudine viueres, & in fouea Deo tota vita seruires, vtique facere debueras, pro cui

tando illo perpetuo inferni ignei: quanto magis tam leuia & facilia? Hoc est fratres quod nimis cruciat damnatos, & furere facit contra se ipsos, & se suis moribus consumere, cum recordantur quòd vno suspirio, & vna lacryma, & breui cõfessione peccatorum suorum, totã illam pœnam æternam euadere poterunt, & neglexerunt. Gratis fratres & scienter perdimus nos, qui tam facile saluari poteramus. Psal. Pro nihilo saluos facies illos. Vtiq; ps. 55. pro nihilo: nam agnoscere peccatum, displicere de peccato, & confiteri te esse quod es, qualis est satisfactio pro delicto: Vtiq; de se nulla: sed Dei misericordia dignatur saluos nos facere pro nihilo: quia pro peccatis nostris debitam satisfactionẽ suscepit in filio. In foro naturali, diuino & humano, iustissimum est vt qui petit veniam, culpam suam agnoscat, & confiteatur se male fecisse: nam neganti, aut defendenti peccatum quis ignoscet? videlicet si reus dicat, non feci hoc: aut dicat: se ci quidem, sed bene feci. Vt ergo reus sit capax veniæ, oportet vt peccatum suum agnoscat, & cum peccasse pœniteat: non quòd pœnitendo satisfaciatur, sed quòd nisi pœniteat locum veniæ non relinquat. Qui agnoscit peccatum & dolet, iam coram Deo fatetur se peccatorem. Quantum verò profuerit ab initio coram Deo ad veniam impetrandam confessio peccatorum, & quantum è contrario obfuerit nolle confiteri peccatum, ostendit satis luculenter beatus Chrysostomus in sermone de pœnitentia, pluribus exemplis sacræ scripturæ. Peccauit Adam, venit ad eum dominus deambulans in paradi-

DOMINICA III. IN QVADRAGESIMA.

sum. Videte qua pace & tranquillitate, exemplum præbens iudicibus, ne furore commoveantur contra reos: ne forte aggrauent sententiã odio, sed solo zelo iustitiæ in pace & tranquillitate iudicent. Vbi es Adam? nunquid nescis domine? Nõ ignorantis (inquit glossa) sed ad confessionem adducentis verba sunt: sed miser ille qui prostratus in terram confiteri debuerat peccatum suum, & dicere, peccavi domine, miserere mei: se potius cū muliere excusauit, & quodammodo in Deum culpam suam retorlit, dicens. Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno & comedi. Mulier quoque interrogata, quare fecisti hoc? in serpentem culpam reiecit, dicens: serpens decepit me. O si humiliati fuissent, & confessi peccatum, proculdubio (vt ait Bernardus in libro de præcepto, & dispensatione) minori & leniori multo pœna multati fuissent: sed propter impœnitentiam morte cum sua posteritate damnatur. Ecce quãtum obfuit mundo nolle confiteri peccatum. Simile cõtingit Cain, nam post occisionem fratris sui Abel, venit ad illũ dominus, & interrogauit: vbi est Abel frater tuus? Cui respondit, nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Quanta impudẽtia. O sacrilege fratricida, sic respondes altissimo? non eras custos? nõ quid homicida? Propter hanc obstinatam impudentiã, à facie Dei proiectus, perpetuo tremore membrorum multatus, exemplum omnibus positus, à suo abnepotẽ occisus, perpetuo inferni igni damnatus est. Qui si peccatum suũ confessus fuisset, & pœnitens misericordiam postulasset proculdubio mitiorem sententiam accepisset. Ec-

Gn. 3. c

Gn. 4. b

ce proteritiæ fructum: è contrario attendite quantum confessio profuerit, in propheta Dauid: quem dominus ex pastore regem fecerat & prophetam, & oblitus tantæ dignationis & dilectionis, grauissimis peccatis peccauit, homicidio scilicet & adulterio: venit ad eum Natham, & vt sapiens medicus, non intrat domum exclamando: o inique, o peruerse, o ingrati: sed blandè opposuit illi parabolam de homine diuite & paupere: & cū ipse rex contra se nesciens dedisset sententiam: ait, tu rex es ille homo. Conuersus ad se rex, videns reatum suum, statim intulit: peccavi domino. Mira res: propheta illico respondit ei: dominus transtulit peccatum tuum, non morieris. Exclamat hic Chrysostomus. O celerem pœnitentiam, o celerem veniam, duobus verbis tam graua facinora diluit. Similiter publicanus ille humiliatus dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori: & hac sola confessione descendit iustificatus in domum suam. Vides certè quã gratia & accepta Deo fuerit ab initio confessio peccatorum, & quã utilis peccatori. Sed dicit aliquis, quòd iusta & necessaria sit confessio peccatorum ad veniam obtinendam: bene video, sed Deo, non homini, tibi soli peccavi, tibi soli confiteor: ad quid opus fuit peccatum contra Deum commissum homini reuelari, maxime cū hoc sit nimis onerosum, & verendum? Vt quid (inquã) voluit Christus legislator benignus & suavis, fideles suos ad hoc onus tam molestũ obligare? Difficile enim est, vt homo omnia sua peccata, & desideria mala, & cogitationes prauas homini manifestet: neque

2. reg. 16

Luc. 18

ps. 50

DOMINICA III. IN QVADRAGESIMA. 90

neque videtur hoc fuisse peccatori necessarium? Responderur breuiter: quòd quãdiu Deus non fuit homo, nõ opus fuit peccatum homini verbo confiteri: sed postquã filius Dei factus est homo, iam pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est: ipse enim est (vt ait Petr⁹) qui constitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorum. Ex tunc ergo peccator, hominis Christi à Deo patre foro cõmissus est, & in illo reddere rationẽ peccatorum suorũ tenetur. Sed quia Christ⁹ ascendit in celum, & nõ est vbiq; præsentia corporali visibili, vt ei homo rationẽ possit reddere de peccatis, ideo antequã ascenderet in celũ, cõmisit vices suas sacerdotib⁹, & eos subdelegauit ad audiẽda & iudicãda peccata, dicẽs: quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis, &c. Ecce propter quid, ex tũc homo peccata sua sacerdoti à Chro subrogato cõfiteri tenetur. Ad aliud quod dicitis de grauitate istius præcepti, vt inãvntinã intelligeres quã grãde beneficiũ, & quã grãdis misericordia fuit hæc. Duas super hoc legimus cõmissiones in euãgelio: prima quæ facta est filio à patre, secũda quæ facta est sacerdoti à Christo: vtraq; fuit in magnũ fauorẽ peccatoris. Quis enim tã mirandus fauor, quẽ maior clementia, quã vt causa nostra cõmitteretur fratri nostro, qui est os de osib⁹ nostris, & caro de carne nostra? Quis in celo vel in terra inuenire potuit iudicẽ fauorabiliorem, quã hominẽ Christũ Iesum, qui propter hoc descendit de celis, propter hoc iudicatus & crucifixus est, ne homines damnarentur? quomodo me nimio rigore grauabit, quẽ suo sanguine pre-

Ioã. 5. d

Act. 10.

5

Ioã. 20.

5

Gn. 2. d

tioso redemit? quomodo me damnabit, qui propter hoc mortuus est ne damnarer? Vnde apostolus. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Si est iustificator, quomodo erit accusator? Quis est qui cõdemnet? Christus qui mortuus est. Si saluator est, & redẽptor, quomodo erit damnator? Propter hoc obnoxẽ psalmographus orabat, dicens. Deus iudiciũ tuũ regi da, & iustitiã tuam filio regis. Ille me iudicet qui pro me mortu⁹ est: ille sit iudex qui stetit & saluator. Secũda quoq; cõmissionis nimis fauorabilis & stupẽda supra modũ fuit: nã qd pater filio suo tã sublime iudiciũ cõmitteret, licet pio & misericordi, recto tamẽ & iusto, & patris zelatori: sed quòd filius sacerdoti peccatori, tantũ iudiciũ cõmittat, hoc vchemẽter mirandũ & stupẽdũ. Nũquid si humano more loqui liceat, poterat pater dicere filio: quid est hoc quod fecisti fili mi? ego honorẽ meũ, et offensarũ mearũ iudiciũ, & peccata dimittendi potestatem, quã non habet angelus, neque archãgel⁹ in celo, tibi cõmisi, sciẽs tui iudicij rectitudinẽ: & tu illã homini peccatori cõmisi? Tã facilẽ meas remittis iniurias, & pro nihilo offensas meas donas? Quid nanq; faciet ille sacerdos peccator cū peccatore alio, nisi quod vellet secũ fieri de peccatis suis? O mirabilẽ cõmissionem. o ineffabilẽ dignationem, qd venia peccator peccatis onustus, ad alium peccatorem sibi similem, & ille iudicet eum, & absoluat, & deducat de inferno, & restituat paradiso: et quod iste facit in terra, ratum, & firmum habeatur in celo. Benedictus dominus, qui talẽ potestatem hominibus dedit. Hoc est onus? Ita est: onus est mirabile, & onus est maximum, sed

Rom. 8.

f.

ps. 71.

Matth. 16. c

Matth. 9. a

M 2 immensi

DOMINICA III. IN QUADRAGESIMA.

immediati beneficii, inenarrabilis clementiae, ineffabilis obligationis. O si intelligeremus illud verè. Si solus Papa hanc haberet potestatem in mundo, omnes ad ipsum quantumcunque separatum & distantem cum maximo feruore ac desiderio, pro tanto beneficio consequendo, saepius in vita ire debuissemus, & pro maximo beneficio reputaremus: quanta ergo gratitudine prosequendum, quod ubique terrarum sacerdotes abundant, qui non solum confessiones peccatorum libenter acceptant, sed etiam peccatores ad hanc veniam suscipiendam prouocant & inuitant. Verè ex quo filius Dei descendit ad homines, misericordia domini plena est terra. Ne mireris, si Deus tam facile donat iniurias peccatori, qui filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum. De cetero ergo quid miraris, si cum illo nobis caelum, paradysum, gratias, dona, peccata, iniurias, & omnia donauit? Sed hoc vide peccator, ne tanta Dei pietate & misericordia abutaris, & facilitas venientibi incitamentum prebeat delinquendi, aut in peccato permanendi.

Intellexerunt hoc tantum & tam immensum beneficium priores illi Christiani, qui venerunt ad fidem: unde videntes tantum donum, & tantam potestatem in terris, cum incredibili feruore cordis per singulas dominicas sacramenta Dei frequentabant, tanto Dei munere et beneficio fruentes: & si tot habuissent presbyteros, forte quotidie confiterentur. Sed postea omnis ille feruor, & deuotio illa refriguit, & venerunt homines ad tantam caecitatem & ignauiam, ut per multos annos non confiterentur. Itaque vi-

ps. 118

Rom. 8.

des ecclesia hominum negligentiam, in re quae tantum ad salutem animarum spectat, dedit praecipuum de confitendo semel saltem in anno. O confusionem & verecundiam nostram, ad tantum bonum, & tantam salutem opus fuit praecipuum. Vae miseris, & caecis, & induratis, qui praecipuum indigent ad fugiendum infernum, & veniam obtinendam, & praecipuum ad annum. Quis hoc potest audire pius & verus Christianus? Ad annum ego expectabo veniam? ad annum differam vitam meam? pro perditis hominibus, & prophanis meretricibus, & lenonibus sit hoc praecipuum: quando enim sit macula in veste, statim abluit: neque possum sustinere maculatum pallium per diem, sit vulnus in carne, & quero statim medicos: & chirurgos, neque ad alium diem differo: & maculas animae meae, & vulnera cordis mei lethalia, ad annum purificanda & curanda differam? animamque meam plagosam, ulcerosam, imò mortuam & foetentem deferam in corpore vivo sicut in loculo: & circumferam intus, post integrum annum suscitandam? Vbi sensus, vbi iudicium, vbi fides talium? vbi timor Dei? vbi spes regnandi cum Deo? Hoc est quod miseros inficit, & replet peccatis, & vitijs, & criminibus, hoc est. Sicut scriptum est. Computruerunt iumenta in stercore suo: & indurantur in peccatis suis, & veniunt ad vltimum malorum: quia non statim adhibent remedium plagis suis, sicut fit in plagoso corpore, cui non adhibetur medela. Vnde Esaias vulnus (inquit) & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo. O qualis

Ioel. 1.

Esai. 1.

auaricia,

FERIA VI. POST III. DOMINICAM XL. 91

audacia, quae obliuio, quod mentis gelicidium, quis stupor! Ecce ardet infernus sub pedibus, inhians, atque ad deuorandam miseram animam apertus, & iam peccator ipse deputatus est ad illum, & solum pendet ex tenui filo vitae praesentis, quod tam facile rumpitur & miser ridet, comedit securus, & gaudet, neque est sibi cura de remedio. Maior certe audacia est haec, quam si centum armatis congregiatur: nam in hoc solo vita mortalis exponitur, quae aliquando perdenda est: ibi autem anima perpetue damnationi, & ardoribus sempiternis obicitur: & perpetua ibi gloria ponitur in discrimine. Nolite itaque fratres mei, nolite in tantam incidere negligentiam, sed salutis vestrae solliciti, si quando, prout est humana fragilitas, in peccatum cecideritis, illico surgite: statim ad confessionem properate. Hoc dominus per prophetam peccatoribus suadet, dicens. Nunquid qui cadit, non adiciet ut resurgat? Et beatus Hieronymus in regula. Nihil (inquit) homini vtilius, nihil salubrius, quam ut peracto delicto confessionis medelam non differat. Neque mihi dicatis, sufficit mihi ad veniam contritio, cum proposito confitendi: sufficit, fateor: sed unde scis, quod plene & ad sufficientiam doles? Cur efficacior medelam morbo tuae animae non appones? Nunquid in morbo corporali & periculoso non tutius & securius remedium quaeris? Communis doctorum sententia est, quod per confessionis sacramentum, attritus in contritum transeat: propter quid in tanto discrimine constitutus, tantam Dei misericordiam & gratiam contemnis? & so-

ps. 40

lo doloris remedio vteris? Quot & quantas vtilitates peccatoribus confessio afferat, dicere proposuimus, sed hora non patitur, in sequentem dominicam tractandum differamus: alacres conuenite, & orate, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, ad salutem animarum nostrarum, & gloriam Iesu Christi domini nostri, qui cum patre viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Eph. 6

FERIA SEXTA POST tertiam dominicam quadragesimae. Cōcio de Samaritana.

THEMA.

Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

Ioannes. 4.



Vplex nobis aqua in themate proponitur, vna quae sitim non satiat, quae est haec mundana & terrena consolatio: altera quae sitim satiat & fit in bibente fons aquae salientis in vitam aeternam, quae est spiritalis animae consolatio: de quibus erit totus sermo.

In hac muliere Samaritana nobis proponitur forma quadam & effigies animae mundanae, secularis, peccatricis, quae arida & sitibunda, praenimia siti fatigata, onerosissima & inexplebili hydria cupiditatis & concupiscentiae onerata, descendit ad puteum huius seculi, ad hauriendam aquam

M 3 conso-

consolationis & voluptatis ex creaturis, vt refrigeret & satiet sitim suā. In hoc vniuersa se. ulariū industria, omnis labor, omne studium, omnis cura, & opera impēditur, hoc est quod cū tanta agonia, & anxietate, & labore vniuersi homines mūdani perquirunt, & in quo tota eorū vita cōtinuitur, quærere videlicet cōsolationē, voluptatē, quietē, vt letē & iucundē pro libito viuāt. Hanc alij in diuitijs, alij in honorib⁹, alij in venereis voluptatib⁹, alij in ludis & venationibus, veluti in diuersis puteis & fontibus, quærūt: omnes tamē hoc vnum quærunt, vt ad placitū viuāt. Vnde eis hęc tam rabida et inexplēbilis sitis: Vtique quia anima eorum quinq; viris, id est quinque sensibus corporeis nupsit, atq; eis nimium coniuncta & alligata est. Inde appetitus insatiabilis vidēdi, audiēdi, gustandi: & quantūcunq; videat & audiat, tamē non satiatur oculus visu, neq; auris impletur auditu: nunquā ista hydria plena est. O quā felix, quā sapiens, quā pacifica, & quieta esset anima, si in humano corpore a Deo illuminata, sine sensibus viueret! vel potius, si a sensibus istis voluptariē alienata, eis vti despiceret. Cæcos quotidie intellectu subtiliores & perspicaciores videmus, propterea quia anima intra seipsam collecta, suo naturali lumine fortius viget: vnde si Platoni credimus, nihil est quod magis hominē infatuet, & a vera sapiētia alienet, quā corporalium sensuū nimia curiositas: ab hac sitis & rabies illa mortaliū inexplēbilis. O animā misera & fatua, quid anxiaris? quid fatigaris? quid fatieratē quæraris, vbi non est? An ignoras quōd aqua ista maris salsa & turbida sitim nō sedat, sed prouocat? nō extinguit,

sed incēdit? nō refrigerat, sed inflammat? Vt quid cæca & inspicēs relicto tuo naturali potu, alienū & extraneum quæris? hęc aqua quā sitis, porcorum nō spirituū potus est. Quid tibi & diuitijs? quid tibi & auro, & argēto, & voluptatib⁹ obiscœnis? Egredere egredere de tabernaculo isto, & videbis quā lōgē sint omnia hęc a te: quā nihil ad te pertineant, quæ tam anxie & misere cōcupiscis. Hic est maximus mortaliū error, q̄ cū homo ex anima & corpore cōstet, & nobilior multo principaliorque pars hominis anima sit, hac contempta solis nutriendis, vegetandis, impinguandisq; corporibus tota vita incūbunt. Sicut Iob de adultero ait. Paut sterile, & quæ nō parit: & vidua non benefecit. Vnde anima suo natiuo illo cibo potuq; priuata semper arida, sitibūda, famelica, per corporeas creaturas vagatur, mēdicans ab eis aquę guttulas, vt refrigeret sitim suam. Quā potenter dominus per prophetam super hoc mortaliū errore exclamat! Obstupefcite celi super hoc, & portæ eius desolamini vehementer: duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontē aquæ viuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nō valent aquas. Aquam mūdissimā, limpidissimā, clarissimā, dulcissimā, saluberrimā fontis vitę gratis oblatam neglexerūt, & cū magno labore foderūt sibi cisternas perforatas, vt bibant ex eis aquam turbidā, scetidā, putridam, mortiferā, venenatā: Quāta cæcitas, quāta stultitia hęc! Verē cisterna dissipata, honor: cisterna perforata, voluptas, diuitiē, & omnis prosperitas mūdialis: non valet aquam continere: triduo placet, & statim euanescit omnis illa

illa cōsolutio, & fastiditur, & displicet. Experientiam consulito, multo tempore laborasti, & sudasti, vt dignitatem, vel officium, vel episcopatū obtineas: quo obtento, post mēsem vel annū eum pro nihilo habes, et fastidis: anxie desiderasti mulierē tibi gratā et dilectā in vxorē accipere: accipis eam, & post modicum vel contemnis, vel negligis: vidisti pulchrā hæreditatē, placuit oculis tuis, & multo pretio emisti eam ad modicū lætatus es, & statim viluit. Talis enim est omnium temporalium bonorū cōditio, vt Gregorius ait, non habita desideratur, habita fastiditur. Solus Deus est qui quod plus gustatur, eō amplius eurietur: sicut ipse ait. Qui edunt me, adhuc esuriunt: et qui bibūt me, adhuc sitient. Omnis itaq; prosperitas mundialis cisterna perforata est, aquā illā putridam & scetidā voluptatis, quā ad modicum exhibet, diu in se cōtinere nō valēs, pro qua fontē purū & perennem cōtemnere, extreme omnino demētię est. Sed vnde obsecro ista mundanorum tā miserāda & odibilis cæcitas, vt tā anxie hęc inania & transitoria diligāt? Vtiq; (vt Bernard⁹ ait) ex validissima fame: anima quæ proprio cibo nō pascitur, auidē quærīt alienū: sicut homo famelicus, herbas & radices arborum fame cogente edit, quæ tamē nō humanus, sed bestialis cibus sunt. Si homines mūdani & voluptuosi spirituales cōsolationes, purissimas & suauissimas degustassent, has viles & abiectas illico despicerēt: nā gustato spiritu, desipit omnis caro. Multo nāq; maiores & fortiores sunt delectationes in spiritu, quā in carne. Absit absit (ait Bernardus) vt venenū istud temporalis voluptatis, balsamo illi pretiosissimo, & vi-

no purissimo spiritualis delectationis cōparetur. Quo enim anima corpore melior est, eō maior ac pretiosior est animæ quā corporis delectatio: sed qui illam ignorant, quarunt istā. Quā pulchrē idem Bernardus in declamationibus temulentā istā rabiem humanæ cupiditatis depingit, dicens. Vidi ego aliquādo quinque viros, quid ni phreneticos arbitraret? primus si quidē buccis tumētibus marinā masticabat arenā: scetidus sulphureo astans lacui, exhalantem teterrimū foetidissimūq; gestiebat haurire vaporē: portō tertius fornaci incubās vehementer accēsa, micantes scintillas hiantibus excipere faucibus lætabatur: quartus supra pinnaculū tēpli residens, leuioris aure spiritū aperto attrahebat ore, et si quo minus influere videretur, flabello sibi vētum ipse ciebat, ac si totum speraret aërem deglutire: quintus seorsum positus ridebat ceteros, ipse quoq; ridēdus, & maxime: proprias enim carnes incredibili quodā studio sugere laborabat, nunc manus, nunc brachium, nūc alias partes applicās ori. Miseratus homines, causamq; miseræ fiscitatus a singulis, vnam omnibus esse reperio, validissimam vtiq; famem: tum verò macilentas eorū facies contēplatus, recordabar prophetæ gemētis miserabiliter, & dicētis. Aruit cor meū, quia oblitus sum comedere panem meū. Hęc Bernardus. Quid hęc tā monstrifica, & portentosa visio insinuet, in aperto est. Qui enim auidē aridā mandebat arenā auar⁹ est, qui auro & argēto nō satiatur: qui foetidum hauriebat foetorē, libidinosus: qui faeculēto delectatur amplexu, qui auiditate sūma prodeutes e fornace scintillas hianti ore suscipiebat

iracundus: qui furoris pascitur igne: qui v̄to buccas implebat, superbus. De quo propheta: ephraim pascitur vento: qui ceteros irridens, proprias carnes dentibus laniabat, inuidus: qui aliena prosperitate tabescit atq; liquefcit. Erat autem vniuersa huius infelicitatis & miserix causa, vt ipse ait, validissima fames: non enim tam horrendis cibis inhiarēt, si proprio nō fuisset alimēto priuati. Anima quippe quādiu in mortali corpore viuit, sine cōsolatione esse nō potest. Qui ergo spirituales cōsolationes ignorat, carnales perquirat necesse est. Sic sic deluditur humana fragilitas, sic miserū genus hominū post vanitatē seducitur, & spiritualis anima angelicis spiritibus quā simillima talibus pascitur alimentis. O miserandam nimis, lamentandamq; rationalis naturæ deiectionem. Felices ò virgines Christi, quas pietas diuina de hac cæcitate, & potestate tenebrarum ereptas, et in regnum filij dilectionis suæ transtulit, & ad aquarum vuentium puteum traxit, vt die ac nocte hauriat aquas in gaudio, de fontibus saluatoris, sacro videlicet euangelio, & scripturis sanctis. In hoc versamini, in hoc sudate, in hoc vniuersam vitam expendite: hæc pars vestra, hoc officiū, hoc munus: in hoc positæ estis, ad hoc religionem intrastis, propter hoc ab omnibus seculi solitudinibus, à domus et familiæ regimine, à nutriendorum filiorum labore immunes estis, vt vacetis et videatis, quoniā suavis est dominus. Pudeat, pudeat, à secularibus vinci, vt maiori solitudine ipsi aquam pestilentia, quā vos aquam vite, perquirāt. Siue ergo legitis, siue oratis, siue in choro psallitis, siue in cella spiritua-

Ose. 12.
a
Sed ibi
legitur
pascit
v̄tum.

Col. 1. b
Cati. 4.
d
Esa. 12. a

ps. 99

le quidpiam cogitatis, hoc vnum agite, hoc vnum quarite vt gustetis, & gustando videatis, quoniam suavis est dominus. Ecce Christus ad os putei sedet, solitarium inuenietis, nolite eum in frequentia populi querere: in seceto cubiculi solum solē perquirite, aquam viam ab eo petite, hydriam deponite, ad votū haurite, & vsq; ad summum implete: gratis vobis dabitur, nullo pretio, nulla mercede, tantum petite, amate, desiderate. Ipse vos prouocat, ipse inuitat, dicens. Qui sitit, veniat & bibat: accipiat aquā vitæ gratis. & per prophetam: omnes sitientes venite ad aquas, emite absq; argēto, & absque vlla commutatione, vnum scilicet spiritus, & sapiētia: hoc solum erit pretium, vt velitis. O magnificum largitorē, pro solo desiderio porrigit eam: quia & ipse magis dare, quā nos accipere desiderat. Vnde (vt Ioannes ait) in nouissimo die magnæ festiuitatis stabat Iesus & clamabat, si quis sitit veniat ad me & bibat: qui enim credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ viue ex ventre eius fluent. Quanta bonitas, quanta magnificentia! Dat, & gratis dat, & clamore valido nos inuitat, vt accipiam⁹ eam. Nam præ nimio animarum zelo, & præ mundanæ cæcitate multo dolore, stabat in populi frequentia, & velut præco clamabat. O filij Adā, famelici & sitibundi, vt quid appenditis argentum vestrum, & non in panibus? & laborem vestrum, & non in saturitate? Vt quid ò miseri ambulatis in via Ægypti, vt bibatis aquam turbidā, & non satiantem? Si quis sitit veniat ad me & bibat: bibat & satiatur, & sitim suam expleat. Qui enim credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de

Ioā. 7. f.

Esa. 55. a

Ioā. 7. f.

Esa. 55. a

Hic. 2. d

de ventre eius fluent aquæ viue: nō opus erit ei exterius à creaturis guttulas cōsolationis, & voluptatis medicare. Ego in medio cordis eius venas aquarum immensæ delectationis aperia, & flumina ingentia miræ voluptatis educam. Intra se inueniet, quod foris vagando querebat. Quā notum & quā exploratū est hoc viris religiosi, solitudinis amatoribus, qui ipiritualibus exercitijs vacare consueuerunt: Quæ est enim vniuersa mundi voluptas, aut iucunditas, ad eam quā intra se, cella receditus religiosus inuenit? Expertis loquor: non opus est in hoc diutius immorari. Et ne aliquis scrupulus super hoc remaneret, euāgelista Christi dictum exposuit, dicens. Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: hic est ille fons aquæ viue, vnde spiritualium cōsolationum, & gaudiorū torrentes inundant. Et merito aqua viua nuncupatur, quod animā quā irrigat, & omnes eius vires & potentias, feruore suo excitet & viuificet. Da mihi quandam religiosam, quam inhabitet spiritus Domini, quā viua, quā feruens, quā hilaris, quā iucunda, quā agilis & prompta ad omne opus bonum incedit? E contrario, si aqua spiritus desit, & mens et ratio, et sensus hebet, & torpet: vt merito dicere possit cum propheta: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Arida quippe est facies animæ, quā pluuia illa voluntaria de cælo non irrigat. Et sicut aqua terræ sitiēti infusa, eam floribus, frondibus, herbis virentibus vestit, et ornat: sic aqua ista, animam quam perfundit, in amoenissimum hortum, et paradysum delectabilem vertit. Sicut propheta ait. Eris

ps. 142.

ps. 67.

Esa. 58. d

quasi hortus irriguus, cui non deficient aquæ. Quis explicare sufficiet, quibus affectibus & desiderijs, anima Deo dedita ferueat? quanta spiritalium gaudiorum, et cōsolationum abundantia, cor eius scateat? Quā pulchrè à domino fonti comparata est! eo quod in similitudinē fontis tota ferueat, ebulliat, et saliat. Tanta enim donorum cælestium, et spiritualium charismatum redundantia interdum eam dominus replere dignatur, vt non sufficiat ipsa portare quod infunditur, sed aut petus ab illo spirit⁹ feruore disrumpi videatur, aut ipsa in ecstasi penitus rapiatur. Vnde per Esaiam dominus ait. Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris: & fuisset semē tuum sicut arena maris, et stirps vteri tui vt lapilli eius. Felix anima, quam sic dominus in benedictionibus dulcedinis præuenit. Vnde hæc tam nimia redundantia? Vtique ex gutta illa gratiæ quā Deus amenti animæ infudit: illa facta est in ea fons exuberantissimus & feruentissimus, fons perennis & sempiternus. Omnis quippe illa gaudiorum affluentia, quæ in anima beata Deo coniuncta, ex mētis vtero scaturit, ex hac aqua guttula processit, quæ sepeper ad aucta meritis, in fontem ingentissimum creuit. Quæ bene in vitam æternam salire dicitur, quod & hic desideria animæ in vitam æternā rapiat, & postmodum ipsam animam in vitam æternā prouehat. Sicut enim radius solis vaporibus terrenis & aqueis impressus, eos purificat et leuificat, et versus fontem suum, id est, solē à quo processit sursum rapit, et subleuat: sic spiritus domini lenta desideria, et

Esa. 48. d

ps. 20.

FERIA VI. POST III. DOMINICAM XL.

grauia à terrenis purgata, & mūda-
ta, in Deum à quo processit, rapit &
trahit. Eia igitur virgines Deo dica-
tæ, aquam istam viam cum omni
diligētia perquirite: nihil vobis gra-
ue aut difficile sit, dummodo venā
istam pretiosam, & puteum aquarū
viuentium intra vosipsas inuenia-
tis. Dic ac nocte in hoc sudate & la-
borate, rupem cordis vestri durissi-
mam aculeato intellectus spiculo,
meditando, legendo, orādo, assidue
rumpite, & perfodite, donec aquā
istam reperiatis: & cum inueneritis
eam, cum omni sollicitudine custodi-
te. Astant enim vndique allophyli
qui puteum obstruant & obturent.

Cat. 4. d

Gen. 26
d. & c

Prouer.
15. b

ralium puluere iniecto, puteum istū
obstruunt: vsque adeo vt die altera
in hac tam pia & salubri meditatio-
ne, neque vnā guttam lachryma-
rum inueniat. Perfodit ergo anxia
puteum alterum, assidua peccatorū
suorum meditatione, in quo doleris
& contritionis mirabilem lachry-
marum affluentiam reperit: sed al-
lophyli hunc rixarum & contētio-
num paleis obturant, vt sequēti die
nullam in eo stillam compunctionis
reperiat. Instat autem, & ne sic de-
ficit, sed incepto operi insistit, et
charitatis Dei, beneficiorumq; eius,
& gloriæ sibi oblatae & immensæ il-
lius pietatis erga se memor, quātum
potest meditando, contemplando,
intra se alium puteum perfodit: ex
quo suauissimam & dulcissimam la-
chrymarū, gaudij, & exultationis a-
quam sibi exhaurit: sed allophyli
statim iniecto cæno & luto fœtidi-
simo carnalis delectationis, cum ob-
turant: vsque adeo, vt sequenti die
nullam in eo stillam delectationis
reperiat. Quid ergo faciet huiusmo-
di anima? Meo consilio non cesset,
non deficiat à puteorum fossura, do-
nec latitudinis, id est charitatis pu-
teum reperiatur. Hunc enim non va-
lent allophyli, toto mundi puluere
atque luto cæcare. Tanto nanq; im-
petu & redundantia effluit, vt quic-
quid terrenum immittatur, pellat
eminus, atque rejiciat. Vnde aposto-
lus. Quis nos separabit à charitate
Christi? tribulatio, an angustia, an
fames, an nuditas, an periculum, an
persecutio, an gladius? Quali dicat,
quid horum poterit diuinæ charita-
tis fontem obcæcare? Et consequen-
ter adiūgit. Certus sum enim, quod
neque mors, neque vita, neq; ange-
li, neque principatus, neque virtu-
tes,

Rom. 8.

DOMINICA. III. IN QVADRAGESIMA. 94

Cat. 4 d

tes, neque instantia, neq; futura, ne-
que fortitudo, neque altitudo, neq;
profundum, neque creatura alia, po-
terit nos separare à charitate Dei,
quæ est in Christo Iesu: hæ enim sūt
aquæ, quæ fluūt impetu de Libano,
id est de corde puro, candido, mun-
dissimo, tanta redundantia & tanto
impetu, vt ex corde saliant in vitam
æternam, & animam deuotam secū
rapiant in gloriam: ad quā nos per-
ducatur. Amen.

DOMINICA QVARTA
quadagesimæ.



Cce adsum promissioni
meæ: de fructibus cōfes-
sionis dicere hodie pro-
misi, hoc prosequamur
auxiliante Dei gratia,
ad quam impetrandam, sanctam vir-
ginem salutemus. Inter multos &
eximios confessionis fructus, placuit
hodie charitati vestræ septem præci-
puos exponere, nam omnes quis suf-
ficeret? non quidem vt sciatis tantū,
non hoc intēdo: sed vt eis cognitis,
exomologesin frequētetis. Hic erit
sermonis finis, hic fructus, hoc intēdi-
mus, hoc querimus, hoc rogamus, &
obsecramus. O quis mihi cōcederet,
vt possem tam salubre consilium to-
ti regno persuadere, & in pristinam
illam consuetudinem Christianum
populum reuocare. Verè si hoc me
præstare posse considerem, huic soli
negotio vacarem: sed iam ipsos fru-
ctus attēdamus. ¶ Primus est æternæ
vitæ, vt ita dixerim, aliquis certi-
tudo, saltem coniecturalis: nam ma-
ior citra miraculum haberi in hac vi-
ta non potest. Nam quandiu pecca-
tor non confitetur, in magno pericu-
lo est: sed si doluit, & cum propo-
sito firmo non iterandi peccatum, ad
confessionē accessit, iam fecit quod
in se est: & faciēti quod in se est, deus
dat gratiam. Non quod plenam de
hoc securitatem quispiam habeat in
hac vita, sed si non plenam habet se-
curitatem, certè multam consequi-
tur confitendo fiduciam: hoc enim
solum Deus postulat pro peccato,
neque suæ deerit promissioni Deus.
Et licet contritio sola cum propo-
sito confitendi sufficiat ad veniam, ta-
men sicut superiori sermone dixi-
mus, non est omnino tuta conscien-
tia, si cōfessio negligatur. Scriptum
est, Deus nō iudicat bis in idipsum.
Si ergo hīc in foro Christi à sacerdo-
te iudicandus accesseris, in futuro
Christi tremēdo iudicio pro his quæ
in hoc foro dimissa fuerint procul-
dubio nō damnaberis. Quis renuat
astare sacerdoti iudicandus in secre-
to, ne ad Christi tribunal, seuro &
terribili examine iudicetur in pu-
blico? Audistis sepius in euāge-
lio nobis à domino commēdatum,
vigilate, estote parati, quia qua ho-
ra non putatis, filius hominis veniet.
Nisi hoc nostra multum interesset,
non esset consilium hoc toties à do-
mino repetitum. Et quanam est, ob-
secro, ista hominis ad mortem præ-
paratio, nisi cum dolore peccatorū
frequentata cōfessio? Qui hoc agit
in tuto est, qui negligit in periculo.
Sed in quo periculo? non vitæ tem-
poralis, sed damnationis æternæ. O
quantū interest morti ad mortē: sed
tu saltē sic esto pro æterna, quæ po-
test fugi, sollicitus, sicut pro tēporali
quæ euitari non potest, homines so-
licitantur. ¶ Secundus fructus est
quæ animæ: nam confessio maxi-
mè peccat & extinguit illum remor-
sum

Naum. 1
ex ver-
sione se-
ptuagin-
ta

Mar. 13.
d

sum

DOMINICA III. IN QVADRAGESIMA.

sum, & vermem intus rodentem cōscientiam: qui si modò extinctus nō fuerit, postea in æternum animam morsibus lacerabit. De quo Esaias. **Esai. 66.** Vermis eorum (inquit) non morietur. Hunc autem experientia teste, nihil mortificat sicut cōfessio peccatorum. Etiam si doleas, & pœniteas, & ieiunes, & innumeras elemosinas facias, non sic quietatur conscientia, & peccatorum onere subleuatur, sicut si ad hoc sacramentum contritus accedas. Vnde in hoc apparet virtus huius sacramenti, quod nihil sic animam oneratam alleuat sicut ipsum. Sicut enim stomachus corruptis humoribus & putridis plenus, donec euomat anxie laborat, sic donec per confessionem peccata sua homo euomuerit, cōscientia non quietatur. Ac propterea qui frequentare confessionem consueverunt, magnum tormentum, & incredibile pondus sentiunt, si aliquo impedimento vel occasione differatur. Vnde hæc vel ipsa cōscientiæ alleuatio & quietatio sola, sufficere debuerat ad eius frequentationem, &c. Tertius fructus est facilitas veniæ: tantò enim grauiora sunt peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam, teste Gregorio. Et sicut ait Chrysostomus in libro de preparatione lapsi, cecidisse non ita malum est, sicut post lapsum iacere & non resurgere, & cum quadam veluti voluptate iam ac resolutione peccare: peccare enim fragilitatis est, in peccato verò perseuerare, & nolle remedium querere contemptus. Plus ergo interdum Deo displicet illa negligentia, quam culpa. Vnde & ipse quasi de hoc increpans peccatorem per prophetam ait. Nunquid qui cadit non adiiciet vt resurgat: Et per

p. 40

Hieremiã. Hæc dicit dominus, nunquid qui cadit non resurget? & qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste auersione contētiosa, id est, dura & pertinaci? Vnde hoc maxime curandum est nobis, ne pereamus: facilius enim est in ægritudine non incidere, quam morbum curare. Sed ex quo fragiles sumus, & ad cadendum procliuus, secundum consilium est, vt simus etiam diligentes ad resurgendum: hæc enim pœnitentiæ acceleratio, nobis à Deo reputabitur ad iustitiam. Scriptum est enim. Septies in die cadit iustus. Si iustus, quomodo toties cadit? & si toties cadit, quomodo iustus? Vtique quia non meretur nomē iustitiamittere, teste Hieronymo, qui licet ita fragilis fuit, vt septies caderet: sic tamen diligens fuit, vt septies in die resurgeret. Et Augustinus in regula, præfert illum qui sæpius irascitur & veniam petit illico, illi qui tardius irascitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur. Quartus fructus est euitatio culpæ: nam vt ait Gregorius, peccatum quod per pœnitentiam citò non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Et Ioannes in Apocalypsi. Qui in fordibus est, fordescat adhuc. Anima enim peccato sordida non veretur amplius sordidari, sed postquam mudam se viderit à malis, peccatorum sordes multum refugit. Sicut in canticis dicitur, laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Vnde euenire solet, vt qui peccata commissa curare negligunt, quasi rupto rationis & timoris muro, malitia & nequitia repleantur vsque ad summum. Abyssus enim abyssum inuocat: & pilosus clamat alter ad alterum, sicut ait Esaias. Vir tuus quoque nostra ad resistendum peccatis

Hic. 8. b

Prover. 24. b

Apost. c

Cat. 3. a

ps. 47

Esai. 34

catis

DOMINICA. III. IN QVADRAGESIMA. 95

catis per se fragilis est, sicut idē propheta ait. Erit fortitudo vestra, sicut fanilla: & nisi iuuetur à gratia, diu vitiorum impulsus sustinere non valet. Quo fit, vt anima quæ in peccato est à gratia destituta, diu euadere vltiora peccata nō possit. Quintus fructus est examinatio conscientie: quomodo enim potest bene examinari conscientia ad annum? Ecce quod hodie facimus cras obliuiscimur, & corū quæ gessi anno præterito nunc recordabor? quod si crimina opere perpetrata in memoria fuerunt, de his tamen quæ perperam cogitavi, & desideravi, quomodo reminiscar? Propter hoc qui ad annum differunt confessionem, vix decimam suorum peccatorum partem recordantur. Quod si dixeris, peccata quæ in memoriam non veniunt, Deus ignoscit: fateor, ita est, si debitam in peccatis memorandis diligentiam adhibueris: alias peccatum per negligentiam & incuriam oblitum, per sacramentum pœnitentiæ non deletur. Vnde autem scis, si sufficientem & debitam pro tempore reminiscendorum peccatorum diligentiam adhibuisti: quis nouit quanto examine opus sit, vt recorderis ad annum? Inde ergo timor & scrupulus non modicus remanet in conscientia confessionē differentis, qui in frequentatibus locum nō habet: ac propterea non est ita securus de venia qui confessionem differt, sicut qui frequentat. Sextus fructus est conseruatio meritorum: nam dū homo est in peccato, bona opera ei nihil conferunt ad gloriam, sed vitam cum operibus perdit: cum enim ipse sit abominabilis, eius opera deo non placēt: sicut in Genesi legimus, quod respexit dominus ad Abel, &

Esai. 1. g

Gen. 4. a

ad munera eius. Et quanta perditio hæc? Si autem confiteatur statim, & exeat à peccato, totum quod viuit lucratur, & Dei amicus efficitur. Septimus fructus est augmentatio gratiæ hinc, et postmodum gloriæ. Nam cum ex doctorum sententia, sacramentum ex opere operato gratiam conferat, quoties dignè suscipitur toties gratia augetur, & ex consequenti gloria. Quantum putas lucrum, vnum gradum gloriæ acquirere in perpetuum? Vnde propter hoc, & si mortalia peccata deesset, salubre consilium esset frequentare cōfessionem: Deus enim pius & magnificus, dolentibus pro commissis et confitentibus, non solum veniam peccatorum, quæ expostulant, concedit, sed etiam gratiam superaddit. Hos & alios fructus ex viu & frequentia sacramentalis confessionis accipimus, quando verè pœnitentes ad hoc pœnitentiæ sacramentum accedimus. Vtinam vtinam velletis experiri quod dicimus: probate obsecro, & videbitis quanta sit animæ consolatio, quanta conscientiæ securitas & tranquillitas, quanta reformatio vitæ, quanta veniæ apud Deum fiducia, quod leuamen cordis, quæ personæ mutatio, quanta denique vtilitas in resistentia peccatorum, in facilitate bonorum operum, in correctione morum, in deuotionis augmento, in teneritudine spiritus, in viuacitate intellectus, in puritate conscientiæ, in læticia animæ, in spiritus pinguedine, in omnibus denique spiritualibus bonis, quæ conferunt ad eternam salutem. Quid nanque deesse potest menti, quæ Deus semper inhabitat: quæ tota animæ intentione quotidie se purificat, & scopis confessionis se emundat.

emundat

DOMINICA III. IN QUADRAGESIMA.

emundat, vt Dei habitaculum fiat: Sicut propheta ait. Memor fui Dei, & scopebam spiritum meum. Denique vt vno verbo omnia concludā, quantum distat inter templum Dei purum & sanctum, & stabulū diaboli foetidum & sordidum, tantum interest inter illum, qui assidue animam suam purificat, & renouat sacramentis, vt Dei munda inhabitatio fiat, & illum qui toto anno in sordibus peccatorum sordescit.

Sed dum hos confessionis fructus tam multis ediffero, atque vobis commendo, quod vnusquisque vestrum mēte pertractet, dicetis fortē in cordibus vestris: quanta iste de confessione multiplicat: nunquid non plurimos videmus frequenter peccata sua confitentes, & assidue etiam celebrantes, tepidos, vitiosos, dissolutos, nihil tale vita monstrantes, quale hic de frequentantibus confessio nem promittit: Certē vt dicitis, ita est: & valde doleo, quia ita est: sed & quemadmodum ego dixi, isti sacramentum pœnitentiæ frequenter suscipiunt, sed eius fructum non percipiunt: quia indignē, & tepidē, sine dolore & conpunctione accedunt. Hi sacerdoti suorum peccatorum historiam, quasi per otium narrāt, nullus gemitus, nulla lachryma, nulla compunctio: sed sicut propheta ait, vitula Ephraim docta diligere trituram: qui profectō si cum vero animi dolore, & consequendæ veniæ desiderio, & firmo emendationis proposito confiterentur, multo plura ac maiora, quā promissus dona consequerentur. Vnde operæ pretium est ostendere, qualis debeat esse confessio, & quales condiciones habere debeat, vt huiusmodi fructibus pœnitens potiatur. &c. Has au-

ps. 76. b

Osee. 10

tem condiciones propheta vno ver-
su comprehendit, quando ait. Dixi,
confitebor aduersum me iniustitiā
meam domino: & tu remisisti impie-
tate peccati mei. Dixi, id est statui,
proposui: quo verbo prima confes-
sionis conditio innotescit, scilicet,
quod sit præmeditata. Vnde qui ve-
niūt in præmeditati dimittēdi sunt,
vt examinent prius conscientias ap-
ud se, & sic reuertantur ad sacerdo-
tem. Nam qualis erit illius cōfessio,
qui solūm cōfiteri cogitat, quod ad
sacerdotis pedes memoriæ suæ oc-
currerit: Hoc autem peccatorū ser-
utinium secundum tempus quod di-
latata est cōfessio, & personæ quali-
tatem, adhibendum est, sicut in ne-
gotio arduo & momentoso: neque
solū prius rememoranda sunt deli-
cta, sed etiam contritio procurāda:
ad pedes enim confessoris rarus est
qui pœniteat prout debet. Neq; suffi-
cit propositum pœnitendi, sed oportet
vt confessionem ipsam aut præ-
cesserit, aut comitetur dolor delicto-
rum. Oportet etiam tertio, ante con-
fessionem firmum & verum conti-
nendū a peccatis propositum perqui-
rere, & an verē illud habeas discu-
tere: quo naufragio multæ animæ
submerguntur. In his tribus debita
præparatio ad confessionem confi-
tit: scilicet, in scrutinio, & dolore
peccatorum, & proposito non pec-
candi: quæ ante confessionem dili-
gentissimē procuranda sunt. Confi-
tebor, secundam hęc intellige condi-
tionem: scilicet quod sit clara, nuda,
& aperta, non velata, non palliata,
nō aliquo fūco colorata intētio pœ-
nitentis, sic vt nudū si posset cor suū
sacerdoti monstraret, vt animæ suæ
vulnera sicut ipse nouit, agnoscat.
Confitebor, inquit. Tu confitere, tu
reuela,

ps. 31

DOMINICA. III. IN QUADRAGESIMA. 96

reuela, non sacerdoti hoc munus cō-
mittas. Sunt enim plerique in rebus
secularibus disertissimi, ad sola con-
fitenda delicta muti. Aduersum me.
Hęc tertia conditio datur intelligi:
scilicet, quod sit accusatoria. Aggra-
ua, exaggera quantum potes pecca-
ta tua: nunquam enim pro merito te
accusabis: excedit enim eloquij no-
stri facultatem omne delictum, si be-
ne pensetur. Vnde Iob. Dimittā (in-
quit) aduersum me eloquium meū,
& solū linguam meam habenas, vt cō-
tra me accusando loquatur. Loquar
in amaritudine animæ meæ, & dicā
Deo, noli me cōdemnare: ego enim
mihi non parco, sed prout possum,
cor ante me condemno: ego me in-
dico, ne me iudices. Caue caue, ne
declines cor tuum in malitiam, ad
excusandas excusationes in pecca-
tis: ne culpam tuam in mulierem,
vel in serpentem reijcias, vt Adam,
hoc est in carnem, vel diaboli sugge-
stionem. Exemplum mihi Adā ait
propheta: in illo discere quantū obest
excusatio delictorum. Nunquid nō
accusaturus venisti, vt quid excusas?
quid pallias? ne ergo dixeris, diabo-
lus me decepit: circumuentus sum a
Satana: grauisissima fuit tentatio: in-
tolerabilis impulsus carnis meę, pas-
sio: sensualitatis impetus me deiecit:
sed accusationis cuspidem verte in
te, dicend o. Peccaui, vt malus & ini-
quus, vt ingratus & impius, quia dei
amorem & timorem non habeo, &
non sum dignus leuare oculos meos
in cælū, præ multitudinem peccatorū
meorū, & similia. Iniustitiam meā,
non alienam. Neminem in confes-
sione, pro das, neminem accuses, nisi
peccati tui circumstantia necessariō
confitenda, requirat. Et tu quantū
lat est, & apud eum qui personam

Iob. 10.

a

ps. 140.

Gen. 3. c.

Zach. 13.

c

non nouerit quam reuelas, si possi-
bile est. Quidam dum se iustificare
prætendunt, sunt proximi detracto-
res: & vbi quærebant remedium de-
lictorum, peccata accumulānt: & di-
scedunt a confessione deteriores.
Dicunt enim odi hominem, & meri-
tō, quia prauus est & iniquus: nullus
eum poterat tolerare: hæc mala mi-
hi fecit, & similia. Iniustitiam meam
(inquit) non alienam, non virtutes,
non gratias, nō elemosynas. Accu-
sare te venis, quare te commendas?
Iniustitiam meam, non longas histo-
rias, non fabulas, &c.

Domine. In hoc verbo multa tan-
guntur: scilicet, quod confessio sit
integra, lachrymosa & secreta. Cum
confessio fit, pœnitens non cum ho-
mine, sed cum Deo se loqui putat:
nam confessor ibi, loco Dei est. Ca-
ueat igitur, ne ex hominis verecun-
dia, aliquot peccatum occultet: nam
sic confessio non proderit, imō no-
uum peccatum fit, & tenetur iterum
confiteri. Hoc magnum est pericu-
lum animarum: multi enim propter
hoc toto ferē tempore vitæ suæ in
peccato vixerunt: quia iuuentutis
tempore ex verecundia nonnulla
peccata tacuerunt, quæ postmodum
confiteri neglexerunt. Propter quod,
ad refarciendas iuuentutis ignoran-
tias, & plurimos defectus, qui in cō-
fessione fiunt a iuuenibus, saluberrimum
iudico, in adulta ætate, quā do-
iam viget sensus & intelligentia, hu-
ius sacramenti aliquam facere gene-
ralem confessionem ab exordio vi-
tæ suæ, cum debito studio & sollicitu-
dine. Sit etiam lachrymosa, & dolo-
re affecta. Sic geme, sic plora, sicut si
solus coram Deo in oratorio loque-
reris, Sit etiam secreta, nō solūm ex
parte confessoris (domino enim cō-
fiteris

DOMINICA III. IN QUADRAGESIMA.

fiteris non homini: & si homini, non quasi homini, sed quasi Deo, & qui audit non quasi homo: vnde nulla ratione, nulla violentia, nullo casu sacerdoti licet confessionem reuelare) sed ex parte etiam poenitentis reprehensibile est vulgo prodere. Nonnulli enim si non absoluuntur, vel de aliquo peccato reprehenduntur, conqueruntur postea de confessorio: & quæ ad illorum salutem in confessione illis dicta sunt, produunt quod nunquam faciendum est. Si talis fuerit confessio, si his conditionibus fuerit ornata, attende quid sequitur. Et tu remisisti impietatem peccati mei. Non solum leuia & facilia peccata, sed impietatem peccati mei: id est peccata impia, & criminosa. Nullum est enim peccatum adeò graue, quod huius sacramenti virtute non deleatur. Nam qui dixit, quorum remiseras peccata, remittuntur eis: non dixit, ista vel illa, sed indifferenter omnia. Sit vera confessio, non desit dolor, & omnia dimittentur, non solum dum confiteris, sed etiam dum confiteri cum dolore proponis. Dixi (inquit) cõfitebor, id est proposui confiteri: & tu remisisti impietatem peccati mei. O eximia poenitentium virtus, ò forte lexiuium, quod omnes peccatorum maculas tam facile diluis, ò vnctio salutaris, quæ lepram animæ tam suauiter sanas, ò tiriaca potentissima quæ omne virus cordis extinguis. Hoc est vnguentum illud nardi pisticæ pretiosæ, quo anima vngitur & sanatur, & tota domus repletur ex odore vnguenti. Hæc est illa aquæ viæ piscina, quam mouet angelus per dolorem in corde: in quâ qui intrat, per huiusmodi aquæ motum sanatur & mundatur ab omni-

Ioã. 20.

Ioã. 12.

Ioã. 5. a

bus plagis & infirmitatibus suis. Hæc est illa virga Moyfi, qua percussum mare concupiscentiarum exæstuas diuiditur in diuisiones, vt electi Dei sicco pede promissionis in terram pertranseant. Hæc est illa farinula prophetæ, dulces faciens colocynthidas poenitentiarum amaras. Hic sal eiusdem prophetæ aquas falsas lachrymarum potabiles faciens. Hæc sapiens illa mediatrix inter regem & filium Absalon, id est Deum & electum eius, ipsum reconcilians & reducens ad patrem. Hæc filium prodigum miserum, elogatum a patre, porcos corporalium sensuum pascentem, post consumptam cum meretricibus concupiscentiarum, spiritualium donorum substantiam, post famem & miseram seruitutem verecundantem, reducit ad patrem: & vestibus splendidis, & nouis induit gratiarum, quibus peccando fuerat ante nudatus: & vituli saginati, splendidique conuiuij, in quo mira resonat symphonia participem facit: & paternæ hereditatis, id est cælestis regni honorem & dignitatem restituit: & supernorum ciuium in æterna illa beatitudine facit consortem: quam nobis præstare dignetur ipse Iesus Christus, Amen.

Exo. 17.

4. reg. 4.

4. reg. 3.

d.

2. reg. 14.

Luc. 15.

c. d.

DEO GRATIAS.

FERIA SEXTA POST quartam dominicam quadragesimæ.

THEMA:

Voce magna clamauit, Lazare veni foras.

Ioannes. II.

Historiam



Historia primū euangelicę lectionis vel carptim exponam, & eandē deinde ad mores cōuertemus. Ecce quem amas. Augustinus hæc tractans ait. Non dixerūt, veni & sana: sufficit vt noueris, nō enim amas & deseris. Noueris ex hoc pro infirmitatib⁹ corporis succincte orare, pro salute animæ prolixius.

Nonne duodecim horæ sunt dici? Se ipsum dic, & apostolos horas vocat. Vnde latēter arguit eos insolentia, quia ei cōsulere volebāt: sicut et alibi Petro ait. Vadē post me satana. Si quis ambulauerit in die, nō offendit: neq; vos me lucē mundi sequentes, offendetis.

Matth. 16. d.

Act. 7. 8.

ps. 126.

Lazarus amicus noster dormit. Verē ira est, si amicus est, dormit: inimicus moritur. Vnde Stephan⁹ obdormiuit in domino. Psal. Cū dederit dilectis suis somnū. Dormiebat ei, qui tam facile cum poterat suscitare à sepulchro, sicut dormientē à lecto. Domine si fuisses hic, &c. Grādis fides, quæ non solū prohibere mortē presentia sua, sed & vitā impetrare defuncto potentē fatetur: sed defecit, quia nō dare, sed à Deo impetrare credidit. Hominē perfectissimū & maximū prophetam hæc mulier credebat, sed Deū, aut Dei filiū vniogenitū nesciebat. Hæc fides domini colloquio perficitur, vt miraculum fide promeretur.

Resurget frater tuus. Téperamēto ysus est propter infirmitatē scēminę. Scio quia resurget in nouissimo die: non dico hoc, sed ego sum resurrectio & vita, impetrare non ego, sed viuificare possum quia vita sum: credis hoc? Hucusq; te profi-

cere oportet in fide, vt miraculū videas: vtique domine, illa proficitur, & addit adhuc.

Ego credidi quia tu es Christ⁹, &c. Hæc fides perfecta est, quā quia professus est Petrus, audiuit: beatus es Simon Bariona. Mira colloquij vtilitas eadem verba mulier protulit illumināte filio, quæ protulerat Petrus illumināte patre. Satis est Martha, persta in hac fide, ne cadas ab ea, voca sororem tuam.

Matth. 16. c.

Surrexit citò, &c. Præ amore & desiderio saluatoris, presentes nobiles cōsolantes, velut pueros spernit, & rapido gressu obuiam dilecto suo vadit. Mira harum scēminarum dilectio in Christū: ecce vocatus grandi necessitate non venerat, neque se venturum promiserat, responderat verbum quod ad earum intellectum forsitan falsum apparebat. Sic enim illę acceperant domini respōsionē. Infirmitas hæc non est ad mortem, id est non morietur frater hac infirmitate. Et tātō cōtemptu neq; offenduntur, neq; scādalizantur in eo, sed audito eius aduētū feruido amore occurrunt ei. Non dicūt: ecce noluit opportunē venire, modò venit: est mortuus frater quē promiserat non moriturū. Nihil tale eis venit in mentē, quia eas Christi amor penitus possidebat. O amoris potentia ineffabilē! quid nō vincis amor?

Charitas nō irritatur, non indignatur, nō offenditur, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat: non læditur ab amico, quicquid agat: omnia in bonū interpretatur: de nullo scādalizatur. Nihil amore fortius, nihil patiētius, nihil fidelius. O dn̄e quomodo probas tuos! quā mirifice tentas eos, vt eorū in te fiduciā ostēdas! Estote constantes fratres mei, quic-

N quid

quid accidat; estote firmi, & nolite deficere, ne amittatis domini confidentiam. Tentat vos dominus Deus vester, ut appareat si diligitis eum, aut non. A custodia martina usque ad noctem speret anima iusta in domino: quia cum minus putatur, veniet & saluabit eam.

Deu. 13. Mementote Abrae amici Dei, qui probatus a Deo, perfectus inuentus est: qui contra spem in spem cre didit, & reputatum est illi ad iustitiam. Occidere iubebatur filium vnicum, in quo promissiones acceperat, & iussa Dei implere paratus a promissione non diffidit.

Gen. 22. Mementote etiam sanctissimi Job, qui in sterquilinio plagatus, fiduciam non amisit, neque domini verberibus irritatus est. Vnde suadente

Rom. 4. vxore diffidentiam, viriliter respondit. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Mementote etiam Sulfannae, quae in ultimo tribulationis posita, cum iam nullibi pateret remedium, erat fiduciam habens in domino: vnde & liberata est. Sic etiam foeminae sanctae, quia probatae in amoris fiducia perstiterunt, fratris suscitatione a domino promeruerunt.

Job. 2. b. Vnde Sapiens. Vae his qui perdiderunt sustinentiam. Et propheta. Dominus obtriuuit confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

Job. 13. c. Turbavit semetipsum gratis, & sponte turbatus est, non sicut nos inuiti perturbamur.

Job. 2. b. Infremuit spiritu & lachrymatus est. Quod lachrymatus est ad pietatem spectat, uti nobis pietatis preberet exemplum. Homines enim sine pietate, sine affectione, sine foedere, sine misericordia, Apostolus nequissimis annumerat. Vnde

2. cor. 3. a. ait. Flere cum flentibus, gaudere

Rom. 12. c.

cum gaudentibus. Sed quod infremuit altiori indiget sensu: magnum profecto aliquid in pectore Christi latebat, vnde fremitus ille prodijt. Sed quid illud sit, quis agnouit? Forte duritiam & pertinaciam Iudaeorum exhorruit, quae cum mortuos foetidos suscitare compellebat, ut tanto miraculo conuertantur: & huius incredulitatis dolore percitus, grandi gemitu infremuit. Vel forte passionis acerbitas illi, sicut in hortu, tunc oblata est, quia ex illo opere principium habitura erat: vel in mysterio fremuit semel & iterum, ut hoc ipso in peccatoris suscitatione opus esse monstraret, ut postea dicturi sumus.

Domine iam foeret. Ecce quae prius non interrogata praedixerat, scio quia quaecumque poposceris a Deo, &c. Modò eum ad rem ipsam peruenitur, a fide deficit, & labascit. Aliud est enim dicere, aliud experiri. Multa profitemur, quae in conflictu aliter inuenimus. Iesus autem eleuatis oculis orauit: ut nos in similibus idē facere doceret. Sed ne putetur vitam potius impetrasse, quam praebuisse, orationis causa exponit non necessitatem esse, sed utilitatem: & statim prodijt qui fuerat mortuus. Quantus stupor, quantus tremor, omnes praesentes tunc inuasit! Miror quod praetimore non inde aut fugerunt, aut in terram ceciderunt. Quem mortuum iam foetentē viderant, modò viuum & stantē videbant. Quis animus tantū potuit horrore spectaculum sustinere? Trepidant apostolicæ manus soluentes eum, & vix possunt implere mandatum. O Iudaea perfida, quomodo non ad hoc prodigium conuersa es? Mira cecitas sacerdotū consiliatium ut mortem inferant

inferant vitae largitori. Quanta nequitia, quanta stultitia. Non fuit qui in tanto concilio diceret: quid agitis o sacerdotes, quid consulitis, contra quem armamini? Foetidos mortuos hic homo suscitauit, & vos occiditis eum? Videte ne potius eius solo praeecepto omnes moriamini: facilius est enim praeecepto occidere inimicos, quam verbo suscitare amicos. Sed nullo miraculo perfidia vincitur, nullo prodigio malitia superatur: tanta erat enim hominum iniquorum inuidia in Christum, & sic totius nefandi senatus oculos malitia obcaecauerat, ut vnde conuerti debuerant, inde fierent nequiores.

Sed hanc eandem historiam morali tractatione rursus expediamus. Ut ait Gregorius in homilia, miracula domini saluatoris sic accipienda sunt, ut in veritate credantur facta, & tamen per significatione nobis aliquid innuant: non enim solum miracula sunt, sed mysteria. Latet in hac Lazari suscitatione, spiritualis suscitatio peccatoris. Lazarus nanque quatruiduanus, foetidus, & sepultus, peccatoris typum gerit, non cuiusque, sed obstinati, indurati, corrupti: in quo ratio, mens sensus, synderesis, vitio sepulta sunt. Non est in eo humanae rationis vestigium, sed in belluam totus degenerauit. Si quidem ut ait psalmus.

ps. 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis. Hic foetore malae fama Dei populum inficit, & laedit: vnde sicut pestilens ab hominum consortio segregandus est, ne contagione pestifera ceteros perdat. Quatruiduanus est, quoniam quatuor dies in peccato habet: scilicet consensum, opus, consuetudinem, & contemptum. Impius enim cum venerit in profundum malorum, contemnit. De quibus Sapiens. Qui letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, horum difficilis est suscitatio: peruersi enim difficile corriguntur. Sicut enim fermentatam massam in azymam reddere difficilimum est, ita carnem & mentem fermento peccatorum, & amurca vitiorum infectam, in pristinam restituere munditiam, folius Dei opus est. Vnde Iob. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es? Et Hieremias. Si potest (inquit) Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, ita & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Peccator vnius diei aut duorum dierum perfacile curatur, quia non ita omnino peccato infectus est, sed quatruiduanus vix unquam a peccato resurgit. Ideo per prophetam dominus inquit. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor, non conuertam eum. Super tribus sceleribus Gazae, & super quatuor, non conuertam eum. Super tribus sceleribus Edom, Tyri, Moab, Iuda, & super quatuor, non conuertam eum. Quasi dicat: tribus sceleribus aliquando parcam, quarto vix parcam: quia qui Deum contemnit, meretur & ipse contemni. Vnde illud verbum toties repetitur, non ut impossibilem, sed ut difficilem quatruiduani peccatoris ostenderet curationem. Nam sicut qui in aegritudinibus corporalibus, distemperatis humoribus aegrotat, per facile sanatur: qui autem corruptis omnino, & putridis, diuturna febre laborat, longo tempore, & forti medicamine vix curatur: ita in

animam

prover. 18. a.
prover. 2. c.
Ecclesi. 1. a.
Iob. 14. a.
Hic. 13. d.
Amos. 1. a.

N 2 animam

animæ agritudinibus omnino euenire solet. Veruntamen si ea quæ in Lazari suscitatione facta sunt, huiusmodi peccator implere voluerit, poterit & ipse suscitari: Deo enim nihil est difficile, cuius nutui omnia parent. Primo itaque qui huiusmodi est, iustorum patrocinium quærit, quorum precibus dominus exoratus subueniat. Sic enim Lazarus sanctarum sororum obsecrationibus suscitatus est. Placet Deo nimis humilitas peccatoris, qui de se penitus diffusus, quia indignum exauditione se reputat, alterius suffragia quærit. Multum quoque valet apud Deum deprecatio iusti: quid enim non tribuit amicis suis Deus? Abraam precibus obtinuerat à domino, ut quinque ciuitates nefandissimæ decem iustorum merito ab incendio saluarentur? Moyses totius populi excidium obsecrationibus suis auerit, sicut scriptum est. Dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in contractione in conspectu eius. Denique voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Iustus enim etsi non potest alterius suscitatione operibus promereri, potest eam alteri precibus impetrare. Sed valde aduertendum est, ut inquit Bernardus, quod sorores pro infirmo & adhuc viuo dominum deprecantur: pro mortuo autem & sepulto non orant, sed plorant. Sic omnino sancti apud Deum pro peccatore adhuc sensibus viuo, qui & reatum sentit, & à peccato solui toto animo concupiscit, orationibus intercedunt pro illo: at qui iam mortuus à corde, in vitijs & in peccatis sepultus est, non precibus sed lachrymis a-

gunt, in silentio sedentes, & amore flentes: si forte respiciat Deus, & misereatur. Quis enim tam insolens, ut pro obstinato contemptore deprecari audeat? & dicere deo suo: domine salua illū. Vnde psalmus. Pro hac, scilicet impietate, orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Veruntamen in diluuium aquarum multarum, id est peccatorum inundatione, ad eum non approximabunt. Ut Ioannes. Est peccatum ad mortem, non solum peccati, sed sensus, & cordis, non pro illo dico ut oret quis. Quid igitur? non oret, sed ploret: efficacior enim coram Deo est lachryma, quam lingua: & plus fletibus, quam orationibus flectitur. Hoc ipsum amici Iob, eidem quasi iam perduto, & à Deo repulso consulebatur dicentes. Voca, si est qui tibi respondeat: & ad aliquem sanctorum conuertere. Et alius amicus. Si fuerit pro peccatore, scilicet angelus loquens, vnus de millibus, ut annuntiet hominis equitatem, miseretur eius, & dicet angelo, scilicet, libera eum ut non descēdat in corruptionem. Deprecabitur Deū, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam. Sed nunquid intercedente iusto peccator ipse flebit? imò continue pro seipso lachrymas fundet. Iusti oratio peccatoris contritione sociabitur, ut veniam obtineat: nam & Christus ante Lazari suscitationem, turbauit semetipsum, & lachrymatus est, & infremuit spiritu: quæ omnia in peccatoris contritione inueniri oportet. Turbet ergo semetipsum peccator, non expectet ut turbetur à Deo: nam contritio dolor est voluntarie pro peccato assumptus, non flagello extortus. Modicus dolor spontaneus, grator est grauissimo dolore

dolore coacto. Vnde psalmus. Tribulationem, & dolorem inueni. Id est non expectaui ut dolor inueniret me, sed ipse quæsiui, & inueni dolorem, quo peccati mei macula sanaretur. Quosdam enim dolores (ut ait Augustinus) nos inuenimus, alij autem utem inueniunt nos. Sed si verus est dolor, liquantur lachrymæ: qui enim pro temporalibus incommodis lachrymas affluenter effundit, & peccatorum lachrymas nescit, ipse sibi testis est, quia non verè de peccatis dolet. Vnde propheta. Luctum vnigeniti fac tibi plactum amarum. Si enim mater pro vnigenito filio, quem à morte temporali lachrymis reuocare non potest, tam implacabiliter plorat, quibus tu fletibus animæ tuæ æternam mortem deplorare debebis, cum possis eam lachrymis suscitare? In morte corporis temperare à lachrymis philosophicum est, in morte animi non plorare perniciosum est. O fontem aquæ viuæ, & aquarum viuentium puteum, fontem lachrymarum, quo crimen abluitur, macula peccati tollitur, concupiscentiæ ignis extinguitur, facies animæ lauatur, sitis cordis sedatur, & mentis sterilitas fecundatur, beatus qui te possidet: non confundetur in tempore malo, cum loquetur inimicis suis in porta. Doleat itaque peccator, & lachrymetur, & fremat spiritu cum lesu, ut suscitetur. Non solum gemat, sed à gemitu magnitudine fremat. Qui enim barathro peccatorum conclusus est, & abyssu iniquitatum clius, si leuiter clamat, quomodo in celo vox eius audietur ad veniam? Altius gemat necesse est, qui profundius corrui. Vnde Iob grauissima tribulatione pressus dicebat. An

tequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus. Exemplum sibi proponat peccator in rege illo psalmographo, qui eò altius gemebat, quò profundius ceciderat. Audi lapsum. Non est sanitas in carne mea, vsque in finem. Audi gemitum. Tota die contristatus ingrediebar. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Sic pro peccato gemebam, ut præ magnitudine, non iam gemitus, sed rugitus potius videretur. Quòd autem Christus bis infremuit, duplicatum gemitum peccatoris designat: vnum pro peccato, alterum pro reatu. Gemat peccator pro delicto, gemat etiam pro damno: doleat quia peccando Deum offendit, doleat quoque quia ex peccato gehennæ poenam incurrit. Secundus enim gemitus sine primo, non sufficit ad medelam. Qui enim de solo peccati damno dolet, culpam non abluit, & damnum non tollit. Propter quod in purificatione mulieris par turturum, aut duo pulli columbarum offerri iubentur: turtur enim & columba, vtraque gemit. Geminata offeratur in sacrificio, ut à peccatorum colluue sordidatus animus expietur. Sunt autem qui teneritudine quadam animi, pro commissis & gemitus impectore mittunt, & oculorum fonte lachrymas affluenter effundunt, sed nullo animi vigore peccati iugum à se abijciunt: statim enim post lachrymas redeunt ad plorata. His à Christo dicitur. Tollite lapidē. Quasi dicat, placet quæ commissa ploratis, sed deplorata iterum non repetatis. Qui enim lauatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid

FERIA VI. POST. III. DOMINICAM XL.

^d ^{ecc. 3.4} illi profuit ablutio: Peccator rediens ad peccatum, sicut qui abluit laterem, abluendo enim amplius fordidatur. Vnde Petrus. Contigit (inquit) eis illud veri prouerbij, canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in voluta pro luti. Nec tamen facile abiicitur peccati pondus: grandem tibi violentiam inferre debes, quisquis peccati iugum semel admissum, ab animæ tuæ ceruicibus pellere contendis. Heu miseram peccati seruitutem, quam qui semel incurrit, catenis durissimis, & infrangilibus irretitur. Residet iniquitas super talentum plumbi, vt ait propheta, & deprimentem peccatorum molem nulla potest virtus humana repellere. Non tamen diffidendum, sed pro nostra virili conandum est, Dei nanque iussu tolletur hoc onus. Nam & mulieres pias, quæ dominico corpori vnguenta ferebant, sollicitas pro lapide dicere audiuius: quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? nul lotamen suo labore, sed angelico opere, viderunt reuolutum lapidem. Omnis itaque nostra fiducia in Domini auxilio sit, neque tamen operam nostram ponere negligamus. Computrescet iugum à facie olei, & charitatis vnctio molem durissimam deliniet, atque dissoluet. O si sanandis animæ passionibus eam adhiberemus curam, quam curandis corporum ægritudinibus adhibemus. Quid non sustinet, quid non patitur ægrotus pro recuperanda salute? Atroces vstiones, horribiles incisiones, amaras potiones, diurnas in edias faciles reputat, dummodo concupitam recuperet sanitatem: sed si

animæ languor curandus est, quicquid iniungitur durissimum est. Modico vino abstinere non sustinet lubricus: exiguo lucro priuari non patitur auarus: ad modicum humiliari non tolerat ambitiosus: floccipenditur animæ perpetua vita, & mortalis corporis amittenda salus supra modum diligitur. Deprimentes itaque peccatorum passionibus tota virtute pellamus, si à vitiorum sepulchro viuere resurgere concupiscimus. Sed non ad solos peccatores directum sermonem existimemus, sed ad omnes potius, & maxime prælatos, quibus ex officio incumbit huiusmodi peccatorum oppressiones auferre. His à Christo dicitur, tollite lapidem: hoc est, auferite à populi mei ceruicibus iugum: non eum exactionibus, impositionibus, præceptionibus grauatis: releuate potius, grauantesque eos peccatorum seruitutem, obsecrationibus, increpationibus, correctionibus, orationibus pellite. Heu ^{Hic. 64} quid dicam super contritione filiarum populi mei? Oneri sunt qui debuerant esse leuamini: & qui principum exactiones releuare à populo debuerant, ipsi magis ecclesiasticis retributionibus eos grauauit. Sed omittamus eos: nam cum pastor ^{1. Petr. 5} pastorum apparuerit, de suis ouibus rationem exiget, & ad omnes nos hoc verbum potius referamus. Omnibus dicitur, tollite lapidem: non est enim proximus qui fratris sub onere pressi non miseretur, & iuuat. Quid enim? indulgentiores erimus in bestias quam in fratres? Scriptum est in lege. Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, non despicias, sed subleuabis

FERIA VI. POST. III. DOMINICAM XL. 100

subleuabis cum eo. Asinum ergo fratris & bouem sub onere cadentem subleuabimus, & ipsum fratrem mole peccatorum pressum impij negligemus? Vera charitas onustis peccatoribus non indignatur, sed miseretur potius: non irritatur aduersus eos, non detrectat, non excandescit, non linguæ verbera lapsis sub pondere addit, sed infirmitati & miseriæ condolens, prout potest fratris necessitati succurrit. Hoc Deo gratissimum & acceptissimum est fratres: nam crudeles animos crudeliter iudicabit Deus, non solum in futuro, sed etiam nunc. Qui enim supra modum aliorum peccata criminantur, hoc suo facto merentur, & ipsi similibus implicari: vt in semetipsis discant, aliorum de cætero misereri. Vnde psalmus. Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis. Qui verò iam virtute animi deprimentem passionis lapidè abstulit, quid ultra faciet ad vitam?

Audi quid facias. Lazare veni foras, prodi, exi, veni in publicum, manifesta te ipsum. Cur latebras quæris? cur intra te absconderis? cur sub doli pallio lates? Qualis intus in conscientia es, talis foras confessione prodito. Non vulnera tua pallies, non excuses, non defendas. Si enim operam medicantis expectas, necesse est vt vulnera tua detegas. Reuela te vni, ne aliquando reueleris vniuerso mundo sustine nunc verecundiam vnus sacerdotis, ne postmodum sustineas verecundiam orbis. Sicut enim ad Dei iustitiam pertinet, vt nullum malum maneat impunitum, ita ad Dei veritatem, vt nullum peccatum maneat occultum. Vnde in euange-

lio dicitur. Nihil occultum, quod Matthæ non reueletur. Si tu non reuelaueris ^{10. c.} peccatum tuum, reuelabitur à Deo: si absconderis quasi homo, manifestabit ipse vt Deus. Vnde in psalmo. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Et per prophetam acrius. Reuelabo (inquit) pudenda tua in facie tua: & ostendam in genibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. O terribile confusionem, quando dicent montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Verè beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum ^{ps. 31} testata sunt peccata. Quorum autem testata erunt, nisi quorum nunc propria confessione detegentur? Miserum te ostende, si vis Dei misericordiam obtinere: illi enim qui non confitetur offensam, quis vnquam prestabit veniam? aut quis miserebitur obstinato? Pauperes in biuio vt transcuntium misericordiam obtineant, vulnera sua propallant: tu fac similiter coram Deo: confitere te peccatorem, & inuenies Deum propitiatorem. Non enim magnum est, vt confitearis te esse qui es: non gratia exigit à te pro reatu tuo Deus. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris: dic quod es, & eris quod non es. Quid magnum est si latro confiteatur se esse latronem? Qui coram iudice confitetur, furca suspenditur: qui coram Deo confitetur, in ferni furca liberatur. Apud seculi iudicem confessio iudicium perficit, apud æternum iudicem confessio iudiciū tollit. Miser qui illud iudiciū expectat, in quo si cæli non sunt mundi in conspectu eius, quāto magis homo putredo, & filius hominis vermis. Vnde Iob. Verè scio quod ita sit, quod non iustificetur homo

compositus Deo. Si voluerit cōten-
dere cum eo, non poterit responde-
re vnum pro mille. Et psal. Non in-
tres in iudicium cum seruo tuo do-
mine, quia nō iustificabitur in con-
spectu tuo omnis viuens. Quisquis
igitur vitiorū sepulchro foetidus &
tabidus iaces, cum vocem claman-
tis audieris, noli cor tuum obdura-
re, sed per confessionem protinus
veni foras: ne obsurdescas in simi-
litudinem serpentis, & aspidis sur-
dæ, & obturantis aures suas, ne au-
diat vocem incantantium, & vene-
fici incantantis sapienter.

Sed exi foras, non solū à deli-
cto, sed etiam ab occasione, & delin-
quendi proposito. Quidam enim
ad modicum in quadragesima pec-
cata deserunt, sed peccandi propo-
situm nunquam dimittunt: quidam
cum peccatis etiam propositum pec-
candi reliquisse sibi videntur, sed
occasionem delinquendi non fugiunt.
Hi non suscitantur, quia nō omni-
no foras exeunt. Angeli qui in So-
domorum subuersionem destinati
sunt à Deo, Lot dissimulatem ex-
tra ciuitatem & suburbium extra-
hentes comminati sunt, ne in omni
circaregione permaneret, sed in
monte saluum se faceret, typicè per
hoc designantes, vt quisquis diuinā
ultionem euadere procurat, exeat
à peccato, exeat à peccati subur-
bio, id est proposito: exeat à pecca-
ti regione, id est peccandi occasio-
ne: neque post tergum aliquando
respiciat, neque in humili conuer-
satione, id est seculari permaneat,
sed virtutis culmen cum omni cele-
ritate conscendat. Cū Ninive ciui-
tatis excidium per prophetam do-
minus comminaretur, ieiunauerūt
incolæ, planxerunt, vestiti sunt sac-

ci, in cinere sederunt, cum lachry-
mis clamauerunt. Sed quid ait scri-
ptura? Et vidit Deus opera eorum, d
quod conuersi sunt de via sua ma-
la, & misertus est super malitiam,
quam locutus fuerat, vt faceret eis,
& non fecit. Non ait vidit gemitus,
vidit lachrymas, vidit saccos, vidit
cineres: sed quid vidit? opera eorū,
quod conuersi sunt à via sua mala.
Si vitia non deseruntur, frustra Dei
misericordia lachrymis implora-
tur: frustra enim oculus plorat, si
animus in crimine perseuerat. O
peccator si verè ploras, veni foras:
fuge concupiscentiam, dimitte la-
sciuiam, expelle mulierculam, sol-
ue catenam: alias non credo vei bis,
non credo lachrymis. Funiculus tri-
plex malæ inclinationis, prauæ con-
suetudinis, violentæ occasionis dif-
ficilè rumpitur. Miraculum grande
est, vt habens iuxta se mulierē, non
tangat eam: & vtique qui tangit, pi-
cem, inquinabitur ab ea. In sinu tuo
carbones foues, & tuum non com-
buretur vestimentum: Etiam si mil-
lies iuraueris, etiam si obtestando
promiseris, nunquam tibi credam.

Illum autem, qui à domino viuifi-
catus, desiderio salutis à vitiorum
sepulchro foras egreditur, vos o sa-
cerdotes soluite, & sinite abire. Ca-
uete ne eum in sepulchro soluatis,
prius exeat vt soluatur. Nunquid
narrabit aliquis in sepulchro mise-
ricordiam tuam, aut veritatem tuā
in perditione? nunquid mortuis fa-
cies mirabilia, aut medici suscita-
bunt & cōfitebuntur tibi? Nō susci-
tat à sepulchro medicus, sed Deus:
sed quem suscitāt Deus, hunc soluit
medicus. Prius ergo vadat, & con-
cubinam à domo pellat, pecuniam
alienam restituat, contractus usura-
rios

rios rumpat, famam proximi lesam
prout potest, resarciat, mercenario-
rum labores, & pauperum debita
soluat, offenso fratri reconcilietur,
& veniam petat, & tunc ad confes-
sarium redeat, & absoluat. Hic re-
ctus est ordo, hic in Lazari suscita-
tione à domino seruatus est, hunc
ordinem ne transgrediaris. O medi-
ce, cur foetētem soluis? cur indigno
veniam promittis? cur cui absolu-
tionis beneficium exhibeas non di-
scernis? Duas tibi clauas dominus
dedit, vnā discernendi, alteram
iudicandi: absoluendi scilicet & li-
gandi: & tu sine discretionis exami-
ne neminem ligas, omnes absoluis:
vna tantū clauē, neque integra qui-
dem vteris, sed dimidiata. Heu heu
ventrem meum doleo, ventrem
meum doleo: in domo Dei horren-
dum vidi, pastores domini sui oues
iugulātes: medicos populi sui agro-
tos occidentes: iudices turpibus biā-
dientes: censores flagitia palpantes:
cæcos gregem domini dirigētes. An
non horrendum hoc? Hi sunt pro-
pheta mendaces, in quos dominus
per prophetam inuehitur, dicēs. Eo
quod deceperint populum meum,
dicentes, pax, pax, & non est pax: et
ipse ædificabat parietem, ipsi autē
liniebant eum luto absque paleis. Et
infra. Vx qui cōsuunt puluillos sub
omni cubito manus, & faciunt cer-
uicalia sub capite vniuersæ ætatis
ad capiendas animas: & cū cape-
rent animas populi mei viuificabāt
animas eorum: & violabant me ad
populum meum, propter pugillum
hordei, & fragmen panis, vt interfi-
cerent animas quæ non moriuntur,
& viuificarent animas quæ non vi-
uunt, mentientes populo meo cre-
denti mendacijs. Et per alium pro-

phetam apertius. A minore vsq; ad
maiorē omnes auaritiæ studēt. A
propheta vsque ad sacerdotē cun-
cti faciunt dolum: & curabant con-
tritionem filix populi mei cū igno-
minia, dicentes, pax, pax: & nō erat
pax. Confusi sunt, quia abomina-
tionem fecerunt: quin potiūs confu-
sione non sunt confusi, & erubescere
nescierunt. O miseri animarum
non curatores sed interfectores, nō
cōsultores sed deceptores, quid re-
spondebitis domino pro grege, quē
vestris blandicijs decepistis? vestris
consilijs iugulastis? Quid ecclesiam
domini hodie perdit, nisi confessa-
riorū & pastorum blandiens adula-
tio? delinens demulcensque assen-
tatio? Vē miseris, non egritudinem,
sed contritionem ac confusionem
peccatorum curant, quā augere
debuissent, promittentes pacem,
quibus non est pax, & veniam qui-
bus æterna damnatio parata est.
Paruum est (inquiunt) nimirum hu-
manum est peccare: quis est homo
qui non peccat? facilis est venia: ne-
tristeris, ne doleas: confessus es, ab-
solutus es, sufficit tibi ad salutem:
viue lætus, domini sacramenta su-
sccepisti, sine dubio saluaberis. Sic
animas mortuas & securas à suis pe-
dibus mittunt, tantō miseres, quan-
tō securiores vulnera liniunt,
vermem conscientix extinguunt,
stimulum peccati auferunt, & secu-
ros peccatores ad inferna demittūt:
qui si timorem populo incuterent,
forsitan illum à vitijs reuocassent.
Cui cōparabimus adultores istos,
aut cui assimilabimus eos? Similes
sunt profecto hominibus, qui à ripa
pereuntibus in flumine manū por-
rigunt, & violentia fluminis ipsi cū
alijs demerguntur. Vnde aptissime
N 5 sequitur

ps. 142.

ps. 34.

ps. 57.

Gn. 19 d

Ionaz. 3.

Ecclesi. 4.

Ecclesi. 13.

prover. 6. d

ps. 37.

Ezech. 13.
b. c. d

Hic. 6. e
& d.

3. reg. 8.
c. & 2.

Par. 6. g

Hic. 6. d sequitur in propheta. Quā ob rem cadent inter ruentes in tempore visitationis suæ. Corruent, dicit dominus: pondere nanque peccatorū assentatores suos post se peccatores in præcipitia rapiunt, & secum eos ad inferna deducunt. Hæc contra quosdam confessarios nostri temporis piè impios, & impiè pios dicta sint, qui ne confitentem aliquantisper contristent, illum in sua nequitia manere permittunt. At quantò melius esset ad modicum contristare, quàm in æternū damnare. Apostolū audiamus, qui ad Corinthios sic ait. Et si contristavi vos in epistola, non me pœnitet: nam etsi ad horam epistola illa vos cōtristavit, nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia cōtristati estis ad pœnitentiam. Ecce enim hoc ipsum secundum Deū contristari vos, quantum in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictā. Hæc omnia bona tristitia quæ secundum Deum est, operatur in homine. Nō te pigeat o sacerdos, ægros moribus sic contristare: nolo tamē vt in pœnitentijs iniungendis, plus equo severior sis: dictum domini saluatoris memorare, alligant onera graua, et importabilia, & imponūt in humeros hominum, digito autem suo nolūt ea mouere. Vnde & nūc ad apostolos ait. Soluite, & finite abire. Ac si dicat. Non pœnitētia eos grauetis, non austeritate terreatis: nam in actione pœnitentiæ non tam attenditur quantitas rigoris, aut temporis, quàm doloris. Contritio peccatorum tollit, gemitus & lachryma crimen abluit. Peccator ē sacerdotis absolutio soluit, exterior autē pœ-

2. Cor. 7
b

Matth.
23. a.

na & de peccato sumit iustam vindictā, & peccatori affert medicinā. Cor contritum & humiliatū Deus non despicit. Cōfitentis aduersum se iniustitiam suam, ipse peccati impietatem remittit. Qui peccata sua eleemosynis redimit, qui saccum & cinerem sternit, qui humiliat in ieiunio animam suam, & orationem fundit coram altissimo, ipse immutabilis Dei præuenit iudicium, & vt ita dicam, mutat sententiam, & plenam assequitur peccatorum veniā. Quæ licet ita sint, satius tamen iudico, cum modica pœnitentia animas ad purgatorium remittere, quàm propter pœnitentiæ rigorē damnationis periculo eas exponere. Nam pœnitentia pro mortali si acceptatur, obligat ad effectum. Sic itaque rigorem pœnitentiæ temperato, vt neque leuitas, delicti contemptum, nec grauitas omittendi periculum pœnitenti creet. Hoc iudicio meo ita perficies, si facilem vnam iniunxeris, & acriorem alteram peccatori consulueris: ita tamē, vt ad omnē eius voluntariam & spontaneā pœnitentiam, sacramenti applices efficaciam: non nihil enim ex hac applicatione illi accrescit. Hæc sunt peccatoris indurati remedia: quæ si fecerit, sicut dictum est, quantum quadriduanus, quantum sepultus, & foetidus, poterit à peccato suscitari, & beatorum felicitate potiri. Sunt autem sex, vt epilogo ea concludamus: scilicet pia patronorum interpellatio, amara delictorum contritio, diligens passionum curatio, clara peccatorum confessio, efficax sacerdotum absolutio, & pœnitentis debita satisfactio. Quæ omnia in lectionis euangelicæ serie sigillatim annotata sunt. Sed de absolutionis efficacia,

ps. 50.

Esa. 68.

ps. 34.

efficacia, succincte nūc attingamus, propter quosdam qui iudicio meo clauium virtutem nimis attenuant, afferentes sacerdotes neminem à peccato absoluere, sed absolutum duntaxat ostendere, hoc domini saluatoris miraculo opinionem suam corroborantes: nam Lazarum solus ipse suscitauit, & viuum apostolis soluendum tradidit. Quis enim (inquiunt) potest remittere peccata, nisi solus Deus? Ego occidā, & ego viuere faciam, ait dominus. Quomodo igitur sacerdos absoluit, quomodo viuificat animas? Leprosos in lege sacerdos non mūdatur, sed mūdatur declarat: propter quod dominus leprosos iam mūdatur ad sacerdotes remisit, dicens. Ite & ostendite vos sacerdotibus. Non ergo aliter existimandum est contingere in lepra cordis, quàm corporis. Deus mūdatur, sacerdos mūdatur declarat. Sed si ita est absolutio, non sacramentū, sed sacramenti signum & indicium est, & non in officium, sed in onus & seruitium data est. Quanta est hæc clauium virtus, non à peccatis absoluere, non peccata remittere, sed absolutum remissumque ostendere? Non ita lego in euangelio, non ita audio. Sed quid? Quorum remisseritis peccata, remissa sunt: & quorum retinueritis, retenta erunt. Remittit ergo peccata sacerdos, non tantum dimissa ostendit: non tamē vt Deus, sed vt minister: non propria virtute, sed Dei institutione: nō sua autoritate, sed Dei beneplacito: non relaxando delictum, sed applicando sacramentum. Deus enim solus gratiam, & vitam peccatori confert, sed ad arbitrium & iudiciū sacerdotis: cui tanta virtus & potentia collata est à Christo, vt ipso exte-

Deu. 32
f.

Luc. 17
e.

Ioā. 20.
e.

rius absolvente solo verbo, Deus intus infallibiliter absoluat veritate, & facto, si non ponatur obex, & adfit dispositio. Quid miraris? quid stupes? An in paruulorum baptismo non ita fit? Sacerdos à foris mittit aquam, & Deus intus infundit gratiam: & ablutio illa exterior non solum interiorem significat, sed etiā suo modo causat. An etiam dubitas quia sacerdos verbo conficit, verbo consecrat? Verè sunt sacramentales formæ, non dubites: ego te baptizo, ego te absoluo: neque tua indigent glossa. Vnde quia magnam quandā potestatem, & seculis inauditā, Christus dominus apostolis collaturus erat, post suam resurrectionē prius eos suo flatu spiritu sancto perfudit, dicēs. Accipite spiritum sanctū: & statim adiunxit. Quorum remisseritis peccata, remittuntur eis. O admirandam stupendamque potentiam, o gratiam singularem: vt homo homini, peccator peccatori peccata dimittat: & in hominis arbitrio Deus offensus iustitiam suam ponat. Stupeo fratres, & vehemēter admiror, nec me capio præ lætitia, quoties tantæ dignationis & clementiæ beneficium mecum ipse considero. Quis vnquā hominum à Deo talem posset gratiam sperare? quis vnquā posset credere, quod filius hominis super terram potestatem habeat remittendi peccata? Cū paralitico cuidā diceret Christus, remittuntur tibi peccata tua, blasphemare visus est pharisæis: & quis (inquiunt) potest remittere peccata, nisi solus Deus? Quibus dominus. Vt sciatis (inquit) quia filius hominis potestatem habeat remittendi peccata, ait paralitico. Surge, tolle lectum tuum, & ambula. Acclamatum est ab omnibus viso

Ioā. 20

Matth.
9. a

viso

vifo miraculo, & merito: benedictus Deus, qui talem potestatem dedit hominibus quia nihil maius hominibus præstari posse videbatur: & tamen hoc quod sic admiratur synagoga, cui libet sacerdoti collatum est in ecclesia, non dubie, non obscure, sed infallibiliter, & aperte. Quorum remiseritis (inquit) peccata, remittuntur eis. Quid clarius, quid apertius? nolo expositiones tuas, nolo glossata vana, sic à Christo prolatum est, sic suscipio, ita credo. Confer nunc omnia illa antiqua beneficia quæ populo illi collata sunt, & velut arena exigua reputabuntur ad istud. Quid est manna, quid aqua de petra, quid concessa libertas ad hanc gratiam remissionis? Mira potestas, ut inter Deum & hominem arbiter homo sedeat, & Dei iudicia suo arbitrio homo discernat, offensas Deo illatas fratri remittat, & quod homo agit in terris ratum & firmum habeatur in cælis. Cui unquam sanctorum patrum in lege tanta facultas concessa est? Abraam amicus Dei, Moyses Deo familiaris & charus, qui cum Deo quasi vir ad proximum suum loquebatur, nunquid tale aliquid acceperunt? Nunquid orante Abraam pro peccato Sodomorum, & Moysè pro reatu vituli deprecante, quispiam illorum audivit à domino. Relaxa tu peccatum, dimitte delictum: Sed quid admiramur, si sacerdoti euangelico conceditur, quod patriarchæ sanctissimo concessum non est? Decuit enim Deum hominem factum, inter homines conversatum, in terris visum, talia hominibus dona præstare, talia fratribus suis xenia relinquere. O verè donum Deo dignum, & magnificentia tali largitore dignissima.

Sap. 7. b
Deu. 8.
a
Exo. 17
b. & in
Exodo
per mul
ta capi-
ta agi-
tur deli-
bertate
Israëlis

Exo. 33.
9
Gen. 18.
d
Exo. 32
8

Baruc. 3
d

Apostolum super hoc audiamus. Qui proprio (inquit) filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo non cum illo nobis omnia donavit? Sponte dedit filium, & magnum est si gratis remittat debitum? Donavit unigeniti sui personam, & non delicti nostri condonabit indulgentiam? Hæc quidem gratia si per se pensetur, magna est: si verò ad illam conferatur, exigua. Latemur ergo fratres, & gaudeamus, quia in illo plenitudinis & gratiæ tempore sorte incidimus, in quo si Christo domino per fidem & amorem adhaerimus, si in eius merito & virtute considerimus, etiam si mortui & sepulti peccato fuerimus, eius gratia & misericordia faciliter suscitabimur, ipso vivificante, qui mortem assumpsit, ut vitam donaret. Cui enim patre & spiritu sancto est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

DOMINICA IN PASSIONE, de contritione.

THEMA.

¶ Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.



Hæc verba solus dominus & mater eius dicere possunt, ceteri quantumvis sancti dicent cum Ioanne: si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & cum Iacobo: in multis offendimus omnes. Est tamen alia via, si per modum orantis & deprecantis, qua omnes dicere debemus. O si quis argueret

me

me de peccato. Magnum nobis beneficium præstat qui arguit, verus amicus est: nam sermo reprehensionis clavis est apertionis. Aperit sensum & rationem, ut intelligamus defectus nostros, & corrigamus. Sed est tanta nostra superbia, quod non acceptamus reprehensionem, etiam si fiat cum omni humilitate. Apostolus ad Timotheum. Argue, obsecra, increpa opportunè, importunè. Ecce fratres reprehensio versus in hac quadragesima quantum fructum fecit, quatas animas eripuit de laqueo diaboli: dico ut gaudeatis, & gratias agatis Deo. Possumus dicere quod Apostolus, et si contristavi vos, non me poenitet, quia contristati estis ad poenitentiam. Ceterum maximus & verus reprehensor est quisque sui: nam nescit homo quid sit in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est: mala nostra palliamus & bona ostendimus, ideo soli nostros defectus optimè cognoscimus, quos continuo arguere debemus coram Deo per singulos dies, adhortantes corda nostra (ut ait Apostolus) ne obdureretur quis ex nobis fallacia peccati: sicut legimus de illo senè monacho, quem cum alius monachus visuaret stans pro foribus cellæ, audivit senem secum loquentem, & se increpantem. Quid hic agis senex fatue, hypocrita, deceptor populi, putride, tepide, quædiu te sustinebo? Hæc autem reprehensio per contritionem fit: de qua hodie locuturi sumus, & dicemus tria: primò quid sit contritio: secundò quàm magnum & proprium remedium peccatorum sit contritio: tertio quomodo acquiratur. ¶ Contritio est iuxta theologorum sententiam, dolor voluntariè assumptus pro peccato, cum proposito con-

2. Ti. 4.

a

2. cor. 7.

b

1. cor. 2.

c

Heb. 3. c

fitendi, & satisfaciendi: potest addi, & iterum non peccadi. Dicitur primo, est dolor. Pro hoc notandum, quod duplex est dolor: quidam qui est actus voluntatis, & ille est odium, & displicentia, & detestatio, & abominatio peccati, nolle peccasse: & iste actus est liber, & in nostra potestate: secundum illud Augustini. Nihil est magis in potestate voluntatis, quàm ipsa voluntas. Alius est dolor sensitivus, qui est passio & tristitia quædam in sensualitate, quæ aliquando prorumpit in lachrymas. Primus dolor est contritio, & non secundus, sed est effectus contritionis. Nam ex displicentia & odio peccati commissi, nascitur in sensualitate illa tristitia: et hæc non est sic in nostra potestate: nam quidam sunt duriores ad lachrymas alij teneriores, ut mulieres, & tantum bonum & tam magnum commodum peccatorum debuit esse liberum, & in nostra potestate cum Dei gratia. Nam si in huius commotione & dolore sensualitatis contritio esset, mulieres tenerè multò melioris conditionis esset quàm viri duriores. Verum est, quod (ut ait Augustinus) hic dolor sensualitatis signum est contritionis: nam qui pro temporalibus luget faciliter, & pro peccatis non luget, signum est quod non perfectè dolet, neque displiceat ei peccata. Est tamen signum fallax, nam quæ sensu percipimus facilius nos afficiunt hoc dolore, quàm quæ fide tenemus. Dicitur voluntariè assumptus, propter quod dolor & poenitentia in morte suscepta aliquo modo suspecta est, quæ non voluntate libera, sed magis timore fit, & quasi quadam violentia instatis periculi: si amen liberè doleat, proderit. Dicitur, de peccato, non de damno,

mno, vel de pœna, vel de infamia, vel de turpitudine, & vilitate peccati: sed dolendū est de peccato, prout offensa Dei, sic vt etiāsi nullum incommodum de peccato proueniret, neque esset infernus aut iudicium, neque aliquis sciret, etiam displiceret peccatum, quia Deus fuit offensus. Sicut Petrus & Magdalena post remissionem peccatorum, & post tātam Dei amicitiam, nihilominus plorabāt assidue peccata, adeo vt Petrus maxillas haberet concrematas præ lachrymis, vt ait Clemens. Vera cōtritio ex amore Dei debet procedere, non ex timore, aut ex amore sui. Vnde Augustinus. Oportet pœnitentem non solum Deum timere iudicem, sed & iustum diligere: & hoc valde aduertere debet peccator. Nam Deus magis aspicit de quo doles, quā quantum doles: & plus curandum est vt dolor sit perfectus, quā vt sit intensus. Dammati multum dolent de peccatis, & multum pœnitent, vt dicitur in libro sapientia: dicent intra se pœnitentiā agentes, & c. sed pro tormento, non pro peccato. Similiter latro multum dolet de furto, sed propter patibulum, non propter delictum. Adulteri de adulterio, sed propter infamiā, non propter culpā: & alij propter alios respectus. Solus dolor ille contritio est, qui est propter Deū: vnde attritio & contritio non tam differunt, quia contritio est dolor intensus, & attritio est dolor remissus, sed magis quia contritio est dolor perfectus propter Deum, & attritio est dolor imperfectus, & mixtus cum alijs respectibus. Dicitur in diffinitione, cum proposito consistendi, & satisfaciendi, & iterum non peccandi. Nam triplex propositum debet

comitari contritionem: scilicet propositum consistendi suo tempore, ad minus: & propositum satisfaciendi, implendo ad minus pœnitentiam à sacerdote iniunctam: ac propositum non peccandi. Non sufficit, quod non habeas propositū peccandi, sed debes habere propositū non peccandi.

Ex hac diffinitione possumus elicere quinque conditiones, quas debet habere dolor, vt sit perfecta & cōsummata contritio. Prima quod sit purus, id est propter Deum totaliter, vel principaliter, vt dictū est, non propter damnum: non quod malum sit dolere de damno, & de inferno, & de vilitate peccati, & perditione multorum bonorū quæ perdidisti peccādo, imò hoc est valde bonum: vnde propheta ad hunc dolorem prouocat, quando dicit, quā vilis facta es, nimis iterās vias tuas: & iterum, leua in directum oculos tuos, & vide vbi nunc prostrata sis: sed hic dolor non debet esse principalis, sed accessorius. Vnde dominus suscitaturus Lazarum, bis infremuit spiritu, ostendens quod in suscitatione peccatoris duplex gemitus habendus est: primus de peccato, secundus de damno. Propter hoc & in expiatione puer peræ par turturum, aut duo pulli columbarū offeruntur pro peccato: nam turtur & columba gemit: vtraque in figura, quod duplicatus gemitus offerendus est pro peccato in expiatione peccatoris.

Secunda conditio, quod sit pius, id est non sit furiosus: vt faciunt quidam, qui se ipsos diris deuocent, & cōquerantur de Deo, & peccatis su peraddunt blasphemiam: hæc furia damnatorum est, & desperatorum.

Vnde

ps. 57. Vnde psalmus. Furor illis in similitudinem serpentum, id est damnatorum. Iam enim hinc incipiunt gustare, & bibere calicem demoniorum, & damnationis æternæ. Debet itaque dolor esse pius, humilis in mansuetudine, qualis exprimitur in psalmis pœnitentialibus: in illis enim spiritus sanctus descripsit formam doloris salutiferæ contritionis. Non ibi reperis furiam, sed humilitatem, & afflictionem piam. Exempli gratia. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea: & anima mea turbata est valde.

Tertia conditio, quod sit maximus apreciatiue, scilicet, non intensiue: vt plus doleas de peccato, quā de quocunque infortunio, vel morte vxoris, aut filiorum. Non intensiue, nam sensibilia mala magis mouent nos, sed apreciatiue & in æstimatione: quia si daretur optio, potius eligeres pari quocunque infortunio, & mortem filiorum, & tuā, imò & infernum, & anihilationem tuam, quā eligere peccatum. Vnde Augustinus. Christianus nō debet peccare, etiam si necesse sit mori quicquid Deus non est. Tantum malum est peccare. Sicut igitur peccatum est maximum malorum, ita debet maximè exhorrieri apud rationem rectam, & illuminatam mentem. Dole peccator, & detestare peccata tua quantum potes, quantum vales, quia nunquā pro merito detestaberis: nūquam eris nimis in hac detestatione, & odio voluntatis. Sed in dolore sensitiuo, & tristitia potest esse excessus: vnde aliquando temperandus est, ne venias in desperationem. Propter quod Apostolus

iubet consolari peccatorē Corinth. ne absorbeat ab abundantiori tristitia. Temperatur autem huiusmodi tristitia contemplatione diuine bonitatis. Vnde psalmus. Ad me ipsam anima mea conturbata est, propterea memor bro: tui. Oportet enim aliquando diuertere oculos à consideratione tui, & tunc iniquitatis, & ponere in diuina misericordia & pietate. Vnde Augustinus. Pœnitens de peccato doleat, & de dolore gaudeat: & sic dolor temperabitur gaudio.

Quarta conditio doloris, quod sit perpetuus: nam pœnitentia cum vita finiendā est. Vide peccator quod onus imponis super te, ad quid te obligas peccando propter momentū delectationis. Nō tamē est sic intelligendum, quod dolor ille cōtinuatus duret per totam vitam: hoc enim quis posset: sed quod quoties peccatum tibi occurrit in memoriam, practicè & morosè teneris odio habere & detestari, vt te pœniteat fecisse illud. Quidā dicunt quod sufficit vt non placeat, sed tutius est vt etiam displiceat. Vnde psalmus. Peccatum meum cōtra me est semper. Et iterum: tota die, id est tota vita contristatus ingrediebar.

Quinta conditio, quod sit particularis de quolibet peccato mortali quod est in memoria: non quod debeas habere tot dolores particulares, quot peccata recordaris, vt quidam volūt: sed sufficit quod habeas vnum dolorem extēsum, qui se extendat ad omnia peccata mortalia in particulari, quæ recordaris te fecisse. Non enim sufficit si in confuso doleas de omnibus, & in generali, quia es peccator magnus, & quia offendisti multum, sicut dolent sancti:

Sap. 5. a

Hic. 29

Hic. 30

Ioan. 11

Leuit. 11

b

2. cor. 2. b

Psal. 6.

ps. 50.

ps. 37.

cti:

& conuersus ad se ingemuit, dicens. O anima, nunquam ego te mortuam sic deploraui. Sic sic sine consolatione plorandum esset peccatum, ex supradicto prophetae consilio: sed va nobis insensatis, qui mortua anima mille peccatis, nullum sentimus dolorem: sed opus est exprimere lachrymas, excitare dolorem, quærere afflictionem. Quanta hæc confusio, quanta hæc cæcitas & miseria. Si mortuo viro vxor pergeret ad vicinas dicens, non possum plangere, vbi quæram dolorem & lachrymas? Quid illæ responderent. O insensata, non multum diligebas, quem non deploras. Sic fratres post peccatum confusio est nostra indigere monitione ad lachrymas: verè si sciremus malum quod perpetravimus, quid amisimus, quid incurrimus, non possemus à lachrymis temperare: potius fræno, quàm calcari egeremus. Sed tamen Deus cognouit figmentum nostrum, quia sensuales sumus, & spiritalia incommoda, non sic vt temporalia sentimus, & ideo si non sponte dolemus, saltem ipsum dolorem perquiramus, vt propheta ait. Tribulationem & dolorem inueni. Et iterum. Circuiui & immolauit in tabernaculo eius hostiam vociferationis, id est clamoris & lamenti. Sed quomodo circuibimus? Vtrique consideratione & intellectu, more auium, quæ circumeundo volatu se in alta rapiunt: sic circumeundo consideratione, iacentem & grauem affectum excitemus, & eleuemus intelligentiæ plumis. Sed quomodo fiet istud practice, audite. Re-

ps. 112

ps. 114
ps. 26

clusus in oratorio solus, considera Dei bonitatem, clementiam, & amorem erga te, & multiplicem eius beneficentiam, & dona quæ tibi dedit, quomodo te sustinuit, & expectauit in multa patientia, quomodo pro offensis multa bona dedit, offensus rogat vt redeas ad illum: & considera tuam duritiam, pertinaciam, ingratitude, & prauitatem, quàm malè respondisti tam bono patri, quomodo contemnis monentem, despicias vocantem, & sine timore & verecundia pro nihilo habes illum offendere, & mille iniurias facere. Qua audacia, quo vilipendio formica de terra erigis caput contra tantam maiestatem, & rebellas contra eum, quem trepidant cælestes principatus, sub quo curuantur qui portant orbem? & legem eius, quam Angeli, & cæli, & omnes creaturæ custodiunt, solus cum diabolo præterire & præuaricari audes stultus & cæcus? & relicto parente conditore, qui te proprio sanguine redemit, cum diabolo inimico suo & tuo conspiras, & solus rebellas contra illum, qui tanta prote sustinuit, & tantam gloriam tibi parauit? Hæc (inquam) & similia profunde considera, attentè & morosè, & si lapis non es, mouebitur certè cor tuum, & mollescet in lachrymas, tanta Dei bonitate, & tanta ingratitude & malitia tua considerata, & in meditatione tua exardescet ignis amoris, & doloris calore succenderis. Quod si hac via non vales duritiam cordis deuincere, saltem iuxta consilium Prophetæ, conuerrere ad

Rom. 9

Iob. 9b

ps. 118

ps. 54

Esa. 48.
d

ad infernum, qui obliuisceris Deus: & cogita damna quæ peccando incurristi innumera: quot virtutes, quot dona, quantam gratiam perdidisti: quomodo vitam tuam malè consumpsisti: quàm alius esses, si domino adhæsissem, & mandata eius seruassess, sicut ipse per Prophetam ait. Vtinam custodisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Cogita etiam poenas illas æternas, & æterna supplicia quæ incurristi: gloriam quam amisisti: seruitutem diaboli duram, quam sustines: cæcitatem quæ pateris: vilitatem tuam & eiectionem, qua confunderis: quàm vilis & abominabilis factus es, & quantum decorem innocentia perdidisti: quomodo vitijs ligatus es, & irretitus, tua nobilitate & libertate captiuata sub iugo peccati. Cogita (inquam) quid pro quo commutasti: o stulte, Dei amicitiam & gratiam, omnia dona eius, & gloriam illam sempiternam, & diuitias perpetuas, angelorum societatem, iustitiæ & innocentia decorem, pro vilissima & momentanea voluptate, & pro modico temporali lucro contempsisti & commutasti, & te perpetuis ignibus & ardoribus, & dæmonum seruituti obligasti. Quanta dementia, quanta stultitia, quanta miseria. Sicut si regina decora & ornata, relicto rege marito suo, & gloria regni contempta, cum vili mancipio Aethiopiæ pro vili pretio recedat, & omnem ignominiam sustineat. Hæc cogita, vt quem Dei amor non excitat, saltem incommodum moueat ad luctum: quod si neque sic emollescit cor tuum,

saltem ipsam tuam duritiã & insensibilitatè deplora, quod quasi phreneticus in tanto periculo mortis, & in tanta miseria constitutus, nihil sentias, sed rideas & gaudeas, futurus post modicum torris inferni perpetuus, & cibus ignis. Et conuersus ad dominum, ora vt amoueat à te cor lapideum, & præstet cor carneum: & aperiat tibi fontem lachrymarum, venam aquæ viuæ salientis in vitam æternam: neque ab hac oratione desistas, donec obtineas: nam certè si persistis, obtinebis. Noui ego sceminam, quæ de hac siccitate dolebat, quod nullas haberet lachrymas, quæ monita vt peteret à domino cum fiducia, & perseverantia, tantam à Deo obtinuit abundantiam lachrymarum, vt necesse fuerit postea eas reprimere, & ab oratorio recedere, ne euanesceret caput, & oculi caligarent. Credite mihi, nostra culpa est quod repetimus: quia non oramus, non postulamus, non quærimus, non procuramus. O felices lachrymæ quibus peccatorum maculæ abluuntur, & ignis ille sempiternus extinguitur. O felices gemitus, quibus vlulatus illos sempiternos euadimus. Felices dolores quibus tormenta mortis æternæ declinamus. Felix contritio & tristitia, quæ hic peccatum delet, veniam obtinet, Deo reconciliat, hominem à seruitute diaboli liberat, & lætitiã illam incnarrabilem, & gloriam impetrat sempiternam: ad quam nos perducatur Iesus Christus.

Amen:

DEO GRATIAS.

O 2 Feria

FERIA SEXTA POST
dominicum in passione.

THEMA.

¶ Collegerunt pontifices &
pharisæi concilium.

Ex Ioan. II.



N euangelio narratur causa mortis domini: audito namque magno illo miraculo suscitationis Lazari à presentibus, ut dicitur in euangelio, quidam abierunt ad pharisæos, & nuntiauerunt illud. Die sequenti congregati sunt in concilio cum pontificibus, & principibus populi, sicut scriptum est. Principes conuenerunt in unum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Et dicebant. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & facient eum regem: quo audito, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. O iniqui, o peruersi, non mouet vos zelus populi, non gentis liberatio? Quæ enim apparentia fuit regni in homine paupere, & humili, alienis elemosynis sustentato? Quam ambitionem, aut dominandi libidinem vidistis in homine humili, & contemptore diuitarum, & pompæ? Quod si inuitus à populo constitueretur rex, nunquid non sufficeret liberare populum à Romanis, qui poterat homines suscitare à mortuis? Quis vnquam saluator populi tam potens fuit, ut talia o-

Psal. 2

pera faceret? Quanta vobis esset felicitas in tali rege! quanta securitas in tali saluatore! Non ergo erat vlla ratio aut causa timendi, sed colorem suæ malitiæ & inuidiæ præstabant: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Sedebant itaque, & singuli sententiam dicebant: alius sic, alius sic. Vnus dicebat cõprehendatur secretè, & mittatur procul in custodiam vbi amplius non appareat, alius legitur, & mittatur ad Cæsarem, vel tradatur Pontio Pilato: alius occidatur secretè ab aliquo: alius inuitetur, & poteretur veneno: alius publicè rapiatur, & occidatur: sed non in die festo, ne fiat tumultus in populo. Nullus erat ibi qui responderet pro innocente, & diceret. Quid enim mali fecit. Nullum aliud crimen reperitis, nisi quod signa multa facit, quod sanat egrotos, quod illuminat cæcos, quod suscitatur mortuos? Propter hæc adorare debuistis, & pro his occiditis? His beneficijs talem præstatis remunerationem? O audaciam, o cæcitatem stolidorum consiliariorum! Illum tentatis occidere, qui mortuis vitam præstat? qui tantam à Deo accepit potestatem, & non cõsulitis an poteritis? Talem vobis facitis inimicum, & non timetis, ne forte ille occidat vos? Facilius enim multo est viuos occidere, quàm mortuos suscitare. Quãto consultius ista omnia tractassent, si cæci nõ fuissent. Psal. De his. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Non faciebant concilium vt veritatem inquirerent, sed vt malitiam confirmarent: & sic excitati passione, hæc omnia non attendebant. Tunc Caiphas pontifex

ps. 13.

Mar. 14

a

Matth.

27. c

ps. 139

tifex anni illius, auditis singulorum suffragijs, absoluit negotium, dicens. Vos nescitis quicquam, neque cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat: quid aliam causam inquiritis? sufficit ad hoc salus populi. O prophane, quantam veritatem dixisti! Verè expedit vt moriatur Christus pro mundo, ne tota gens pereat. Ita est. Hoc à semetipso non dixit, sed prophetauit spiritu sancto mouente linguam suã, quia pontifex erat, sed non tangente cor illius. Prophetauit, sed non fuit propheta: quia non intellexit quod dixit, sed in sensu in quo ille locutus est, falsum protulit. Nõ enim debet occidi innocens, etiã si inde speretur quæcunq; comoditas: quia sanguis effusus clamat cõtra populum: neq; occisio innocētis potest esse populo utilis, sed nociua. Alia via quærendum est remediũ: nam occidere innocentem, non est querere, sed destruere bonum publicum.

Gen. 4. b

Ab illo ergo die decretum & determinatum est, vt Christus dominus occideretur. Iesus ergo iam non publicè ambulabat in populo vt prius, sed abiit in regionem separatã, iuxta desertum in ciuitatē Ephrem: & ibi latuit, vsq; ad sabbathum sequens: nam sabbatho præterito factum est concilium, & post octo dies venit Bethaniam, & die sequenti ingressus est Hierusalem, cum ramis, & gaudio populi. Vnde patet, quod hoc concilium non fuit factum hodie, sed sabbatho præterito. Pharisæi autem & pontifices nõ inuenientes eum, dederunt mandatũ, & voce præconis iusserunt, sub anathemate & eiectione à synagoga, vt si quis nouerit vbi sit, indicet, vt comprehendatur. Et vt existimo,

quæsitus est in domo Mariæ & Marthæ, & per totã ciuitatē: & hic fuit primus gultus passionis eius in virgine. Hæc de euangelio.

¶ Hoc concilium mirabiliter fuit expressum in libro sapiētiae, vbi dicitur.

Dixerunt impij cogitantes apud se nõ

Sap. 2.

rectè: circumueniamus iustum, quia inutilis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris. Et si iustus, tamē nobis valde aduersatur, perdit ac destruit nos: acceptione populi quã habebamus abstulit. Iã populus nõ honorat nõ sequitur nos, pro nihilo despiciet nos, & elemosynæ perierunt. Ex quo hic homo prædicare cõcepit, honor redditusq; cessauit: nobis valde perniciosus est, & cõtrarius est operibus nostris: in omnibus aduersatur & reprehendit opera nostra: impropertat nobis peccata legis, quæ non intelligimus legẽ, sed preuaricamur, & dissipamus eam: quod dimittam legẽ Dei propter traditiones nostras, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, infamat doctrinã nostrã, dicens, quod doceamus solas cõtemnias, vanè omittentes potiora: mundantes quæ foris est paropisidis, & non quod intus est cordis: quod excolamus pulicẽ, & deglutiamus camelũ. Personam nostram & doctrinam infamat: neq; sola exteriora reprehendit opera, sed factus est nobis in tradicem cogitationũ nostrarum. Etiam cogitationes nostras nouit, & publicat: nescim quomodo: vt neq; cogitare quæ volumus liceat, & desiderare non sit liberũ coram eo. Nã illico dicit, vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Nihil potest esse occultatum huic homini: tanquã nugaces estis sumus ab illo, & abstinet se à vitijs nostris, tanquã ab immunditijs. Vocat nos semper hypocritas,

Matth. 15. a.

Matth. 23. c.

Matth. 9. a.

Sap. 2. c.

FERIA VI. POST DOMINICAM IN PASSIONE:

Matth. 3.b. fictos, mendaces, cæcos, & duces cæcorum: & detestatur vitam nostram vt prophanam et pessimam, monendo populū vt nō sequatur nos: quōd imponamus onera graua et importabilia, et digito nō tangamus, non agētes quod docemus: propter quod grauis est nobis etiam ad vidēdum, & odio est nobis maximo. Non possumus eum oculis aspicere præ rancore, quoniam dissimilis est alijs vita illius. Habet vitam extraneam, & plusquam humanam: non ridet, nō lætatur, non otatur, nō quærit quæ mundi sunt, longē est ab omni humana consuetudine vita illius: nullus mortalium sic viuere possit: & filium Dei se nominat, & gloriatur patrem se habere Deum. Et certē negare non possumus, quōd opera faciat stupenda, & prodigia terribilia. Sed videamus si sermones illius veri sunt, tētemus quæ vērura sunt illi, tentemus vadum, perscrutemur hanc veritatem. Contumelia & tormento interrogemus eum, & morte turpissima condemnemus eum: si enim verus filius Dei est, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum, neque permittet filiū suum sic torqueri & occidi: quōd si non liberatus fuerit, proculdubio fallit, & filius Dei nō est, sed seductor populi. Hoc ergo inquiramus, hoc sciamus. Hæc (inquit) cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia ipsorum, & inuidia ipsorum. Quā aperte, quā exactē, quā proprie huius concilij malignitas expressa est à spiritu sancto in illo libro! Quis illorum consiliariorum astantium concilio, rem sic exprimere potuisset? Ex hac autoritate patet, istos non solum timuisse

plebem, ne illum defenderet: sed etiam timuisse, ne fortē ipse eriperetur miraculo, & ideo quasi tentando negotium inchoasse. Nam licet oderant illum, & eius mortem optarent, tunc non poterant ignorare potentiam miraculorum eius: & quanuis pessimi non tamen erant rudes. Vnde forsitan timebant, ne faceret ignem de celo descendere, vt Elias supra quinquagenarios: vel ne cæca ret comprehensores vt Elias: vel alio modo occideret eos, vel de manibus eorum euaderet. Et ideo quasi negotiū arduum & difficile aggressi sunt, rei exitum pertimescentes. Vnde Augustinus super psalmos. His omnibus, curationibus eius ingrati, tanquam multa phrenetici, insaniētes in medicum qui venerat curare eos, excogitauerunt consilium perdendi eum, tanquā volentes probare, vtrum verē homo sit qui mori possit, an aliquid super homines, & mori se nō permitat. Propterea dominus, vt probaret ita esse vt cogitauerāt, q̄ liberare se possit, antequā cōprehēderetur vno verbo eos prostrauit in terrā, quasi mortuos. Et nisi ad hoc missus esset, vt pateretur quotquot venissent prostrasset: et ipsos principes & phariseos si venisset, similiter prostrasset: vt experirentur quā merito timuissent, & quā facile posset se liberare de manibus eorum. O nimia cæcitatem, o stupendam phrenesim, quomodo ausi sunt comprehendere illum, qui solo verbo sic eos strauit? qui solo tactu aurem restituit? nisi mens leua fuisset surgentes etiam timore correpti fugere debuissent. Et pontifices non cesauerunt à prosecutione negotij, cū famuli eorum hoc eis narrauerunt.

Vnde

FERIA VI. POST DOMINICAM IN PASSIONE. 108

Vnde postmodum cū vidissent dominum in cruce positum, palentem & morientem, quasi ouantes & gloriantes, quōd res prospere successisset, insultabant domino dicentes. Alios saluos fecit, & seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel, descēdat nūc de cruce, & credemus ei. Sperauit in domino, eripiat eum si vult. Nam vsque tunc semper timebant, sed quā modicum durauit illa insultatio, & illa gloriatio eorum! Adhuc ista dicebant, & ecce sol obscuratur, terra cōtremit, petra sub cruce scinditur, velū templi rumpitur, elementa turbantur, adeo vt Centurio visis his quæ fiebant cōterritus acclamaret. Verē filius Dei erat iste: & populi sua pectora percutientes, ad ciuitatē reuertentur timētes, et tremētes pro peccato cōmisso. Sed tūc tunc magis cōfusi, quoniā venerunt custodes, & cū surrexisse à mortuis nuntiauerunt. Et necesse fuit pecunia corrumpere eos, ne hoc populo proderent. Quomodo tunc confusi sunt, quomodo timuerunt & palluerunt? Quanto aliud fuit illud cōcilium ab isto? Sed postea quoq; veritate aperta, quando populus conuertebatur, et apostoli faciebāt signa magna, & nomen illud quod ipsi extinguere voluerunt, non solum in Iudæa, sed in toto orbe adorari et coli cœpit, ipsis videntibus & scientibus, quomodo fremebant, et intra se contabescebant? Vnde dominus per prophetam. Ne lateris (inquit) inimica mea (synagoga scilicet) super me, quia cecidi: cōsurgam cū sederō in tenebris, mortis scilicet & sepulchri: dominus lux mea est. Et in psal. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, et retribuā eis. O duritiā,

ō pertinaciam: quomodo non conuersi sunt his omnibus visis atque compertis? Quā bene Iacob patriarcha istorum malitiam, et pertinaciam, et concilium hoc pessimorum expressit in figura! nam cū morti appropinquaret, videns in spiritu hæc omnia, ait. Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cætu eorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, et indignatio eorum quia dura. Nam ex tribu Simeon fuerunt Pharisei, & ex tribu Leui sacerdotes, qui hodie congregati sunt in concilium contra Christum. Quorum concilium patriarcha in spiritu detestatur, et pertinaciam incredulitatis. Quoniam visis tot mirabilibus non sunt conuersi. De quibus Iob. Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Sed sefellit eos malitia, et mentita est iniquitas sibi. Hanc fregerunt lampadem sacram, & effusum est oleum super omnem terram. Sicut scriptum est. Oleum effusum non mentium. Ruperunt sacco mentis nostræ, & intus apparuit aurum diuinitatis, & potentie diuinæ. Voluerunt extinguere lucernam mundi, & posuerunt eam super candelabrum, vt luceret omnibus qui in orbe sunt. Et dum mortificare voluerunt granum illud frumenti cælestis, seminarum est, et c. mortuum creuit in amplissimam segetem populorum. Sicut ipse ait. Nisi granum frumenti mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Horum omnium causa fuit

Q 4 inuidia.

Matth. 27.c.

Matth. 27.f.

Luc. 23. 8

Matth. 28.c.

Act. 2.g

Miche. 7.b

ps. 40

Gen. 49

Iob. 5.c

ps. 26.

Cant. 1.a

ps. 26.

Matth. 5.b

Io. 12.c

inuidia. Fugiamus fratres tam ma-
 lum vitium. Inuidia diaboli, mors
 introiit in orbem terrarum: inui-
 dia Cain fratrem innocentem occi-
 dit: inuidia fratres vendiderunt Ioseph:
 inuidia pharisæi occiderunt Christum:
 & infinita alia mala fecit inuidia. Deus nos liberet a tā malo & tā ignominioso vitio. Primò hoc peccatum diabolicum est, & purum malum: nam alia vitia & peccata ali quod bonum præcedunt, licet inordinatè. Nam ambitiosus quærit honores: avarus diuitias: lubricus voluptates: gulosus saporem: accidiosus quietem: & hæc omnia bona sunt, si non nimis, & præter diuinæ legis & rationis ordinem quærentur: sed inuidia pura malitia est, nihil habes commodi, sed tormenti plena: nihil solatij, nihil voluptatis. Nihil habet bonū inuidia, nisi quod meritò torquet habentem. Vnde maximè contrariatur caritati, ac propterea sicut caritas facit hominem filiū Dei, sic è conuerso inuidia facit eum filium diaboli. Inuidia est vitium infame & vile, non cadit in animum generosum. Iob. paruulum occidit inuidia: nam inuidendo se abiectū & defectuosum esse ostendit. Tertio est vitium periculosum, nā vnus inuidus sufficit euertere vnum populum: non enim cauetur, quia non sentitur. Quis enim caueat ab amico, cui plurima fecit beneficia, & in nullo eum læsit? In hoc solo læsum se putat, quia bene tibi est. Inuidus nemini parcat: sic detrahit amico, sicut inimico. Vnde bene comparatur basilisco, qui solo visu occidit. Habet enim visum fascino, & oculus venenosum. Si te viderit letum & prosperum, statim detractionis virus ostendit, etiam si eum ge-

Sap. 2. d
 Gen. 4.
 Gn. 37.
 d
 Matth. 27. b

Iob. 5. a

nueris. Neque scies effugere: nam si quis iratus est, aut placas, aut declinas: si offensus, reconciliari procuras: si damnificatus vel læsus, satisfacis: si lubricus, prouides vxori: si latro, rem tuam custodis: sed inuidio quid facies, vt nō noccat? Nisi miserum te viderit, nocere non cessabit: sola enim miseria & paupertas cauet inuidiam. Vnde inuidus in inferno optime locaretur, ibi quiesceret: quia non haberet cui inuideret. Caueamus fratres, ne simile nobis contingat: nam dicebat illis dominus, vā vobis hypocritæ pharisæi, qui dicitis si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguinem prophetarum: & vos implete mensuram patrum vestrorum, maiora quippe scelera facturi estis. Nam illi occiderunt prophetas, & vos occidetis dominū prophetarum, & apostolos eius. Nā ecce ego mitto ad vos prophetas & apostolos, & ex eis occidetis & flagellabitis in synagogis vestris. Simile nunc cōtingit multis, qui detestantur facinus pharisæorum conspirantium contra Iesum, & ipsi etiam cōtra ipsum conspirant, & intra seipso ipsum crucifigunt. Religiosus enim qui relicto suo monasterio & professione, redit ad mundum, conspirat contra Iesum: prælatus qui suscepto officio oues tondet, & non visitat, conspirat contra Iesum: iudex qui odio persequitur innocentes, conspirat contra Iesum: aduocatus qui defendit causam iniustam, & molestat proximum, conspirat contra Iesum: dominus temporalis qui pauperes spoliat, & opprimit populos subditos, conspirat cōtra Iesum. Totus mundus hodie (vt ait Bernardus) conspirauit contra te ò bone Iesu,

Matth. 23. d.

Heb. 6.

b

su, & qui sunt de domo & de familia tua. Non mirandum hoc de pharisæis, cum Christiani & domestici tui hoc faciunt. Quisquis aduersatur & impedit aliquod bonum, maximè publicum, quod pertinet ad salutē, antichristus est, & conspirator. Vnde Ioannes. Audistis quia antichristus venit? Nunc antichristi multi facti sunt, magna est hodie factio contrariorum Iesu, qui statim se opponunt omni bono, & contradicunt. Ecce quantum bonum hac quadragesima inceptum est in destructio ne vsurarum, in quibus tot animæ peribant: nunc vt audio multos habet contradictores & oppugnatores. Sciat quisquis est, quod est vnus de numero istorum pharisæorum, & confors istius cōcilij. Audet aliquis aduersus Deum inire consilium: agredi negotium? formica de terra luctari cum Deo? Scio (inquit) quod hoc est malum & peccatum, & Deo displicet, & Deum habeo contradicteorem & contrarium: sed tamen faciam quod potero. Et quid poteris miser contra Deum? Per annum sicut aranea ordieris telam, & vno statu dissipabitur à Deo. Quem negotij finem speras contradicendo Deo? Quis restitit ei, & pacem habuit? O audaciam, o stultitiam, quid tibi accidet, nisi quod istis qui occiderunt Christum, ne venirent Romani, & perderet ciuitatem? & quia occiderunt, ideo venerunt, & destruxerunt plebem. Iob, qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilia prauorum dissipat. Parum est Deo dissipare prauorum consilia, sed ipsos in suis consilijs capit, vt tendat rete: & cadant in eo parent laqueos, & incidant in eos: faciant foueam & incidant in eam: & illa via qua præ-

Ioan. 2.

Esa. 59.

Iob. 5. b

1. Cor. 3

ps. 56.

tendunt Deo aduersari, impleat Dei voluntatem: & qua putant fugere, illa via incidant, & percant: vt isti occiderunt Christum ne perirent, & quia occiderunt, ideo perierunt. Caueamus igitur de cætero aduersari Christo: sed in omni negotio nostro primò consideremus an Deo placeat, an Deum factorem habebimus, si secundum Deum est negotium, alias non aggrediamur. Secundo istud non nostris viribus solis efficere cogitemus, sed domino committamus, orationibus & sacrificijs commendantes, vt si rectum est, & ei placitum, fiat. Vt ait psalmus. Iacta curam tuam in domino, & ipse faciet. Tertio vt quicquid postea acciderit, beneuolè acceptemus, credentes quod ita expedit nobis. Hoc autem maximè conuenit principibus, in bello, & negotijs arduis, omnia agere cum summo consilio. Non confidere in consilio hominū, sed in Dei adiutorio, semper commendantes Deo omnia, & ad ipsum in omnibus accurrentes, & eius auxilium postulantes. Vnde oportet principem esse deuotissimum, & timentem quantum plus indiget Deo quam cæteri, propter ardua negotia & frequentia. Sicut faciebat Dauid, qui in omnibus consulebat dominum: similiter & Moyses. Vnde Iosue, quia non consuluit dominum super facto Gabaonitarum, deceptus est. Cogitationes enim mortaliū timide, & incerte prouidentie nostræ. Vnde Iob, qui adducit consiliarios in stultam finem, &c. Placeat Deo, vt regalis altitudo vestra sic semper Deo coniuncta et deuota existat, vt per eius bonam gubernationem, hic pacem et tranquillitatem habeamus, et postea caele-

ps. 54.

Iosue. 9

c

Sap. 9. c

Iob. 12. c

IN DIE SANCTO RESVRRECTIONIS.

stem gloriam consequamur. Amé.
DEO GRATIAS.

IN DIE SANCTO RESVRRECTIONIS.

THEMA.

¶ Præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis. Marci. 16.



ps. 117

Dominica resurrectionis hodie sacra dies lætior cunctis refulsit fratres: gaudeamus, hæc enim est dies quam fecit dominus. Bonorū

dierū mater, vitæ immortalis exordium, totius gloriæ nostræ principium. In huius ergo tam venerandæ solennitatis die, & Christo congratulemur, et nobis. Christo (inquam) post crucis trophæum de hostibus spolia reportanti, cui ob dirionem certaminis, & inuolati obsequij humilitatem, supernus arbiter Deus post immortalitatis gloriam, cunctorum vniuersale dominium tribuit, sicut ipse nō inaniter gloriatur, dicens. Data est mihi potestas in cælo, & in terra. Quam gloriosus, quam decorus, hodie victor resurgit ab inferis! Quam nouum, quam mirandum in suâ carne præbuit cælicolis spectaculum! Noua quædam creatura seculis demonstratur in carne, qualis ab initio non fuerat spectata in orbe. Nobis autē propterea congratulandum est, quia futuræ nostræ resurrectionis speciem iam videmus, & speratæ specimen gloriæ in Christo cōspicimus. Nostra est fratres gloria quam reco-

Matth. 28. d.

limus, nostrum est decus quod veneramur, inchoata est in Christo resurrectio nostra, suo tempore in nobis quoque perficienda. Radix nostra iam viuit, nō dubitū quin quandoque viuificabuntur & rami. Gloriosa iam vitis comparuit, pro certo glorificabuntur & palmites. Ego (inquit) sum vitis, & vos palmites. An non spectat ad palmites, an non pertinet ad ramos glorificatio vitis, & vita radicis? Multum utique per omnem modum: quia qualis radix, tales & rami: & quod radici donatum est, ramis omnibus præstitum est in radice. In vita nanque radicis, certa est spes vitæ ramusculis. Surrexit Christus radix nostra, proculdubio surgemus & nos. Non cōturbet nos fratres resurrectionis promissæ dilatio, postquam illius iam in trunco nostro pignus accepimus. Caput viuit, vita deferetur ad membra. In te domine Iesu omnes iam viuimus, in te consurreximus, in te iam ad dexteram patris omnes confedimus: sicut apostolus memorat, dicens. Qui conresuscitauit nos, & confedere fecit in cælestibus. In Christo collatum est iam in virtute, quod aliquando conferetur & opere. Nouus hodie Adam formatus apparuit, nō in animam viuentem, sed in spiritum viuificantem, futuri seculi destinatus pater & origo: à quo noua quædam oriunda progenies, non terrena, & fordida, sed cælestis & lucida: ut qualis pater cælestis, tales sint & filij cælestes. Denique fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Primogenitus mortuorum hodie Christus surrexit ab inferis, gloriosusque regenerationis futuræ tēpus expectat: hunc gloriosorum quoque filiorum

Apo. 22. c.

Ioā. 3. a.

Rom. 3. a.

1. cor. 15. d.

Act. 17. f.

Eph. 3. b.

1. cor. 15. f.

Esa. 9. b.

1. cor. 15. f.

Matth. 13. f.

Col. 1. c.

& Apo. 1. b.

IN DIE SANCTO RESVRRECTIONIS. 110

filiorum sequetur innouata propagatio, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: in multis dico, non in omnibus, nam et si propter ipsum omnes resurgemus, non tamē cum ipso omnes immutabimur. Immutabuntur autem, qui eius imaginem in vita portarunt: & configurabuntur corpori claritatis sue, qui in hac mortali vita configurari cruci humilitatis suæ non sunt dedignati. Omnibus ergo Christus resurrectionem promeruit, sed non omnibus immutationem glorificationis suæ præstabit, sed quibus paratum est à patre suo. Hæc festiuitas fratres, hoc gaudium nostrum, hæc nostra iucunditas. Congratulemur domino nostro, ad tantum gloriæ fastigium sublimato: congaudeamus principi nostro, toti hodie creature prælati, & cælestibus principibus præfidenti. Solent nanque vernaculi, solet familia, exaltato domino gratulari, & de domini sui nouo principatu vehementer lætari. Si ergo de familia Christi sumus, si ad eius domum pertinemus, perfusa genis lætitia monstrabit: iubilus laudis & exultationis ostendet. Nascēti de virgine domino plauserunt angeli, nascenti de terra domino plaudant populi. De virginis nanque utero mortalis exortus est dominus, de terræ gremio hodie nascitur immortalis: virgo partus dolorem nō sensit, terra hodie tantum foetum paritura contremuit. O nouum partum, o nouam sobolem, o nouam natiuitatem. Vetera (inquit) transierunt, ecce facio omnia noua: nouū cælum, nouam terram, nouam gentem, nouam familiam: huius nouitatis exordium in Christo monstratur ab inferis resurgente. Innouatus

Rom. 8. f.

1. cor. 15. s.

1. cor. 15. f.

Phil. 3. d.

Matth. 20. c.

Apo. 21. b.

est Christus, innouabūtur suo tempore post ipsum & omnia. Huius autē sacre resurrectionis seriem, narrare vobis ex euangelica historia mens est, attentiores vos cupio propter hoc, quia non facile est vnam ex omnibus euangelij elicere formam, quæ omnibus congruat, & nulli in aliquo contradicat. Sed vnde sumemus exordium? vnde tuam incipiam Christe, gloriam enarrare? Si iustus Deus, rerum omnium moderator & rector, vnius quantumuis exigui laboris officijque munus nō dimittit inglorium, & potum aque frigidæ pro se pauperi exhibitum si ne iusto præmio non relinquit, quid tibi donatum est o bone Iesu, tam fortissimo ac potentissimo prælati, tam humillimo & obsequentissimo seruitori: qui propter gloriam & obedientiam patris, & mundi totius salutem, tale certamen aggressus es, talia non recusasti subire supplicia, extremamque pati mortē non formidasti. Verè dignus est agnus qui occisus est (ut in apocalypsi cælestium militum turma proclamatur) accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & dominationem super omnem creaturam, quæ in cælo est, & quæ super terram, & sub terra, & mare, & quæ in eo sunt. Verè dignus est ut in nomine eius omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum. Ut quia cunctorum dominus, propter patris obedientiam, omnibus se subiecit, propter eandem iterum omnibus præferatur. Talem se hodie præstat magnificus noster triumphator, cum tartareas mansiones perlustrans, sua potestate vinctes ferreos, portasque

Matth. 10. c.

Apo. 5. d.

Phi. 2. b.

IN DIE SANCTO RESVRRECTIONIS.

Esa. 45. a portasque confringens, tenebrarū latebras mirifica luminis sui claritate perfudit. Quātus ibi tremor, quāta turbatio totam inuasit abyssum, insolitam potentiam expauescentem! Scripturam super hoc audiamus. Tunc conturbati sunt principes Edon, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Canaam, irruat super eos formido, & pavor in magnitudine brachij tui domine. Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus domine, populus iste quem possedisti, populus (inquam) sanctorum patrum, quem in sanguine testamenti eduxisti vinctum de carcere, & lacu in quo non erat aqua. Eduxisti eos (inquam) velut pastores quas deuorarat abyssus, & in pascuis vberimis collocasti. Quo autē eas tua praesentia gaudio perfuderis, quo replesti iubilo, quibus uete laudibus prosequuntur, quia lingua non explicat, degustet affectus. Momordisti infernum domine, iuxta prophetā vaticinium, non totam deuorans reorum abyssum, sed velut morfu quodam sanctorum euacuans limbum. Horum autem sanctorum praeconia, vocesque, in mystica illa eductione populi de Aegypto cognoscito, cum per siccum mare perlonant acclamantes: cātemus domino, gloriosē enim honorificatus est. Equum & ascensorem proiecit in mare dominus, quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Currus Pharaonis, & exercitū eius proiecit in mare, electi principes eius submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, &c. Dextera tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine percussit inimicum, & in multitudine gloriae

tuæ deposuisti aduersarios tuos, &c. Quātō potentiū impleta sint hęc in hoc exitu quām in illo, exprime-re non est opus. Sed neque modō vacat, prophetiæ huius singula verba notare. Eductis igitur de barathro, vt creditur, in paradiso eos de quacicti fuerant collocavit: vt non solum caelestem, sed & terrenam eis hereditatem restitueret. Sicut scriptum est. Tu es qui restitues hereditatem meam mihi: quo loco vsq; ad ascensionis diē consedis cum patribus suspicamur. Interea virgo cū apostolico coetu, in sancto illo cenaculo commoratur: illuc nanque mœsta familia post domini sui obitum conuenerat, matris solatium, & magisterium, loco filij susceptura. Veluti cum rapidus inuadit columbas accipiter, dispergitque per campos, aut turbidus imber inuisus socialia agmina turbat, sereno postmodum lucente cælo agglomerantur singulae passim, iungunturque per sata, ita pusillum gregem passio turbauerat pastoris, disperferatque per abrupta. O quātus pudor facies eorum perfuderat, quia talem tantumque magistrum reliquerant in agone! quanta eorum occuparat tristitia mentes! Glomerantur ad matrem, neque audent pudore in eam attollere vultus. Felicem dixerim hospitem illum, qui tantam promeruit hospitari familiam: felicem domum, in qua tot mysteria peracta sunt. Apostolicus ibi cœtus abluatur, ibi agnus paschalis comeditur, ibi dominici corporis & sanguinis mysterium instituitur, ibi noua mater ecclesia cōgregatur, ibi spiritus sanctus e cælo demittitur: ex hoc quoque cenaculo, veluti ex quodā horreo, dispersa grana per orbem, mul-

IN DIE SANCTO RESVRRECTIONIS. III

multiplici illum populorum fegete repleuerunt. Quid hoc loco diuinius? quid sanctius? vix vlla tunc apud eos dominicæ resurrectionis spes: vix in eis vlla fidei scintilla remanserat: eorum vndique corda mœror luctusq; repleuerat. Sola omnium virgo mater plena fidei, plena spei, mysterium pectore voluebat suo: sola rem tacita considerabat. Neque tamen suam mœstis animis pandebat certissimam spem, quia solatij nullum in eis reliquerat tristitia locum. Quis tuam nunc virgo explicet mentem? sensusque tuos quis valeat propalare? Quibus nunc pectus æstuat fluctibus, quibus agitur nubib; anima! Post illum nanque acerrimum passionis dolorem, & vltimam omnium mœstitudinem, post transuerberatam viscera gladium, noui nunc insurgunt lætitiæ motus: veluti cum turbida nocte insperatum oritur hemisphærio lumen, facecit paulatim inualecente fiducia metus, mœstosque deserit tristitia sinus. Exclamat itaque cum propheta amore furens, longosque ab imo pectore rugitus emittit. Exurge gloria mea; exurge psalterium & cithara, exurge ne moreris ò filii, tristemque hanc solare familiam: non glorientur super te qui oderunt te gratis, retribue vicissitudinem inimicis tuis, & confusionem æmulis tuis. Confundatur pudore qui te contempserunt; & mouerunt super te capita sua. Memor esto opprobriorū tuorum, quæ ab insipientibus sunt tota die. Memoro quia nulla est substantia amicis tuis, nulla fiducia pusillis tuis. Hęc dicēs, placido rigat liquore vultus, totaq; liquefcit in amore; purpurata fulget ruborib; gena, flagrat celesti

spiritus ignita candore. Audit et tumulo catulus æstuatis lænæ rugit; nec longū differt protelare soporē: properat resumere quos scedarat crūore tepestas passionis artus, prostratūq; tumulo leuare cadauer. Prædixerat hoc olim patriarcha Iacob, cū sub nomine Iudæ, Christū signaret eulogio. Catul; (inquid) leonis Iuda: ad prædā filii mi ascendisti, requiescēs accubuisti vt leo, & quasi læna, quis suscitabit eum? Pulchrē filium matris clamoribus suscitadum denunciāns, sicut solent mortui catuli lænæ rugitibus suscitari. Hęc igitur virgo virtutibus suis Deū cælo deduxit: hęc eum iterum suis clamoribus ab inferis reuocauit: sicut scriptum est. Quis ascendet in cæli, id est Christum deducere? aut quis descendet in abyssum, hoc est Christum a mortuis reuocare? Iam ergo tertia dies aderat, & serenior ceteris oriens rutilabat aurora, cum anima illa potenti vnita verbo, grauissimo comitata senatu sanctorum patrum, tumulum quo corpus iacebat ingreditur, circumstantibus foris angelorum agminibus, quos pater e cælo pius miserat spectare miraculum, dignasque triumpho concinere laudes. Hærebat saxo corpus lacerum, crūore perfusum, liuoribus vsquequaque turgidum, corpus sacrum, non humano opere, sed spiritus sancti virtute formatum, corpus mundissimum, quod nulla vnquā peccati cōtagio scedarat, corpus cælo dignius, angelicis virtutib; præferendum, cuius contactu curantur agroti, cuius voce suscitantur mortui, cuius vestigijs subijcitur pōtus, cuius nutui omnis obtemperat creatura. Subintrat animus viscera frigida, & tepetes arrus rediuuius calor immutat:

Exo. 15. b

Zach. 9. c

Ezech. 34. d

Offic. 13. d

Exo. 15. a

Psal. 117

Act. 1. b

Gn. 49.

Roma. 10. b

Luc. 2. e

ps. 56.

ps. 68.

ps. 40.

ps. 27.

ps. 88.

ps. 73.

ps. 68.

Ioā. 13. b

Matth. 16. b. &

c

Act. 2. a

Matth. 8. a

Matth. 9. c

Mar. 14. c

Matth. 8. d

immutat: clarior sole splendet palli-
da prius caro, rutilantque fulgori-
bus membra deifica, purpureis im-
mixta candori vernant coloribus
ptagæ, fulgidoque cælata corpore,
veluti carbunculi vulnera rubent,
furgit è tumulo rediuuium corpus,
clausoque procedit ex antro. Quan-
tus tunc plausus omnium, quis can-
tus, quæ laus, quæue personat har-
monia, dicere quis sufficiat? Stupet
ad nouum spectaculum cælorum
agmina passim, nec est qui possit
tantum iubilum enarrare? Quid sen-
tis ò virgo, cum sacras ad aures cæ-
licolarum peruenit cantus? quæ te
tunc lætitia tenet, cum vides filium
super astra fulgentem, cælo terraque
prælatum, illiusque potiris affatibus,
amplexibusque teneris? Credide-
rim ego (nec me opinio fallit) diui-
na te tum fruitione beatam, vidisse
verbum, cunctosque lustrasse san-
ctorum angelorum cuneos, qui te
miris efferunt super astra præconijs,
prædicantque felicem. Interdum mu-
lieres deuotæ, quæ pendenti in cru-
ce domino astiterant, parant vngue
ta, vt transacto sabbatho dominicum
corpus inungat: totaque nocte per-
uigiles morantem lucem expectant
Sed amor impatiens longas non su-
stinet moras, denique nocte pro-
deunt, oblitæ sexus conditionisque
fœminæ. Hęc autem earum maxi-
ma cura erat, quis videlicet lapidem
eis ab ostio monumenti reuolue-
ret. Quasi non maior esset illis in mi-
lite, quam in lapide difficultas. O
vim amoris, quæ nulla reputat in-
commoda, modò suo potiatur de-
siderio. Quid de harum dicam san-
ctarum fœminarum amore? Sepul-
chrum armatis custodiri non igno-
rabant, signatumque mira diligen-

Ioã. 29.
c
Luc. 24
a

Matth.
27. 5

tia lapidem, ne videlicet corpus ab
aliquo auferretur in triduo, neque
timent per media castra in sepul-
chrum irruere, signaturamque di-
rumpere, & corpus illis inuisum hono-
rificè perungere. O fœminæ deuo-
tæ, quò vaditis? Quis vos amoris fu-
ror exagitat? Non attenditis circun-
stantes armatos tumulo, qui vos su-
spicati latrones, rapiunt ad pœnas:
& per mediam urbem arreptas in-
senatum trahunt? similemque in vo-
bis crudelitatem, qualem ipsam pa-
ti vidistis, explebunt? Putatis ne pre-
ce aut pretio flectetur crudeles, vt
optatum vobis permittant tractare
corpus? vnctionisque illi beneficiū
impendere? Ardent crucifixi odio,
neque sine magno vestro detrimen-
to poteritis explere quod vultis. Ni-
hil horum æstuans amore animus for-
midabat, sed vngendi corpus absor-
ptæ desiderio facilia cuncta puta-
bāt, omnia subire supplicia paratæ,
modò daretur dulces tractare ma-
nus, vulneribus sacris imprimere
oscula, dilectique corpus magistri
non tam vnguentis, quam lachry-
mis irrigare. Prodeunt ergo domo,
cū adhuc tenebræ essent, & veniunt
ad monumentum orto iam sole: nō
quod segniter irent, quæ quasi a qui-
læ volabant ad corpus, sed quia eun-
tibus medio se itinere crux obtulit
(cur ita nō credamus?) quæ instate
sabbatho adhuc erecta manebat,
pristinosque illis renouauit dolores.
Dumque illa sapius amplexantur,
repetitisque deosculantur amplexi-
bus, dominicam passionem multis
gemitibus & eiulatibus prosequen-
tes, hora abiit, lugentisque ortus re-
perit sol. Neque tamen ab incepto
desistunt, sed propinquum adeunt
tumulum, & forte prostratos circū
circa

Ioã. 20.
a
Mar. 16
a
Matth.
24. c

circa satellites semineces reperiunt,
nimioque stupore correptos: ange-
lus liquidem domini, veste fulgēti,
aspectu terribili, cuius erat vultus
vt fulgur, sua eos visione terruerat,
semi mortuosque prostrauerat: qui
ne similia paterentur & fœminæ,
blando eas sermone solatur. Nolite
(inquit) timere vos ò fœminæ san-
ctæ, quæ dominum pietate requiri-
tis. Timeant sacrilegi, qui stultè im-
pięque custodiunt. Scio quia cruci-
fixum quæritis, surrexit: venite &
videte locum, vbi communis posi-
tus erat dominus. Sed hoc citissime
apostolis nunciatę, dicentes, quia
sicut eis olim prædixerat, sic imple-
uit. Accedunt ergo trepidæ, locum
sine corpore vident: & nimis exte-
rite iussa nunciare discedunt. Sopor
armatos reliquit custodes, & quæ
eos tenuerat mortis imago; surgunt
attoniti, celerique fuga iter arripiunt.
Intrant erectis crinibus ciuitatē, stu-
pidi, pauidoque gestu, trementi affa-
tu, tremorem cordis ostendunt. Ver-
ba dimidiant, neque valēt anhe-
lo, quæ viderant, proferre sermone.
Stupent pontifices, quibus prius nū-
ciata res est, nimioque timore cor-
repti conuocant cōcilium, medioque
custodibus eductis, rem vt facta fue-
rat addiscunt. Quātus tunc tremor,
quis paor improbas illas inuasit
mentes! neque enim negare fas erat,
quod euidenti patebat tot testium
iudicio. O nefanda rabies, ò progē-
nies scelerata draconum, quæ te cō-
citat insania? quis furor impellit ad-
uersari Deo? tantumque palliare
sermonem? Cur non redis ad cor?
quid contra stimulum calcitrare co-
naris? Cur non subdis colla iugo, &
vel nunc pietati succumbis? Publi-
co efferunt ærario pecuniam, corru-

Matth.
28. a
Ioã. 20.
a
Esa. 46.
c
Matth.
28. c

ptisque custodibus furatos publi-
cant apostolos corpus: nec vlla erat
apparentia mendacio, sed hoc scuto
tutari vitas potuere, ne veritate cō-
perta, in frustra eos populas lania-
ret, crimēque expiaret horrendū.
Vadunt itaque gressu celeri fœmi-
næ, iunctisque discipulis nunciant
mysterium, neque creditur illis, sed
delirare putant, fœminæque leui-
tate per motas confinxisse fabulam.
Neque ita res erat: accurrunt igitur
ex apostolis, duo, Petrus & Ioannes,
veritatem perquirere, quos grādiōr
magistri affecerat dilectio. Currit
vterque viam, neque seniore iu-
nior expectat, tanta erat videndi mi-
raculum auiditas. Sepulchrum simul
intran, vacuumque conspiciunt,
neque erat qui eos prohiberet arma-
tus. Stupent nimis, redeuntque præ-
cipites nunciare mysterium socijs,
quos anxia suspensos expectatio te-
nebat. Hos secutę fœminæ ad sepul-
chrum redeunt, ibidemque manē-
tes, amarissime plorabant: neque e-
nim eas oraculi verba lenierant, o-
blitæ quæ prius illis inspectus prædi-
xerat angelus: diuertuntque ad hor-
tuli angulos ex illis dux: manet sola
Maria soror Lazari, ad sepulchri o-
stium, neque enim inde diuella tam
sinebat amor, affectusque magistri:
luget totumque replet eiulatibus
locum, neque est qui tantum possit
mitigare dolorem. Prospicit iterum,
iterumque sepulchrum, si forte re-
periat quem ante quæsierat: sic nā-
que solemus auream sapius requi-
rere drachmam, neque inspectę se-
mel oculis considerare arcæ. Dum er-
go sic prospicit, angelos in veste ful-
genti insidere videt lapidi, quo con-
ditum dudum corpus iacuerat: qui
placidò vultu ploranti aiunt: Quid
ploras

Luc. 24
b
Ioã. 20.

Luc. 15.

Ioā. 20.
c. & Lu
c. 24. 1

ploras ò mulier? quid viuum inter mortuos quæriras? insciaq; deploras? Sed illa maiori depressa mœrore, neque angelos curat, neque cœlestes veretur vultus: totam nanque possidebat dolor, candentiq; succensa camino, quem amabat pleno quærebat affectu. Luctus ergo sui causam breui sermone perstrinxit. Tulerunt (inquit) dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Hoc est quod defleo, hæc mei causa mœroris. Dumq; eos alloquitur, affurrexisset venienti prospicit cuiuspiam: conuersaque retro visura quem colunt, aspicit ad latus hominem, neq; Christum agnoscit horti suspicata cultorem: qui simili eam voce præfatur. Quid ploras ò mulier? cur anxiosa gemis? At illa. Si tu (inquit) sustulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollam per mille pericula, per medios enses, media per arma, per mille discrimina rerum ego eum tollam: neque meum quispiam poterit arce re vigorem. O quam inscia facti mulier prophetat: ipse eum tenet, ipse quod quæris corpus arripuit: repetere vt reddat. Neque tibi tale vt requiris reddat, sed quem mortuum requiris, viuum ostendat. Mouentur dilectæ suæ lachrymis pia magistri viscera, & proprio eam sermone fatus, Maria (inquit) verboq; se permittit agnosci, Maria (inquit) ò Maria, quænam est hæc hæsitatio; Maria? vbi Maria fides? sic verbis meis credidisti Maria? cur me Maria luges? purum me hominem existimasti Maria? Vbi fuerat prodigia quæ coram te feci Maria? Me negas dum ploras, non est pietas hæc ò Maria? Agnoscit illa dilecti vocem, & anima eius omnino liquefacta est, postquam dilectus locutus est. Po-

Cat. 5. c

tentem hunc lætitiæ ictum quo animus illius subito transfigitur, dicere quis sufficiat? Mirum quod non est extincta præ gaudio. Clamat furens gaudio, nec se valet ipsa portare: magister clamat, ò magister (sic enim eum nominare solebat) magister mea gloria, mea tota lætitia, magister, magister meus, Deus meus, quæ super omnia colo, magister te super omnia amo, tu nosti: iuuua me, tantum gaudium vt sustineam magister. Viuis magister meus, viuisne mea gloria, viuis? Vigilo, an dormio? Estne vera quam prospicio forma? Vera est, & credo, credo te potuisse quod dixisti implere factò, mortuamq; resumere carnem. Sed ille, ne me (inquit) tangito: non enim est digna contactu fœmina, quæ oculo plusquam oraculo credit. Vade cita, fra-
tribus scilicet nuntiare, quod viuo: hæc dices ad eos, communem Deum patremq; conscendo: His dictis disparuit, & beata illa fœmina mansit plena gaudio, totaque tripudians, lætitiæ voces, plaususq; fundebat. Accurrunt aliæ exultationis clamoribus concitæ, mirantur valde tam subitam mutationem: quid factum sit percontantur, sed illa præ gaudio non valet proferre quod viderat. Viuit dominus meus (inquit) viuit, ne dubitetis sorores. Vidi ego eum his oculis, hæc & hæc mihi mandauit: eamus eamus tantamq; lætitiæ fratribus nunciemus. Dum ergo irent, ne se tanta visione frustratas aliæ quereretur, quæ simili eum deuotione quæsierant, medio illis itinere rursus dominus apparuit, easq; placide salutauit, dicens. Aucter, tractariq; se permisit ab eis. Et cum nonnulla dixisset, disparuit iterum. Vadunt ouantes, ingrediētesq; cœnaculum, d

Ioā. 20.

d

Matth. 28. b

Luc. 24

Luc. 24
c. d. 6. f.

cœnaculum, inuenerunt turbatos, scadalizatosq; discipulos. Audierat enim legatos, quos miserant veritatem perquirere, Petrum scilicet & Ioannē, afferentes verum esse quod mulieres prædixerant: neq; quid factum esset suspicabatur, sed hærebant stupidi, huius rei exitum expectantes. Intrat ergo fœminæ plaudētes, oculisq; salientibus cordis lætitiā demonstrātes. Quid heretis clamāt? non in dubio res est, nolite fratres hæsitare, pro certo dominus viuit, his nos eum oculis prospeximus, his eum manibus tractauimus: & hæc vobis dicere verba mandauit. Gaudent, neq; tamen omnino creditur illis, sed maiori deinceps admiratione tenentur: donec post modicum viso domino Petrus mulierum nuncio fidem fecit: aduertantibusq; discipulis à castello, roborata grandiori testimonio fides est. Deniq; iam vespere, eodē die, ne vllus maneret dubitationis scrupulus, omnibus congregatis dominus apparuit, & mira eos alacritate repleuit. Quis tunc fuerit apostolis animus, quæ mēs, quantumq; ex tunc innouata familia Christi fuerit: nemo poterit pro merito cogitare. Agnoscunt aperte, se non purum hominē, sed Deum habuisse magistrum: & facta eius memorantur & dicta. Felices se tanto magistro putant, præteritamq; mentis cecitatem incusant. Vbi fuimus (inquiunt) vbi noster tunc sensus abierat, cum te cœlestia loquētem Iesu non agnouimus? vbi erat tunc animus, cum tot patrares vbique prodigia? quomodo hæc non aduertimus stulti? Tuā quomodo non percepimus maiestatem? neq; enim in obscuro reserat, si mens non cæca fuisset. Cur sic tuis illusisti domine? cur tanta nos

felicitate fraudasti? Nostros cur non reuelasti sensus? te cur non aperte monstrasti? vt te sciremus, diuinofque tibi exhiberemus honores? ad matrem verò conuersi, ò te felicem (inquiunt) virginem, ò te super omnes fœminas benedictam, tantum quæ seculis genuisti filium: orbem quæ tuo foetu beasti. Sancti te cuiuspiam hominis hucusque parentem venerati sumus, ex nunc Dei hominisque te credimus genitricem. Nos ergo suscipe virgo, nostrosq; sola dirige actus. Hæc (aiunt) panditurq; audientibus cunctis magnum illud montis Thabor sacramentum, quod dominico præcepto hucusq; fuerat occultatum: audiunt suspensi narrante Petro, tantæ maiestatis fastigium: inopinataque domini sui omnes admirantur gloriam: plaudunt manibus cuncti, nec tantā capit lætitiā sensus. Dignis etiam testibus roborata fides, hoc amplius testimonio coalescit. Fit gaudium immensum, impressaque dudum animis tristitia venienti lætitiæ cedit: excussoque mentis sopore reuiuiscit spiritus. Diuinis vacant laudibus, die nocteque orantes, se totos domino commendantes. His ergo quadraginta diebus multiplici eos dominus apparitione solatur, & in fide firmat, altum donec conscendit olympū. Hæc de historia. Sed non leuiter prætereunda legatio, quam per mulieres dominus fratribus destinauit, dicens. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, communem se nobiscum habere patrem, Deumque profitens. Debit enim (vt apostolus ait) per omnia fratribus as-
similari, vt misericors fieret. Quid
P prius

Matth. 17. b.

Act. 1. a

Ioā. 20. c

Heb. ad

prius domine magnificabo, aut pro quo tibi magis gratias dabo? quia tuum patrem fecisti nostrum, aut quia Deum nostrum fecisti tuum? In priori nanque exaltasti nos sublimiter ad te: in secundo deiecisti te humiliter ad nos. Prius enim quam nostram indueres formam, patrem habebas, sed Deum non habebas: nos autem Deum habebamus, patrem non agnoscebamus. Veniens autem ad nos, Deum suscepisti, patrem dedisti, utrobique magnificus, utrobique misericors. Tecum igitur ad Deum in spiritu tuo audenter clamamus;
Rom. 8
Abba pater. Tu quoque nobiscum simili voce proclamas. Deus meus,
ps. 21. & Matth. 27. c.
Deus meus, ut quid dereliquisti me?
Mira res & omnium dilectione prosequenda. Deus Deum habet: Deus Deum sibi interpellat adiutorem in agone: pro seruo Deus factus est seruus, ut me seruum faceret filium: ille sic humiliatus, ego sic exaltatus. In nullo igitur differs a seruo, cum sis dominus omnium. Gratias tibi domine pro tanta humiliatione tua, gratias tibi iterum pro tanta exaltatione mea. Quid dicam? Ex terrae vermiculo filius Dei factus sum, ut Iohannes
Ioh. 1. b.
proclamat. Dedit (inquit) eis potestatem filios Dei fieri. Et alibi.
i. Ioh. 3. a.
Videte qualem caritatem dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur, & simus. O verbum potens, o verbum omni acceptione dignissimum, o dignam tali tempore legationem. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Huius autem sacræ resurrectionis typus olim præcesserat in Ioseph, cum vidit in somnio manipulum stare suum, stratis fratrum suorum manipulis, & adorantibus ipsum. Quod in dominica resurrectione impletum

Gal. 4. a

Ioh. 1. b.

i. Ioh. 3. a

Gen. 37. b

esse non ambigimus. Stetit manipulus quem ex agro virgineo caelestis sibi agricola collegerat, quem synagoga crudelis odio & invidia tumulo prostrauerat: stetit post triduum in terra seminatus, reuixit mortuus, grandemque in cumulū creuit: stetit gloria & honore coronatus, immortalis vita ditatus: fratrum vero manipuli sternentur ad tempus, tumulisque sepulti iacebunt, donec aspiret dies, & inclinetur umbræ: donec tempus messis adueniat, & quæ nunc sub altari quiescunt ipsorum animarum, cum exultatione veniant, & manipulos suos reportent. Aderunt tunc ex caelo messores, qui reiecta zizania, iacere conligant manipulos: statimque manipulos iunctos horreo domini sui reddant. Interdum caro nostra requiescet in spe, suo tempore colligenda. Vbi enim meum conspicio caput, ibi me futurum esse non ambigo: & talē me futurum qualis est ipse. Præcessit in Galilæam dominus, prior transmigravit ad vitam: cum tempus transmigrandi aduenit, sequemur & nos. Ibi eum videbimus: ibi eum adorabimus: ibi in ipso pertransito flumine pedes lavabimur: ibi similes ei apparebimus quia videbimus eum sicuti est: ibi nos filios esse noscemus, quonia similitudo genus ostendet: ibi ergo eum videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & gaudebimus: perpetuaque cum illo iucunditate fruemur. Quam nobis indulgeat, qui mortuus fuit, & vivit cum patre & spiritu sancto Deus, in secula seculorum. Amen.

Psal. 8

Cat. 2. d

Matth. 13. d.

Apo. 6. c

ps. 125

Matth. 13. d. e.

ps. 15.

i. cor. 13. d.

ps. 67.

i. Ioh. 3.

a

DE RESURRECTIONE
domini, altera concio.

THEMA.

¶ Surrexit, sicut dixit. Matth. 28

Dignum



Rom. 11

d

i. cor. 2.

c

ps. 34

1.

Mich. 7

b

ps. 40

Ignū profecto tractatu & inquisitione videtur inuestigare & scire propter quid tertia die post mortē dominus surrexit, & non vsq; ad finem seculi, & generalē omnium resurrectionem, tuam distulit. Sed quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? An & nos cum apostolo dicere audebimus, quia nobis reuelabit hoc per spiritum suum? Reuelavit utique, sed sanctis suis: ex quorum codicibus plures huius rei causas & rationes didicimus. Factū est hoc primò, ad Christi gloriam, & inimicorum eius confusionem. Si enim nō ita prope re Christus à mortuis surrexisset, bone Deus, quis Iudæorum fastū, quis sacerdotū & phariseorum supercilium sustinere potuisset? Quibus verbis familiam domini sublannarent? quibus ludibrijs in Christi matrem & discipulos insultarent? Quanta Christi sequacibus confusio? quantum pudor discipulis eius & ignominia fuisset in populo? quōd irent? vbi cōparerent? Delusos eos ab illo omnes dicerent, & phariseorum prouidentie omnis populus applauderet, quia videlicet hominem illusorem digna morte multasset. Gloriaretur in Christum perfida synagoga tota die, & sicut scriptum est, exultantes ad se inuicem acclamarent.
Euge euge viderunt oculi nostri. Sed non decuit ita fieri, absit ut in Deum gloriaretur homo, & gloriatio ista permaneat. Vnde per prophetam, ipse dominus ad synagogam ait. Ne lateris inimica mea super me: quia cecidi: cōfurgam cum sederō in tenebris. Dominus lux mea est. Et ad patrem in psalmo. In hoc cognoui quonia voluisti me, quonia nō gaudebit ini-

micus meus super me. Pro discipulis vero sic orat ad patrem. Nō erubescat in me, qui expectat te domine, dñe virtutum: nō confundatur super me, qui quærunt te deus Israel. Et rationem petitionis suæ adiungit. Quonia
Ibidē
propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. &c. Ac si dicat. Non mihi vertatur in ignominia zelus, & in confusione obedientia tua. Oportuit etiam ita fieri, ad catholicam fidē cordibus hominum inferendam: audeo dicere, si Christus à mortuis non surrexisset, nihil eius aduentus, nihil passio, nihil miracula profuissent. Vnde in psalmo. Quæ utilitas (inquit) in sanguine meo cum descendero in corruptionem? Quasi dicat, nulla. Si enim non surrexero, nullus conuerteretur: nemo mihi credit. Tanta nanque fuerat passionis eius ignominia, ut etiam ipsi qui eius opera viderat, & doctrinā audierant, & vitæ innocentiam nouerant, vehementissimè turbarentur: atque ita consternati animo defecerant, ut non putarent se illum videre, quem videbāt, sed spiritum aut phantasma esse. Quid de illis putandum est, qui ista neque viderāt, neque nouerāt? Fideles apostoli non facile credunt Christo viso, infideles populi quomodo crederet prædicantium verbo? Itaque si diligenter inspicias, plus ad fidē nostrā sola Christi resurrectio, quā tot prodigiorum contulit multitudo. Hæc enim sola totius Christianæ religionis immobilis columna, anchora firma, & stabile fundamentum est. Vnde Apostolus ad Corinthios ait. Si Christus non surrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides vestra. Quis enim obsecro, quanuis clarus eloquio, peritrus verbo, potens miraculo, geniti-

ps. 68.

Ibidē

ps. 29.

Marc. 6

g

i. cor. 15.

DE RESURRECTIONE DOMINI

li mundo, dæmoniorum idolatriæ tot retrò seculis dedito, persuadere potuisset, vt hominem crucifixum, inter latrones pendentem mediū, relicto patrum suorum ritu, vt verum Deū ac dominū adoraret, nisi cuius tanta præcesserat passionis ignominia, maior sequeretur vitæ immortalis honor & gloria? Hæc sola omnium & maxima, furentes in Christum principes mitigat: insultantes paganos humiliat: aduersantes populos conciliat: irridentes Iudæos confundit: & hæreticos subsannantes prosternit. Hæc omnem intellectū contra veritatem Dei superbientem in fidei obsequium captiuat, & omnē altitudinem aduersus fidei pietatem extollentem se, in Christi seruitutem redigit: hæc fideles munit: infideles confundit: homines Christo conciliat: angelos in Christo lætificat. Tolle Christi resurrectionem, & omnis fides nostra tepescit, omnis gloria nostra labascit. Nouerat hoc apostolicus ille cœtus, qui spiritu sancto edoctus, in cōcionibus ad populum Christi resurrectionē frequentius, & maximè personabat: quia videlicet in illa totius fidei nostræ vigor est, & ex illa credentiū populorum fruges abundantior surgit. Neque solum ad fidem plantadam, sed etiā ad spem nostram erigendam decuit Christū resurgere. Vt quod in Christo iam factum credimus, in nobis aliquando futurum nō dubitemus. Si enim radix viuunt, viuificabuntur & rami. Vnde apostolus. Nunc mortui estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo: cū autē Christus apparuerit vita vestra, tūc & vos apparebitis cū ipso in gloria. Et iterū. Si spiritus Dei habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christū a mor-

tuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantē spiritū eius in vobis. Transibit utiq; huius temporis huius, & approximāte sole flores apparebunt in terra nostra. Quauis enim in sacris codicibus mortuorū resurrectio sapius promissa legatur, valde tamē spem nostrā erigit, hæc in Christo videre cōpletam. Propter quod idē apostolus quorundā duritiā admiratus, ait. Si Christus prædicatur quod surrexit a mortuis, quomodo quidā dicūt in vobis quoniā resurrectio mortuorū nō est? Resurrectio enim Christi, resurrectionis nostræ exēplar & causa est. Ne autē quispiam super hoc aliquatenus hæsitaret, multi sanctorū qui dormierāt, cū illo surrexerunt, & apparuerunt multis: ne videlicet quispiā dicat, si Christus surrexit, nil mirū, quia Deus & sine peccato erat: ego autem carnalis sum, venūdatus sub peccato. Ne quispiā igitur de sua resurrectione desperet, fecit dñs resurrectioni nostræ a cōfortib⁹ fidē. Quā eleganter, quā luculenter, quā potēter hoc ipsum sanctissimus ille Iob tot ante seculis personauit! Quis mihi tribuat vt scribātur sermones mei: quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plūbi lamina: vel certē sculpātur in silice! Quid autē sit q̄ tā veliementer scribi desiderat, attendite. Scio enim, q̄ redemptor meus viuunt, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum: quem visurus sum ego ipse, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Vnde reposita? Attendite vnde. Quia redemptor meus viuunt. Inde mihi vitæ spes magna reposita est:

DE EODEM FESTO FERIA SECUNDA. 115

est: in illo enim quodammodo viuo, & in illo iam quodammodo suscitatus sum, vt apostolus ait. Qui conresuscitauit nos, & confedere fecit in cælestibus in Christo. Amen.

DE EODEM FESTO feria secunda.

THEMA.

Tu solus es peregrinus in Hierusalem? Lucæ. 24.



In lectione euangelica tractatur de secunda apparitione Domini discipulis cunctib⁹ in Emmaus, & fuit sic: quod duo ex septuaginta duobus discipulis, illo mane resurrectionis, oblatō negotio, ibant in illā villam, quæ distat à Hierusalē plus minus tres leucas, & dum irent per viam, loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ audierant: scilicet de atrocissima crudelitate sacerdotum, & grauissimo peccato eorum, qui hominem sanctum & iustum sic occidissent: de prodigijs quæ in morte domini contigerant, & de patientia maxima qua mortem sustinuit: de nuntio mulierum quod adduxerant illo mane: & inter hæc recordabantur suauissimæ conuersationis eius, & doctrinæ, & vitæ innocentissimæ, & ingentium miraculorum, & quā destituti & orphani remanserant sine illo, & fluebant lachrymæ per maxillas eorum abundanter, & singultus verba interpellabat. Erat quoque inter hæc maxima hæsitatio, an ille

fuiisset filius Dei, & verus Christus. Dicebant enim, si erat ille Christus, quomodo sic mortuus est morte ignominiosa? quomodo populum non liberauit à seruitute Romanorum? Si non erat, quomodo mentiretur homo tam iustus & sanctus? quomodo faciebat tam magna prodigia? Dum ergo hæc & similia loquerentur, dominus post tergum veniebat in habitu peregrini, & extenso gressu appropinquauit, & ait illis. Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes? Video vos afflictos & mœstos, cupio scire causam? Tunc respondens vnus illorū Cleophas nomine, dixit. Tu peregrinus es in Hierusalem, & solus hæc ignoras? non est enim quispiam in vita qui ignoret hæc quæ loquimur. O si sciretis quā bene scit, & quā bonam potest dare rationem de eis! Dicit eis, Quæ? Et illi, de Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo, & omni populo: & quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes nostri in damnationē mortis, & crucifixerunt eum: nos autē sperabamus quia ipse esset redemptor Israel. Et nunc super hæc omnia, terra dies est hodie quod hæc facta sūt, sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucē perrexerunt ad monumentū, & non inuento corpore eius, venerūt dicētes se etiā visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere: & abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt. Pondera verbum nos sperabamus, nam iam sine spe erant: & mulieres terruerunt nos, quia

turbati sunt illo nuntio, non lætifi-
cati, immemores quippe erant ver-
borum domini, quæ de resurrectione
sua prædixerat. Et ait dominus.
O stulti & tardi corde ad credendū
in omnibus quæ locuti sunt prophe-
tæ, nōne hæc oportuit pati Christū,
& ita intrare in gloriam suam. Hæc
cius passio & mors quæ vos scanda-
lizat, magis ostendit magistrum ve-
strum esse Christū: scrutamini scri-
pturas, & videbitis quod Christus
taliter passus erat. Nō legistis in lege
quomodo Moyses exaltauit serpen-
tem in deserto æneum, & aspiciētes
sanabantur? Quænam ratio vt sic cū-
rarentur ægroti? imò amplius ex re-
cordatione serpentum debebāt ma-
iori egritudine teneri. Hæc figura
fuit, quod Messias in similitudine
carnis peccati, sine veneno peccati
veniens, exaltatus esset in cruce, vt
omnes qui in illū crederent à pecca-
to sanarentur. Non legistis in Gene-
si, quomodo Abraam obtulit arietē
loco filij? Figura erat, quod filius
Dei non in sua natura, sed in huma-
na occidendus erat. Non legistis etiā
quod Deus formauit Euam de costa
Adæ dormientis? Quare non ipsam
sicut Adam formauit de limo ter-
ræ? Hæc figura erat, quod de latere
Christi dormientis in cruce fundan-
da esset ecclesia. Quod si prophetias
attēditis, multò amplius hoc intelli-
getis. Quam apertè propheta David
in illo psalmo vigesimo primo pro-
phetizauit, quod Christus occiden-
dus esset! ibi omnia legite quæ ma-
gistro vestro contigerant: foderunt
manus meas, diuiserunt vestimenta
mea, & subannationem eorū, spe-
rauit in domino. &c. Et in alio psal.
Quare fremuerunt gētes? cōspiratio
sacerdotum apertè describitur. Et

Nume.
21. c. &
Ioā. 3. b

Gen. 22

Gen. 2. d

ps. 21.

Psal. 2.

in alio psal. Dederunt in escā meam
fel, & in siti mea potauerunt me ace-
to. Legite Esaiam, & videte totā fe-
riē passionis magistri vestri descri-
ptam: tanquam ovis ad occisionem
ducitur, & quasi agnus coram ton-
dente se, sic non aperuit os suū. Ve-
rè languores nostros ipse tulit. Et vi-
dimus eum, & non erat species. Et
cum iniquis deputatus est. Videtis
certè quod ipsa passio magis probat
magistrum vestrum fuisse Christū
verū in lege promissum. Dum hæc
exponeret, verba illa quasi carbo-
nes igniti inflāmabant corda eorū,
& feruebant intus viscera à sermo-
nibus eius: aspicebant se mutuò, &
dicebant intra se. O mirabilè pere-
grinum, o doctissimum peregrinū,
in qua schola didicisti? Nūquam sic
locutus est homo, videtur doctrina
magistri nostri: sed hic nunquā audi-
uit ab eo, neque fuit discipulus eius:
nesciunt sic loqui nostri sacerdotes
& rabbini. Durauit hæc prælectio
per totam viam, neque sēserunt
laborem itineris: vellent amplius
protendi viam. O si habuissemus
hanc prælectionem. O sacer euangeli-
sta quare non ad longum scri-
psisti, quot & quanta mysteria de-
clarata sunt in hoc tam lōgo sermo-
ne? Appropinquauerunt ergo ca-
stello, & dominus finxit se longius
ire, & illi coegerunt eum dicentes,
mane nobiscum domine, quoniam
aduersperascit, & inclinata est iam
dies. Et intrauit eū illis annuens pe-
titioni eorum. Et intrātes domum,
illi parauerunt cœnam, & inter
se admirantes dicebant. O qualis
est iste peregrinus: felices nos qui
talem socium inuenimus. Sperabāt
post cœnam tota nocte loqui, & au-
dire. Stratis ergo toris, peregrinus
dixit

ps. 68.

Esa. 53c

dixit benedictionem mensæ consue-
tam, fortè oculi omnium. Et illi mi-
rabantur quod eandem diceret quā
magister suus: & accipiens panem
fregit. Dicunt aliqui quod manu si-
cut cultello, sed non est opus: &
dum frangeret & porrigeret eis, a-
perti sunt oculi eorum, & agnoue-
runt eum: & volētes amplecti eum,
ipse euauit ab oculis eorum, & mā-
serunt attoniti & stupidi ad modi-
cum: & reuersi ad se cum ingenti
gaudio dicebant, perfusi lachrymis.
O domine quare fecisti sic, quare
sic illustrasti nobis? quare non permi-
sisti vt agnosceremus te? et ma-
nus & pedes tuos osculareremur, &
tecum gauderemus? O nos stoli-
dos, quomodo nō aduertimus quā-
do loquebatur in via, quod verba
illa non erant humana, sed diuina.
Nonne cor nostrum ardens erat in
nobis? Relicta ergo mensa, sicut ful-
mina & aquilæ veloces eadem ho-
ra redeunt Hierusalem. Vnde cū
iam dies festinaret ad occasum, an-
te solis occasum peruenerunt Hie-
rusalem currentes, & ingressi do-
mum vbi erant apostoli cum gau-
dio, antequam ipsi loqueretur præ-
uenti sunt à dicentibus: gaudete fra-
tres, quia surrexit dominus verè &
apparuit Simoni: nā de mulieribus
non curabant. Et ipsi narrabāt per
ordinem quæ gesta sunt. Et cū
ista cum summo gaudio confabula-
rētur, dominus coram omnibus ap-
paruit iterum, & ait illis. Pax vo-
bis, nolite timere. Conturbati au-
tem & conterriti, existimabant se
spiritum videre. Et ait illis. Quid
turbati estis? videte manus meas,
& pedes meos, quia ego ipse sum:
palpate & videte, quoniam spiritus
carnem & ossa non habet. Habetis

Luc. 24

Ibidē

aliquid hīc quod māducetur? Et co-
medit coram eis: & factū est gaudiū
magnum, & lætitia incredibilis, tāta
vt superaret & absorberet totā tri-
stītam præteritā: & quasi à somno
profundo excitati, sic admirabātur
& stupebant de his quæ videbant,
scientes & intelligentes quoniā ma-
gister eorum non solum verus esset
Messias saluator in lege promissus,
sed etiam verus Deus, omnipotens
creator, à quo tam magna præmia
expectarent. O felicem familiam, o
felicem scholam tanti magistri. Hęc
de euangelio.

Sub quatuor formis siue figuris do-
minus se monstrauit post suam re-
surrectionem: Magdalenz apud se-
pulchrum in forma hortulani: di-
scipulis Emmaus in forma peregrini:
apostolis in cœnaculo in forma
propria humana: virgini in orato-
rio in forma propria gloriosa. Om-
nibus istis modis mōstrat se Deus
electis suis, quos ipse secum resusci-
tauit de morte ad vitam, vt iam in
nouitate vitæ ambulent. Nam inci-
pientibus & qui nouiter suscitati
sunt, ostēdit se in forma hortulani.
His enim animabus exhibet se hor-
tulanum, eradicans malas radices
vitiarum, emolliens terram cordis
eorum, & ordinans omnes eorum
potentias, plantans in eis multipli-
ces & varios flores, & rosas deside-
riorum, cogitationum cælestium,
varias quoque arbores bonorū mo-
rum & virtutum, quibus fructificēt
Deo: faciens animā illā ex hispida &
horrida eremo viridē & floridum
hortū, & amcēnū, quasi paradisum.
Sicut scriptum est. Et eris quasi hor-
tus irriguus, cui nō deficient aquæ.
Talis est omnis anima iusta in prin-
cipio quādo cōuertitur ad dominū

Mar. 16
b
Luc. 24
c. & f.

Rom. 6

Esa. 58c

DE EODEM FESTO FERIA SECUNDA.

Felix anima quæ talem habet hortulanum. Talis erat illa quæ dicebat. **Cat. 6.a** Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Iustum quippe est & rationale, vt fruatur ipse fructibus operum, & actuum bonorum morum, & virtutum quas ipse plantauit. **Cat. 7.d** Vnde dicebat. Omnia poma noua, & vetera seruauit tibi, dilecte mi. Id est, nihil perdidit ex eis, nihil comedit, nihil vsurpauit, sed omnia seruauit tibi. Illa anima hoc dicere potest, quæ omnibus suis viribus & potentijs fructificat Deo: cor bonos affectus & desideria, mens bonas cogitationes, lingua verba sancta, manus bona opera, totum quod optat, quod intelligit, quod loquitur, quod agit, quod videt, quod audit, totum ex omni parte Deo tribuit, nihil vsurpans sibi: sicut hortus totum quod producit fructificat hortulano suo.

Sed postea iam proficiscentibus in via domini, & festinantibus in Emmaus, ostendit se in forma peregrini docentis mysteria. Nam postquam plantauit animam bonis desiderijs & virtutibus, & moribus, contemptum mundi suadet. Docet eam festinare in cælum, peregrinum se ostendit in mundo, faciens etiam animam peregrinam. Sicut scriptum est de sanctis. Confitentur quia peregrini & hospites sunt super terram. Et psalmus. Et non dixerunt qui preteribant, benedictio domini super vos. Bonus peregrinus apostolus qui dicebat: non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Prius est homines esse bene institutos in moribus, quam mundi contemptores, & æternorum inquisitores. Vnde Salomon

Heb. 11. c
ps. 128

Heb. 13. c

prius in prouerbijis se exhibet animarum hortulanum: in ecclesiaste se ostendit peregrinum, ad mundi contemptum omnes exhortantem. Quam pauci sunt qui tecum in hac vita peregrinari velint bone Iesu, qui in mundo radices non habeant, qui de terrenis nihil inquirent, sed cælestibus & æternis inhierent. Apostolus, non contemplantibus nobis quæ videtur, sed quæ non videntur. Nam quæ videtur temporalia sunt, quæ non videntur æterna. Istis tamen si qui sunt, quam familiarem & iucundum socium te exhibes in via, docens mysteria, instruens de scripturis, vt viæ labores & fatigationes vite præsentis non sentiant: sicut scriptum est. Beatus quæ tu erudieris domine, & de lege tua docueris cum, vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiat peccatori fouea, id est corpori sepultura. Felix peregrinus qui talem habet socium in itinere, cum quo loquatur & confabuletur, a quo instruat. Erit ei certæ talis socius pro vehiculo, vt ait Bernardus. Sed valde notandum est (vt inquit Gregorius) quod isti discipuli quem non cognouerunt disputantem de scripturis, cognouerunt in fractione panis: quia sæpius contingit, vt maior lux & cognitio Dei reperiat in bonorum operum exercitio, quam in sacrarum scripturarum scrutinio, sicut scriptum est. A mandatis tuis intellexi. Et iterum, super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Quantos videmus seculares simplices, & sine literis, elemosynis & fractioni panis vacantes, feruidos, deuotissimos, illuminatissimos. Et quantos literatos & prædicatores theologos, mundanos, tepidos, frigidos, & sine lumine. Illa lux

prover.
& Eccl.
claf.

1. cor. 4. d

ps. 93.

ps. 118

Ibid.

Ioan. 1. d

vera

DE EODEM FESTO FERIA SECUNDA. 117

vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Credite mihi, operibus & elemosynis potius & perfectius inuenitur quam in libris. Vnde Esaias. Frange esurienti panem tuum, egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erupet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & implebit splendorem animam tuam. Frange ergo, da pauperibus panem tuum, & frangat etiam tibi Deus panem suum: id est lumen suum. Hoc etiam nos prædicatores sæpius experimur, quod cum vobis euangelicum panem frangimus, celestis luminis amplius participes efficimur: & quoties ab huius fractione cessamus, quasi opposita nube & caligine a cælesti sole minus illustramur. Propter vos enim nos illuminat Deus, & hic panis quantum amplius frangitur & donatur, tanto magis abundat: nam fidelis ministro in modico ampliora datur. Tertio post morum institutionem, in quibus est quasi hortulanus post seculi contemptum, in quo videtur vt peregrinus, sedentibus in domo, inclusis in oratorio viris religiosi, & contemplantibus, quorum conuersatio in cælis est, iam non aliam exhibet formam, sed in propria apparet effigie: non iam hortulanum aut peregrinum, sed Christum se exhibens, multiplici oleo, et suauissimo chrismate unguens, & demulcens animas varijs consolationibus in terris: non iam de scripturis differens, sed interius docens, sicut Ioannes ait. Non opus est vt aliquis doceat vos, sed vnctio docebit

Esai. 58. b

Luc. 16. c

Phi. 3. d

1. Ioan. 2. d

vos de omnibus. Sed istis (vt ait Bernardus) super cantica, aliquando se ostendit in propria forma humana, aliquando in forma gloriosa. Nam quidam sanctorum in contemplatione humanitatis Christi suam habent consolationem, semper habentes præ oculis hominem illum sanctissimum, purissimum: vitam Christi, opera, & exemplum eius imitantes: redemptionis mysteria sæpius pertractantes: de conceptione, natiuitate, passione, & resurrectione, ascensione, & missione spiritus sancti sæpius cogitantes: in quibus meditationibus abundantissimum oleum dulcedinis & suauitatis inueniunt: siquidem corpus illud sacratissimum vas plenum est balsamo cælesti: unctus est enim oleo lætitiæ præ confortibus suis, ac propterea tractantes illud ungi necesse est. O quanta dulcedo in his mysterijs contemplandis reperitur, vt alia omittam in hac sacra resurrectione imitanda & contemplanda, in considerando illo fulgore corporis, & potentia; in festo angelorum, & animarum tripudio, in gaudio virginis & discipulorum, in confusione illa iniquorum crucifigentium, in quibus anno præterito totum sermonem consumplimus, & erat sicut mel suauissimum. Sed sunt alij perfecti & contemplatiui, quos non tam delectat Christi humanitas, quam diuinitas: qui oculis lynceis sacrum illud carnis velamen penetrantes, interiorem fulgorem & diuitias penetrant: qui dicere possunt cum Apostolo. Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed iam non agnoscimus, scilicet secundum carnem. Nam statim figunt oculos in verbo, penetrantes carnem, sicut ait propheta. Spiritus autem faciem

ps. 44

2. cor. 5. d

Thren. 4. d

ciem nostrā Christus dominus. Felix anima quæ tam clarum habet visum, vt plus iam in verbo quā in carne domini delectetur. Talis erat quæ dicebat: nos autem reuelata facie gloriam domini specularantes, in eandem imaginem trāsformamur, à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Istis dominus in propria figura gloriosa mōstratur, quibus nihil iam deest, nisi vt rupto ac scisso velo carnis, sancta sanctorum appareat intra velum, & videatur Deus intus in corde ipsorum, sicut videtur ab angelis & beatis, nō iam per speculum & in ænigmate, sed sicuti est. Non sunt (inquit Apostolus) condignæ passionis huius seculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, non quasi à foris: nā regnum Dei intra vos est, intus est illa gloria, in intimis, sed occultatur velo corporis sancta sanctorum: rupto autem velo reuelabitur illa gloria in intimis cordis. Nunc enim (inquit) filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Et apostolus. Nunc mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo: cum autē Christus apparuerit vita vestra, tūc & vos simul apparebitis cum eo in gloria, ad quam nos perducatur. Amē.

IN OCTAVA PASCHAE.

THEMA.

¶ Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Ioannis. 20.



Vas nobis apparitiones Euangelica narrat historia: primam, quæ ad solos decē apostolos ipso die Resurrectionis facta est, de qua iuxta

ta Lucam, feria tertia paschæ dictū ^{Luc. 24} est: alteram, quæ octauo die ad vn- ^{f.} decim apostolos facta est, de qua hodie futurus est sermo. Nisi videro. &c. Admiranda durities: cui tot fratrum autoritas, & gaudium inspectum non sufficit ad fidem. Vt hanc curaret dominus apparuit: pius pastor ouem suam perire non patitur, a sicut ad patrem dixerat. Quos dedi- ^{Ioā. 18.} sti mihi nō perdidit ex eis quenquā. b Discant prælati quam cōmissis ouibus sollicitudinem exhibeant: si pro vna sola dominus apparuit, omnis sollicitudo, omnis labor vnus animæ negotio minor est. Ciuem Romanum fieri olim magni pretij res erat, ciuem cælorum fieri quāti erit. Qui errantem ouem reducit ad ouile, si illa ouis à vita discedat, magnū sibi apud Deum aduocatum legauit. Infer digitum tuum, &c. Felix manus quæ dominici pectoris secreta rimauit: quas diuitias non intus inuenit: Ab illo pectore arcana cæ- ^{Ioā. 13. e} lestia Ioannes hauserat dormiendo: in illo Thomas grandes thesauros reperit scrutando. Grandis illa schola, quæ tales discipulos facit. Inde alter super astra volans mira de diuinitate dictat, cū ait. In principio erat ^{Ioā. 1. a} verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum. Alter radio veritatis tactus, sublimiter exclamat. Dominus meus, & Deus meus: maior incredulitate confessio altius sonare non potuit: quicquid fides ha- ^b bet,

bet, breui elogio comprehendit. Omiram hominis perspicaciam: hominem palpat, & Deū vocat: aliud tetigit, aliud credidit. Si mille codices ederet, non ita ecclesiæ profuisset. Quam apertè, quam fideliter, quam nudè Christum vocat Deū. O verbum ecclesiæ Dei vtilissimū & necessarium, quo multæ hæreses & validissimæ olim ab ecclesia extirpatæ sunt. Laudatus est Petrus, quia dixerat: tu es Christus filius Dei viui: expressius intonat Thomas, dominus meus & Deus meus: simplici verbo vtranque naturā in Christo confessus. Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. Grandis ex hoc verbo nobis est consolatio fratres. Quoties dicimus, quoties clamamus, o beati oculi, o tempora felicia, o secula dulcia, quæ tanta mysteria inspicere ac videre meruerūt? Ita est: beati oculi, qui vident quæ vos vidistis, ait dominus: sed et beati qui non viderunt & crediderunt. Fuit illud maioris solatij, hoc altioris meriti. Visio magis lætificat, fides amplius honorat. Quid magnū quod Petrus, & Andreas, & Thomas, & alij apostoli, pro domino quæ viderant à mortuis viuū, & in cælo sublimatum, vitam exposuerūt? an non altioris meriti videtur, pro nō viso mori? Nisi quod apostoli duplici hoc titulo beati sunt, & quod viderint Christum à mortuis surrexisse: & quod sic viderint vt visio hæc fidei meritum non euacuaret: quæ posteris relicta est in exēplum. Admiramur autem amplius eorum fidem & constantiam, qui cū neque Christum, neque apostolos viderint, apostolicæ fidei & perfectionis imitatores, & veluti hæreses sunt. Non

sic stupeo, cū Petrū & Andream crucifixos video, sicut cū Laurentium inter prunas, & Sebastianum inter sagittas gloriantes inspicio. Vnde Bernardus ad fratres. Quid est quod vita vestra vitam apostolicam non representet? Illi reliquerūt omnia in schola saluatoris, sub eius præsentia congregati: vos autē non in præsentia, sed in absentia: nō ad verba oris eius, sed ad vocē nunciorum eius, simile aliquid fecistis. ^{ps. 137.} Defendite vobis hanc prærogatiuā fratres: quod illi ad visum & ad verbum, vos ad auditum & nunciū credidistis. Hæc Bernardus. Et ipse dominus per prophetam, vt eos cōfunderet qui videntes Christum increduli fuerunt, inquit. Populus quæ non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Et Petrus in canonica commendans eos, qui cū Christum non vidissent, fidem apostolicam imitabantur, ait. Quem cū ^{ps. 17.} non videritis, diligitis: in quem nūc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata: reportātes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum. Hæc de euāgelio. De fide & testimonio dominicæ resurrectionis dicendum est hodie, quomodo videlicet Christus suam resurrectionem probauit: quomodo etiam nos probauimus nostram. Inter fidei nostræ orthodoxos articulos, vnus ex difficillimis & magis arduis, resurrectio mortuorum inuenitur. Quam difficile fuit hoc mūdo persuadere, vt post incineratum corpus, & vsquequaque per elementa distractum, iterum reparari ad vitam crederet, & vitales rursus auras haurire. Animas corporibus solutas, rursus alia viuificare corpora ^{1. Petr. 1} hominum,

hominum, vel brutorum, aut in melius mutatas, fulgida in astra transferri, quorundam philosophorum dogmata tenebat: sed carne & ossa post cineres suo viuificata spiritu, in vitam quandam immortalem resurgere, ni fides diceret, quis vnquam hominum suspicaretur? aut cui vnquam veniret in animum. Paulus apostolus cum Athenis, in philosophorum gymnasium publicè concionaretur, summa attentione & magno silentio auditus est, quousque ad hunc articulum perueniret: sed hoc audito, riserunt omnes, & veluti delirus ab omnibus explosus est. Quis nam (inquiunt) est hic seminiucrius, nouerum daemionum annunciator? Quanto igitur veritas hæc mundo difficilius ad credendum visa est, tãtò fortiori indiguit testimonio. Fuit autè resurrectio Christi resurrectionis nostræ exemplar & causa. Vnde vt persuaderet nostram, decuit validissimis medijs probare suam: sicut & factum est. Nam per quadraginta dies, suam distulit ascensionem: vt hoc temporis interstitio (sicut ait Lucas) discipulis suis præberet seipsum viuum, in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno Dei. Sicut enim quadraginta horis mortem suam probauit, ita quadraginta diebus suam firmauit resurrectionem. Triplici autem testimonio ad hoc usus est dominus, scripturarum, angelorum, & sensuum. Non solùm enim exteriori quodam magisterio ex sacra scriptura, plurimos ad hoc, & fortissimos locos & citauit & exposuit, sed etiam interiori quodam lumine eorum intellectus illustrauit: sicut euangelista ait, aperiens illis sensum, vt intelligerent scripturas. Ipse enim

Act. 17. c

Act. 1. a.

Luc. 24. e. & g.

qui exterius docebat, interius illuminabat: quia lux & magister erat. Quam potenter, quam luculenter discipulis illis in itinere Emmaus, omnes scripturas euoluit & exposuit! Incipiens enim à Moyse, & per ceteros prophetas discurrens, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. O sacram lectionem, o desiderabilem expositionem: o quis eam nosset: o euangelistæ sancti, cur nobis hanc lectionem conticulistis? Plurima Augustinus in libro de ciuitate Dei ad hoc adducit testimonia: sed non sic iuuat illa audire ab Augustino, sicut iuuaret à Christo, Ex his autem, illa potentiora & euidentiora putamus, quæ in psalmis leguntur: vt est illud. Quoniam nō dereliques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quod in hoc ipsum ab apostolo Petro allegatum est. Et illud, ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quia dominus suscepit me. Et rursus. Exurrexi, & adhuc sum tecum. Et rursus alibi. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Vbi non modò resurrectio, sed & resurrectionis tempus exprimitur. Et illud, quo nihil apertius. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit, nō adijciat vt resurgat? etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificabit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei. Sed in quo? nunquid vt libereris me ab illis? nunquid vt à cruce ista deponas me? Non, inquit, sed resuscita me, & retribuam eis: in hoc miserere. Sicut & per alium

ps. 16.

Act. 13.

Ps. 13.

ps. 23.

ps. 107.

ps. 40.

Mich. 7. b alium prophetam ad æmulam synagogam loquitur, dicens. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam cum sedero in tenebris: dominus lux mea est. His & similibus testimonijs suam resurrectionem ex scripturis sacris dominum comprobasse credimus, quæ passim per omnes prophetas leguntur, adiunctis figuris & typis, quorum lex plena est. Vt est illud Ionæ in ceti uentre nauigantis: & illud Samsonis parabolicum: ex comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo: & similia. Fidem quoque prophetiæ fecerunt angelorum uisa oracula, & audita. Non enim vnus tantum, sed trium aut quatuor angelorum testimonio, roboratum est sacramentum. Iesum queritis (ait vnus) Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic. Et duo alij ad mulieres sanctas, quid (inquiunt) queritis uiuentem cum mortuis? Neque tantum dixerunt hoc, sed etiam vt alijs dicerent indixerunt. Non solos autem angelos filio suo testes pius pater misit è celo, sed etiam plures sanctorum patrum, in huius rei testimonium destinavit è limbo: qui vt euangelista ait, apertis monumentis, post eius resurrectionem surrexerunt, & sanctam ciuitatem ingressi, apparuerunt multis: & proculdubio dominicam resurrectionem, & suam, illis testificati sunt. De quibus quid postmodum factum fuerit, ardua inter doctos quæstio est: quibusdam asserentibus quod postea dormierunt, nobiscum iterum suscitadi, & apostolico testimonio id roborantibus ad Hebræos, ubi ait: & hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouiden-

Mich. 7. b

Ion. 2. 2. Iud. 14. c

Mar. 16. b Luc. 24. a

Matth. 27. f.

Heb. 11. 8

te, vt non sine nobis consummarentur. Cui consonat psalmographus, dicens. Me expectant iusti, donec retribuas mihi. Alijs autem è contrario opinantibus, perfectam in illis resurrectionem fuisse, & cum suis corporibus æthereas possidere mansiones. Neque enim (vt inquiunt) tam ardentem & cupidè prope regionem illam se sancti patres sepeliri curarent, vt etiam ab Ægypto corpora, reliquiasque suas quidam illorum transferri mandauerint, nisi cum Christo suam anticipare resurrectionem spiritu prophetico cognouissent. Quid enim illis contulit resurrectio post modicum morituris? Sed in re tanta tutius existimarem cum Hieronymo dubitare, quàm certum aliquid diffinire, nisi me illa apostoli uerba cum Augustino sentire compellerent: nondum fuisse sine nobis perfecta resurrectione consummatos, sed meliore sui parte beatos, stola prima, Dei uidelicet uisione frui. Vtunque tamen res se habet, hoc pro certo credimus & sentimus, neque scripturas, neque angelos, neque patres è limbo suscitatos, mundo ad resurrectionis plenam fidem satisfuisse, nisi idem ipse dominus qui surrexerat, discipulorum oculis appareret. Visus enim apud homines in testificatione ueritatis principatum tenet, cuius testimonium dominicæ resurrectioni defuisse non decuit. Apparuit enim non tantum semel, sed plus decies: nō vni soli, aut duobus, sed plusquam quingentis fratribus simul: non in secreto, sed in publico: nō in obscuro, sed in monte die claro: non à longe, sed in medio eorum, vt ab omnibus distinctè uideri posset, notus omnibus: vsque adeo vt nemo illum auderet

ps. 141

Gn. 50. d. & E. 40. 13. d

1. cor. 15. a

Luc. 24. f.

auderet interrogare, tu quis es? scietes quia dominus est, ut Ioannes ait. Et ut visui concordaret auditus, sono, voce, stylo, organo ante passionem consuetis, & vsitato eloquio, locutus est cum illis: ut etiam si non videretur, ex auditu solo posset agnosci. Et ne vllus in eis scrupulus remaneret, palpabilem se illis exhibuit, ut tactu probaretur, non habere corpus phantasticum, sed verum: non aëreum, sed solidum: non alterius naturæ, sed ossium & carneum: & idem ipsum quod in cruce pependerit. In cuius fidem vulnera referuauit & ostendit. Et quia gloriificatis corporibus (ut Augustinus ait) non potestas, sed egestas edendi aufertur, comedit etiam, & bibit coram eis, ut viuum & animatum se esse monstraret. Denique nihil omisit, quod ad plenam & integram fidem à quouis scrupulosissimo & incredulo efflagitari potuisset: ne forte postmodum fidelium quispiam diceret. O si atrectassent, o si palpasset, o si hoc, aut illud visores discipuli experti fuissent. Vnde mira dispensatione incredulitatem illà discipulorum euenisse putandum est, ut dum eorum hæsitatio euidentioribus argumentis plenè conuincitur, illorum cunctatione fides nostra solidetur. Quauis enim modicæ fidei homo, quauis imbecillis ingenij Christianus (ut Leo sanctissimus inquit) nunquam sollicitudinem suã inquisitioni Thomæ æqui parare potuisset: nunquam enim post agniã veritatis loquelam, ausus esset petere, ut etiam tactu Christum perscrutaretur in Christo: & in ipso homine quem cerneret, hominis corpus inquireret. Quis obsecro post tot & tam euidentia testi-

monia, cuius dubitandi relictus est locus? Omne quauis arduum & difficile creditur, si quinque vel sex hominũ grauissimorum oculata fide asseritur, ab omnibus suscipitur, & indubiè creditur, & acceptatur: quingentis testibus oculatis, & talibus testibus, fidem quis non adhibeat? qui non solum hoc doctrina & verbo asseruerunt, sed morte & sanguine confirmarunt. In huius enim rei testimonium à tyrannis mundi atrocibus supplicijs, & dira morte occisi sunt. Pendet in cruce Petrus, biduo in cruce pendeat Andreas, ex patibulo veluti ex pulpito populo acclamans. Videte fratres quid sustineo, considerate quæ patior, credite crucifixo, credite morienti. Si enim vera non sunt quæ vobis prædico, ut quid miser ista sustineo? Si non vidi quæ vidisse me assero, ut quid libens ac volens in hac cruce pendeo? Pro falsitate agnita quis moritur? aut quis expectatur ex mendacio fructus? Si Christus non resurrexit, ut dicimus, inuenimur falsi testes Dei: quoniã testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit: sed falsus testis non erit impunitus, pro falso testimonio à vero Deo gloriam quis expectet? Quænam igitur nobis moriendi ratio, quæ causa tam dira tormenta patiendi: non enim ea vobis prædicamus, quæ alijs narrantibus audiimus, aut pro libito ipsi confirmamus, sed quæ oculis nostris perspeximus, & oculata fide probauimus. Non ergo fallimur quia vidimus: non fallimur, quia pro veritate morimur. O fides catholica quã stabilis quã firma est, quã benedicata, quã bene fundata supra firmam

Matth. 16. c. inam petram. Cælum & terra transibunt, tu autem præterire nõquam poteris. Totus orbis à principio tibi contradixit, sed tu potentissimè de omnibus triumphasti. Hæc est enim victoria quæ vicit mūdum fides nostra: hæc reges potentissimos Christi imperio subiugauit: hæc populos ferocissimos Christi obsequio mancipauit. Quid fecit martyres diros agones & acerrimas pœnas subire, nisi si fides? Quid fecit anachoritas contemptis delicijs, spretis honoribus, calcatis diuitijs, cælibem in solitudine vitam agere, nisi viua fides? Quid hodie Christi fideles facit inter luctuosas seculi delicias impolluto pede transire, nisi fides, quæ per caritatem talia operatur? Hæc veros christianos facit mollia abijcere, dulcia relinquere, aspera subire, laboriosa sufferre. Hæc facit spe futurorum, præsentia bona dimittere: & futuris præsentia commutare. Quid mirũ si vitam hanc ardentissimè diligit, qui aliam aut non credit, aut nõ sperat? Denique iustus ex fide viuunt, quæ si à fidei saluberrimis monitis per inobedienciã se subtraxerit, Deo non placebit. Fides praua desideria frenat, effrænes appetitus cohibet: feroces cordis motus sedat: vitia pellit, virtutes inserit: mollia calcit, aspera tolerat: in prosperis non erigitur, in aduersis non deijcitur. Deniq; nihil est tam arduum, & tam durũ, quod nõ aggrediatur propter Deum, qui viua fide credit in Deum. Apostolũ audiamus. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam: adepti sunt repromissiones: obtharauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciem gladij: cõualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Alij autem distenti

sunt, non suscipientes redemptionem, ut inuenirent meliorem resurrectionem. Alij verò ludibria, & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellicibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, &c. Quam mirè, quam luculenter, fidei virtus & potentia à spiritu sancto descripta est! Decuit igitur, talem ac tantam fidem huiusmodi argumentis corroborari, ne violentia principum, & emulorum inuidia cassaretur. Nisi enim supra omnem dubitationem firmissimo testimonio firmaretur, poterat forsitan malignorum impetu & contradictione labefactari. Sed dicet quispiã cur igitur toti populo Christus publicè non apparuit? Sic enim & fortius æmulos suos confunderet, & firmius resurrectionem suam probaret. Sed in aperto est responso. Hoc enim non esset fidem fundare, sed euertere: non esset homines ad se allicere, sed conuincere. Vtilior autè mundo fides, quã scientia erat. Non sic etiam diuinæ sapientiæ ordo poscebat, quæ nõ indifferenter omnes, sed dignos admittit, & indignos excludit. Propterea ut Petrus apostolus ait, dedit eum Deus manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Sed adhuc manet scrupulus, cur istis testibus non in forma gloriosa, sed in forma cõmuni dominus apparuit? In quo diluendo non nimis laboramus: quoniam si in forma gloriosi corporis appareret, putaretur alter, & sic resurrectionem suam minimè cõprobaret. Sed cur (inquis) cum discipulis non continuè per illos quadraginta

Luc. 24

Act. 1. a.

Gal. 5. b.

Rom. 1. b. & Habac. 2. a.

Heb. 11. f.

1. cor. 15. c.

Act. 10. f.

mam

ginta

ginta dies conuersatus est, sicut prius? Respōdeo, ne videlicet ad priorem vitam surrexisset, & mortalis sicut prius fuerat, putaretur. Si enim eadē esset conuersatio, eadem existimaretur & vita. Euanescebat subito ab oculis eorum, ut eadem persona, sed alius putaretur status. Neque tamē vlla præstigij, aut iudificationis, in Christo tibi suspicio surrepat: quoniam etsi in veritate caro eius sole fulgidior, & luna clarior refulgebat, tamen in potestate eius erat monstrare se secundum fulgorem, aut secundum colorem: palpari autem, & comedere, corpori glorioso non naturali dispositione, sed gratiæ dispensatione contigisse putandū est. O mirum diuinæ sapientiæ ordinē, quā artificiosē, quā aperte, quā decēter omnia fecisti! O Deus attinens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter. Hæc de Christi resurrectione, & eius testimonio dicta sunt: de nostra nunc vel modicum disseramus. Quicunque enim cum Christo surrexit, similibus indicijs vitam suam probare oportet. Omitto nunc decem illa testimonia viuētis animæ, quæ in iustificatione peccatoris à doctoribus enumerari solent: non enim nūc ea testimonia inquirimus, quibus vitam in seipsa anima deprehēdat, sed quibus viuam se esse alijs ostendat: hæc autem sunt quæ de Christo diximus. Si vita consonat scripturis: si sanctorum iudicio cōmendatur: si vulnera cordis & manus per confessionē ostendit: si melis fauam, id est dominici corporis sacramētum comedit: si laudes Dei feruidē loquitur: si scripturas prius absconditas & intelligit, & exponit: si Deum animę palato gustat: si ten

Sap. 8. a

tationibus & infirmitatibus tactus, non facilē cedit, sed solidum & firmum se in omnibus exhibet: & similia, quibus indicijs vita animæ restituta, etsi non euidenter cernitur, tamen probabiliter coniectatur. Primum igitur & maximum testimonium scripturarum est, si secundum euangelium viuimus: si ea quæ ad nostram eruditionem scripta sunt, vita & opere implemus. Ne te queris extra: non te ex vulgi fama, sed ex vita cōmenda. Sacra scriptura nitidissimum speculum est, talē reddens vultum hominis, qualis est. Quem pagina sacra redarguit, etiā si ab omnibus commendetur, deformis & fœdus putandus est. Sed post hoc, præstat etiam angelorū, id est sanctorum virorum pro se habere iudicium: quoniam ut apostolus ait, 1. Tim. 5. decet sanctos habere testimonium etiam ab his qui foris sunt: nō à profanis & mundanis, à quibus laudari vituperium est: sed à iustis & bonis, qui quoniam bonitatis artifices sunt, de bonitate meritò iudicare possunt. Sutor de calceo iudicat: & de imagine pictor: miles arma discernit: & tractant fabrilis fabri. Qui ergo bonus est, bonitatis rectus est iudex: cæcus malè iudicat de coloribus: & de virtutibus prauus. Sed quoniam in multis offendimus, omnes tunc de nobis verè sentimus, cum in nobis peccatorum vulnera agnoscimus, & sicut cognoscimus, ita per confessionem sacerdoti medico pandimus. Vulnera (inquam) manus & lateris: non solum enim peccata exteriora operum, sed & vulnera interiora cordium confiteri debemus. Qui modo non confessus est, qui ad domini mensam neque in paschate accessit, quomodo cum

domino

DOMINICA QUARTA post Pascha.

THEMA.

¶ Cum venerit ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & iudicio. Ioan. 16.



Itera euāgelij pars quedā est illius dulcissimi & suauissimi sermonis, quem dominus fecit post cœnam iam proximus passioni: in quo ve-

lut cygnus morti proximus suauius cecinit, adeo ut discipuli illo eius eloquio delectati, dicerēt. Nunc palam loqueris, & proverbium nullū dicis. Fuit autem huius causa maxima tristitia apostolorum: nam dici nō potest, quanto dolore & mœrore affecti sunt, audientes quod tam cito dominus separāndus esset ab eis, & tam crudeliter occidendus. Consternati sunt animo, & amaritudine pleni, oculis in terra defixis, & vultu demisso, nō poterant se mutuo aspicerē præ multitudine lachrymarū. Vnde Bernardus. Quid ni cōcuteretur viscera, turbaretur affectus, hæsitaret animus, horreret vultus, paueret auditus, nec omnino æquanimiter discessionis eius sermo posset admitti, ut relinqueret eos pro quo omnia reliquissent? Sicut enim galli Mattha. 23. d. na in sinu suo fouet, & à miluo protegit pullos suos sub alas, ita eos dominus sua præsentia protegēbat. Et propterea, ut Chrysostomus ait, cognito eius discessu, non poterant aspicerē in eum, neque eum alloqui præ dolore. Hoc est quod ait. Vado ad eum qui misit me: & nemo

Q ex

domino surrexisse credēdus est. Væ tibi misero: in pallio luti maculam vel ad horā sustinere nō vales, & in animo diuturnā & annosam peccati sustines lepram? Est ne aliud quod imiteris in Christo? est utique: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur: & tu quoque resurgēs ab operibus mortuis, nō vltra moriaris peccato, neque regnet vltra peccatum in tuo mortali corpore. Perpetua sit tua resurrectio sicut Christi: ut quid iterū sepulchrum repetis vnde surrexisti? Non qualis sepultus est Christus talis resurrexit, sed immortalis & gloriosus: & tu quoque in nouitate vitę cōsurgito, in nouam creaturam innouat & immutatus. Vixisti peccato, viue iam Deo: vixisti in carne, viue de cetero in spiritu. In Christo enim Iesu neque circūcisio, neque præputium aliquid est, sed noua creatura quæ scilicet de veteri per spiritū formata est in vitę nouitate. Hęc prima resurrectio est quæ fit à spiritu transformante: in quibus hæc prima inuenta fuerit, perficietur aliquādo secunda. Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur: sed il litantum, qui fuerint hic prius per spiritū immutati. Vnde apostolus. Si spiritus eius qui suscitauit Iesum habitat in vobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Cōfigurabit enim corpori claritatis suæ, quos cōfiguratos inuenerit cordi humilitatis suæ. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione hac prima: in his enim secunda mors nō habet potestatem, sed erūt sacerdotes Dei, & Christi eius, & regnabūt cū illo in secula seculorum. Amen.

Rom. 6

b

Ibidē

Ibidē. a

Gal. 6. d

1. cor. 15.

e

Rom. 8.

b

Phi. 3. b

d

Apo. 20.

b

1. Tim. 5.

Iacob. 3.

a

Matth. 23. d.

ex vobis interrogat me, quò vadis? sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Sicut enim cũ pater familias dilectus lógè recedit, vxor, filij, filie, serui, ancille seorsum lachrymatur & plorat, sic tota illa familia mœstitia plena erat: vnde ad eos cõsolandos vsus est dñs sermone tã longo & cõsolatorio. Obenignitas, ò charitas, ò clemẽtia: ipse post modicũ tam duros cruciatus & tormẽta passurus, oblitus dolorum suorũ, de discipulorũ tristitia magis angitur: & ipse magis cõsolandus, cõsolatur discipulos. O quanta pietas, quãta dignatio, quãta viscera misericordie. Vfus est autẽ dñs triplici cõsolationis medio, sicut solet pater familias recessurus. Nã primo dicit sui discessus vtilitatẽ, & quantum omnibus expedit vt recedat. Secũdò, nõ dimittã vos solos, nã ecce filius, vel frater meus manet, qui curã vestri habebit, & nõ sctietis meã absentia. Tertio cõsolatur eos ex absentie breuitate, dicẽs. Nolite tristari, nam citissime redibo. Sic dñs, primò proponit eis vtilitatẽ sui discessus, dicẽs. Ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis vt ego vadã. Secũdò ait. Nõ relinquã vos orphanos, sed aliũ paraclætum dabo vobis: & gaudebit cor vestrũ. Tertio ait, modicũ & nõ videbitis me, & iterum modicũ & videbitis me: quia ad patrẽ vado. Et iterum, si quo minus dixissẽ vobis quia vado parare vobis locũ, &c. Sed tãta erat tristitia eorũ, q̃ nec hæc sufficiebãt ad solatiũ, & ad reprimendũ dolorẽ. Sed quia paraclætũ illum, quem sapius promittit in illo sermone, illi nõ agnoscebãt, neq; modũ aduentus eius, neq; vtilitatẽ sciebãt, ideo in litera ostẽdit duo, quis sit ille paraclætus, & ad quid vcturus. Et primo vt

litate aduentus eius tractat, dicẽs. Veniet ille paraclætus, propter mundũ, propter vos, & propter me. Propter mundũ, ad illum scilicet corrigendũ, & reformandum: nam cũ venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia verò, quia ad patrẽ vado, & iam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Obscura litera, & ipse vidit: vnde ait. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Veniet propter vos: nã cũ venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ, & quæ ventura sunt annunciat vobis. Veniet propter me: nã ille me clarificabit, ille manifestabit mundo quis ego sum, meam potentiam, diuinitatẽ, maiesttatẽ, & gloriam, & totum orbem pedibus meis prostrabit. Sed nõ loquetur à semetipso, sed quæcunq; à me audiuit, loquetur: sicut & ego quæcunq; audiui à patre meo, nota feci mundo: quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Nã sicut doctrina mea nõ est mea, sed eius qui misit me patris: sic eius doctrina mea est, & de meo accipiet illam: non sicut discipulus à magistro, sed sicut productus à suo principio. Erit enim legatus meus, sicut & ego legatus sum patris. Et quomodo hoc fiat exponit. Omnia (inquit) quæ habet pater, mea sunt: vnde & ipsa patris substantia mea est: & ideo sicut spiritus sanctus à patre procedit, sic & procedit à me: & sicut mittitur à patre, sic etiã à me: vna est enim substantia de qua procedit. Propterea dixi, quia de meo accipiet, quia à quo habet substantiam, ab illo habet & sapientiã, & do.

& doctrinã. Nescio an in tota sacra scriptura de persona spiritus sancti, et modo procededi eius à patre, & à filio, tã latẽ & tã apertẽ differatur. Sic itaq; exposuit, & quis esset ille paraclætus mittendus, et ad quid mittendus esset. Hæc de euãgelio. Ex quo colligitur triplex vtilitas aduentus spiritus sancti. Prima mundi reformatio: ille arguet mundũ &c. Secũda, doctrina: ille docebit vos omnẽ veritatẽ. Tertia, fides: ille me clarificabit. De prima solũ fiet sermo, & dicemus duo: primò in quo cõstitit ista mundi reformatio: secũdò quomodo spiritus sanctus mundũ reformabit. Quãtũ ad primũ notandũ, q̃ homo tripliciter potest considerari, scilicet in se, quò ad proximũ, quò ad deũ: & ita indiget triplici reformatione, siue ordinatione: scilicet quò ad se, vt sit sobrius: quò ad proximũ, vt sit iustus: quò ad deũ, vt sit pius. Sicut apostolus ait. Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnib⁹ hominibus, erudiẽs nos: vt abnegãtes impietatẽ, & secularia desideria, sobriẽ, & iustẽ, & piẽ viuam⁹ in hoc seculo. Sobriẽ, ad nos: iustẽ, ad proximũ: piẽ, ad deum. Homines autẽ, ante aduentum saluatoris, erãt flagitiosi quò ad se, facinorosi quò ad proximũ, impij quò ad Deum. Erãt enim brutales, vitiosi, carnales, vt satis ostẽdit apostolus ad Romanos. Erãt quoq; cupidi, elati, raptores, perniciosi ad proximos: vt pote sine timore dei. Erãt & impij, infideles, idolatræ & sine deo: sicut illis ait apostolus. Eratis sine deo aliquãdo: et per aduentũ spiritus sancti de carnalibus & brutalibus facti sunt rationales, & sobrij: de perniciosis & iniquis facti sunt iusti & benigni: ex infidelibus & idolatris, facti sunt fideles & pij. Hoc est quod ait, arguet mundũ

de iudicio corrupto, scilicet quia bestiales erãt quò ad se: arguet de iustitia, non seruata ad proximũ: tertio de peccato impietatis & infidelitatis quò ad deum: & sic reformabit perfectẽ hominem quò ad se, quò ad proximũ, & quò ad deum. Sed expositio huius triplicis reformationis in litera posita, obscurissima est. Ait enim, arguet de iudicio, quia princeps huius mundi iã iudicatus est. Ac si dicat, corruptor ille & malus suggestor humani iudicij per meam passionẽ iam erit explosus de mundo, et sic poterit homo in suo iudicio reformari. Arguet de iustitia, quia ad patrẽ vado, & iam nõ videbitis me. Quasi dicat: si ego per longum tẽpus fuissẽ in mundo, mea doctrina homines arguerẽ, & reducerem ad iustitiã: sed quia recedo & vado ad patrẽ, mittã spiritum qui hoc agat. Arguet etiam de peccato quò ad deum: quia nõ crediderunt in me, & ipsa incredulitas & infidelitas satis magna est impietas ad Deum. De hac ergo triplici reformatione, in qua tota hominis perfectio est, in quo cõsistat, & quomodo facta sit à spiritu sancto, dicemus. ¶ Prima hominis reformatio quò ad se in tribus cõsistit: scilicet in ratione illuminata, in voluntate bene inclinata, in se sũalitate subiecta: qui hæc tria habet in se, perfectus est. Primum valde necessarium est homini: nam ipsa ratio est regula humanorum actuum, & totius vitæ lumen: & sicut auriga in curru, vel gubernator in nauĩ, & sicut oculus in corpore: ab illa enim dependet tota vitæ ordinatio & gubernatio. Vnde dominus in euãgelio. Vide ne lumẽ quod in te est, tenebræ sit: nam si lumen tenebræ sit,

Ibidē

ps.118.

Esa.11.a

Hic.4 e

ps.118.

& ipse tenebræ quātæ erūt: Et iterū, si ocul⁹ tuus fuerit simplex, id est ratio illuminata, totū corpus tuū lucidum erit: id est tota vita perspicua, & illustris. Si autē oculus tuus fuerit nequā, & tenebrosus, totum corpus erit tenebrosus. Vnde psal. Intellectū da mihi, & viuā. Magnum donū, et grandis felicitas, præstare intellectu, pollere ingenio, vigēre sensu & prudētia, & rationis acumine. Respi ce duos iuuenes, filium regis, filium pastoris: Deus bone, homo homini quid præstat? Vnus quasi angel⁹, ali⁹ quasi bestia. Hæc autē rationis illuminatio in tribus cōsistit. Primò in acumine intellectus, & vigore luminis naturalis intellect⁹. Secūdò in industria per quā acquiruntur quinque illi habitus, seu virtutes intellectuales, que perficiūt intellectū: de quib⁹ Aristo. in metaphysi. scilicet intellectus, sapiētia, sciētia, prudētia, & ars: de quibus nō oportet modo dicere. Tertio in donis spirit⁹ sancti, scilicet dono intellectus, sapiētia, sciētię, & consilij: qui super naturaliter illustrāt rationem hoc modo, nā donū intellect⁹ facit intellectū viuacē perspicuum, subitò intelligentē & penetrantē veritatē modico discursu, & angelico similē. Donū sapiētia illuminat ipsum quoad spiritualia & eterna: donū sciētia quoad visibilia naturalia: donū cōsiliij quoad agibilia & operabilia. Sed quid prodest habere clarū intellectū, si voluntatē habeas corruptā, proteruā, & malē inclinātā? Quātos vidimus ingeniosos & malitiosos, versutos, dolosos, vitiosos, quibus ingenium nō seruit nisi ad iniquitatē? Sicut scriptū est. Sapiētes sunt vt faciāt mala, quib⁹ melius fuisset esse simplices, & bonos. Vnde psalmista hoc postulabat dicēs. Vo-

lūtaria oris mei beneplacita fac dñe. Id est, da vt volūtati placeat quod ratio probat. Sic enim plurimos videmus quasi natura bonos, & bene inclinatos, qui sine labore & studio sūt probi: alios verò natura malē inclinatos, qui non sine violētia magna boni sunt. Sicut in equis, quidā leniter & tenui filo ducūtur, alij effrenes fræno duro indigēt vt regātur: non minor, sed maior est hæc felicitas, quā prima. Fit etiā hoc tripliciter. Primò per virtutes cōgenitas naturaliter, vt videmus in pueris: secūdò per virtutes infusas, & per dona spirit⁹ sancti, scilicet pietatis, & fortitudinis, firmantur in bono. His nō restat nisi habere sēsualitatē subditā & domitā: nō enim oportet expectare q̄ sit bene inclinata: vipera venosa est, prona sēper ad malū ab adole scētia sua, non potest bene inclinari: sed fræno, cēsura, & flagello opus est ad illā. Vnde apostol⁹. Castigo corp⁹ meū, & in seruitutē redigo: nā scio q̄ non inhabitat in me, id est in carne mea, bonum. Caro enim legi dei nō est subiecta, neq; enim potest, sēper parata cōcupiscere aduersus spiritū: perfundit venenū, & repugnat legi mētis nræ, ideo in illa nō est habēda fiducia, sed sēper suspecta existimanda, castigāda, domāda, & frēnāda. Facit autē hoc spiritus sanctus per donū timoris: nā per timorē dñi declinat omnis à malo. Vnde August. de matre sua Monicha. Erat autē timor castus in corde eius tāquā fascia pectoralis qua cogitationes astringeret: in ore, tanquā frænū quo linguā deprimeret: in opere, tanquam stimulus, ne pigritia torperet: in cunctis tanquā regula, ne modū excederet. Ecce in quo cōsistat hominis reformatio

Sap.8.d

Ezec. 1. d. & c.

10.b.

Esa. 3. d.

matio quoad se. Talis erat Sapiens, qui de seipso dicebat. Puer erā ingeniosus, quò ad primū: & fortitus sum animā bonam, quò ad secundum: & cum essem magis bonus veni ad corpus incoinquinatū, quoad tertium. Vnde huiusmodi homo ordinatissimus, est in omnib⁹ quasi horologiū, in cogitationibus, desiderijs, sermonibus, operibus, in vita, vestitu, motu, gestu, cōuersatione: totus est ordinatus moderamine rationis, sicut in horologio motū rotarū sequitur manus index. De hoc figura in Ezec. chiele de quatuor rotis oculatis, & rota in medio rotæ, & vbi erat impetus spirit⁹ sequebatur & rotæ. Quatuor rotæ sunt quatuor animę potētia, scilicet intellect⁹, sēsus, volūtas, appetit⁹ sēsitiuus: rota in medio rotæ, quia intellect⁹ cōprehēdit sēsus: nā quicquid potest sēsus sentire, potest intellect⁹ intelligere & ampli⁹: similiter volūtas cōprehēdit appetit⁹, nā quicquid appetit⁹ appetere potest, voluntas potest velle & amplius. Iste quatuor rotę sequuntur in homine iusto motū rationis, & ratio morū spirit⁹, sicut in horologio motū ponderū sequitur motus rotarū, in nullo enim repugnat neq; discrepant à ratione & spiritu: in hoc ordine cōsistit illud decorū & honestū maxime querendum. Væ impio in malū, qui torus inordinatus discerpitur & fatigatur, sicut ait Augustin⁹. Ordinasti dñe, & ita est, vt omnis animus inordinatus sibi ipsi pœna sit. ¶ Secunda hominis reformatio quoad proximū, quā facit integra & perfecta iustitia, cōsistit in quinque partibus: scilicet in distributione tēporaliū, in cōmunicatione gratiarum, in supportatione onerū, in redditione debitorū, in innocētia operū. Opor-

tet primò, vt homo sit iustus ad proximū in distributione tēporalium: nā vt ait Ambrosi⁹, in libro de officijs, natura omnia fecit cōmunia: & hic mūdus non est nisi quasi quædā cōmunis hereditas hominū, sed iure positio appropriata sunt in particulari, & locū habet in populis meū & tuū. Vnde sentētia Clemētis. Cōmunis vsus omnium quæ sunt in hoc mūdo, omnibus esse debuit: sed per iniquitatē, alius hoc dixit esse suū, & alius istud: & sic inter mortales facta est diuisio per iniquitatē ex iure gētium. Pertinet ergo ad iustitiā, vt ex hac cōmuni hereditate nullus vsurpet superflua cum damno aliorum. Quis nāque pater æquus & iustus, si haberet decē filios, libenter pateretur vt vnus omnē sibi hereditatem, vel maximam eius partē vsurparet, fratribus in paupertate relictis? Sic etiā Deo displicet quorundā abundantia, cū damno proximorū. Vnde per prophetā dicit. Væ qui cōiunguntis domū ad domum, & agrum agro copulatis, vsq; ad terminū loci nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Sed quādo iure positio permissa est appropriatio, pertinet quoque ad iustitiā, vt si quis de cōmuni naturæ cellario sibi multum appropriauit, illud quod superest distribuat indigentibus. Vnde apostolus. Abūdantia vestra illorum suppleat indigētiā, vt fiat equalitas, sicut scriptū est. Qui multū nō abundauit: et qui modicū, nō minorauit: qui multū scilicet habuit nō abundauit, quia superfluū indigētib⁹ erogauit: & qui modicū habuit, nō minorauit: id est nō ei defuit, quia aliorū abundantia illius suppleuit indigentiam: & sic fiet æqualitas iustitiæ inter proximos. O si hæc regula seruaretur ab omnibus

Q 3 omnibus

omnibus, profectò totus mūdus omnibus bonis ad plenū redundaret, & nullus esset indigēs in toto orbe. Vnde enim tanta in mundo indigētia, nisi ex iniqua auaritia plurimorum? quæ pestis est & venenum iustitię, vt ait Ambrosius. Deus enim & natura sufficientē, imò redundantem & diuitem mūdum hominibus creauit, opulētamq; eis mensam in campis, riuibus, arboribus, auibus, animalibus & piscibus posuit, etiam si decies tātum & supra homines redundarēt. Sed nimia multorū abundantia indigentiam in diuite mundo parturiit: nā dum vnus quinquaginta ciborū genera apponit in mēsa, fit vt quinquaginta non habeāt vnam escam. Et dum alius quinquaginta vestes seruat in arca, cogit vt quinquaginta non habeant vnam vestem: & dum alius horreis plenis abundat, necesse est vt alteri cibaribus & hordeaceus panis deficiat: & sic in alijs. Hęc vtq; prima portio iustitię est, vt in tēporalibus vnusquisq; de communi naturę cellario neq; nimius sit in conseruando, et si fortē iuris permisione abundat, æquus sit & largus in distribuēdo. Secunda iustitię portio consistit in cōmunicatione gratiarū, non enim nobis nati sum⁹, & naturales dotes gratuitasq; gratias, quas accepimus, nō nobis accepimus solis, sed omnibus profuturas, Apostolo teste qui ait.

1. cor. 12
a

Matth.
10. a.
1. Pet. 4
6

Manifestatio spiritus datur ad vtilitatem scilicet communem ecclesię, vnde ad iustitiā spectat, vt gratias, dona, scientias, & artium peritiā quā quisq; vel dono accepit, vel industria quæsiuit, in comunem vtilitatem expēdat, dicente domino. Gratis accepistis, gratis date. Et Petrus ait. Vnusquisq; sicut accepit gratiā

in alterutrum illam administrātes: sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei, dispensatorem se non uerit gratię non dominum, vt sit fidelis in dispensatione: nam qui abscondit frumentum non tam panis quā doctrinę, maledicetur in populo: non enim seruandi, sed cōmunicandi gratia accepit. Theolog⁹ ergo libēter impartiatur populis doctrinā: medicus non vēdat pauperibus curandi peritiā, sed libēter uisitet, gratis curet egenos. Nam si a diuitibus accipit stipendiū, non facit iniuriā: quia de sua arte viuere debet. Similiter aduocatus nō vendat pauperibus patrocinium: neq; sacerdos suffragiū: & vnusquisque sic in sua arte quærat vtilitatem, vt nō comunē respuat cōmoditatem. Neque enim sibi tantū didicit, neq; sibi soli sapit, sed omnibus, quibus sua arte vel sciētia sufficere potest: q; si tyrānicē vēdit quibus nō debet, iniuste agit. Tertium pertinet ad hanc ordinationē sustinere onera proximorū sicut scriptum est. Alter alteri onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. Non solū corporalia onera, mœstos cōsolando, infirmos uisitando, egenos adiuuando: sed etiā spiritualia, defect⁹, ignorācias, stultitias, malitias tolerando. Sicut apostolus ait. Supportantes inuicē in timore Dei. Quis enim est, qui nō in aliquo indigeat tolerari? qui nō interdū cōqueratur iniuste? qui nō asperē aliquando respondeat? qui nō frequēter importunus, onerosus, morosus, & molestus existat? Tu iracūndus es, & ego superbus: sustine meā superbiā & ego tuā portabo iracundiā. Tu loqueris plusquam oportet, & ego neque interroganti respondeo: iustētā meam taciturnitatem, & ego tuam susti-

1. cor. 4.

Gal. 6. a

Col. 3. b

sustinebo loquacitatem. Quā necessaria est hęc ad inuicem supportatio degentibus in cōmuni! vt maritus vxorem, & vxor maritum: parentes filios, & filij parētes: serui dominos, & domini seruos ad inuicē supportēt. Sunt enim parētes senes, vt plurimum tristes, rigidi, onerosi, rixosi, auari, molesti: iuuenes verò filij cōtrario, leues, vani, prodigi, petulantres, stulti, loquaces. Quomodo cōuenient in vna domo, si nō se inuicem supportent & tolerant? Insigne virtutis est, alienam tolerare nequitia: neq; est omnino iustus qui impios tolerare non valet. Exēplum nobis posuit Petrus apostolus huius tolerantia in L. oth, de quo ait. A spectu & auditu iustus erat, habitās inter eos qui de die in diē animam iustā iniquis operibus cruciabat. De qua re Paulus quoq; vtilissimum exhibuit documentū, dicens. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Id est non excādescetes, non exasperātes, nō criminātes, cauens ne & tu tenteris: scriptū enim est. Qui exasperant, nō exaltētur in semetipsis: ipsa nāq; superba crudelitas qua infirmū fratrem exasperas, te eijcit in præcipitiū similis, aut grauioris delicti. Quartū documentū spectat ad probum virum & iustū, redditio debitorū, iuxta apostolicum præceptum: nemini quicquā debeatis: cui tributū tributum, cui vectigal vectigal, cui honorē honorē: pariformiter cui obedientiam obedientiā, cui reuerentiā reuerentiā, cui obsequiū obsequium, cui fidem fidē. Sit quispiā quantumuis largus, & liberalis, & benign⁹ in proximos, si superbus & procax est in prælatos, non eis deferēs reueren-

2 Petr. 2
b

Gal. 6. a

Ibidē
ps. 65.

Rom. 13
b

tiā, præceptisq; obedientiā denegās, nō est iustus. Subtrahit enim debitū non pecunię, sed obedientię & reuerentię, quā debet. Debitū autē hoc iustitię non solū inferiorum est ad superiores, id est subditorū ad prælatos, filiorum ad parētes, seruorū ad dños, sed cōtrario. Debet enim prælatus subditis custodiā & doctrinā: debet pater filijs disciplinā & alimoniam: debet dominus seruis stipendiū & curam. Neq; minus iustitiam deserit prælatus, si subtrahat curam, quā subditus, si denegat obedientiā aut reuerentiā. Sed ne quicquā desit ad plenā perfectamq; iustitiam, decet vltimo vt innocentiam erga proximū custodiat: vt neq; dicto, neque facto, neq; etiā negotio, neque etiā desiderio proximo noceas: vel fratrem in negotio circumuenias. Veritas custodiatur in verbo: fides in pro-

1. Thef.
4. b.

Sap. 18 d

Iob. 29.

quilibet debet seruire cum proximo. De hac spiritus sanctus mundū iniquum, & facinosum, sine timore, & pudore viuentem, redarguit: & in iustitia reformauit, vniendo scilicet homines in vnā fidē, in vnū cultū, & baptismū, sub vno deo, in vna ecclesie domo: sicut de illo scriptū est Qui inhabitare facit vnū moris in domo, & infundēs hominibus erga proximos charitatē: quę est verum & perfectum iustitię complementum. Caritas enim (vt ait apostolus) patiens est, scilicet, ad portanda onera: benigna est, ad dona communicanda: non æmulatur, nō irritatur, non est ambiciosa ad persoluēda debita: non agit perperam ad inferenda nocumenta: nō querit quę sua sunt, ad temporalia distribuēda. Vides quomodo omnia quę ad perfectionem iustitię pertinere insinuauimus, sola contineat atque impleat charitas, quę non ab hominibus, sed à spiritu sancto est?

Tertia reformatio hominis ad Deum, in tribus cōsistit: in fide, obedientia, latria. Nā homo debet Deo fidem dīctis: obedientiam pręceptis: gratitudinē beneficijs. Debet fidē, quia veritas est: debet obedientiam, quia dominus est. Ego dominus, solus dominus naturalis, nam alij sunt facti dñi. Debet latriam, quia Deus, quia summē bonus, summē beneficus. Si ratio naturalis sufficeret nos dirigere in vitam eternā sine diuina illustratione & doctrina, non opus esset fide: sed quia per se nō sufficit, sed indiget dirigi & illustrari à deo, iuxta illud: erat lux vera, quę illuminat omnem hominem veniētem in hunc mūdum: idē oportet Deo credere, & captiuare intellectum in obsequiū fidei. Magna enim super-

bia est, velle suo dirigi consilio in via tam lubrica & tenebrosa. Vnde Petrus de sacra prophetia ait. Cui beneficijs attendentes, quasi lucet d nā lucenti in caliginoso loco. Neq; minor superbia est velle suo regiar bitrio & voluntate, & nolle obtemperare mandatis, neque dirigi à dei pręceptis: nam dei pręcepta regula viuendi sunt, & forma humanę vitę. De his Iob. Sicut pullum onagri liberum senatum putat: scilicet, vt faciat quicquid vult. Vnde psal. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Hoc generale mandatum datū est, vt custodiantur & seruentur, nī mis scilicet, vt neq; cogitatu, neque desiderio, nec verbo, neq; facto homo audeat attendere oppositū: sed quasi à natura sint, sic seruētur. Ita vt homo pauper Christianus, etiā si inueniat alienas pecunias, neq; cogitet eas accipere, quoniam à Deo prohibitum est: & homo famelicus alienas dapes nō esuriat, quoniam deus sic mandauit, neque ascendat in cor eius. Tertio debem⁹ latriā, id est honorem, reuerentiam, amorē, gratitudinem, & obsequium deo, & propter ipsum, & propter sua beneficia. Quātum est totum quod quis tribuere potest laudis & amoris, ad id quod ipse meretur? Et similiter, quid retribuēs domino pro tātis donis & beneficijs, quę tibi donauit? Psal. Te decet hymnus deus in Sio: id est, tibi debetur laus, tibi propria est laus. Et sicut apostol⁹ ait. Soli deo honor & gloria. In his tribus pietas consistit. Vis videre hominem verē piū, & quō ad deū bene ordinatū, attende Abraam, qui iubere domino, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & pollicente se daturum illi & semi-

ni eius post eum terrā illam, statim credidit & obediuit, nesciens quō iret, factus exul & peregrinus super terrā omnibus diebus vitę suę. Nec hæsitauit de promissione, aut quęsiuit: quomodo possessurus sum terram tot populis inhabitatā? homo alienigena & peregrinus, quibus armis, quo exercitu, expugnaturus sum eam? Et postea iam senex, cū post tam longam & diurnam peregrinationem, neque passum pedis illius terrę accepisset, & videret se iam senem & emortuam vuluam Sarę, neque filiorum spem reliquit, neque diffidit: non hæsitauit in promissione, neque se deceptū conquestus, in terram suam de qua exierat redijt: sed firmam fidem & obedientiam seruauit. Et quod magis stupendum, cū postea dato filio, illum iuberetur occidere in quo repromissionem acceperat, dicente domino: in Isaac vocabitur tibi semen: non hæsitauit, non percontatus est. Quomodo ergo implebis domine quod mihi promiseras, si filius promissionis occiditur? sed incūctanter domini pręceptum implere festinat. O verē virum fidelem, piū & Dei amicitia dignissimum. De cultu autem quid dicam? cū in medio mūdi vndique per totum orbem vigente idolatria, solus cū domo sua, Dei veri culturam tenuerit, illibatamq; seruauerit. Nonne veniebat in mentem quōd solus ex omnibus mundi incolis hunc ritum sei uaret, quōd à toto penitus orbe deuiaret? nōne secum aliquando voluebat, quid facio solus? ego sapio, totus desipit orbis: Nihil tale suspicatus, ne à solius Dei amore & timore deuiaret, propter quod eximio honore à Deo sublimatus est, vt verus Deus, omnipo-

tens, totius orbis creator & rector, Deus Abraam vocari dignatus sit. Quām eximius titulus, quantum fastigium dignitatis! Hanc reformationem fecit spiritus sanctus in mūdo, vt liquet: mundum infidelē, incredulum, idolatram, à Deo alienatum, dæmonibus mancipatum, per doctrinam apostolicam ad veram fidem, & obedientiam, & cultū reducendo: sicut scriptum est. Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrę. Quid enim profuisset per tuam passionem hominem redimere, & cælum aperire, & gloriam promereri, nisi per spiritum tuū homines reformares, perficeres, sanctificares, vt idonei essent tantę salutis: Nunquid bestialibus & carnalibus, impijs, idolatris, & sacrilegis daturus eras regnū cælorum, & brutales cū angelis collocaturus? Per passionem tuam hominibus cælum aperuisti, & per spiritum sanctū homines reformasti, renouasti, & cæpales cæli fecisti. O quām reformatus fuit mundus illis diebus, quanta bonitas, quanta innocentia, quanta iustitia, quām sobrijs & continentes, & studiosi ad se! quām iusti, beneuoli, benefici ad proximum! quām deuoti, quām pij, quām sancti ad Deum! Quę religio hodie tam sancta & reformata sicut tunc erat ecclesia! Lege actus apostolorum, & vide mores ecclesie congregatę in Hierusalem: lege Philonē Iudeum, & vide sanctitatem ecclesie congregatę Alexandria sub Marco: vere Chartusia non est hodie tantę perfectionis. Sed heu, egressa est à filia Sion omnis decor eius, perijt omnis illa reformatio paulatim, & ad priuinos mores redit mundus. Leuate oculos, & videte quę fiunt hodie in ecclesia.

ps. 67.

1. cor. 13.

Ioā. 14.

Esa. 24.

1. cor. 8.

ps. 117.

Ioā. 1. a.

2. cor. 10.

2. Petri.

Iob. 11. c.

ps. 118.

ps. 115.

ps. 64.

1. Tim. 4.

Gn. 12. a.

Gn. 15. c.

Rom. 4. d.

Ibidē.

Gn. 22. a.

Rom. 9. b.

ps. 103.

Philo.

li. de vi

ta cōtē

platiua.

Euseb.

lib. 2. de

hist. ec.

cle. c. 17.

Thre. 1.

b

ecclesia. Vbi hodie iudicium? vbi iustitia? vbi pietas? O si hodie redires spiritus sancte, quatos argueres de iudicio! quatos de iustitia! quatos de peccato! Pudet videre quae fiunt: & liberet in montibus, & solitudine commorari cum bestiis, nec videre fraudes, dolos, calumnias, nequitias, iniustitias, & caetera flagitia, quae quotidie fiunt in populis. Oremus dominum, vt mittat iterum inuisibiliter spiritum sanctum in suam ecclesiam: qui eam arguat, purificet, sanctificet, reformet, & in pristinum sanctitatis fulgorem restituat: vt sic munda & sanctificata, coram eo in hoc mundo placeat, & postea cum eo sine fine quiescat in gloria: ad quam nos perducatur. Amen.

IN ASCENSIONE DOMINI, Concio prima.

THEMA.

¶ Viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet. Actuum. i.



Elebris apud Romanos consuetudo fuit, dum totius orbis Roma teneret imperium duces suos qui in auxilio aut tuendo imperio strenue defuissent, & pro reipublicae comodo fortiter dimicassent, parta de hostibus victoria, solenni decorare triumpho: vt videlicet huius tam praecelari honoris gloria, alijs esset exhibitae virtutis praemium, alijs exer-

cendae fortitudinis incitamentum. Erat autem hic triumphus omnium honorum quos praestare Roma poterat maximus: siquidem curru vectus potenti Imperator Romanus, ingenti comitatus caterua, vndique ad currum multitudine captiuorum circumfusa, procedebat ad urbem: cui longo tractu obuiam grauissimus ille senatorum ordo regio cultu ornatus, & vniuersa ciuitas cum incredibili pompa & immenso gaudio veniebat. Arcus quoque lapideus miro elaboratus ingenio, duci Romano in honoris titulum erigebatur: cui totus bellici certaminis ordo, & victoriae modus erat insculptus. Sub quo Imperator cum toto illo magnifico apparatu, vndique clangentibus tubis, musicisque resonantibus instrumentis, vniuerso populo acclamante, transibat. Cuius virtutes & laudes orator insignis postmodum coram omni populo, in dicto silentio, ornatissimo personabat eloquio: eratque hic dies toti Romano populo celeberrimus. Hic virtutis honos, haec gloria triumphantis. Hoc est quod nunc agimus fratres, haec est solennitas quam tanta deuotione prosequimur. Triumphus tui gloriam Christe recolimus, tuos hodie celebramus honores. Quod enim tunc agebatur apud Romanos, hodie fit apud angelos. O potentissime Imperator, quanto hodie honore triumphas! qua gloria, qua pompa, post partam de mundo & diabolo victoriam, post laboriosum cruentumque crucis certamen, ingenti comitatus captiuorum numero, caelestem illam vnde exieras, ciuitatem ingrederis! Quis huius diei gaudium valeat recensere? quis festiuam caelestium principatum poterit enarrare

rare laetitiam? quo apparatu, quo factu hodie caelorum ciues redeunt cum spolio principem in sua ciuitate suscipiunt! qua maiestate sacri mundi senatores obuiam venienti duci occurrunt! quo honore, qua laude, quibusue illum praconibus prosequuntur! Non existimo huius tanta festiuitatis, neque ipsos qui interfuerunt apostolos idoneos oratores, siquidem a principio seculi usque nunc similis in caelo non est audita laetitia, aut par vnquam celebrata festiuitas. Noluit autem dominus postquam victor surrexit, ab inferis statim cum gloria urbem intrare caelestem, sed ad quadragesimum diem in regna caelestia suum distulit ingressum: vt hoc temporis spatio resurrectionis suae veritatem euentibus demonstraret indicibus. Neque enim facile mundo persuaderi potuisset resurrectio mortuorum, nisi firmissimo testimonio firmaretur. His ergo diebus saepius discipulis apparendo, comedendo, bibendo, loquendo, seipsum illis tractabile exhibens, vulnerumque suorum cicatrices ostendens, omni modo possibili cunctis sensibus, visui, tactui, & auditui, de sua resurrectione indubitatum praebuit argumentum. Post haec autem non in obscuro aut in occulto, sed clara luce, palam videntibus illis, non vno quidem aut duobus, sed plusquam centum & viginti discipulis, ad aethera eleuatus est: & non abs re: qui enim secretum concipi, nasci, transfigurari voluit, nulloque vidente resurgere, publice destinavit ascendere: vt dum ascensionis suae euentiam facit, nostrae quoque olim futurae & fides faciat, & spem erigat. Erat enim apud homines non minus arduus ad credendum

ascensionis, quam resurrectionis articulus. Tali ergo fuerat testimonio roborandus, vt nulla prorsus de illo posset hominibus suspicio suboriri. Sicut namque corpus in cineres redactum, viuificari rursus, & vitales ad auras redire, mundo impossibile videbatur, ita etiam carnem & ossa super astra locari, & rationi, & philosophiae, & totius naturae ordini aduersum, & dissonum penitus apparebat. Quis enim vnquam philosophorum hoc vel praesumere, vel suspicari ausus est? Animas hominum corporibus istis exutas, fidereis locari infundique corporibus, praeteritarumque miseriarum oblitus, rursus in corpora velle reuerti, Platonica doctrina censebat: corpora vero cum spiritibus ad caelestia rapi, neque Platoni vnquam in mentem venerat: quia id prorsus irrationabile, & impossibile videbatur. Vnde cum Athenis de resurrectione corporum, & glorificatione, coram philosophis luculenter Paulus differeret, nimio cunctorum risu, & subannatione explosus est. Non enim attendebant stultissimi homines (dicentes enim se esse sapientes, Rom. i. stulti facti sunt) neque considerabant nihil in orbe impossibile omnium creatori: atque in his quae rationem exuperant, caelesti potius oraculo, quam infirmo rationis oculo fidem habendam. Quod enim caro & ossa, qualia nunc sunt mortalia & ponderosa, caelum inhabitent aliquando, hoc fides non asserit, & ratio prohibet: sed carne caelo praestantior, digniorem, illustrior, imo ipso etiam sole splendidiorem, super astra locari, & in caelis degere quis vetat? At dicunt, hoc impossibile videtur, mortalem scilicet carnem,

nem, aliquando ita disponi, ut caelo ipso dignior lucidiorque reddatur. Sed si artem naturamque inspiciant, hoc incredibile non videbitur. Quid enim nubis vapore deformius? quid vilius? & tamen radiante sole pulcherrima splendidissimaque efficitur creatura. Quid ovium vellere abiecius? quid crassius? ex quo tamen ars valde decora conficit indumenta. Vermium quoque bombycino filo quid levius? ex quibus omnis sericus decor arte contextitur. Quantam etiam in metallorum materia variationem quotidie arte & natura fieri conspiciamus? Quid ergo miraris o philosopho? quid rides? quid vera sancta que doctrina naso rugato subannas? Ars & natura haec possunt, & non poterit amplius artis naturaeque institutor, & conditor Deus? Rudem materiam sic potest excolere ars, & humanam carnem non poterit amplius perficere summus & omnipotens artifex. Noctiluca (quam lampyridem vocant) corpori nativum splendorem natura indidit, & miraris quod divina potentia humano corpori tribuatur. Quanta fieri quotidie natura & arte cernimus, quae nisi videretur non crederentur? Quid magnum est si Deo reuelante in his etiam quae ratio non attingit, fides adhibeatur? quanuis neque etiam longe sit a ratione, cum anima remunerari & carnem, quae multarum ei virtutum in hac vita extirrit instrumentum: fieri honoris consortem, quae fuit etiam socia laboris. Ut ergo ad caelestia promerenda sperandaque nos ter erigeretur affectus, oculatum dominus voluit habere regressum, & ut latetis quoque maiestatis foris monstrarentur indicia: sicut scriptum est. Etenim

non credentes inhabitare dominum ^{ps. 67.} Deum viderunt ingressus tuos deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Non credentes ergo, ingressus caelorum, viderunt, & videntes crediderunt. Sed mirum valde est, quod recessurus dominus discipulos suos de incredulitate & cordis ^{Mar. 16} duritia redarguit. Consolandi enim magis quam increpandi tempus & opportunitas videbatur. Quis namque recessurus a suis, durius agit, & non potius benevolentiam monstrat, ut eius ab omnibus regressus optetur? Sed consulto hoc factum est: tum ut eius increpatio immobilis fixa permaneat, ea enim quae recedentes ultimo dicimus, ipso nostro discessu amplius commendamus: tum etiam ut ostendat utilis reprehensionis, & fraternae commonitionis semper opportunitatem adesse: & cum magis importuna videatur, tunc maxime esse opportunam. Quamquam et si importuna videatur, omittere idecirco non est: sed sicut apostolus monet. Argue, obsecra, ^{2. Th. 4} increpa opportunè importunè. ² Comonendi autem de sua incredulitate, tunc temporis cum ad praedicandum gentibus fidem destinantur, maxime fuerant, ut ex his quae passi sunt discerent tolerantiam, propriaque ^{Heb. 10} haesitationis memores, alienae facilius indulgerent: neque mirarentur si eis narrantibus non facile gentes affentiant, cum ipsi etiam angelis dominicam resurrectionem asserentibus non crediderint. Supra montem ergo oliuarum, unde ascensurus erat, discipulis constitutis, longo eos sermone praefatur. Vidistis filioli mei, grex mea, & oves pascuae meae, ^{ps. 99} vidistis vitae meae processum & modum, vidistis signa, & prodigia quae

ia

in populo feci, vidistis vulnera & tormenta quae pro mundo suscepi, vidistis acerbissimos dolores & mortem quam pro mundi piaculis pertuli, vidistis resurrectionem meam, & nunc quoque ascensionem meam videbitis: audistis doctrinam meam, & quae dicere mundo pater verba mandavit. Ite, & toti orbi quae audistis & vidistis nunciate: pandite mysteria, reuelate sacramenta, docete gentes, instruite populos, caecos & miseros in viam salutis & veritatis ^{Act. 1. a} reducite. Eritis ergo horum omnium mihi testes in omni Iudaea & Samaria, & usque ad ultimum terrae praedicantes ubique euangelium meum omni genti & nationi, sine acceptio ne vlla, Graecis, Iudaeis, Latinis, & Barbaris, a solis ortu usque ad occasum nomen meum, doctrinamque diffundite: baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Nolite timere, attendite quia ego mitto vos. Ego vici mundum & vos quoque in nomine meo superabitis ipsum. Non enim vestra virtute haec omnia patraturi estis, ^{Luc. 24} sed mea. Sedete ergo in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Ecce ⁸ ego mittam vobis spiritum de caelo ^{Ioan. 15 d} paraclatum, qui tanti vos operis idoneos ministros efficiet, sufficientiam virtutemque praestabit. Audiunt laeti caelestis verba magistri: & quia iam iam recedentem videbant, novam ei ingerunt quaestionem. ^{Act. 1. a} Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? scimus proculdubio verum te esse Messiam, recedis & nos Romanis subiectos relinquis: quando ergo implebuntur scripturae, quae populo in te libertatem, gloriamque

regni promittunt: Quibus dominus. Non est (inquit) vestrum nosse tempora & momenta, quae pater in sua posuit potestate. Fiet quidem haec regni quandoque restitutio, sicut promissa est, non sicut vos modo putatis. Tempora vero nolite requirere, non ad vos hoc pertinet scrutinium: sed magis videte, ut firmum de me apud homines exhibeatis testimonium. Grande nobis his verbis documentum dominus reliquit, ne diuinorum secretorum & iudiciorum scrutatores simus, ne curiosè quae ad nos non pertinent inquiramus. Quanta caecitas & stultitia humanas ex hoc possidet mentes! Necessaria vtiliaque saluti, in quibus vita aeterna & gloria nostra consistit, scire negligimus, & inutilibus & arduis, & quae ad nos non pertinent quaestionibus curiosè vacamus. Quid Deus facere possit, quid non possit discutimus: & quid nos oporteat facere non attendimus. Inutilibus disciplinis plenus est mundus: quibus dum bona implicantur ingenia, necesse est ut in necessarijs & vtilibus minus valeant. O Christiane possessorem non scrutatorem caelorum te ipsum praestato. Motus caeli dinumeras, & motus tui cordis ignoras? Influencias astrorum discutis, & passionum tuarum influencias non discernis? Quanto tibi vtilior & facilius est scientia tui quam caeli? quanto facilius in te deprehendere poteris ortus & occasus vitiorum, quam in caelo ortus & occasus signorum? quanto sapientius ageres, si ex aspectu morum tuorum futurae tuae beatitudinis aut damnationis indicia percipias, quam ex aspectu astrorum, de futura tibi prosperitate vel aduersitate, & rerum successu, vana & mendacia

mendacia iudicia proferas. Omitte futura, quære præsentia: noli quoque scrutari iudicia quæ pater posuit in sua potestate: noli humanos transcendere limites: noli sapere plusquam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Non enim homo propter astra creatus est: sed astra propter hominem. Non est homo in agendis astris subditus, sed astrorum dominus liberum te creauit altissimus, & tu astrorum te fateris mancipium? Non est hæc scientia sed stultitia, ab astris perquirere quid agendum: ex astris agnoscere quid futurum. Mirantur idiotæ & rudes astrologorum peritiam, sed sapientes eorum stultitiam execrantur. Quod si aliquando de futuris vera prædicant, non ideo dicunt quia sapiunt, sed quia dæmonis, aut oraculo, aut instinctu loquuntur: ut iusto Dei iudicio decipiatur, qui huiusmodi stultitijs fidem exhibet, & in talibus vanitatibus suam fiduciam locauerunt. Ex priore quoque illa domini sententia, qua inquit, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, quidam largam cunctis sperandæ salutis fiduciam spondent, dicentes. Si fides cum baptismo sufficit ad salutem, quid ultra queritur, creditum quis damnabitur? Omnes credimus, omnes baptizati sumus, non est cur timeat quis de sua salute, cum talem à domino habeat cautionem. Neque attendunt miseri, quod statim subiungitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur, &c. Vbi viuæ credulitatis traduntur iudicia. Si ergo talem fidem habes, quæ ad ista non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter implenda sufficiat, fateor saluus eris: æternam tibi salutem promitto. Sed vbi obsecro

tanta fides? Ex tam numerosa fidelium multitudine rarus admodum inuenitur qui in horum aliquo non deficiat: non dico ut illa prodigia faciat, quæ in ecclesiæ exordio à primis fidelibus facta sunt, in quibus ad literam hoc prognosticum impletum est, sed ut spiritualiter dæmonia non tam ab alieno corpore, quam à proprio corde reiciat: expulsoque per pœnitentiam dæmone, linguis loquatur nouis, confessionis videlicet & laudis: lingua enim noua confessio criminis, lingua quoque noua confessio laudis. Vtraque lingua mutus est, qui hospitem pectoris satanam nondum expulit. Mortiferas deinde venenatasque peccatorum passiones extinguat, quæ serpentino morsu animam enecant: à quibus etsi quandoque mortiferum quid gustauerit, minimè lædatur: quia etsi adest sensus, abest tamen consensus: huiusmodi namque venena in vita præsentis non gustare impossibile est. Sed ut Apostolus inquit, nihil damnationis est his qui sunt in Christo: qui etsi carnem sentiant, non tamen secundum carnem ambulant. Demum verò cum fixam permanentemque in seipsis sanitatem perferint, intimo charitatis affectu super ægros moribus proximos, consulendo, corripiendo, commonendo, manus imponant, & sanentur. Si quis huiusmodi est qui ita crediderit, & baptizatus fuerit, fateor saluus erit: qui autem sola fide sine operibus consequi à domino salutem expectat, similis est famulo stertenti, qui se laborantibus impudenter adiungit ad præmium, hac sola innixus fiducia, quia illius domini famulus est. Sed iam ad historiam redeamus. Cùm hæc & similia dominus ad suos discipulos

discipulos loqueretur, sacer ille angelorum senatus celo demissus ingenti multitudine aëra repleuerat. Altat sursum celestis Hierusalem principes auro insignes & ostro, regis domini exitum præstolantes. Rutilat etiam desuper triumphalis currus, grandi decore purpureos radios emittens. Eia princeps gloriæ celestia te agmina quærunt, expectat te ciuitatis supernæ omnis autoritas: surge in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ, arca (inquam) corporis tui sacra, unde redemptionis humanæ præmium solutum est, unde tot mundo sacramentorum diuitias edidisti: arca (inquam) illa fœderis, in qua sapientiæ & scientiæ Dei thesauri reconditi sunt: hæc tecum ad celeste tabernaculum arcam deferto, hanc super angelorum vertices in illo sancta sanctorum æterno, ad patris dexteram collocato: ut particeps tecum gloriæ sit, quæ fuit etiam consors contumeliæ: & maiestatis throno resideat, quæ pro mundi salute pependerit in patibulo. Quondam cum Eliseum prophetam regis Syriæ satellites circumdarent, timenti eius puero, a pertis animæ oculis, diuinitus ignitorum currum ingentem multitudinem Deus ostēderat, quæ domino suo prophetæ venerat in fauorem. An putas & nunc apostolico cœtui coruscantem desuper potentiam, examinaque angelorum circumuolitantia, Deus quoque non reuelauit? Multò namque plures currus domino prophetarum ascendenti obuiam venerat, quam olim fuerant cum propheta. De quibus mirabiliter psalmista intonuit. Mons Dei mōs pinguis, mōs coagulatus. Mons pinguis: & quomodo coagulatus? quomodo pin-

guis? Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium dominus in eis in Sinai in sancto. Hac tripuantium currum multitudine mons ille oliuarum ascendente domino coagulatus scatebat, sicut olim cum Eliseo apparuerat mōs Samariæ. Vnde sequitur, ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus: ut liqueat quia de domini ascensione loquatur. Propter quod de eadem quoque subiungit. Viderunt ingressus tuos deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Ingressus (inquam) regis domini ad celestia regna cum gaudio triumphantis. Quorum autem huiusmodi currus extiterint, aduertito. Coniuncti sunt principes angelorum, psallentibus in medio iuencularum id est animarum tympani striarum: his enim duabus turmis angelorum, scilicet & animarum stipatus, magnus ille Iacob, reuertitur in patriam suam: qui in baculo crucis suæ quondam solitarius, mundi huius Iordanem transierat. Aderant etiam ibi ecclesiæ primates apostoli, vicissim cum angelis, domino communi cantica dramatis personantes. Ibi Benjamin adolescentulus, id est dilectus domino Ioannes in mentis excessu, ibi principes Iuda, principes Zabulon, & princeps Neptalim duces eorum: quorum inestimabilem lætitiā nulla sufficit lingua narrare. Quibus figillatim allocutis, & amplexatis, matre etiam virgine Maria mira beneuolentia ut pie creditur deosculata, manibus eleuatis benedicens eis, incipit eleuari. O quantus tunc laudis & exultationis cantus, quantus celestium instrumentorum sonitus, quis clangor tubarum! à seculo non est audita

Rom. 12
a

Mar. 16
d

ps. 131

Num. 10. d.
Col. 2. a

Exo. 26
s

4. reg. 6
d

ps. 67.

Rom. 8

a

Gn. 32. c

ps. 67.

audita

Matth. 13. c
ps. 46
dita tanta lætitia. Felices qui affue-
runt, beati nimium qui hæc viderunt
& audierunt. Ascendit nanque do-
minus, teste propheta, in iubilo: &
dominus in voce tubæ. Sicut enim
olim in eius natali assumptis corpo-
ribus angelorum multitudo corpo-
rali voce laudes cecinerat, ita hodie
etiã multiplicius corporibus aëreis
velut tubis corpoream musicã per-
sonabant. Quod enim homini est tu-
ba, hoc est angelo corpus assumptũ.
Vnde vt sensibilem audibilemque
harmonia concentum in domini
ascensione affuisse cognoscas, ascen-
disse dominum in voce tubæ typicẽ
propheta prædixerat. Sensim ergo
cunctis videntibus & admirantibus
ferebatur in cælum, donec nubes lu-
cida eorũ occupavit obtutus: iamq;
semotus erat ab oculis, & adhuc sur-
sum eorum tenebatur aspectus. Ma-
nent stupidi in excessu mentis, sopi-
ti velut exanimis, hærent solo im-
mobilia stupore cadauera: eorum
nanque sensus & corda secum ad
cælestia dilectus rapuerat. Illis igitur
sic stupetibus, duo angeli proxi-
mo eis aëre volitantes, quid (inquiunt)
viri Galilæi, quid statis aspicientes in
cælum? Quid attoniti defixis in cæ-
lum oculis contemplantini? Redite
ad vos: hic enim Iesus qui assumptus
est à vobis in cælum, sic veniet, quẽ
admodum vidistis eum euntẽ in cæ-
lum. Mira diuinæ providentię cura:
factum est hoc, vt quoniam pene-
trantem cælos sequi non poterat eo-
rum intuitus, quod visui deerat, an-
gelico testimonio suppleretur. Ne
videlicet putaret quispiã, velut E-
liam raptum fuisse Iesum in amœ-
nam terræ paradysum, idcirco ange-
li sapius replicant repetentes. Hic
Iesus qui assumptus est à vobis in cæ-

lum, sic veniet quemadmodum vi-
distis eum euntẽ in cælum. Hac
igitur voce velut excitati redeunt ad
coenaculum, & ibidem in oratione
perstant, expectantes promissio-
nem, quam illis de cælo se misurũ
dixerat dominus. Qualiter autẽ do-
minus in cælo receptus sit, & quan-
ta ibidem fuerit admiratio, cum pe-
reginos illos spiritũ duce domino,
apertis cælorum ianuis, in suas loca-
ri sedes angeli prospiciunt, quãtus
iubilus & stupor supernas ex hoc
inuaserit mentes, ex parte Esaias
propheta commemorat: cuius testi-
monium quia omnibus compertũ
esse non dubito, nunc reticeo. Hæc
de historia. ¶ Ad vos nunc ò fratres
nostra conuertatur oratio. Viri Ga-
lilæi quid statis? An nescitis, quia Ga-
lilæi estis? an ignoratis quia ex præ-
senti seculo nequã citissimẽ trãsmi-
grabitis? Quid ergo statis? quid hære-
tis? quid futuram in vobis gloriam
non requiritis? Non habetis hãc ci-
uitatem manentem, sed futuram in-
quiritis: ad eam ergo cur non prope-
ratis, citò velociter hinc transplan-
tandi? in alieno solo quid radices
emittitis? An non attenditis, radica-
torum in terra quã difficilis, quã
violenta, quã tristis & amara sit
auulsio? Considerate obsecro ama-
torum huius seculi amaros exitus,
graues torsiones, acerbos dolores,
quos in morte tolerant: & nolite cũ
eis similiter radicari. Quid anxie
quæritur, quod tam celeriter amit-
tatur? Quid cælorum futuri perpe-
tuò ciues, transitorijs vitæ delicijs
inhiatis? Mementote quia Galilæi
estis, huius tam celeris Galilææ no-
lite obliuisci: sursum animos ve-
stros erigite, sursum sensus & corda
leuate: quæ sursum sunt quærite, nõ
quæ

quæ super terram. Ecce enim dux
vester & dominus coram vobis pã-
dens iter ascendit, vos post illum
properate: quid statis? Quanta il-
lum omnis sexus, ætatis, & condi-
tionis militum caterua insequitur!
Quam alacres post eum in odorem
vnguentorũ suorum teneræ et-
iam virgines, & delicati pueri per-
currunt! & vos statis, & vos sede-
tis? O Galilæi, ò viatores, ò peregri-
ni, via cælorum patet, ianua pa-
radisi aperta est: non vos iam pa-
trum limbus, sed angelorum para-
disus expectat. Quid ergo statis: tan-
ta vos gloria manet, & statis: tan-
tum vobis præmium repositũ est,
& hæretis? Talis vobis corona pro-
mittitur: & desidiõse pugnatis?
Quid dicam vobis ò desides, ò pi-
gri, ò inertes? Labor modicus, &
sempiterna lætitia: pugna leuis, &
corona perpetua: vita breuis, &
vita longa. O peregrini, quid sta-
tis? Ex hoc vitæ vestræ momento
omnis æternitas vestra dependet,
& statis? Tam modico & breui la-
bore gloria perpetua conquiritur,
& dormitis? & quod grauius est, aspi-
cientes in cælum? Aspiciatis (in-
quam) & contemnitis: videtis, &
negligitis. Si non vtique videretis,
leuior esset culpa: at modò quia vi-
detis & despiciatis, peccatum ve-
strum manet. Pudeat pudeat vini-
ci à gentilibus, à philosophis gen-
tium superari. Quanta gesserunt
Romani, quã ardua & præclara
opera virtutis aggressi sunt! quã
difficilem & asperam vitam philo-
sophi portauerunt, solo amore vir-
tutis allecti, sola sapientiæ pulchri-
tudine delectati! Aliam mercedem
non expectabant, aliud præmium
non querebant. Quid nos dicturi

sumus, quos tanta præmiorum mo-
les etiam cognita non prouocat
ad virtutem? Væ genti peccatrici,
filijs sceleratis, semini nequam, po-
pulo graui iniquitate. Erubescet Si-
don ait mare: iuste nanque præsen-
tem vitam diligit, qui meliorem
aliam non cognoscit: merito bonis
præsentibus inhiat, qui meliora fu-
tura non expectat. Vos verò quibus
Deus oculos mentis aperuit, vt la-
tentes, reconditasque cæli diuitias
contemmini, quas non morte &
sanguine, non eculeis & tormentis,
sed vitæ modestia, animique conti-
nentia possideri non ignoratis, vos
(inquã) ò Galilæi, ò Christiani, quid
statis? Quòd si non mouet vos tantæ
beatitudinis inæstimabile pondus,
moueat saltem terribilis expecta-
tio iudicij, & ignis emulatio, quæ cõ-
sumptura est veritatis aduersarios,
proprię salutis contemptores, & pi-
gros: Moueat etiam districtissima
operum & vitæ vestræ ratio, quam
seuerè in die iudicij, in oculis om-
nium angelorũ, & hominũ, reddi-
turi estis. Hic enim Iesus qui assum-
ptus est à vobis in cælum sic veniet.
Veniet vtique Galilæi, veniet, & cum
non expectatis veniet: & sicut scri-
ptum est veniet, & non filebit. Sem-
per (inquit) tacui, semper filii, pa-
tiens fui, vt parturiens loquar. Quid
tunc dicturus es ò Christiane, quid
responsurus es ò contemptor? Di-
cet forsitan Gentilis, nesciui: di-
cet Indus, non audiui: dicet Paga-
nus, non intellexi. Tu verò mi-
ser quid dicturus es? Quæ omnia etsi
ad cunctos Christi fideles aperte
pertineant, ad vos tamen ò fratres
maximè deriuantur, quos profes-
sio, habitus, & tonsura, Galilæos ef-
se conuincit. Sed & loquela vestra
R. manife-

Matth. 26.g. manifestos vos facit, quippe qui totis diebus ac noctibus, Dei laudibus incumbitis, altissimi præconijs defudatis, angelorum officium in terra exercetis, beatorum speciem & modum in corpore geritis, cælestium spirituum in carne quietem & puritatem æmulamini. Galilæos vos agnoscite: Galilæos vos exhibete: nolite fieri Babylonis huius terrenæ ciues & incolæ: nolite caducis istis voluptatibus adhærere: sed quotidie ad cælestia suspicientes, cum Propheta clamate. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, quando apparebo ante faciem tuam Deus? *Ibidem* Quando transmigrabo? quando recedam? quando transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei, usque ad interius cubiculum, usque ad reclinatorium aureum, usque ad visionem & fruitionem Dei, usque ad perpetuam illam & ineffabilem dulcedinis & gloriæ tuæ multitudinem? quam dilectoribus tuis iuste præstas gloriosus & benedictus Deus, cui est honor & gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

DE EODEM FESTO.
Concio secunda.

THEMA.

¶ Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia.
Ad Ephesios. 4.



Ria in his apostoli verbis tanguntur: scilicet persona quæ ascendit, locus in quæ ascendit, & fructus ascensionis: de quibus in præfati futurus est sermo. In illo doctissimo & altissimo colloquio, ad legisperitum Nicodemum a domino habito, inter alia dominus ait. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Admiratus est super hoc sermone legis ille peritus, & merito: quis enim super hoc non admiratur? Si ita est domine, quid frustra cõtemdimus? quid frustra laboramus? ut quid ieiunij, orationibus & lachrymis quotidie nos ipsos atterimus? Væ martyribus, væ virginibus, væ anchoritis, & ceteris mundi cõtemporibus, si cælorum regnum nullus ingreditur. Ad quid ergo tam repetita regni cælorum in euangelio promissio? Ad quid frequens illa illius obtinendi, impetrandi, acquirendi, ad homines exhortatio? Nūquid sibi ipsi euangelium contradicit? Nunquid falsa est fides nostra, & vacua spes nostra? Absit absit. Quid ergo dicendum ad hæc? Augustinus. Ita est: solus filius Dei & hominis ingressurus est cælum: solus (inquam) sed totus. An non cum illo manus, pedes, brachia, & cetera eius membra conscendent? Sumus nos, teste Apostolo, membra eius viua, non omnes, sed qui ei fide & caritate adhæsimus: cum his suis membris Christus ipse qui descendit de cælo, ascendit in cælum. Si quis illi non incorporatus cælum conscendere confidit, fallitur fateor, fallitur nimis, & supra modum fallitur. Solus itaque qui descendit ascendet: sed non sicut descendit, ita ascendet. Descendit

Descendit nudus, & purus Deus: ascendet autem vestitus & accinctus: homo vestitus (inquam) carne, vestitus & tunica talari ecclesiæ, sicut de sanctis scriptum est. *Viuit dominus, quia omnibus his sicut vestimento vestieris. Vnde propter hoc vnxit illum Deus oleo lætitiæ & charitatis præ participibus suis, ut per vnctionem illam qua vnctus apparuit, possent ei alij participes adhærere, & illi adiuncti, eius merito & virtute cum illo ad cælestia rapi. Quauis possit hoc aliter intelligi: quod videlicet nemo ascendat in cælum virtute propria, sed assumatur potius virtute aliena. Sicut in psalmo scriptum est. Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Et in canticis de ecclesiæ. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum. Innixa (inquam) quia utique per seipsam ascendere non valebat. Vnde egregius ille vates de Christo dicebat. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eos atque portauit in humeris suis, prouocauit verbo, superuolauit exemplo: assumpsit dono, portauit merito. Quid enim aliud hodie Christus grandi sanctorum patrum caterua comitatus apparuit, nisi aquila grandis, alarum suarum remigio pullos suos in cælestia deferens: in nidum altum, nidum & securum & tutum, nidum sempiternum? quod nequeat venenatus serpens irrumperere, neque quicquam aliud nocens attingere? In hunc nidum nullus vnquam pullus, neque patriarcha primus, neque propheta egregius, sed neque Ioanes ille sanctissimus, quo maior*

inter natos mulierum non surrexit alius, ascendere valuit: donec parës aquila venit, & eos super se volas ad illum traxit. Vnde psalmographus ille propheta, nidum istum procul inspiciens, & magno cordis sui desiderio ad illum suspirans, clamabat. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Quam bene, quam aperte concupiscit; & deficit: quia videlicet cælestes illas mansiones pullus aquilæ valde desiderabat, sed non habere se pennas quæ sufficerent ad volandum non ignorabat. Concupiscit desiderio, sed deficit merito: sed non diffidit, & vnde non diffidit attēde. Etenim passus inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos suos. Quis passer, nisi ille solitarius in tecto singularis, donec transeat? quæ turtur, nisi casta & gemebunda ecclesiæ, sponsi sui solatio viduata, cui in hac viduitate gemitus continuus pro cantu est? Reperit ille domum reperit illa nidum. Domus passeris sinus est patris, nidus turturis pectus est corporis: corporis (inquam) dilecti sui, in quo per lateris aperturam subintrans, secunda nidificat, & pullos suos in tuto collocat. Attende nidum, altaria tua domine virtutum. Sub hoc altari vidit Ioannes animas interfectorum propter verbum Dei clamantes: usque quo domine sanctus & verus, non vindicas sanguinem nostrum? Quid aliud sunt martyres sub altario, nisi passeris in nido? O altare sacrum, o ara tutissima, in qua turtur ista gemebunda pullos suos destinat seruandos: utique donec plumescendi tempus adueniat, & corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortua e hoc induat immortalia.

1. cor. 15. mortalitatem. Et vt de his dictū non
 5 possis ambigere, sequitur. Beati
 ps. 83. qui habitant in domo tua domine,
 in secula seculorum laudabunt te:
 hæc turtur, illi pulli. Turtur in de-
 serto gemit: pulli sub altario non
 gemunt, sed garrunt. Qui descen-
 dit ergo, ipse est qui ascendit. Ita A-
 postolus ait in prothematē, & euan-
 gelista. Nullus ascendit in cælum, ni-
 vbi su- si qui descendit de cælo, filius homi-
 pra. nis qui est in cælo. Vide quàm sibi
 consonant cælestes fistulæ, eodem
 spiritu personantes! Quid hac scri-
 pturarū concordia suauius? Sed quò
 ps. 56. ascendit ò Apostole? Super omnes
 ps. 148. cælos (inquit) sunt enim celi cælorū
 teste propheta, neq; vno tantū mo-
 do cælum dicitur: est nanq; cælum
 aëreum, cælum sydereum, cælum
 aqueum, cælum empyreum, cælum
 spirituale, cælum intellectuale, cælū
 supersubstātiale. Hos omnes cælos
 transcēdit Christus, donec ad supre-
 mum attingeret. Sicut scriptum est.
 ps. 18. A summo cælo egressio eius, & oc-
 cursus eius vsq; ad summū eius. Cor-
 poraliter nanq; super mundialis or-
 bis cōuexum sacra illa humanitas
 locata est, totum corporalem orbē
 pedibus suis calcans. Sicut scriptum
 P sal. 8 est. Omnia subiecisti sub pedibus e-
 ius. Cunctos etiā angelicos vertices
 gloria & dignitate superauit: non
 sicut olim in figura, vbi in Dei ta-
 Exo. 37 bernaculo arca testamenti sub che-
 a rubin locari iussa est: nam vetus illa
 dignitas tabernaculi cælesti maie-
 stati cedebat: humanitas verò redē-
 ptoris maiestate ampliori sedebat
 super cherubin. Et de hac propheta
 ps. 131. clamabat. Surge domine in requiē
 tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.
 Vnde sponsa hoc ipsum sentiens, ad
 Cāt. 2. d sponsum aiebat. Reuertere dilecte

mi, similis esto capree, hinnuloq; que
 ceruorū, super montes Bethel. Mon-
 tes Bethel sunt angelorum vertices,
 quos omnes hinnulus hic gratissī-
 mus celeri saltu transcēdit. Quantū
 ergo prius descenderat, tantum rur-
 sus ascendit. Ascensum & descēsum
 istum attendite in propheta. Inclina-
 uit (inquit) cælos, & descendit: &
 caligo sub pedibus eius. Ecce descen-
 sum vsque ad caliginem, vsque ad
 inferorum tetram & caliginosam
 abyssum. Et ascendit (inquit) super
 cherubin, & volauit super pennas
 ventorum. Ecce passeris volatum,
 ecce ascensum. Descendit quò am-
 plius non decuit: & ascendit quò am-
 plius non potuit: vt Bernardus ait.
 Decuit enim eum, qui cū esset fi-
 lius Dei vnigenitus, & glorię prin-
 ceptus, patris obedientia paulominus
 ab angelis minoratus est, & inter ho-
 mines minimus & vltimus inuen-
 tus est, super omnes homines & an-
 gelos gloria & honore sublimari: vt
 in eo iustitia Dei consumationem
 accipiat. Hoc est quod apostolus ait.
 Qui cū in forma Dei esset, non ra-
 pinam arbitratus est, esse se æqualē
 Deo. Quanta maieestas! sed semet-
 ipsum exinaniuit, formā serui acci-
 piens. Quanta humilitas! sed vsque
 ad quid? vsque ad formam serui, vs-
 que ad alapas, vsq; ad irrisiones, vs-
 que ad flagella, vsq; ad tormenta, vs-
 que ad mortem: & ne quid de gene-
 re mortis deesset, mortem autē cru-
 cis. O descensum maximum, ò pro-
 fundissimam humiliationem, sic
 humiliatus est filius Dei. Audi nunc
 similem & correspondentem à iu-
 sto Deo exaltationem: propter
 quod & Deus exaltauit illum, &
 donauit illi nomen quod est super
 omne nomen, vt in nomine Iesu, o-
 mne

mne genu flectatur, cælestium, ter-
 restrium, & inferorum: & omnis
 lingua confiteatur, quia dominus
 Iesus Christus in gloria est Dei pa-
 tris. Ecce quomodo descendit, ec-
 ce quomodo ascendit: eisdem enim
 gradibus quibus descenderat, rur-
 sus ascendit: Tribus nanque gra-
 dibus filius Dei descenderat, scili-
 cet vsque ad formam serui, vsque
 ad passionem, vsque ad mortem: &
 per eosdem ascendit. Quia enim
 patris amore factus est seruus, su-
 per omnem creaturam meritò con-
 stitutus est dominus: quia iniquē
 ab homine iudicatus est, viuorum
 & mortuorum à patre constitutus
 est iudex: & quia pro omnibus
 mortuus est, sibi & omnibus im-
 mortalitatem & æternitatem pro-
 meruit. Inde exaltatus, vnde prius
 fuerat humiliatus: descendit Deus
 vsque ad passiones carnis, ascendit
 caro vsque ad proprietates dei. Esu-
 rire nanque, sitire, lassari, fatiga-
 ri, pati, mori, passiones carnis sunt:
 has Deus assumpsit, vt caro fieret
 impassibilis, incorruptibilis, im-
 mortalis, perpetua sicut Deus: Deus
 factus est homo seruus, vt homo
 Deus omnibus dominetur. Vnde
 Mar. 16 & sedere ad dexteram patris in e-
 uangelio hodierno dicitur, non
 quia materiali quodam throno re-
 sident, sed propter cunctarum re-
 rum prælidetiam, gubernationem,
 & dominium, propter gloriæ & di-
 gnitatis excellētiam super omnem
 creaturam, propter honorem & cul-
 tum, quo cum Deo ab omnibus si-
 mul adoratur & colitur. O mirabi-
 lem exaltationem, o eximiam ge-
 neris nostri gloriam: vt homo ange-
 lis præsideat, mundum regat, omni-
 bus imperet, & cūcta disponat. Fra-

ter, inquam, noster, & caro nostra
 in cælo & in terra dominatur & re-
 gnat. Quis super tanto honore non
 gaudeat? quis de tanto fratre non
 gloriatur? Quis seruus quem domi-
 ni sui tam sublimis gloria non tan-
 gat? Exultemus & lætemur fratres
 in hac die, gratulemur fratri nostro
 ad Dei dexteram super angelos su-
 blimato, gratulemur & nobis eius-
 dem gloriæ & dignitatis consorti-
 bus: non enim sibi tantum, sed omni-
 bus fratribus suis hunc accepit ho-
 norem. Vnde dicebat. Ego verita-
 tem dico vobis, expedit vobis vt
 ego vadam. Et iterum. Si quo mi-
 nus dixissem vobis, quia vado para-
 re vobis locum: vt cum abiero, &
 parauero vobis locum, iterum ven-
 iam, & assumam vos ad me ipsum:
 vt vbi ego sum, & vos sitis. Non
 vult regnare solus, omnibus nobis
 regna parauit. Expectat nos frater
 noster dilectissimi, properemus,
 festinemus exire de carcere, & cæ-
 lestes cum illo diuitias possidere.
 Si quis enim pauper & nudus, exi-
 lio deputatus, regem Franciæ aut
 Hispaniæ charissimum sibi fratrem
 haberet, qui eum suæ felicitatis &
 regni ardentissimè cuperet habe-
 re consortem, quanta putatis ad
 eum diligentia properaret? & nos
 tantam dignitatem & gloriam no-
 bis paratam & promissam negligē-
 mus: Grandis itaque nobis utilitas
 ex domini saluatoris ascensu accre-
 uit: nam qui propter nos descende-
 rat, propter nos quoq; ascendere di-
 gnatus est. Descēdit propter iustifi-
 cationē nostrā, ascēdit propter glo-
 rificationem nostram: descendit vt
 præstaret salutem, ascendit vt pa-
 raret mansionē. Sicut ipse ait. Vado
 parare vobis locum. O eximium
 R 3 sui

Ephc.4
b
sui populi metatorem. Denique sicut in prothemate dicitur, ascendit, ut adimpleret omnia: adimpleret (inquam) virtute, sapientia, lumine, gratia, spiritu & veritate: ut confumaret e caelo, quae triginta annorum spatio in terra degens inchoauerat. Sicut propheta orabat. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, a templo sancto tuo, quod est in Hierusalem. Vacua enim erant ante eius ascensum corda fidelium, sed adimpleuit ea rore caelesti. Sicut in psal. scriptum est. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuae, & infirmata est, tu vero perfecisti eam. Et rursus. Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam, riuos eius inebrians. Multiplica genimina eius, in stillicidijs eius latabitur germans. Sicut enim in vere, ascendere sole super capitis nostri zenith, terra prius sterilis & arida, herbis, virgultis, & flosculis vernat: arbores, frondibus, floribus, & fructibus vestitur: ita Christo in aethera conscendente, arida ecclesiae facies, multiplici gratiarum & charismatum varietate refluoruit. Sic antea per prophetam dominus promiserat, dicens. Erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius, & florebit de ciuitate sicut foenum terrae. Fructus (inquam) ille virgineus benedictus, super naturae angelicae libanum, & cedros illas altissimas extolletur: & tunc rorem spiritus stillantibus caelis, in nostra hac ciuitate, arida prius corda florebut sicut foenum terrae. Quales tunc martyrum & virginum flores! quam candidos & purpureos flosculos ecclesia pullulauit! Quanta spiritus viriditate vernauit! quan-

to gratiae virore decorata est! Videres cateruatim gentes innumeras ad fidem confluere: & populos caelestis gratiae sitibundos, auidissime baptismi aquam exposcere. Cunctis fidelibus tunc hoc vnum votum erat, toto animo Christo deseruire, & pro illo mortem & extrema omnia pati. Heu heu, egressus est a filia Sion omnis decor eius: & omnis illa viriditas exiccata est. Vineae confusa est, & ficus elanguit: malum granatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt. Confusi sunt agricolae, vluauerunt vinitores super frumento, vino, & hordeo, quia perijt messis agri. Ver mutatum est in autumnum, & ad priorem ariditatem, terrae nostrae facies redacta est. Sed ad propositum redeamus. Consueuerunt principes, regni aut imperij possessione suscepta, pecuniae copiosam multitudinem gratulanti populo effundere, & nobilibus regni atque magnatibus amplissima dona largiri. Sic etiam gloriae princeps, postquam sanguine suo partum caelorum regnum intravit, magna suis dona diuisit: ut ex hoc maiestatis & gloriae suae diuitias ostenderet, & ad eas desiderandas absentium animos inclinaret. Quam aperte hoc Propheta vaticinatus erat ante! Ascendisti (inquit) in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Accepisti (inquam) in hominibus munera, quae ipse dedit: sic enim hunc locum de spiritu sancto citat Apostolus, dicens. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. In terris namque; velut pius medicus, laegros nostros aegritudinesque curauit: E caelis

E caelis autem velut potens dominus, pretiosa magnificaque nobis dona demisit: ut sicut in terris eius misericordiam experti sumus, ita in caelis eius potentiam nosceremus. Haec de domini nostri ascensione breuiter dicta sufficiant. Quod verò ad nos attinet fratres, conemur & nos similiter cum illo descendere, ut similiter ascendamus. Non enim est alia via ascendendi, nisi descendendo. Descende coram te, & ascendes coram Deo: esto parius in oculis tuis, & eris magnus in oculis dei: quia verè qui descendit, ipse est qui ascendit: & e contrario, qui ascendit, ipse est qui descendit. Vnde psalm. Deiecisti eos dum alleuarentur. Quò maiorem te reputas, minor es: & quò minorem te facis, maior habebis. Disce homo humiliari, ut exalteris: disce contemni, ut sublimeris: stultissimum nanque est alia via quam humilitatis caelum conscendere velle. Quid enim per humilitatem Christus sublimatus est in gloriam suam, & tu per superbiam exaltaberis ad alienam? Caput in tormentis dei citur, & membrum in delicijs coronabitur: O miserandam stultorum hominum insaniam, o phrenesim nimis dolendam, o mentis caecitatem nunquam pro merito deploratam. Qui Christiano nomine censentur, qui fidem Christi eiusque doctrinam euangelicam profitentur, quid dico profiterentur, imò qui de populi Christiani ducatu, magisterioque gloriantur, hi superbiam facibus magis ardent: hi honoribus & dignitatibus insatiabilius inhiant: horum omnis cura & sollicitudo est, qualiter inter homines magni & honorati videantur: & in exquirendis ampliandisque re-

ditibus, annos suos omnes, & totam vitam expendunt. Quid (inquam) delirius, quid insanius, quam sub humilitatis vexillo, ambitioni militare? & in magistri humilis schola, superbiam profiteri? Quomodo audierunt hi caelestis verba magistri? Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Imò cōtritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: utique, quia viam humilitatis deseruerunt. Non est enim pax, non est quies, nisi in humilitate. Quid enim mundum inquietat, nisi ambitio & superbia? Cum enim (ut Bernardus ait) descendere facillimum sit, & ascendere difficilimum, homines miserandi facilem viam contemnent, asperam & difficilem elegerunt, iustam stultitiae suae retributionem recipientes, laborem improbum vsque ad mortem, eos veluti sub tribulo paleas demolientem, conterentemque. O homo desine obsecro ab ira, relinque furorem, quid frustra fatigaris? quid frustra consumeris? Abijce superbiam pondus: euome ambitionis venenum, & requiesces. Non enim per dignitatis, sed per virtutis & humilitatis gradus est ascensus in caelum. Vis tibi ostendam hos gradus? prophetam audi. Ibunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus deorum in Sion. Et iterum. Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensionem in corde suo disposuit. In corde (inquam) scala tibi erigenda est, per quam ascendas in paradysum: non in habitu, non in sermone, non in exteriori aliqua caeremonia vel cultu. Omnis nanque gradus perfectionis profectusque virtutis, in corde potius quam in opere,

vel sermone quærendus est. Non enim aspicit Deus, quid aut quantum agas, sed quantum in eius desiderio & amore proficias. Nam etsi ex operibus vnusquisque iudicandus est, virtus tamen operis est charitas cordis. Quam aperte hos ipsos gradus idem propheta in alio psalmo distinguit, dicens. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et huic quæstioni respondens, subiungit. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, neque iurauit in dolo proximo suo.

Hi quatuor sunt gradus per quos in vitam ascenditur: scilicet innocentia in vita, puritas in corde, fructus in opere, veritas in sermone. Primo igitur ab omni labe peccati, & ab omni face libidinis & terrenæ cupiditatis, mundandum est cor:

Matth. 5.2. scriptum est enim, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Deinde curandum, vt nemini noceamus, & inter proximos nostros & fratres sine querela viuamus. Sed

Sap. 18d non satis est ad vitam, si malum proximo non irrogamus, nisi etiam bonis operibus proficiamus. Vnde ait.

Ps. 23. Qui non accepit in vano animam suam. Frustra enim rationalem accipit animam, qui brutaliter viuens, rationis non elicit actus, sed more pecudum, tota vita otio, & voluptatibus incumbit: dormire nancque, comedere, bibere, luxuriari, vagari, iucundari, & similia, brutis & hominibus communia sunt. In quo ergo te à brutis discernis, si præter hæc in vita alia non ostendis? Restat adhuc veritas in sermone, vt qui proximum non lædit facto, non etiam decipiat verbo: sed probitatem vitæ linguæ veritas comitetur.

Si quis ergo hæc quatuor supradicta inuiclabiliter obseruauerit: si quis breuē istam quatuor graduum, sed arduam & difficilem scalam sedulo conscendere procurauerit, hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à Deo salutari suo: hic ascendet in montem domini, & stabit in loco sancto eius: hic perpetuæ felicitatis gaudijs perfruetur æternis cum Deo & filio eius vnigenito, Iesu Christo, domino nostro: cui est honor, gloria, imperium, & potestas, in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

IN ASCENSIONE DOMINI, Concio tertia.

THEMA.

Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua. Psal. 56.



Vita quædam in deuotis mentibus fratres dubitatio surgit, quid hoc sit, quod si filius Dei vnigenitus, qui ex ardentissimo amore suæ flagrantissimæ charitatis, è sinu patris descendens, terras lustrare, & miseras nostras subire dignatus est, vt nobis cælestia regna donaret, post resurrectionem suam nobis in hoc exilio relictis, post modicum tempus ipse in cælos sine nobis redierit. An sicut vita, ita & animo in sua resurrectione mutatus est, vt gloriosus effectus, mortalium obliuisceretur, quos sanguine suo & morte redemerat?

rat? Quis hoc dicat? cum ipse per prophetam clamet. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, illasque vulnerum memores cicatrices in tui memoriam in meo corpore reseruauit. Quid ergo bone Iesu? cur tam cito redisti? cur sine nobis ascendisti? Secura tibi tua gloria erat, cur non expectastinos, vt in vltimum diem tecum in cælestia regna gaudentes migraremus? An non melius esset, vt socius itineris & peregrinationis nostre, gregis tui nunc consolator & custos existens, postmodum ductor

iter panderes ante eum, & cum gloria & triumpho tuis comitantibus, supernam illam ciuitatem intrares? Quantum solatij, quantum securitatis & gaudij, ouibus tuis hæc tua præsentia contulisset! Te præsentem non graues fuissent persecutiones, tormenta omnia tyrannorum, & vitæ huius discrimina nobis tolerabilia viderentur: nihil tam durum, nihil tam acerbum, quod non tuo eloquio molliretur. Vita hæc calamitosa & tristis, leuis nobis & facilis tua iucunda societate fuisset: si quid scrupuli incidisset, consulere te: si quid periculi, fugeremus ad te: si quid doloris & amaritudinis recrearemur à te: esesque nobis etiam nunc omnia in omnibus, in quibus indigeremus te. Oves (inquam) tuas, quas tanto pretio comparasti, inter atroces lupos & bestias crudelissimas relinquis, & tu ad cælestia tutus migras? Dic mihi de gloria mea, vbi amor tuus: vbi pietas? vbi viscera illa charitatis flagrantia? Hæcne cura gregis? hæcne solitudo tuorum? Filiolos tuos miseros & ærumnolos in hac lachrymarum valle relinquis, & solus ad regni solatia vadis? Quanam hæc impatientia regni, vt tuos deseras in ærumnis? Expectares domine, sustineres modicum, vt finito mundi cursu, nobiscum triumphares: non enim è cælo veneras querere quæ tua sunt, sed quæ omnium. Hanc nostram quærimoniam fratres agnoscite in propheta, cum ait. Quare sicut colonus futurus es in terra, & sicut viator declinans ad manendum. Quasi diceret. Ciuem te volebamus, non colonum: indigenam, non viatorem: sicut in hospitio, ita in mundo breui triginta annorum spatio versatus, celeri cursu in patriam vnde veneras remeasti. An ideo veneras, vt abires? Et alius proppeta hanc ipsam festinantiam designans, ait. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius: & occur-

sus eius vsque ad summum eius. Sed è verè magnum pietatis sacramentum, mirandumque diuinæ dispositionis consilium. Qui propter nos venerat, propter nos redijt: nos illi aduentus causa, nos causa regressus. Sic vtique nobis expediebat: sic oportebat, vt cito rediret. Natus propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram: ascendit propter glorificationem nostram. In omnibus se nobis vtilè exhibuit: totus noster, & totus in nostros vsus expensus. Audi super suo reditu psalmographum eum deprecatem, obsecrantemque. Exurge domine Deus meus in præcepto quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te, & propter hanc in altum regredere. Præceptum quod mandauit, amor est: sicut in euangelio dicit. Hoc

est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Hic amor (inquit) domine à mortuis te suscitet, quem moriens commédasti: in hoc exurge, & synagoga populorū, quæ mortalem te nō agnouerat, circumdabit immortalem: & propter hanc in altum regredere: propter hanc venisti, propter hanc regredere. Gratias tibi domine quia venisti, obsecramus vt redeas: sic volumus, sic cupimus, sic petimus, sic nobis expedit ad salutē. Grata nobis præsentia tua, sed valde vtilior ascensio tua. Reuertere obsecro in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Sufficit nobis vt in sacra eucharistia velatus permanear. Quam effaciter id ipsum sponsa in canticis deprecatur & rogat! Veniat (inquit) dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorū, vt pascatur in hortis, & lilia colligat. Et aduentatē inspiciens, ecce (inquit) iste venit saliens in montibus, transfiliens colles. Et post modicum. Reuertere, similis esto dilecte mi capræ, hinnuloque ceruorum super montes Bethel. Et iterum. Fuge dilecte mi, assimulare capræ hinnuloque; ceruorum super montes aromatum. Quænam hæc leuitas dō spōsa, modō vocas, modō reijcis. Roga sti vt veniat, & iam iterum rogas vt vadat. Vbi sunt illi gemitus, illæ lacrymæ, clamores, & voces illæ? Rorate cæli desuper, & nubes pluāt iustum: emitte agnum domine dominatorem terræ: vtinam dirumpes cælos, & venires. Quid aliud ista his vocibus clamat, nisi veniat dilectus meus in hortum suum? & lilia colligat? In hortum (inquam) suum, quem plātauerunt manus eius, quē ipse inseuit ab initio, vt pascatur

in hortis, & lilia colligat. Nemo enim potest ea colligere, nisi hortulanus: ipsi soli reseruata sunt: nisi ipse aduenerit, omnia lilia & rosæ marcescent. O pulcherrimas rosas, dō placidissima lilia, virginū & martyrum animas, niueo purpureoque candore vernantes: has monet spōsum colligere, & patri suo gratissimas, fide veluti canistro deferre: propter quod & monet vt redeat, non quidem leuitate fœminea, sed quia sic nouerat expedire. Vt quid enim collectis lilijs morabitur sponsus ea patri deferre? Sed illud magis admiror, quod post longum cū spōso colloquium, vltimo monet: fuge dilecte mi. Vt quid fugiat dō sponsa? vt quid fugiat? Absit hoc à fortissimo principe, vt fugiat. Quid enim mortalis militem cateruā vallatus non fugit, & nunc fugiet immortalis? Non faciet hoc, cuius fortitudo est sicut rhinocerotis. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Incommoda nulla pati potest, & quomodo eum tu mones vt fugiat? nec propè, sed procul & celeriter, & vbi iterum capi non possit super montes Bethel, id est super cælorum vertices, & angelicas potestates. Plena sunt ista mysterijs, & quæ nisi exponat spiritus, non penetrat intellectus. Sed iam exponamus, quid mundo vtilitatis hæc Christi ascensio attulerit, vt sic obnixè super reditu ei supplicetur: quid enim aduentus eius profuerit nouimus palam omnes, sed de reditu non ita liquet. Sed mentiri non potuit qui dixit. Amen dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Sed quomodo nobis expediat audiamus. Si enim non abiero (inquit) paracletus non

veniet ad vos: cum autē abiero, mitam eum ad vos. Et iterū, si quo minus dixissem vobis quia vado parare vobis locum, & cum parauero vobis locum, iterum veniam & assumam vos ad me ipsum. Duo ex his verbis emolumenta colligimus, & quod paracletus missurus, & quod nobis in cælo locum paraturus sit. De primo apostolus ex propheta citat. Ascendens in altum, captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. De secūdo alius propheta vaticinatus erat ante. Ascendet pandēs iter ante eos. Et bene pandens iter, quia nisi ipse præcessisset, nullus utique sequeretur: & nisi prior cælos penetrasset, nemo sanctorum vsq; in finē seculi illuc intraret. Et quamquam in eius societate vbilibet beati essent, non tamē oportuit beatos tandiu promissa cælestis Hierusalē amoenitate priuari, iucundaque ciuium supernorum societate fraudari. Quid profuisset interea cælorum aperuisse ianuam, si per eam nullus intraret? Reatus filiorum solutus erat, vt quid hæreditas differretur? Ascendit itaque prior parare nobis locum, quasi legatus, quasi patronus, quasi aduocatus: vt assit vultui Dei pro nobis: sicut apostolus ad Hebræos ait. Non enim manufactis sanctis Iesus introit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Et Ioannes apertius in epistola. Filii mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed etsi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ipse (inquam) aduocatus, ipse iustitia, ipse venia, & propitiatio nostra. Nō nostra merita, sed sua vulnera corā

patre hic allegat aduocatus. O mirū aduocandi modum: vbi in aduocati merito clientis iustitia consistit: cauſe modo factus est aduocatus, cuius postmodum futurus est iudex. Et quando clientem suum damnabit aduocatus pius? O magnam spei nostræ fiduciam fratres! Si Deus pro nobis, quis contra nos? quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imō qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos ab huius tati aduocati charitate separabit fratris, vt nō eum totis visceribus diligamus? & in eo omnē spē nostrā reponamus? Non me capio præ lætitia, quoties mihi hoc patrociniū in mentem venit. Quando obsecro, vincetur & cadet cauſa, quæ filium regis vnigenitum, fratrem nostrum, patronum habet & iudicem? Non mihi tanta fiducia in totius cælestis curiæ patrociniū reposita est: cum enim alia defuerint patrociniā, hic mihi nunquam decrit aduocatus. Quam pulchrè hoc psalmista personat, dicens. Dixi. Confitebor aduersum me in iustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac, scilicet impietate mea, orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno: ueruntamen in diluuiō aquarum multarū ad eum nō approximabunt. Quid ergo? desperabo, quia sancti tunc non approximabunt? Non utique. Sed quid? Tu, inquit, es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me, exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Ad te domine confugiam deferentibus sanctis in diluuiō aquarum multarum, tēpore importuno: expectat

ps. 131.

Cāt. 5. a

Cāt. 2. b

Cāt. 8. d

Ibidē

Esa. 45. b

Esa. 16. a

Esa. 64. a

Cāt. 5. a

Cāt. 8. d

Nume. 24. b

Rom. 6. b

Ioā. 16. b

ps. 67.

Mic. 2d

Rom. 8. f. & g.

Ibidē

Rom. 8. f.

ps. 71.

ps. 31.

Heb. 9f

1. Ioā. 2. a

Ibidē

Etat

ps. 71. Etat enim sanctorum omnium in-
trepellatio opportunum tempus. Ti-
bi autem filio regis, domino meo, pa-
trono meo, omne tempus est oppor-
tunum. Non itaque timebo abyssū
a quarum multarum, quam deuorat
abyssus misericordiarum tuarū do-
mine.

DEO GRATIAS.

IN DIE SANCTO
Pentecostes.

THEMA.

Emitte spiritum tuum, & crea-
buntur, & renouabis faciem
terræ. Psal. 103.



Non sumus hodie de
spiritu sancti per-
sona locuturi, sed
de eius aduentu: de
quo gratia illi ad-
iuuante dicem⁹, pro-
pter quid venit: &
quomodo venit: tertio quomodo in
nobis spiritualiter nunc veniat.

Sicut à theologis doctoribus tra-
ditur, duplex est spiritus sancti mis-
sio, visibilis & inuisibilis. Missio vi-
sibilis est, quæ sub aliquo signo sen-
sibili fit: & sic spiritus sanctus sub
quadruplici forma, missus siue da-
tus legitur. In specie columbæ in ba-
ptismo: in specie nubis in transfigu-
ratione: in specie flatus post resurre-
ctionem: in specie ignis in die Pen-
tecostes. Vnde semper apparuit sub
exteriori signo effectui inuisibili
proportionato. In baptismo nanq;
quia spiritualis regenerationis ne-
gotium agebatur in aquis, fecunde
aquis typum assumpsit. In transfigu-

Ioā. 1. e.

Luc. 9. e

Ioā. 20.

Act. 2. a

ratione autem, quia doctor & ma-
gister seculi Christus pronuncia-
tur à patre, cum ait, ipsum audite,
nubis roscedę figurā habuit: vt euan-
gelicæ doctrine pluiam, ecclesiæ
faciem fecundaturam designaret.
Vnde quidam propheta. Filię Sion
exultate, & lætamini in domino
Deo vestro, quia dedit vobis docto-
rem iustitię, & descendere faciet ad
vos imbrem matutinum, & seroti-
num, sicut in principio. Post resurre-
ctionem verò, quia remittendi pec-
cata discipulis facultas præbebatur,
quod sine gratię inspiratione nō fit,
in flatus specie inspirando spiritus
datus est. Nunc autem, quia magi-
stri & prædicatores orbis apostoli
destinantur, vt sapientię & eloquē-
tię gratia eis collata exteriori signo
panderetur, in forma ignitæ lingue
congruenter apparuit. Sicut in hy-
mno hodierno ecclesia concinit.
Ignis vibrante lumine, lingue figu-
rā detulit, verbis vt essent profluui,
& charitate feruidi. Alia est missio
inuisibilis, qua quotidie spiritus san-
ctus electorum cordibus spirituali-
ter immittitur: de qua dominus in
euangelio. Spiritus vbi vult spirat:
& vocem eius audis, & nescis vnde
veniat, aut quò vadat. Non enim ex-
teriori aliquo signo eius aduentus
agnoscitur, sed interiori quodam
experimento vox eius & inspiratio
deprehenditur. Nam etsi motio eius
interior, quæ vox in euangelio nun-
cupatur, aliquando sentitur, sed ta-
men à quo sit illa vox, vel in quem
finem tendat, penitus ignoratur. O
vocem potentem, quæ interiora no-
stræ mentis concutit, & visceribus
nostris flammam ignis incendit.
De qua psal. Vox domini in virtu-
te, vox dñi in magnificentia, &c.

Luc. 9. d

Ioel. 2. f

Ioā. 4. d

ps. 23.

Est

Est autem miraculum hoc grande
in hac spiritus infusione, quod cum
à spiritu nostro lōge amplius in infi-
nitum distet spiritus Dei, quā quiuis
alius spiritus, nullus tamen ei sic in-
time interseri & vniri potest, sicut
ille. Vnde neque angelus angelo,
neq; angelus homini, aut dæmoni,
neq; dæmon angelo aut homini, aut
dæmon dæmoni sic illabi potest, si-
cut spiritus sanctus illabitur menti.
Hęc enim intima & veluti substan-
tialis inhabitatio, vnioq;, soli Deo
conuenire potest: qua præsentior &
intimior sit animæ, quā sit ipsa si-
bi. Vnde Bernardus. Illud autem sci-
tote, nullum creatorum spirituum
per se nostris mentibus applicari, vt
videlicet nullo mediante nostri,
suiue corporis instrumento, ita no-
bis vnatur infundatur, quò eius par-
ticipatione docti siue doctiores, bō-
ni siue meliores efficiamur. Nullus
angelorū, nulla animarum hoc mō-
do mihi capabilis est: nullius ego ca-
pax: neque ipsi angeli ita se alter-
utrum capiunt. Sequestretur proin-
de prærogatiua hæc sūmo & in cir-
cūscripto spiritui, &c. Hęc Bernar-
dus. Deprehenditur autem à nobis
multipliciter hic illapsus: scilicet
deuotionis feruore, intelligentiæ cla-
ritate, mentis inenarrabili dulcedi-
ne: cordis dilatatione: hiantis anime
desiderio: operis mira facilitate: qui-
bus veluti indicijs præsentia spiritus
innotescit: quæ multò melius esset
sentire, quā dicere: possidere, quā
exponere. Sed quænam fuit ratio,
quæ causa, vt post viuificam illā spi-
ritus infusionem in flatu, iterū spi-
ritus mitteretur in igne? Hoc nūc tra-
ctemus, hoc in sermonis exordio
proposuimus. Cuius rei tres potissi-
mas inuenio causas: prima quam di-

*Bernardus
super ca-
ti. serm.
6*

uus Bernardus assignat, vt Trinita-
tis mysteriū hominibus innotescer-
et. Erat nanque ex operibus crea-
tionis satis agnitus Deus pater: ex
ipsa etiam incarnatione & miracu-
lis fili⁹ aliquo modo innotuerat: quid
supererat, nisi vt spiritus sanctus, vi
sibili aliquo signo monstraretur, vt
illius notitia haberetur in mundo?
inter omnes enim diuinas personas
spiritus sanctus occultior habeba-
tur. Quæ enim gens tam barbara &
rustica, vt Deum omnino nesciat?
& per hæc visibilia quæ cernimus,
conditoris omni potentiam non in-
telligat? Inuisibilia enim Dei, per ea
quæ facta sūt intellecta cōspiciuntur.
De verbo autem Dei, non ita cōmu-
nis & vulgaris notitia erat: nisi quod
philosophorum peritissimi, nescio
quo lumine, ad ipsum attigerant, su-
spicando magis, quā comprehen-
dendo. Hermes enim ille trismegi-
stus philosophus antiquissimus de
verbo Dei librum edidisse dicitur:
& Plato philosophorū omniū ma-
ximus, Augustino authore, eousq;
in verbi cognitionem profecerat,
vt eadem quæ Ioannes in sui euan-
gelij exordio, de verbo Dei, licet ali-
ter protulerit. Sed de spiritu sancto,
nulla vspiā apud philosophos, aut
vulgares, facta est mētio: propterea
(vt opinor) quia productio illa, qua
spiritus sanctus producitur, nullam
habet in natura similem: cū enim
à patre naturam, sicut & filius acci-
piat, & ei consubstantialis sit, & cōsi-
millimus: neque tamen eius produ-
ctio generatio est, neque ipse produ-
ctus est filius, sed spirit⁹ sanctus dici-
tur: quia spiratione nō generatione
producitur. Huius rei nulli philoso-
phorum vel leuis vnquam suspicio
suboriri potuit: quoniam longè sit
ab

*Ber. ser-
mo. 1. in
die Pen-
tecost.*

Rom. 1.

c

ab

ab omni sensu ista productio. Vnde
 Exo. 8 e apud exodum Magi Pharaonis de-
 fecerunt in tertio signo: quia mun-
 di sapientes de spiritu sancto nullam
 omnino habuere notitiam. Vide
 quàm necessaria hæc spiritus mani-
 festatio fuerit, sine cuius cognitio-
 ne neq; fidelibus vita est. Hæc enim
 Ioã. 17 a est vita æterna, vt cognoscât te deũ
 verum, & quem misisti Iesum Chri-
 stum. Fuit etiam hoc aliunde neces-
 sarium, vt Dei pietatem, beneuolẽ-
 tiam, charitatem, quam hominibus
 exhibuerat spiritus declararet: &
 quantum Deo homines debeant e-
 I. cor. 2 c ius lumine nosceretur. Vnde Apo-
 stolus non inquit, accepimus spiri-
 tum huiusmundi, sed spiritum qui
 à Deo est: vt sciamus, quæ à Deo do-
 nata sunt nobis. Opus enim illud
 insigne uerbi incarnationis, & hu-
 manæ redemptionis, non aliter mũ-
 do innotescere potuisset, nisi hanc
 spiritu Dei homines illustrati didi-
 cissent. Ille scripturas quas ore pro-
 phetico protulerat, exposuit: ipse
 mysteria & figuras quas olim præ-
 miserat, declarauit: illo magistro
 & doctore, homines arcana cæle-
 stia didicere. Quid autem nobis re-
 demptio, quid incarnatio, quid pas-
 sio non agnita profuisset? Vnde hu-
 ius aduentus utilitatem & finẽ do-
 Ioã. 15 d minus insinuans, ait. Cũ venerit
 ille paraclerus, ille testimoniũ perhi-
 bebunt de me: ille me clarificabit: il-
 le docebit vos omnem veritatem.
 Non loquetur autem à semetipso,
 sed quęcunque audiet, loquetur: &
 quę ventura sunt annuntiabit vo-
 bis. Ex quibus verbis, in veritatem
 lucem & magisterium, hunc spiritũ
 fuisse demissum, apertissime con-
 stat. O mirificum doctorem, quis
 ita docet vt hic spiritus? Vna sola

prelectione discipulos consumauit,
 & ex rudibus piscatoribus doctissi-
 mos ac eloquentissimos prædicato-
 res fecit. Vnde Gregorius huius ma-
 gisterij potentiam admiratus, excla-
 mat. Oqualis est iste artifex spiritus,
 nulla ad discendum mora indiget,
 sed in omne quod voluerit, mox vt
 tetigerit, mentem docet: solumque
 tetigisse, docuisse est. Implet nãque
 citharœdum puerum, & psalmista I. reg. 16
 facit: implet pastorem armentarium, Amos.
 sycomoros vellicantem, & prophe- 7. d
 tam facit: implet abstinentem pue-
 rum, & iudicem senum facit: implet f.
 piscatorem, & prædicatorem facit: Matth.
 implet persecutorem, & doctorem 4. c
 gentium facit: implet publicanum, Act. 9. a
 & euangelistam facit: nescit enim & infra
 Luc. 5. f
 tarda molimina spiritus sancti gra-
 tia. Si quid ergo in ecclesia sapiẽtiæ
 & intellectus, si quid virtutis & gra-
 tiæ, si quid sanctitatis & decoris, o-
 mnia ab isto fonte prodire. Diuilio-
 nes enim gratiarum sunt, idem autẽ I. cor. 12
 spiritus: ipse dedit quosdam quidẽ
 apostolos, quosdam prophetas, alios
 euangelistas, alios autem pastores,
 & doctores, ad consummationẽ san-
 ctorum, in opus ministerij, in ædifi-
 cationem corporis Christi. Venit
 etiam visibiliter alia non minore
 ratione, vt videlicet opera quæ
 Christus in mũdo inchoauerat, sua
 virtute consumaret. Sicut scriptum
 est. Confirma hoc Deus quod ope- ps. 67.
 ratus es in nobis à templo tuo, quod
 est in Hierusalem. Ad hoc nanque
 filius Dei in mundum venerat, vt fi-
 lios hominum faceret Dei filios, &
 suæ gloriæ cohæredes: vt esset ipse
 primogenitus in multis fratribus. Rom. 8
 Vnde Ioannes euangelista postquã c. & f.
 verbi Dei gloriam expresserat, di-
 ces: in principio erat verbũ, & ver-
 bum

bum erat apud Deum, & Deus erat
 verbum: huius verbi incarnationẽ
 designans, adiungit: & verbum ca-
 ro factum est. Et huius incarnatio-
 nis, veluti rationem vtilitatemque
 describens, ait. Dedit eis potesta-
 tem filios Dei fieri, his qui credunt
 in nomine eius: qui non ex sangui-
 nibus, neque ex voluntate carnis,
 neque ex voluntate viri, sed ex Deo
 nati sunt. Ac si diceret. Filius Dei fa-
 ctus est homo, vt filios hominum fi-
 lios dei faceret: hæc generatio di-
 uina in naturali filio dei inchoata
 est ab ipso, apostoli & discipuli ve-
 luti semina quædam, & ova in nido
 relicta sunt, ex quibus ista genera-
 tio pullularet. Vnde Esaias. Omnes
 Esa. 6. c qui viderint eos, dicent: hoc est se-
 men cui benedixit dominus. Et ite-
 rum. Nisi dominus exercituum re-
 liquisset nobis semen, quasi Sodo-
 ma fuisset, & quasi Gomorrha
 similes effemus. Venit itaque spiri-
 tus sanctus, & apostolos veluti ova
 superincubans eos fouit: & nouam
 quandam generationem eduxit, vn-
 de omnis ista fidelium multitudo
 propagata est. Sicut enim ex Maria
 Luc. 1. d virgine spiritus sancti opere filius
 Dei conceptus & natus est, ita etiam
 ex virgine ecclesia, spiritus sancti
 virtute, hæc filiorum dei generatio
 Act. 1. b nata est. Quid nanque aliud cænacu-
 lum illud fuit, nisi ecclesiæ sanctæ
 vterus, vnde ex veteribus homini-
 bus noua spiritus sancti proles subi-
 tõ formata est? O pulcherrimam so-
 bolem, o decoram nimis generatio-
 nem. O quomodo in nouam creatu-
 ram ex veteri commutati sunt! Ad-
 miratur Esaias subitam istam pro-
 pagationem, dicens. Quis audiuit
 vnquam tale, & quis vidit huic simi-
 le? Nunquid parturiet terra in die

vna, aut parietur gens simul: quia
 parturiuit & peperit Sion filios suos?
 Nunquid ego qui alios parere facio,
 ipse non pariam? dicit dominus. Si
 ego qui generationem cæteris tri-
 buo, sterilis ero, ait dominus. Admi-
 ratur propheta & merito, quia subi-
 tõ vno partũ, generatio tam multa
 ex Sion vtero nata est: non quidem
 ex sanguinibus, neque ex voluntate
 carnis, neque ex voluntate viri,
 sed sicut euangelista ait, ex deo nati
 Ioã. 1. b sunt. Hoc est quod psalmographus
 in prothemate nostro ait. Emitte
 spiritum tuum, & creabuntur: crea-
 buntur (inquam) id est regenerabũ-
 tur ex vteribus noui homines, & re-
 nouabis faciem terrę: nam ipsa ter-
 ra suo etiam tempore renouabitur.
 Apostolum audi. Saluatorem ex-
 Phi. 3. d pectamus dominum nostrũ Iesum
 Christum, qui reformabit corpus
 humilitatis nostrę, configuratum
 corpori claritatis suę. Sed quando
 anima renouata est per spiritum, ca-
 ro etiam illo tẽpore renouabitur.
 Creati ergo sunt hodie ex veterib;,
 spiritu Dei, noui quidam homines:
 non quales natura à principio ex
 Adam propagare consueuerat, sed
 spirituales, sed cælestes, sed diuini:
 per quos noua quædam filiorũ Dei
 propagatio in diuinam quandã pul-
 chritudinem coalesceret. Cui; qui-
 dem propagationis olim in lege fi-
 gura illa vulgatissimã præcesserat,
 de fratre defuncti fratris sobolẽ su-
 Dec. 25 scitante, non suo quidem, sed fratris
 b sui nomine nuncupandam: quam
 in Christo impletam fuisse euange-
 licę historię textus insinuat. Nam
 post resurrectionem suam Christo
 iam in vitę nouitatem à mortuis su-
 scitato, ad apostolos suos mulierem
 sanctam mittit, cui talia mandat.
 Vade

Ioã. 20. d. Vade ad fratres meos, & dic eis: ascende ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. O magnum absconditumque; mysterium: vix eos vsquam in toto euangelio fratres nuncupauerat, sed amicos, discipulos, aut socios: nunc verò, quia regenerandi tempus aduenerat, debiti officij onus ex fratris vocabulo eos admonet. Quasi dicat. Dic ad fratres meos, vt meminerint quia fratres sunt, vt proprii muneris recordetur: vt ita mecum agant, sicut boni fratres: ecce enim ad patrem defunctus sine prole descendendo meminerint vt fratri suo semen suscitent in ecclesia. O egregium fratrem Paulum, o quam multam domino & fratri suo sobolem generauit! Vnde ad eos ait. In Christo Iesu per euangelium ipse vos genui, & iterum filio mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Neque suo, quidem, sed defuncti fratris nomine, genitam à se prolem apostoli nuncuparunt. Non enim Petrinos, aut Paulinos, sed Christianos conuersos à se fideles appellauerunt. Sicut scriptum est in ps. 44. Filia regum in honore tuo. Quam grauer, quam acerbè Paulus increpat quosdam, indignatus quia dicerent: ego sum Cephe, ego sum Apollo, ego sum Pauli. Nūquid (ait) Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Diuisus est Christus bonus frater, qui non sibi ex aliena vxore susceptam prolem vsurpat. Videant prelati, caueant episcopi, quibus suscitanda huius sobolis officium datum est, ne ab officio vacent. Caueant etiam prædicatores, quibus diuinitus sacri verbi fecunditas data est, ne huic fratri semen ex sponsa eius

suscitare aut negligant, aut dissimilent: ne grandi sua ignominia, eis calceus cordis, id est spiritus sancti gratia, auferatur, & in faciem à neglecta fratris vxore coram omnibus spuatur, & dicatur eis. Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui: proprium namque amittere promeretur honorem, qui cum possit & debeat, domini & fratris sui gloriam non quaesuit. Sed cur in die Pentecostes spiritus sanctus missus est? nunquid vacat hoc à mysterio: imò magno hoc sacramento factum est, vt eadem die & lex, & legis consummatio mitteretur. Lex in Sina, spiritus in Sion: vtrunque in monte, vtrunque in igne, vtrunque in tonitu, & maiestate. Et lex quidem per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. O quantum interest inter legem & legem: dedit ille legem tabulis deformatam & mortuam, quæ homines ligaret, potiusquam solueret: grauareret quam iuuaret: occideret magis quam viuificaret: Christus verò legem suam non tabulis scribit, sed cordibus intus infundit: non largitur Christus ecclesie suæ euangelium literis in codice deformatum, sed viuificantem spiritum, qui & metem illuminet, & omnem doceat veritatem: euangelium viuum, legem igneam, sanctificantem virtutem, quæ non solum quid agendum instrueret, sed ad implendum iuaret. Quam aperte hoc olim propheta prædixerat! Ecce dies venient, dicit dominus: & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: sed hoc erit pactum

Exo. 24. c. & d. Etum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, &c. Quid de spiritu sancto aperius, quid clari⁹ aut promitri aut prophetari potuit? Fuerat etiã hoc olim præfiguratum in duplici illa legislatione: dederat namque dñs Moyli tabulas digito Dei formatas & scriptas, quas Dei famulus irapercitus propter vitulum in radice montis contregit. Neque à domino dictum est ei cur ita fecisti? Propter quid obsecro, super hoc non est à domino reprehensus, nisi quia in mysterio facta sunt omnia? Præceptum est ei rursus ieiunare, iterum montem conscendere, & decidere tabulas quas Deus insculperet. O domine cur non tu eas sicut priores efficis, & largiris? Non (inquit) ita faciã, sed tu eas dola, & ego scribam eas: vt sic daretur intelligi, bis legem à Deo hominibus præstãdam esse: & priorem quidem illam non semper duraturam, sed propter populi malitiam aliquando cessaturam: secundã verò legem perpetuam & æternam, ad quam homo de proprio tabulas cordis ponat, quas Deus inscribat: nam in priore quidem lege nihil de suo posuerat homo. Non attendis mirabilem institutionem, viuos codices, id est apostolos spiritu Dei exaratos & inscriptos, ecclesie suæ Christus legendos transmittit in quibus Dei populus non solũ doctrinæ magisterio, sed etiam opere & exemplo vitam legat: vt qui nescit legere euangelium in libro, legat illud in sancto. Hæc enim lectio vtilior multò & efficacior est: valde namque melius euangelium legitur in sancto, quã in li-

bro: & visa quã audita vitæ forma mortaliũ animos magis mouet. Quales autem hæc fuerit hominum institutio rei exitus manifestat: breui namque temporis spatio, talibus exemplarijs ad verã fidem vniuersus penè orbis conuersus, & à prauis suis moribus immutatus est. Conturbati sunt omnes qui videbãt eos, & timuit omnis homo: tãta erat in eis vitæ sanctitas: morum grauitas, prodigiorũ potestas, doctrinæ sapietiãque; authoritas. Die itaque; illo sancto, cū innumera populi multitudo in Hierusalẽ, propter diei solennitatẽ, more solito conueneret, & discipuli omnes in cenaculo cum virgine sacra vnanimiter orarẽt, tertia diei hora, è cælo ingessonitus, & terribilis quidã & inauditus fragor factus est, tanquã tonitruum, & tanquam spiritus quidam vehemens: & irruens super eos, lumine, claritate, fragrantia, & odore diuino repleuit totam illam domũ, vbi erant sedẽtes. Cū enim domin⁹ ad cælum leuaretur, acceperant in mandatis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent virtutem ex alto, quæ eos & sapientia perficeret, & fortitudine roboraret. Apparuerunt etiam super eos linguæ quædam ignitæ, viritim singulæ singulos superinfedentes, & calore illò spiritus viuificò corda eorum perfusa sunt. Flagrat igne diuino viscera sancta: & sicut vasa argentea in camino ardenti, sic spiritu Dei homines illi inflammati sunt. Bone Deus, quis peccatoris estuatis ardorem, suauitatem dulcedinem, & ecstáticas illas dulcedines, quas viri isti hac hora experti sũt, dicere sufficiat? Quæ lingua, qui sensus, in huius tam mirabilis spectaculi enarratione non succubabat? Subitò quippe cõmutati sunt in viros

S alteros,

alteros, mutate se Deo: & sic à seipsis alterati sunt, vt neque ipsi cognoscerent semetipsos. Stupebant in eis omnes qui videbant eos: sed & ipsi de seipsis amplius mirabantur. Ingressi sunt enim terreni, exierunt caelestes: ingressi sunt carnales, exierunt spirituales: ingressi sunt idiotæ, exierunt sapientes: ingressi sunt tepidi, exierunt fortes: ingressi sunt tepidi, exierunt ardentes: ingressi sunt rudes piscatores, exierunt eloquentes prædicatores. O magnum stupendumque prodigium: o sublimem & admirabilem seculis mutationem. Omnis quippe illa vetusti ac terreni hominis rubigo, illo flagrantissimo incendio consumpta est: & sicut in fornace excoquitur argentum, sic ab omni corporis & mentis contagio excocti sunt, purificati eos spiritu, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem. Vnde propheta. Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fullo num: & sedebit conflans & mundans argentum, & purificabit filios Leui. Et psalmographus apertius. Dum discernit caelestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon, monte Dei, monte coagulato, monte pingui, monte in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Nos enim à peccatorum sordibus aqua mundamur, illi autem, quia non solum à sordibus, sed etiam ab omni fomite & contagio peccati penitus purificabatur, igne lustrati sunt. Sic Ioannes prædixerat ante. Ego quidem aqua baptizo vos: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Fit concursus plebis vndiq; cursantis ad spectaculum istud: & videntes illos supra modum mirabantur dicentes. Nonne omnes isti qui loquuntur

Esa. 31 d
Malac. 3. a

ps. 67.

Matth. 3. c.

Galilæi sunt? quomodo nos audiimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Neque solum in linguarum varietate admiratio erat, sed multo magis in sapientia & mysterijs quæ ex ore ipsorum procedebant, attoniti stupebant. Neque tamē sic inuidorum perfidia conuicta conticuit, sed multo plenos illos esse dicebatur & ita erat. Illo multo pleni erant, de quo saluator eis prædixerat, quod in vtres novos, & non vtres veteres & putridos mittendum sit, ne rumpan-^{Marci d} tur. An non multo pleni, qui in conuitijs & contumelijs gaudebant, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati? Quos neque parentum, neque vxorū, neque filiorum vlulatus & lachrymæ poterant auertere, ne atrocibus tormentis, & dire morti propter Christū & fidem exponerēt semetipsos. Ebrios quippe caelesti vino, & à terrenis omnibus alienatos nulla prosperitas alliciebat, nulla aduersitas deterrebat. O vini potentiam inestimabilem: o multo feruorem immensum. Inter candentes prunas & micantes gladios, inter stridentes feras & rugientes leones, inter laniantes vngulas & discerpentes equulcos lætabundi, laudes & gloriam Christo domino decantabant. Petrus ergo audito pharisæorum murmure indicto silentio, magna autoritate populum sic alloquitur. Viri Iudæi, & qui habitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea: non enim sicut vos existimatis hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia, sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel. Et erit in novissimis diebus dicit dominus, effundā de spiritu meo super omnem carnem, &

Marci d
Act. 19

Ioel. 2

& prophetabunt filij vestri, & filiarum vestrarum. Iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniant, &c. Pluribus quoque alijs testimonijs Christum verum esse dominum & Messiam contestatus est. Quo audito, o linguam verè ignitam, ferè tria millia ad fidem conuersa sunt: & compuncto corde animarum suarum remedium postulabant. Alio etiam sermone postridie quinque millia conuersa sunt. Et ita ecclesia breui tempore in grandem fidelium numerum adaucta est. O si nunc vnā talem linguam haberet ecclesia: heu, frigida lingua ignitū sermonem proferre non valet: & quoniam spiritu Dei prædicatores non incalescimus, auditorum corda minimè inflamamus. Qualis verò illorum neophitorū conuersio erat, & quanta mutatio! Audeo dicere, non tales sunt hodie qui religionē arctissimam profitentur. Venditis enim statim omnibus quæ habebant, pretium eorum ad pedes apostolorum ponebant, & in commune vivebant, multo maiori & arctiore obedientia apostolorum, quam sit hodie in claustris obedientia prælatorum. Denique diuus Augustinus religionem suam horum imitatione perfecit, satis existimans ad veram religionem, si sui fratres illorum primitiuorum secularium institutionem & regulam sequerentur. Quæ illis deuotio, qualis pax, quanta concordia! dicere quis sufficiat? Multitudini credentium (vt ait Lucas) erat cor vnum, & anima vna: neque quisquam eorum quæ possidebat aliquid suū esse dicebat, sed erāt illis omnia cōmunia. Magno deuotionis feruore loca sancta visitabant: ieiunabant assidue: indefinēter

Act. 4 f

orabāt: scripturas sanctas indefessè legebāt: apostolorum doctrinā attentius audiebant: pietati & cōtemplationi quietè vacabāt: proximorum necessitatibus prout poterāt succurrebant: affluenter coram domino preces cum lachrymis effundebāt: piè conquerentes, & deuotè clamantes. O domine cur fecisti nobis sic? Quare sic delusi sumus, vt nō agnosceremus te? cur præsentē nō agnouimus maiestatem? Vt quid datum non est tua dulci præsentia frui? facris hæere vestigijs, diuinas osculari manus, suaues percipere & intelligere voces? Heu non satis notus abijisti, & vbi nunc quæremus te? O cecitatem nostram, o densissimas cordis nostri tenebras: quomodo nō vidimus, quomodo non cognouimus, quomodo nō intelleximus? cum in cōspectu nostro cæcos illuminares, mortuos suscitares, leprosos munda-^{Matth. 11. a. & Luc. 7 d} res, agrotos curares, obsessos liberares, aquas ficcis pedibus calcares, mari & tēpestatibus imperares? Vbi eramus quando hæc faciebas? quando docebas nos, & secreta ecclesie differebas? Heu gloriam nostram blasphemauimus, bonum nostrum crucifiximus, Deum nostrum crudelibus tormentis & morte affecimus. O inexpiable scelus, o facinus inauditū. Parce domine, ignosce domine, miserere domine: quoniā per ignorantiam fecim⁹, maiestatis & gloriæ tuæ potentiam ignorantes. Hæc & similia (vt existimo) crebris singultibus, & suspirijs lachrymis sæpius repetebant. Mirum prodigiū, & nunquam satis pro merito ponderatum: illum, quem paucis ante diebus tam atrociter occiderant, quem sperant, illuserant, blasphemauerant, & inter latrones medium crucifi-

Luc. 29

Matth. 11. a. & Luc. 7 d

Act. 5. c

xerant, in eadem ciuitate, coram
 eisdē pontificibus & iudicibus, non
 solum verum esse Mesiā profitebā-
 tur, sed vt verum Deū ac dominū,
 cum omni deuotione venerabātur,
 & toto animi desiderio adorabant
 & colebāt. An non dexteræ excelsi
 mutatio hæc? Quis tā repentinam
 cordium mutationem facere potue-
 rat, nisi Deus? Quā apertē hoc prius
 propheta prædixerat! Venient (in-
 quit) ad te curui filij eorum, qui hu-
 miliauerunt te: & adorabunt vesti-
 gia pedum tuorum omnes qui de-
 trahebant tibi. Quomodo tunc con-
 fundebatur malitia iniquorū! quo-
 modo delusa est nequitia inuidorū!
 Stridebāt in eos dētibz sacerdotes:
 & quō acrius in eos furebāt, eō am-
 plius eorum fides & virtus inuale-
 scebat. Augebatur indies credentiū
 multitudo, & Christi gloria in inui-
 dorum oculis exercebat. Quo gau-
 dio tunc virgo sacra exultauit! quā-
 ta lætitia eius animus perfusus est!
 cū prodito incarnationis myste-
 rio, & patefacto redemptionis hu-
 manæ sacramento, excrefcentem
 Christi filij sui fructum in ecclesia
 vidit. Confluebant ad eam vndique
 Christiani, videre sanctuarium do-
 mini, sacrosanctam Deiparam geni-
 tricem, virginē Deo charam super
 omnes scēminas, benedictam virtu-
 tis regulam, sanctitatis formam, to-
 tius honestatis vnicum decus & exē-
 plar: cuius vita & magisterio in suo
 primordio ecclesia Dei illustrata
 est supra modum, & indies eius
 merito & fauore augebitur, & pro-
 sperabitur vsque in finem seculi, &
 sempiterna secula. Hæc de historia.
 Nos quoque fratres, si admodum
 apostolorum renouari cupimus, si
 Gal. 6 d ex veteri homine in nouam crea-

turam immutari desideramus, hūc
 domini spiritum iugiter flagite-
 mus. Hic enim recreator & innoua-
 tor est mentium: sine hoc frustra
 laborat omnis industria: si diebus
 ac noctibus cum omni sollicitudi-
 ne & diligentia perfici satagas si-
 ne spiritu Dei, non efficies. Frustra
 conatur animus si non adest spiri-
 tus: experientia didici, quia non
 potest homo capillum capitis sui
 album facere aut nigrum, sic quō
 spiritalior fieri conor, eō amplius
 carnalior inuenior. Desperavi ita-
 que de me ipso, videns quia nihil
 proficio, & hoc solum mihi reli-
 quum est, leuare oculos meos in
 montes, vnde veniet auxilium mi-
 hi: auxilium autem meum à do-
 mino, qui fecit cælum & terram.
 Expectans expectaui dominum, vt
 intendat mihi: vt exaudiat preces
 meas, & educat me de lacu mise-
 riæ, & de luto facis. Laboraui cla-
 mans, rauca factæ sunt fauces meæ:
 defecerunt oculi mei, dum spero
 in Deum viuum. Et quæ est omnis
 deprecatio mea apud te domine?
 quid mihi est in cælo? aut à te quid
 vnquam volui super terram? Quid
 aliud clamo, quid aliud quoti-
 die à te postulo? nisi, emitte spiri-
 tum tuum domine, & renoua fa-
 ciem terræ huius: cor nouum, &
 spiritum nouū domine Deus meus,
 vt efficiar coram te noua creatura.
 Sed nō facile est spiritum obtinere:
 pretiosum balsamum est, & non da-
 tur nisi optanti. Vnde psal. Os meū
 aperui, & attraxi spiritum. Os cor-
 dis hiatus desiderij est, quo spiritus
 domini attrahitur inuocat. Sic cum
 inuocabat quæ dicebat. Surge a qui-
 lo, veni auster. Id est à quatuor vētis
 veni spiritus, perfla hortum meum,
 &

& fluēt aromata illius. Quōd si mul-
 tis lachrymis expetitus, crebris su-
 spirijs & obsecrationib⁹ inuocatus,
 assiduis bonorum operū fructibus
 promeritus, vix possidetur: quādo
 dabitur contemptori? Triplicē spi-
 ritum in scripturis inuenio: scilicet
 spiritū Dei, spiritum mundi, & spiri-
 tum carnis. Hos duos abijce, vt pos-
 sideas primū: valde enim contrarij
 sunt, neq; eos vnum capit habitacu-
 lum. Si quis negotijs secularibus im-
 plicatur, si quis illecebrosis turpitu-
 dinibus fordidatur, in hunc spiritus
 Dei nō intrat: hunc spiritus sanctus
 non inhabitat: quoniam quietis &
 puritatis amator est. Quietam & scū-
 dam illi mātionem offerat, qui cum
 cordis sui domicilio hospitari desi-
 derat. Vnde & in hac die, non nisi
 quietis & pacificis, & pariter confi-
 dentibus datus est. Sic enim Lucas
 ait. Dum complerentur dies Pen-
 tecostes, erant omnes pariter in eo-
 dem loco, & factus est repente de cę-
 lo sonus, tanquam aduenientis spi-
 ritus vehementis, & repleuit totam
 domum vbi erant sedentes. Ex qui-
 bus verbis quomodo ad huius spi-
 ritus aduentum te disponas aduer-
 te. Cōpleantur in te primò dies Pen-
 tecostes, & post longam delictorum
 pœnitentiam iubilæi plena remis-
 sio concedatur: quoniam in animā
 maleuolam non introibit spiritus sa-
 pientia: neque habitabit in corpo-
 re subdito peccatis. Spiritus nanque
 disciplina effugiet fictum, & aufe-
 ret te à cogitationibus quæ sunt sine
 intellectu, & corripietur à superue-
 niente iniquitate. Primo ergo ab o-
 mni peccato mundanda est consciē-
 tia, deinde cum fratribz quærenda
 concordia. Vnde sequitur. Erant o-
 mnes pariter in eodem loco: ipse e-

nim inhabitare facit vnus moris in
 ps. 67: domo. Nam & vnguentum illud ca-
 pitis quod descendit in barbā, bar-
 ps. 132: bam Aarom, vsque ad oram vesti-
 menti eius, quibus largiatur atten-
 de. Ecce quam bonum & quam iu-
 cundum, habitare fratres in vnum.
 Deus pacis est, & dissidentibus non
 cohabitatur. Vnde apostolus. Habete
 pacem, & Deus pacis erit vobiscum.
 Neque sufficit si alijs es pacificus, nī
 si fueris etiam tibi ipsi quietus. Su-
 per quem (inquit) requiescet spiri-
 tus meus, nisi super humilem &
 quietum, & tremementem sermones
 meos: Vnde sequitur. Repleuit totā
 domum vbi erant sedentes. Caue
 ne foris sedeas: nam si extra domū
 Dei sederis, spiritum Dei non acci-
 pies: nemo enim in spiritu Dei lo-
 quens, dicit anathema Iesu. Videant
 hæretici, & attendāt vbi sunt: quo-
 niā si extra domū Dei sunt, procul-
 dubio Dei spiritū non participant.
 Quæ autē sit ista domus apostol⁹ di-
 scipulo suo satis apertē denūciat, di-
 cens. Vt scias quomodo te oporteat
 ambulare in domo dei, quæ est eccle-
 sia. Extra domū es ò Luthere, ab oui-
 li diuisus es, & dicis anathema Iesu?
 In populo dei diuisionē & scissurā fa-
 cis, nō te inhabitat spiritus dei: non
 spiritu sancto, sed spiritu phanatico
 loqueris. Alia cōtra te argumēta nō
 quæro: sufficit mihi quia fratrib⁹ nō
 cohæres, nō es pariter in eodē loco,
 non sedes in domo dei cum cæteris,
 sed foris clamitas. Soli nō datur spi-
 ritus, singulari non conceditur gra-
 tia. Qui enim singularis videri vult,
 superbus est: & Deus superbis re-
 sistit, humilibz autem dat gra-
 tiam. Cauete igitur fratres ab ista
 peste: ecclesiam Dei catholicam &
 Apostolicam amplectimini: in ea
 S 3 quieti

ps. 118
Eph. 1. c
quieti manete: vt cum apostolis, spiritu Dei suscepto, per viam veritatis incedentes, in caelestem illam beatitudinem perducamini: quam nobis praestare dignetur, qui pignus aeternae hereditatis spiritum suis concedere dignatus est. Cui cum patre, & eodem spiritu sancto, est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

DE SPIRITU SANCTO
Concio secunda.

THEMA.

¶ Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrae. Ex Psal. 103.



Deu. 1. f

Iosue. 3
d

Ioan. 1. b
Heb. 7. c

Rom. 6
d

1. Pet. 1. a
d

Inter alios qui in veteri testamento domini saluatoris gessere figuram, vnus Iosue filius Num, re & nomine videtur habuisse primatum: hic nanque primus hoc nomine Iesus legitur nuncupatus, qui factus successor Moyse, sicco vestigio Iordane pertransito, filios Israel in terram desiderabilem introduxit, expugnata in ipso ingressu vrbe Iericho congressu mirabili. Non enim tormentis & iaculis, sed tubis & clamoribus muris corruentibus, tota penitus diruta est. Quid obsecro, Christo domino accommodatum magis, ac consonans, hac figura afferripotuit? Non lex Moyse populum in hereditate perpetua introducit, sed gratia qua per Christum est: nihil enim ad perfectum adduxit lex, gratia autem Dei vita aeterna. Hic verus Moyse successor, qui legem gratiam commutauit: populum suum per Iordanem vitae praesentis sicco vestigio traducit, & in hereditatem

incorruptam, immarcescibilem, in caelis conseruatam introducit. An non pede sicco Iordanis fluenta pertransit, qui doctus a Christo, inter medias voluptatum delicias, & diuitiarum affluentias, nullo libidinis vel cupiditatis humore pertingitur: qui iuxta apostoli documentum, sic habet uxorem, quasi non habeat? sic diuitijs gaudet, quasi non gaudeat: sic emit, quasi non possideat? sic vitur hoc mundo, quasi non vitur? Vnde psal. In flumine pertransibunt pede: ibi laetabimur in ipso. Illa vero ciuitatis Iericho expugnatione, eam que per Christum facta est, mundi, idolatriaeque, oppugnatione, aperte designat. Non enim exercitu & armis, sed apostolicis personantibus tubis, omnis altitudo murorum, id est principatum secularium, coram arca domini, id est Christi Iesu crucifixi sacra humanitate, ad pedes eius adoratura prosternitur. Sicut scriptum est. Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent. Et omnis ciuitas penitus vastata est, quia nihil de seculari vanitate, & ritu idolatriae antiquo, & mundi huius cupiditate immixtum, in ecclesia relictum est. Vnde omnibus fidelibus anathema terribile a Christo Iesu indicitur. Maledictus homo, qui postquam sacro baptismatis fonte ablutus est, de Iericho, id est de hoc seculo nequa quidpiam sibi reseruauerit. Reseruatur aliqui scio, sed male: reseruatur anathemate perpetuo feriendi, nisi eos peccati poeniteat: quia qui huiusmodi sunt, a Dei beatifica visione perpetuo separabuntur. Caue ergo o Christiane, caue, tibi aliquid reseruare de Iericho: non pallium coccyneum, id est carnis concupiscentiam: non siclos argenteos, id est auri cupiditatem:

1. cor. 7.

ps. 67.

ps. 44.

Iosue. 7
c. d
Gal. 1. a

ditatem: non linguam auream, id est blandientem adulatoriamque; seruaueris: haec enim omnia tibi mortifera sunt, & lethalia. Populus te nunc in vita praesenti multis iniurijs & contumelijs lapidabit, & perpetuo postmodum anathemate condemnaberis. Gratia de prorsus miraculum, ipsa mundi ad Christum conuersio: & quod ad fide roboranda, etiam si alterum non adesset, Augustino teste, sufficeret. Verum opus altissimi, & dextere excelsi mutatione, carnale mundum in spirituale conuertere, & ex brutalibus homines angelicos facere. Quis talem facere potuisset mutationem, nisi solus Deus? Quis obsecro, catholicam fidem mundo persuadere potuit, ut ea crederet, quae humanus non sustinet sensus, ratio non apprehendit, intellectus non capit, nisi diuina virtus adesset? Videlicet Deum esse vnum & trinum: Dei filium hominem pro hominibus factum: virginem peperisse: eundem crucifixum, & mortuum, & sepultum, resurrexisse: hominem verum in caelos ascendisse: futuram quoque omnium hominum post cineres resurrectionem: peccatorum in baptisate abluitionem: corporis dominici in synaxi assistentiam. Haec inquam, & huiusmodi, quae fides catholica firmiter complectitur, quis vnquam hominum credere potuisset, nisi exterius resonante apostolica tuba, interius spiritus sancti potenti virtute fulciretur? Sicut scriptum est, Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Mirares, & incredibilis quoque ipsa credulitas: cum haec primis praedicantibus apostolis audiebantur, signum quaedam videbantur & somnia: naenias quaedam & fabulas eos narrare putabant: & quasi deliros insanosque

ps. 76.

ps. 67.

deridebant, & explodebant: eos & doctrinam eorum mundi non sustinebat auditus. At post modicum, eos ipsos euangelicae doctrinae subsannatores pro eadem ipsa doctrina quam deridebant, alios lapidatos, alios crucifixos, alios laniatos, alios excoriatos, alios exustos, alios diris tormentis incisos, & crudeli morte damnatos, cum gaudio & laetitia haec omnia sustinere videres. Sic adhuc rat fides mentibus, sic in eorum cordibus crucifixi amor & virtus exarduerat. O mirabilem potentiam sermonis, o verbi Dei stupendam nimis efficaciam. Huic doctrinae rotus orbis contradicebat, omnis potentia secularis obfistebat: fremebat in discipulos domini, & stridebant dentibus suis principes terrae, dira supplicia exercentes, & duriora quotidie comminantes: fit vbique terrarum contra eos magistratum conuentus: conueniunt vbique senatus, omnes gentes, omnes populi, ciuitates opulentes, & amplissima regna, ut eos perderent, & occiderent: consilia incunt, & sicut scriptum est, congregatio taurorum in vasis populorum, ut excludant eos qui probati sunt argento. Et apertius: Fremuerunt gentes, reges terrae & populi conueniunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Vincula enim eis praecipua euangelica videbantur, quia videlicet eos a concupitis voluptatibus arcerent, & mundi delicias prohiberent. Iugum etiam im portabile lex domini apparebat, quia huius seculi diuitiarum, honorum, pompae vanitatem damnaret, & mundialis prosperitatis verum contemptum indiceret: ideoque contradi-

Heb. 11.

Aet. 5. g

Aet. 18. f

Aet. 7. g

ps. 67.

Psal. 2

cebant, ideo obfistebant: sed frustra, sed inaniter, sed vacuè. Quò enim amplius renitebantur, eò fortius fides catholica inualefcebat: & quò magis aduersabatur, eò amplius numerus fidelium excrefcebat: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, hominibus etià fortissimis fortius est. Huiusmodi ergo personantibus tubis, inclytus nostræ peregrinationis ductor Iesus, non Num, sed Dei viui filius, omnem malignorū spirituum, & terrenorum principū potestatem, Dei filijs aduersantē, & veri Israelis in desiderabilē promissionis terram, & cælestē Hierusalē ingressum præpedientē, spiritus sui virtute pstravit: renitētesq; animos fidei suę veritati subiecit: sicut iadiu per prophetas suos in suo aduētū se facturum promiserat: quibus huius tam mirabilis cōuersionis reuelarat arcanum. Vnde psal. de his. Exultationes (inquit) Dei in gutture eorū; & gladij ancipites in manibus eorū, ad faciendam vindictā in nationibus: increpationes in populis. Ad al ligādos reges eorum in cōpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: vt faciant in eis iudiciū conscriptū. Id est vt promissā in eis per scripturas prophetarum impleat cōuersionem: & quæ ad Abraam dicta est, omnium gentiū in semine suo, id est Christo, benedictionem. Neq; tamē (vt diximus) facile opus erat & leue, à pristina sua consuetudine, & inolita prauitate totum mundū cōuerrere: receptam tot seculis per totū orbem idolatriam penitus dissipare: antiquatos diu nephariorum sacrorum ritus, dæmoniorum cultum, & sacerdotalia officia procul eliminare: nouam seculo religionē, nouum

1. cor. 1 d
Act. 6 b

Ps. 147

Gn. 23 d

cultum, nouam fidem, nouam sapiētiā, nouos ritus, nouos mores, nouam omnino vitam toto orbe introducere: hominū sensus, affectus, voluptates, appetitus, & desideria omnimode permutare: in ueteratum omnibus peccatis mundum, & fæcivitorū infectum, eliminata prorsus omni turpitudine renouare: viuentium animos à terrenis ad cælestia, à temporalibus ad æterna, à presentibus ad futura sublimiter auocare: et vt gaudijs temporalibus, delicijs & voluptatibus abdicatis, contemptis diuitijs, abiectis honoribus, & seculi huius blandiētibus bonis, cæterisq; omnibus quæ solent ab hominibus naturaliter desiderari relictis, labores, sudores, asperitates, pœnitētijs, cruces, mortificationes, & quæ naturaliter omnes refugiunt, amplexentur: non vi & potentia, non exercitu & armis, sed paucorum hominum, & pauperum, abiectorumq; sola verborū acrimonia, sola sermonis efficacia persuadere: huiusmodi, in quā, tam mirabilis totius orbis permutatio, nisi Dei virtute, nullis viribus, nullo consilio, nulla prudentia, nulla virtute vnquam fieri potuisset. Ad hoc igitur de cælo spiritus sanctus missus est, vt mundū bene quidem & sapienter conditum, sed peccatis hominum male fœdatum, sua iterū virtute reficeret in nouaretq; & ad prioris formæ speciem similitudinemq; quantum fieri poterat redigeret: sicut propositi prothematis verba testatur. Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Hic autem spiritus, quamuis corporali quidem specie, in solos verbi Dei prædicatores, discipulos domini descenderit: inuisibiliter tamen totum orbē sua virtute

Sap. 1. b virtute repleuit. Sicut scriptum est. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Non enim tāta celeritate innumera hominum multitudo ad fidei veritatem conuerti potuisset, nisi fides ipse spiritus qui exterius per ora prædicantium personabat, interiorum audientium corda disponderet. Vnde in canticis sponsa, id est ecclesia de seipsa loquitur, dicens. Inuenerunt me vigiles qui custodiebant ciuitatem. Inuenerunt, inquit: nō ait, plasmauerunt: fundauerunt: formauerunt: à Christo enim domino, ex proprio latere in cruce, veluti altera Eua formatam, & spiritu oris eius ad suscipiendam fidem dispositam, paratamq; vigiles sancti, id est veritatis prædicatores, eam inuenerunt. Eia. job Dominus enim aperuit illi aurem, & ipsa non contradixit: sed in domini benedictionibus præuenta, vocantibus eam vigilibus occurrens, præueniebat eos. Sicut scriptum est. Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo. Et quænam alia Æthiopia, nisi deformis illa & idolatra gentilitas? Hæc à domino interiorum spiritu sancto præuenta, prædicatores quoque suos ipsa præuenit. Vnde ad illos dominus. Leuate (inquit) oculos vestros, & videte quia regiones iam albæ sunt ad messem. Descendebat tunc à Samaria ingens plebis ad dominum multitudo, vnius tantum mulieris voce accita. Has menses dominus apostolos suos contemplari volebat, ac si diceret eis. Attendite quanta sit iam gentium populis ad recipiendam fidem dispositio. Si enim vna mulier suo verbo tot ad mē cū festinatione sitibundas animas adducit, quid vos spiritu Dei plenos, in tanta gētium messe facturos existimatis? Verè alij

Cat. 3. a

Gn. 2. c

Eia. job

ps. 20.

ps. 67.

Ioā. 4 d

Ioā. 4. e

laborauerunt, & non messuerunt: quia segetes cælesti adhuc spiritus calore dispositæ non erant ad messem. Vos autem nunc in eorum laborem introistis, & quæ illi longo tempore seminauerunt, mira celeritate metetis: quia regiones iam albæ, dispositasque ad messem, Deo disponente reperistis. Non ergo humana persuasione (vt apostolus ait) sed Dei virtute, hæc tantarum messium tam subita & inopinata recollectio facta est. Quoniam regnū Dei non est in sermone, sed in virtute. Vnde Marcus euangelista de eisdē apostolis, prædicauerunt (inquit) vbiq; domino cooperāte. Et psal. Præparans mōtes in virtute tua accinctus potentia: qui cōturbas profundum maris sonum fluctuū eius. Montes & culmina terrenarum potestatum ad euangelicam doctrinā, sua virtute ipse intus præparabat, qui accinctus potentia eos exterius verbo vocabat. Ipse (inquam) præparabat, ipse trahebat, ipse ad pœnitentiam conturbabat: & conuictos persecutionis fluctus in Apostolos suos, ipse sedabat. Qualis autem & quanta fuerit hæc mūdi commotio conturbatioq; cum in gentibus euāgelica tuba personuit, nemo qui historias legerit, ignorat. Siquidem vt idem psalmista inquit. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. Quamuis nō inficior, posse per montes, Apostolicos quoque vertices designari: vtrōsq; enim mōtes sua virtute, vt diximus, spiritus preparauit: hos ad loquendū, illos ad audiendū. Quam aperte impletum est tunc, quod olim per Hieremiam prophetam sub perdicis typo dominus prædixerat. Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, b

1. cor. 2 a

1. cor. 4 d

Mar. 16 d

ps. 64

ps. 63.

Hic. 17.

& non in iudicio: in dimidio dierum suorum perdet eas: & in nouissimo erit insipiens. Est enim (vt fertur) hæc per dici vafrities naturalis, vt comparis suæ oua furetur, & super incubans adulterinos ex eis pullos educat: quos cum ad pastum iam adultos impudica furatrix eduxerit, audita veræ parentis voce, omnes illos amittit: adulterina enim fure relicta naturali instinctu omnes peruolat ad parentem. Sic omnino diabolo euenit apud Christum: creaturas quas non condidit fur tim surripuit: homines quos non ipse creat, in nido paradisi repertos, nequiter sibi & stultè vsurpauit: sicut ipse apud Esaiam sub Assur nomine, de suo isto furto impudentius gloriatur, dicēs.

Esai. 10 c In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum depre datus sum: & detraxi quasi potens in sublimi residentes. Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego cōgregaui: & non fuit qui moueret pennam, & ganniret. Fouit ergo per diciis more oua quæ non peperit: fecitq; sibi ex alieno nido diuitias. Sed non in iudicio: quia nequiter & stultè surripuit eas. Quas tamen longo tempore sibi retinuit, multisq; seculis tyrannicè possedit. An nō eas se possidere putabat, cū in montis culmine ad Christum insolèter dicebat: Hæc omnia tibi dabo. Hæc omnia dabis miser? Fecisti tu illa? Nō (inquam) fecerat, sed furatus fuerat. Alienis ergo pullis nouercam se exhibens, coli se ab eis quasi parentem adorari que fecerat. Sed neq; parēs erat, neque parētis viscera erga miseros exhibebat.

Matth. 4. b

Audita est tandem veræ parentis in orbe vox, ore apostolico pertonantis, & pullis audientibus agnita, relictoq; statim miserabili fure, ad verum conditorem celeri omnes volatu iunguntur. Quam cōfusus, quā solitarius permanit miser, alienis filijs denudatus! Sed in nouissimo amplius insipiens apparebit, quando subsannantibus & explodētibus cūctis, cum adulterinis pullis qui auolare noluerunt, præcipitabitur in infernum. Non mirum igitur, si tanta celeritate ad proprium dominum & parentem orbis terrarum cōuersus est, qui sub crudeli tyrānide tot se culis miserabiliter detinebatur captiuus, neque hanc ipsam captiuitatem agnouerat, donec euāgelica tuba veluti excitatus, ab ignorantia somno resipuit, & vbi esset agnouit. Sic enim in psal. scriptū est. Reminiscantur, & conuertentur ad dominum vniuersi fines terre: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familie gentium. Redibunt (inquit) ad se, & conuertentur: quasi enim extra se, & à suis sensibus alienatæ fuerant, cum statuis lapideis & ligneis, diuinum exhibebant honorē. Sed Deo exterius vocante, & interiorius illuminante, torpore relicto, redeunt ad cor, ad verum factorem & creatorem suum conuersi sunt. Tanta autem fuit vbiq; celeritas cōuersionis, quanta præcesserat ignorantia tenebra. Quippe sicut tenebræ eius, ita & lūmē eius. Vnde quatuordecim fere annorum spatio ab Hierusalem vsque ad Illyricum, tā celeritate peruenit, & innumeras vbiq; terrarum ecclesias cōstruxit. Tanta erat in mundo auuiditas libertatis, tanta vbiq; veritatis & sapientia

ps. 138

Rom. 15

fitis.

fitis. Sufficiat hæc de mundi conuersione dixisse, vt appareat ad quid spiritus sanctus aduenerit, & quem hominibus fructum eius aduentus attulerit. Reliquum est, vt quoniam totius terræ nunc facies arida facta est, & nos cum propheta quotidie à domino eundem spiritum flagitemus, qui ecclesiæ suæ faciem, quam mirabili decore depinxit, deformatam diu, in pristinam speciem renouet & instauret. Proh dolor, in quæ statum hodie ecclesia redacta est quantum à prima illa venustate degenerat? Verè, iuxta prophetæ vaticiniū, egressus est à filia Sion omnis decor eius, & omnis eius pulchritudo penitus immutata est. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarum, vt die ac nocte hanc filiaē populi mei contritionem de plorem? Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus: Vbi est ille claritatis splendor, castimonie nitore, deuotionis candor, & omnis virtutis ornatus, qui tunc vbiq; terrarum in ecclesiæ facie rutilabat? Lapidēs sanctuariorum, viri religiosi, quos tunc deuotionis cortina celabat, negotijs secularibus implicati, dispersi sunt in capite omnium platearum. Quocunque vadas, plena sunt omnia monachis: & qui cælesti curia olim assidui erant, principum hodie curias implent. Filij Sion, prælati ecclesiarum, quōdam vitæ sanctitate & morum honestate inclyti, auro sapientia primo vestiti, quomodo reputati sunt in vasa testea? quomodo ad terrena lucra, & temporales diuitias suos oculos deflexerunt? Quid enim aliud hodie quæritur ab episcopis, nisi argentum & aurum? de animarum verò salute vltima cura est. Ve

Thi. 1. b

Hic. 9. a

Thi. 4. a

Ibidē

rè opus manuum figuli, quia nō iam ad eorum promotionem spiritus sanctus inuocatur, sed principes exorantur, & à rege propter obsequia & amicitiam eliguntur episcopi: vnde regis non Christi negotia agunt: nimirum, quia regis factura sunt, & opus manuum figuli. Hinc episcoporum cateruas in curia residentes quotidie videas, ecclesias autem suis rectoribus vacuas: ac propterea lamia, id est heretici, hodie nudauerunt mamas, & lactauerunt catulos suos. Quas non ita fortè nudassent, si prælatorum vigilantia in populo non defuisset. Nota est Germanorum perditio, quos impia lamia Lutheræ fœtida lacte pascit hodie, & depascit. Sed & de populo Christiano quid expectandum est; si tales facti sunt proceres illius? Filia (inquit) populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Non est qui egenorum necessitatibus prouideat, qui alienis miseris condoleat, & erga proximum viscera caritatis expandat. Omnes quærunt quæ sua sunt: maiores deglutunt & spoliant minores: roduntque tributis & exactionibus substantiam eorum, quibus se debuerant præstare patronos. Cui assimilabimus principes istos, nisi struthionibus in deserto, qui nimia crudelitate, etiam pignorum suorum desertores sunt, & filios vteri sui nutrire despiciunt? Durantur enim teste Iob ad filios, quasi non sint sui. Talis est hodie populus Christianus, talis est familia Christi. Sed neque clerici facies speciosior est: candidiores olim Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores; at nūc denigrata est facies eorum super carbones: non sunt agniti in plateis. Quomodo

Thi. 4. a

Ibidē

Thi. 4. a

Phi. 2. c

Iob. 39

Thi. 4. c

Ibidē b

do

do enim inter alios dignosceretur, qui neque moribus, neque vita, neque habitu, neque eloquio à reliquis de populo differunt? Nam sicut populus hodie, sic & sacerdos. Vbi est illa sacerdotum matura grauitas: spectabilis honestas? sanctimonie candor? virtutis nitor? deuotionis feruor? & omnigenae doctrinae mirificus splendor? Vbi sapiens? vbi scriba? vbi doctor paruulorum? Adhaesit lingua lactentis ad palatum eius insiti, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Ideo lamiarum lacte potantur: ideo qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea. Defluxit populus in vitia, quia non est qui coerceat eum. Multi praedicatores, & pauci qui praedicent ut oportet. Non desunt qui praedicent verbo, sed desunt qui opere impleant quod alijs praedicant: & viuendo praecedant quos loquendo dirigunt. Deest etiam ille spiritus qui olim in sanctis praedicatoribus elucebat. Emitte ergo illum domine, & creabuntur: & renouabis ecclesiae tuae faciem deformatam. Nouam obsecro sobolem Deus in ecclesia tua spiritu tuo crea: novos pastores, novos doctores, novos principes, novos populi tui rectores & ductores, qui ecclesiam tuam labentem erigant: euersam reficiant: inueteratam innouent, & in pristinam pulchritudinem redigant & instaurent. Quoniam apud inimicos tuos factus es hodie propter nos opprobrium vicinis tuis valde, & vituperatio commorantibus in circuitu. Sceleribus & peccatis nostris blasphemare fecimus nomen tuum inter infidelium gentes, & paganorum populos de lege tua fecimus male sentire, dum legi imputant, quod sub lege populus male viuit. Sed hoc

Osee. 4
b

Esa. 33 c
Thi. 4 a

Ibid e

ps. 30.

quod generaliter de ecclesia dictum est, potest etiam ad unam quamque animam per se deriuari. Quid est enim anima sine gratia, nisi terra sine aqua? Vnde Propheta. Anima mea (inquit) sicut terra sine aqua tibi. Sterilis & arida, hispidoque deserto similis est omnis anima, quam tuus domine non rorat spiritus. Nullos virtutum germinat affectus: nullos bonorum operum producit fructus: caelestium gaudiorum foecunditate non viret: spiritualium desideriorum germine non vernat: sed velut arida terra, vacua germinibus sordet, & vertitur in saluginem. Emitte igitur domine de caelo ex nubibus aeternitatis tuae pluuiam illam voluntariam, quam segregasti haereditariae: rorem aquae vitae cui non communicat alienus: & hanc animae nostrae complere terram: ut grata tibi virtutum germina, placidos sapientiae flores, vernantes purpurantesque charitatis rosas, humore spiritus foecundata valeat germinare. Ros enim lucis ros tuus, sterilitatem auferens, foecunditatem tribuens, mentem inebrians, amissumque animae virorem restituens. Hunc (inquam) tuae benedictionis rorem, quo tuam hodie haereditatem irrigasti, in mentes nostras emitte, & creabuntur in nobis affectus ardentis, desideria viuia, cogitationes flammantes, amores igniti, sensus caelestes, affectiones purae. Haec enim noua spiritus soboles, haec pulchra cordis generatio est, quae iandiu, pro dolor, ablata & conuoluta est à me, quasi tabernacula pastorum. Restitue eam domine, vilitate terrae cordis mei, & inebria eam: multiplica locupletare eam, riuos eius inebrians: multiplica genimina eius, & in stillicidijs tuis letabitur germinans.

ps. 142

ps. 106

ps. 67

Esa. 66 d

Sap. 4 a

Esa. 38 c

ps. 64

germinans. Pinguescet speciosa deferti mei, & valles cordis mei abundabunt frumento: & campi tui replebuntur vbertate. Experiatur obsecro, in se anima mea, quod olim per prophetam tuum misericorditer promisisti, dicens. Deserta tua, & solitudines tuae angusta erunt, praehabitatoribus tuis. Et adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuae. Angustus est mihi locus: fac spatium mihi, ut inhabitem: & dices in corde tuo, quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola, & isti vbi hic erant? Vtinam domine, vtinam, haec tam decora sobolis generatione anima mea sic scaturiat, & haec filiorum suorum multitudine sic prematur, ut capere nequies dulciter affligatur: & praenunero & abundantia tota peressuat & rumpatur: effluat in laudes, rumpatur in ecstases. Felix anima quae spiritu tuo sic foecundatur, & caelesti progenie sic repletur: Sed non simplicem tantum, sed triplicem à domino spiritum cum propheta postulare debemus. Spiritum scilicet rectum, spiritum sanctum, & spiritum principale. Ita enim ait: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Tria namque in nobis sunt, quae spiritu Dei maxime indigent reformari: intentio, affectio, operatio. Ad haec igitur tria triplicem à domino spiritum postulamus. Rectum, qui dirigat intentionem: sanctum, qui mudet affectionem, principalem, qui firmet operationem.

Esa. 49
c

ps. 50.

Intentio per spiritum illustrantem in Deum, velut sagitta in signum plene dirigitur, quando in omnibus quae agimus, soli Deo placere curamus. Sed quid proderit quod bona praetendimus, si ab intentione recta per affectum deuiamus: Corrupta enim affectio intentionem rectam non sinet illuc peruenire, quod redit. Ideo spiritui recto spiritus sanctus adiungitur, ut ad bonum quod ratione praetendimus, voluntate afficiamur. Sicut alibi idem psalmographus ait. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: id est, fac ut cordi meo placeat, quod ex ratione os approbat: & voluntas amplexetur, quod ratio recta dicitur. Hoc sola spiritus sanctificatione perficitur: dum enim spiritus sancti calore animus sanctificatur, & purificatur à malis, haec ipsa puritate disponitur, ut inhercat bonis. Deus enim noster (ut propheta inquit) ignis consumens est: consumens (inquam) cupiditates terrenas, ut afficiat ad caelestes. Sed neque sic animus consummatus euadet, nisi quod recte intendit, & sancte concupiscit, efficaciter exequatur. Audi super hoc apostoli querimoniam. Velle (inquit) adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si Apostolus ita loquitur, quid nos homunculi dicturi sumus? Infirmum se ad exequendum bona Apostolus deplorat, & nos fortes erimus? Ad hoc ergo spiritum principale simpliciter flagitemus: ut iam quidem recte praetendentes, ac bene volentes sua virtute roborer ad opus: ut quod ardentem desideramus, efficaciter impleamus. Est enim spiritus domini velut obstetrix quaedam animae

ps. 118.

Dan. 4
d. & He
bre. 12 g

Rom. 7.

mae

ma, pios eius affectus educens in lucem: ut quos ipso eam fecundante conceperat, ipso obstetricante parturiant. Sæpe enim (ut propheta luges) veniunt filij vsque ad partum; & heu propter spiritus absentiam non est virtus in parturiente. Qui operatorius spiritus merito principalis vocatur, quia in eo maxime vita consistit. Ex operibus enim, & non ex solis affectibus iudicabitur quisque: sicut scriptum est. Opus hominis reddet ei. Et iterum. Qui reddet unicuique secundum opera sua. Vt anima bus prægnantibus, vae etiam abortibus, in illa die quæ cum suis foetibus damnabuntur. Tribus ergo viribus nostris, intellectui, voluntati, & sensui, triplicem à Deo spiritum requiramus. Rectum intentioni: sanctum affectui: principalem operatiuæ virtuti: rectum, ut illuminando dirigat: sanctum, ut inflammando afficiat: principalem, ut roborando confirmet. Non quod spiritus sancti personam distinguamus, sed munera eius & functiones discernimus: lumen scilicet, calorem, & virtutem. Et vide, ne forte isti sint tres panes, quos iuxta euangelicam parabolam monemur petere ab amico: scilicet scientiæ, caritatis, & fortitudinis: quibus infirmitas nostra, secundum omnes suas vires, reficitur, ne deficiamus in via. Quavis Eliseum prophetam, non triplicem, sed duplicem spiritum Eliae legimus postulasse: pro eo, ut existimo, quia ex illo duplici tertius regulariter oritur. Amor enim lumine formatus, vix vnquam potest esse otiosus. Sed quia non nisi in vase mudo spiritus puritatis recipitur, ideo ante spiritus petitionem præmisit: cor mundum crea in me Deus: & bene crea, hoc

Esa. 37 a
ps. 50.
Iob. 34 b
Rom. 2 a
Matth. 24 b
Luc. 11 a
4. reg. 2 b
ps. 50.

enim sorde vitiorum penitus tabidum & infectum, quis poterit emundare? Quis (inquam) poterit facere mundum de immundo conceptum a semine, nisi tu qui solus es, solus potes & vasculum cordis mundare, & spiritus liquorem infundere? Sicut concinne satis per alium prophetam promittis. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri. Ita nunc domine, ita fac cum seruo tuo, secundum misericordiam tuam. Quid enim aliud cupio aut requiro abs te, nisi spiritum tuum domine? Petat alius diuitias, delicias, honores, & dignitates: exoptet sibi sapientiam, eloquentiam, prophetiam, ingenium, aut quæuis alia clariora charismata: ego spiritum ipsum mihi volo, & exopto istorum omnium largitorem. Vanus nanque est omnis homo, quem non inhabitat spiritus Dei: at ubi spiritus Dei adest, deesse quid potest? Spiritus operatur omnia in omnibus: spiritus scrutatur secreta Dei: spiritus loquitur mysteria: spiritus docet omnem veritatem: spiritus testimoniū perhibet spiritui nostro quod filij Dei sumus: spiritus adiuuat infirmitatem nostram: spiritus interpellat pro nobis, & clamat, Abba pater: & si in peccato sumus, ipse nos arguit de peccato: & si in seruitute, ipse liberat de seruitute: quia ubi spiritus dñi, ibi libertas. Spiritus itaque, noster est pater, patronus, doctor, aduocatus, ductor, & custos. Denique spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, terram desiderabilem, terram lacte & melle manantem, terram viuentium: in qua cum patre & spiritu sancto,

Iob. 14
Ezech. 36 e.
ps. 118
1. cor. 12 a
1. cor. 2 e
1. cor. 14
Ioa. 16
Rom. 8
Ibid
Ioa. 16
2. cor. 3 d
ps. 144
Nume. 16 b.

cto, viuis & regnas in secula seculorum. Amen.

IN FESTO SANCTAE Trinitatis. Ad Philippum Hisp. Principem, Concilio prior.

THEMA.

Tres sunt qui testimoniū dāt in cælo: pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Ioann. in prima epistola canonica, cap. vltimo.



Vi profundum fluuium, aut aquis torrenteque vadū periculosum pedes transiturus est, multa in primis solet cauere: Primū nō se proijcit temerē in aquas, sed pedetentim cum multo timore & prouidentia pertransit. Secundō non fidens soli visui, baculum quo metiatur altitudinem aquarum assumit, quo etiam gressus regat, ne forte fouea occulta & latenti mergatur. Tertio si de nocte traiciendus est fluiuius inundas, vt ex ripa ei incendatur lumen curat, quo ipsum vadum appareat. In Ezechiele legimus fluuium quendam amplissimum de templo egredientem, per quem angelus prophetam deducebat, & mensus est mille cubitus, & traduxit illum vsque ad talos: & rursus mensus est mille, & traduxit illum vsque ad genua: & rursus mensus est mille, & traduxit illum vsque ad renes: & mensus est mille, torrentem quem non potuit

Eze. 47 a

transire: quoniā intumuerunt aquæ torrentis. Torrens iste qui exiit de templo, id est pectore saluatoris, sacra doctrina est: in qua sunt quedam facilia & leuia de moribus, & de virtutibus, de vitijs & peccatis: quedam profundiora de creatione, de gubernatione, & de prouidentia dei: quedam adhuc profundiora & altiora, de mysterijs redemptionis, & figuris eorum: quedam profundissima, altissima, impertransibilia, quale est hoc mysteriū de quo tractare debemus. Hodie nanque Princeps serenissime, pelagus profundum & abyssum magnam intraturi sumus: locuturi sumus non de moribus, nō de vitijs & virtutibus, non de rerum natura & eius creatione, non de cælo & astris, aut motu cælorum, non de animalibus & plantis, non de veteris testamenti figuris, sed de omnium rerum primo principio: de nature artifice, & potentissimo conditore: de illo secretissimo & impenetrabili diuinitatis arcano, & profundissimo Trinitatis mysterio. O altissima materia, & quis audebit pelagus tantum intrare? In hoc lacu profundissimo plurimi periclitati sunt: in hoc perijt Arrius: in hoc Sabellius, Manichæus, Photinus, & innumeri hæretici perierunt. Quia incautē intrauerunt, in hoc pelago magnæ suscitatae sunt tempestates in ecclesia: adeo vt nauicula Petri valde periclitata, & penē submersa sit. In eo ergo nos sensim & pedetentim intremus, nō temerē nos proijciamus, sicut illi. Vnde psal. Accedite ad eum & illuminamini. Ber. Ne irruatis, ne obruamini: nam scrutator maiestatis, opprimetur à gloria: sicut qui nimis attentē respicit solem non illuminatus, sed cecatur. Cum baculo etiam fidei

Matth. 8. c
ps. 35
Prouer. 25. d.

fidei intremus, qui precedat nos: ne fidamus visui nostro, ne praeamus ante baculum. Fides praecedat, ratio sequatur: intellectus ne praecat, sed sequatur fidem. Quia scriptum est. **Nisi credideritis, non intelligetis.** Oportet ergo credere, ad intelligendum: & non intelligere, ad credendum. Si credideris firmiter sine ratione, mira intelliges de diuinis secretis, mira etiam loqueris: sicut scriptum est. **Credidi propter quod locutus sum.** Noli ergo prius intelligere, ut credas: sed prius crede ut intelligas: Magna quippe stultitia est, vel le mysteria fidei ratione comprehendere. **O caeca superbia, ut vilis vermiculus & formica de terra, vasculo modico sui intellectus, Oceanum diuinitatis velit concludere, et pugillo comprehendere vniuersitatis authorem.** Quae in prospectu sunt videmus cum labore, ait Sapiens: quae in calis sunt quis inuestigabit? **Exiguas creaturas quas videmus non intelligimus, & absconditam deitatis abyssum volumus intelligere: Et quoniam nocte profunda ambulamus, postquam peccato parentis, spiritualis intelligentiae lumen amisimus, obsecremus aliquem de ripa securitatis, & gloriae, qui iam vadum transiit, & periculum euasit, ut nobis accendat lucernam ad ostendendum vadum istud, et lumē ad intelligendum, & gratiam ad loquendum imploret.** Sed quem potissimum obsecrabimus, nisi illam virginem purissimam, de qua scriptum est. **Non extinguetur in nocte lucerna eius.** In illa quippe tempestate passionis filij eius benedicti, omnes lucernae apostolorum vento illo persecutionis valde obtenebratae sunt, fides virginis sola inter illos perman-

Esa. 7. b
ex ver-
sione se-
ptuagi-
ia

ps. 115.

Sap. 9. d

Prouer.
31. c.

fit, ardens & lucens. In tota nocte vitae praesentis, à principio suae conceptionis vsque ad mortem, qua venit ad diem claram, toto vitae suae tempore lucerna & fidei & gratiae collatae nullo turbine, nulla tempestate extincta est, sed semper lucida & clara permansit. Ad hanc ergo virginem accurretes, gratiam postulemus, offerentes ei salutationem angelicam. ¶ Duo dicenda sunt themati proposito consentanea. **Primum de Trinitatis mysterio; secundò de eius testimonio.** Vtrunq; tangitur in themate. **Primum cum dicitur, hi tres vni sunt: secundum cum dicitur, tres sunt qui testimonium dant in caelo, &c.** De priori in hac concione dicitur: de secundo autem in sequenti.

GA principio mundi grade fuit hominibus desiderium, & naturalis quaedam ac vehemens inclinatio, nosse primum illud principium, & rerum omnium conditorem, quem vocamus Deum: qualis sit, cuius sit conditionis et naturae, & merito: quid enim optabilius, quid dulcius homini, quam nosse artificem et conditorem suum? Si enim imago pulcherrima à pictore aliquo depicta, capax esset sensus & intellectus, quid magis optaret, quam agnoscere et videre pictorem suum, et ipsum totis viribus suis benedicere et laudare? et multo amplius si ad eius similitudinem depicta esset. O pictor noster, o artifex mundi, omnia tua opera corporalia obieisti nobis, et te ipsum abscondisti, vbi quaeremus te?

Iob, si ad orientem iero non apparet: si ad occidentem non videbo eum. Posuisti tenebras latibulum tuum. Video caelos tuos, video stellas, maria, terram, opera digitorum tuorum, opera eximia, opera praclarissima, artificem

artificem verò non video, quae maxime videre desidero. **O nocte, o tenebras o peregrinatione, o exiliu intolerabile, o absentia conditoris durissima.** ¶ Psal. **Fuerunt mihi lachrymae meae pannes die ac nocte, dum dicitur mihi quod tridie: vbi est deus tuus: Non enim opera eius videre cupio, sed artificem.** Quonia sicut ait Aug. **Beat⁹ qui te videt, etiam si caetera non videat: qui autem te & alia videt, non ideo beator est.** Deu namq; esse per se notissimu est: omnia namq; hoc testatur. Clamat celum, clamat terra, clamat sol & astra, quonia ipse fecit nos, & non ipsi nos. Vnde neq; est, aut vnquam fuit gens adeo barbara, rustica & bruta, quae non haberet & coleret deum aliquem: quonia deum esse, omnis gens, omnis mundus agnoscit, quasi hanc veritatem ipsa natura monstrante. Sed qualis sit iste deus, cuius naturae, cuius conditionis, & qualitatis, corpore an incorporeo, vnus vel plures, visibilis aut inuisibilis, aeternus aut corruptibilis, productus vel improductus, & quomodo omnia disponat vel gubernet, & de eius prouidentia & sapientia, etsi sunt plures, an aequales vel inaequales, & de eorum dominio & iurisdictione, & conuersatione, & vita, hoc late: hoc arcanu secretissimu est & absconditum ab oculis mortalium: hoc est quod omnes homines tam ardenter scire cupiunt ab initio. **O quantum in hoc inquiredo & inuestigado illi antiqui philosophi & sapientes, qui mundi magistri & doctores se esse profitebantur, desudauerunt, diuitias & delicias mundi, & hominum societates deuotae, & contemnentes, ut huic scrutinio vacaret, & absconditum intra creaturarum nebulam reperirent.** Sed quantum est humanus intellectus, quanta rationis perspicacia, & ingenij acumen, ad tantum arcanu perscrutatum

dum: **Laborauerunt, sudauerunt tota vita, sed frustra. Defecerunt scrutantes scrutatio.** Vanu quippe erat eis ante lucem surgere. **Ante illam dicolucem quae illuminat omnem hominem veniet in hunc mundum.** Quonia haec veritas, hoc arcanu non rationis scrutinio, non intellectu lumine, sed diuina solui reuelatione manifestandum erat. **O bone Iesu, quatas & quam ridiculas insanias & stultitias de deo leserunt & docuerunt.** Vere, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. **Pudet referre ineptias pueriles illorum deorum quos colebat gentilitas: legatur Augu. de ciuitate dei: & ut vnus de multis dicat, quid puerilius, quid stultius, quam ponere tot deos & deas pro segetibus solis, sicut ponebat populus ille Romanus, qui omnibus imperabatur: Scilicet Seia, Segeta, Proserpina, Nodotus, Volutina, Patelena, Hostilina, Floras, Lacturcia, Matuta, Rucina, Tutilina: quasi non potuerint vnus deum inuenire, cui semel segetes commedaret, partitis muneribus vni facta committerent: alij segete prodeunt: alij crescentia germina: alij nodos: alij folliculos: alij spica patere: alij aristis se equate: alij florentes: alij lactescere: alij maturescent: alij messe: alij frumentum, ut tuto serualet: O miseranda insaniam tantae caecitatis & tenebrarum. Sed & cultus, & sacrificia turpissima erat. Erat namq; in hoc tanta varietas, ut vnaqueque provincia proprios haberet deos, variosque cultus, varios ritus, & varia sacrificia: ut liquidò constaret, in tanta varietate non posse consistere veritatem. In hac profunda caecitate & tenebris, per quinque mille annos, & amplius ferè, totus mundus permansit: sicut apostolus ait. **O gradis dei seueritas, o terribilis ultio peccati.** **Paucissimi autem ex illis philosophis, instinctu diuino, ut existimo, magis quam****

ps. 63.

ps. 126

Ioan. 1. a.

Rom. 1.

c

Augul.

4. de ci

uitate

Dei. c. 8

Rom. 1.

c

T
quam

quā studio, a lōge aliquid de hoc sa-
cratissimo arcano attigerunt, sicut
fuit ille Socrates, qui pro vno deo in
terijt bibita cicuta apud Athenas: &
Aristo, qui vnū naturā deū & princi-
pē asseruit: & Plato ille, vocatus diui-
nus, qui licet posuit plures deos crea-
tos, id est angelos, sicut & in psal. di-
cit, deus deorū dñs locut⁹ est, vnū ta-
mē posuit verum Deū, omnium cō-
ditorē. In quo etiā nescio quo instin-
ctu posuit quandā Trinitatē, scilicet
ipsum per se esse: id est esse primū: &
ipsum verbū, siue filiū dei, siue men-
tē, siue mundum exēplare, & idealē:
& tertio loco animā mundi. Vnde &
trinitas Arriana parū a trinitate Pla-
tonica differebat: neq; parū nocuit
Arrianis esse Platonicos. Mirum de
isto philosopho, qui rātum attigit de
hoc mysterio, vt dicat Aug. se in li-
bris Platonicis legisse totum illud
principiū Ioānis, In principio erat
verbū, & verbū erat apud Deum, &
Deus erat verbū, licet alijs verbis. Et
quid mirū de isto philosopho, cū
Hermes Trismegistus Platone mul-
tō antiquior, librū scripserit de ver-
bo perfecto, quē ego legi: in quo di-
xit, Monas genuit monadē, & in se
reflexa produxit ardorē. Quid ampli⁹
de Trinitate diceret Augu. An
putamus eos solo lumine naturali
hac attigisse, & non potius instinctu
quodā diuino hęc sensisse: quia viri
boni erat, & studio perquirēdæ veri-
tatis intēti, sicut Sibyllæ, quę multō
maiora dixerūt, lumine quasi pphē-
tico. Vnde Augu. de Virgilio sentit,
nō nisi instinctu dei dixisse, iam no-
ua progenies cęlo demittit alto, &c.
licet nesciēs quid diceret, sicut Cai-
phas. Qui philosophi licet de verbo
diuino plurima dixerūt, defecerunt
tamē in tertio signo, id est in cogni-

tionē spirit⁹ sancti: sicut Magi Pha-
raonis, vt refert Aug. in libro quæ-
stionū super Exodū. Talis ergo fuit
gētilitas. ¶ In populo autē Hebręo
a Deo electo & illuminato, de hoc
mysterio hoc solū innotuerat, quod
dicitur, Audi Israel, dñs deus tuus v-
nus est. Neq; ex sapiētibus, & legispe-
ritis, & scribis quisquā erat, qui aliud
sciret, aut pluralitatē aliquā in diui-
nitatis natura suspicaretur, præter
paucissimos Dei amicos, quibus pro-
pter amicitia & familiaritatē, de⁹ vt
maximū & præclarissimū donū Tri-
nitatis arcanū reuelauerat: et q̄ in il-
la vnitate & simplicitate deitatis,
quā lex proclamāt, aliqua esset plu-
ralitas demonstrauerat. Neq; hoc æ-
qualiter omnib⁹: priorib⁹ enim illis
patriarchis generaliter, & confusē
hoc exposuerat: sicut ipse dicit, Ego
dñs qui apparui Abraam, Isaac & Ia-
cob in deo omnipotēti, & nomē meū
Adonai nō indicaui eis. Quod nō de
nomine illo altissimo tetragrāma-
tō, sed de illo de quo dñs ait, Pater
manifestaui nomē tuū hominib⁹, in-
telligēdum existimo. Nā licet agno-
scebat Trinitatē in diuinis, nō tamē
personarū proprietates, origines, &
relationes, & nomina propria, quæ
posterī cognouerūt. Vnde ipse Da-
uid de seipso ait. Super senes intelle-
xi, quoniam præ omnibus clarius de
hoc mysterio locut⁹ est, proprijs no-
minibus, nominās personas, dicēs in
psal. Verbo dñi cęli firmati sunt, &
spiritu oris eius omnis virtus eorū.
Et in alio psal, Domin⁹ dixit ad me,
fili⁹ meus es tu, ego hodie genui te.
Quid amplius euāgelista diceret: Sic
etiam Esaias, & alij prophete poste-
riores, hoc intellexerunt: sicut ait
Grego. Crescēte tēpore, creuit noti-
tia veritatis. Quāti putas æstimabat
David

David hanc creatoris sui notitiam?
quomodo de huius tam alti ac mirifi-
ci mysterij sapiētia gloriabatur? Pl⁹
certē quā de regno, & de omnib⁹ di-
uitijs, & omni gloria mūdi. Propter
quod dicebat. Incerta & occulta sa-
piētię tuę manifestaui mihi. Gratias
tibi Iesu, gratias tibi lux vera, quę il-
luminas omnem hominē venientē
in hūc mundū. Tu nobis hoc arcanū
publicasti, & norum fecisti deus ho-
minibus. Ecce iam bubulcus, & ru-
sticus manu tenens aratrum & pa-
stor ouium custos, & agricola sege-
tes metens, nouerunt hoc secretum,
quod tūc solis amicis tuis pro dono
maximo reuelasti. Si quęras ab agri-
cola, a pastore & bubulco, dic mihi
quid sentis de Deo: Deus (ait) est pa-
ter, & filius, & spiritus sanctus, tres
personæ, & vnus Deus. O admiran-
dam gratiā. Hiero. Hoc doctus Plato
nesciuit, hoc eloquēs Demosthenes
ignorauit. Vnde & ipse dñs gratias
agēs patri, pro tāto beneficio, eleua-
tis oculis in cęlū, ait. Cōfiteor tibi do-
mine pater, rex cęli & terrę, qui ab-
scondisti hęc a sapientibus, & reue-
lasti ea paruulis: ita pater, quoniā sic
fuit placitum ante te. Et vt scias quia
de reuelatione hui⁹ mysterij loquitur,
adiungit. Nemo filium nouit, ni-
si pater: patrē autem nemo nouit ni-
si filius, & cui voluerit filius reuela-
re. Ex quo etiā colligitur, q̄ ex sola
reuelatione hoc mysterium potuit
innotescere. Vnde cū Petrus inter-
rogatus respondisset, Tu es Christ⁹
fili⁹ Dei viui: audiuit a domino, Bea-
tus es Simon Bariona, quia caro &
sanguis non reuelauit tibi, sed pater
meus qui est in cęlis. Ac si diceret.
Non tibi hoc mater synagoga, non
sacerdotes & scribæ, sed solus pater
meus de cęlo reuelauit. Beatus pro

tanto dono, quia hoc mysterium ag-
noscere meruisti. Non itaq; ratio-
ne, non studio, non experientia vel
aliquo alio lumine naturali, sed so-
la reuelatione Iesu Christi hoc inno-
tuit mundo: & mundus a tali magis-
tro cognouit Deum suum, quis es-
set, qualis esset, & quomodo esset:
adeo vt nihil restet, nisi videre eum.
O præclara notitia, o altissima sapiē-
tia, sola ista veritas, tres sunt qui re-
stimonium dant in cęlo, pater, ver-
bum, & spiritus sanctus, & hi tres vnus
sunt, præualet toti sapientię
mundi, plusquā omnis philosophia,
& omnis astrologia, & omnis alia
vel naturalis vel ciuilibus sciētia: quia
vtilius & optabilius est nosse creato-
rem mūdi, quā nosse motus cęlorū,
virtutes astrorum, herbarum, & ani-
malium naturas, & omnes creaturas.
Vnde dominus. Hęc est vita eterna, vt
cognoscant te verum Deum: &
quē misisti Iesum Christū. Sine alijs
scientijs saluari potest homo: sine
hac nō est salus. Hęc sapiētia omni-
bus hominib⁹ iam necessaria est ad
salutē: sine hac notitia post promul-
gatum euāgeliū, nullus saluabitur:
sed sicut scriptū est, ignorās ignora-
bitur. Vnde in symbolo. Hęc est fi-
des catholica, quā nisi quisque fide-
liter firmiterque crediderit, saluus
esse non poterit. Nam sine fide, im-
possibile est placere Deo. Hęc veri-
tas totius fidei vnica basis & firma-
mentum est: quicquid de fide tene-
tur, hoc vnico fundamēto solidatur:
Si Trinitatem neges, filium Dei in-
carnatum, natū, passum, resurrexis-
se, ascendisse, & ceteros omnes fidei
articulos quomodo credes? Vnde
Angu. loquens de Trinitate, ait. Ni-
hil difficili⁹ quęritur, nihil fructuo-
sius inuenitur, nullibi periculosius
erratur.

ps. 49.

Ioā. 1. a.

Deu. 6. 1.

Exo. 6. 4.

Ioā. 1. 7. a.

Matth.

11. d.

Ibidē

ps. 118.

ps. 32.

Matth.

16. c.

psal. 2.

Esa. 6. 1. a.

& 48. c.

Heb. 11.

a

erratur. Et propterea heretici qui in hoc articulo errauerunt, ceteris peiores fuerunt, quia totam fidem radicibus euellébāt. Quia igitur altissimum hoc Trinitatis mysterium sola Dei reuelatione mundo innotuit, idco sume colendum & venerandum, pie credendum est, non temere discutiendum, neque curiosè perscrutandum: id enim solum in hac parte cognoscere possumus, quod de se diuina clemètia reuelare dignata est. Vnde mea quidem sententia, sanctius multò, & magis pie doctores antiqui de hoc mysterio tractauerunt, quàm aliqui ex recentioribus, qui dum multa subtiliter disquirunt, hanc sacratissimam veritatem inuolunt, potius quàm exponunt. Quos bene diuus Ambro. ab hac subtili perscrutatione compescere debebat, dicens. Sanctus propheta ait, generatione eius quis enarrabit? & tu enarrare cõtendis? Et magnus ille doctor August. qui cum de hac superbenedicta Trinitate in sermone differeret, nomen vnum quo tres personæ illæ appellarentur perquireret, ingenuè respondet, nescio: & liberè me nescire profiteor: quod Christus voluit indicare, hoc solum scio. Augu. fatetur se ignorare quod reuelatum non est, & tu innumera de Trinitate secreta quæ reuelata non sunt explicare præsumis? & non attendis scripturam, in qua dominus hanc temerariam præsumptionem, & superbum scrutinium, per prophetam cohibet? Nam cum Esaias propheta dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum vidisset, & seraphim clamantia, sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus exercituum audisset, protinus dictum est ei: vade, & dices populo huic, audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, et nolite cognoscere. Ac si diceretur mundo. Nolite

Esa. 53 c

Esa. 6. a.

Ibidè

mortales secretum hoc scrutari mysterium: hoc nolite sapere: nolite intelligere: audite audientes, & solum credite: nam hoc vobis proderit ad salutem: credere enim pietatis est, velle sapere temeritatis. Vnde Bernar. Scrutari Trinitatem summa peruersitas est, credere Trinitatem salus animarum est: videre Trinitatem summa felicitas est. Et Augu. in sermone Trinitatis. Rogo vos fratres, hoc maius inter nos certamen sit, quomodo inueniemus, quomodo peccata nostra plagamus, quomodo aduersarios superemus: nam in die iudicij non damnor quia nesciui naturam creatoris mei, sed quia non seruauim præcepta domini mei. Hac itaque custodiamus, hæc sciamus, & fidem Trinitatis sincera & firma mente teneamus: ut per hanc fidem, & mandatorum obseruantiam, ad claram & beatam illius visionem & cõtemplationem pertingere valeamus cum angelis, in caelesti gloria. Ad quam nos perducatur. Amen.

DE EODEM FESTO
sanctæ Trinitatis. Ad eundem

Philippum Hisp. Principem,

Concio posterior.

THEMA.

¶ Tres sunt qui testimonium dant in caelo: pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. Ioannes primæ epistolæ canonicæ cap. vltimo.



Nno superiori coram serenissima altitudine vestra in concionem ascendens, duo mihi dicenda

ex

ex hoc themate proposui, scilicet de Trinitatis mysterio, & de Trinitatis testimonio. Alterum dixi, de altero dicendum mihi, hodierna die est: de quo multa sese offerunt tractanda. Scilicet de quo dat testimonium hæc spiritus aquæ, & sanguinis Trinitas, & quale est hoc testimonium, & quomodo tres vnum sunt. Non dico, pater, & filius, & spiritus sanctus: quia hoc fide credimus: sed de secunda Trinitate, scilicet de spiritu, aqua, & sanguine, quomodo hi tres vnum sunt? Quid enim spiritui cum aqua? quid aquæ & sanguini, cum sint tam diuersa, & discrepantia? Videndum est etiam, quomodo dant testimonium in caelo: nam vbi omnia patent oculo, quis locus est testimonio? In caelo omnia videtur, omnia in prospectu sunt in verbo: quid ergo opus est testimonio? Quod si dicatur sic intelligendum esse, quod tres in caelo dant testimonium non caelo, sed mundo: quomodo ergo spiritus sanctus qui est in caelo, tribus quæ in terra dant testimonium annumeratur, cum non sit de terra? Item quare verbum non annumeratur, cum etiam dedit testimonium in terra sicut spiritus sanctus? Hæc concione præsentem declarabuntur, adiuuante Dei gratia: ad quam impetranda virginis fauore imploremus, offerentes ei solitam salutationem. ¶ Tres sunt qui testimonium dant in caelo: de quo ex præcedentibus & sequentibus in litera notum est. Ait enim, omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria que vincit mundum, fides nostra. Et quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? Et spiritus testificatur quoniam Christus est veritas: neque solum spiritus testificatur hoc, sed tres sunt qui testimonium dant in

caelo, &c. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, &c. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Et ne dubitemus de quo testimonio loquitur, adiungit: quoniam hoc est testimonium dei quod maius est: quia testificatur est de filio suo. Qui non credit filio, mendacem facit deum: qui non credit in testimonium quod testificatus est Deus de filio suo. Vides quam aperte ostendit de quo dant testimonium, scilicet de fide catholica, & de eius fundamento in quo fundatur, quod Iesus est filius dei: super quo fundavit ecclesiam suam, sicut dixit Petro. Quasi diceret, non puteris fidem catholicam fabulam aliquam esse deorum gentiliū, aut figmentum Manicheorum, aut inuentum aliquod subtile & commentitium, aut Mahometicas nugas, & simile ceteris legibus, aut sectis, quas errore sequitur inuidus: non est sic, veritas firmissima est, fundatissima, grauissimis testimonijs de caelo & de terra corroborata. Quoniam tres sunt qui de illa scilicet dant testimonium in caelo, & tres qui testimonium dant in terra, &c. Dicamus iam nunc quantum iudiceat fides testimonio: mox dicemus, quibus testimonijs roborata est. ¶ Inter omnia Christianæ religionis præcepta, nihil magis arduum, nihil difficilius quam fides: ne cõferatis ieiunia, continentiam, humilitatem, patientiam, mundi contemptum, penitentiam, acerbitates omnes & cruces, omnia hæc in vnum adiuncta, leuiora & faciliora sunt quam fides. Nam iusto & bono viro quies & solatium est, relinquere mundum cum suis diuitijs & delictijs: credenti futuram beatitudinem, & perpetuam illam gloriam, non est valde difficile. Nam quid leuius, quam temporale bonum pro æterno, & exiguum pro eximio commutata

T 3 ref

re? Et si quid difficultatis est possum mihi persuadere, & appetitibus meis inferre vim, sed sublimes illas & inaccessibleis veritates fidei, quæ omnem intellectum superant, firmissimo sensu amplecti, et inconcussa fide tenere, id supra humanam facultatem, & supra humanas vires est. Nam exempli gratia, quod deus sit trinus & vnus, quod Deus homo factus est, crucifixus & mortuus, quod virgo peperit, quod corpus Christi in sacramento, & in qualibet parte hostiæ est, quod corpus in pulverem redactum resurget, quod supra solem fulgebit, quod caelo carneum & osseum corpus perpetuo locabitur, & ibi erit vita perpetua in corpore & anima, post resurrectionem: huiusmodi veritates fidei catholicas, quæ supra omnem intellectum & rationem sunt, iniungere homini arctissimo præcepto, ut mente amplectatur & teneat, & ut eas firmiter & absque vlla dubitatione & scrupulo credat, & sic teneat ut pro illis mori paratus sit, & omne genus mortis potius sustineat, quam vel modicum hæsitet aut dubitet, & hoc sub pœna ignis & damnationis æternæ, sicut in euangelio dicitur, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur: hoc, inquit, omnium præceptorum Dei maximum & difficilimum. Quod enim non capio, non intelligo, comprehendere non valeo, refugit sensus, ratio non attingit, intellectus non assequitur, iudicium remurmurat, quomodo assentiam, quomodo amplectar, quomodo credam: Quod si sensui meo & intellectui inferre voluero violentiam, ut renuens assentiat: quod amplius conabor, tanto minus adhære*

bit, & minus credet: fides enim non sustinet violentiam. O rem terribilem atque sublimem. Hinc accidit, ut qui ex Iudaismo, vel ritu Mahometico ad fidem Christianam adulti adveniunt, Christianæ vitæ stylum, conversationem, & formam, cæremonias, & cætera omnia quæ ad Christianismum spectant facile sequantur, fidem vero rarissime teneant: faciliusque ab eis impetrabis, ut vitam monasticam, aut solitariam & eremiticam cum omni asperitate degant, quam ut fidei catholicæ, & huiusmodi articulis assensum præbeant. Refugit enim intellectus eorum catholicas veritates, neque valet eas capere: horret, resilit ab eis: neque sic possunt illum cogere ad credendum, sicut voluntatem ad obediendum. Ad id arduum & difficile est hoc præceptum, ut nisi hominem interius Deus adiuuaret, impleri humanis viribus omnino non posset. Et ideo quisquis fidem catholicam tenet ac credit, Deo non sibi imputet quod Christianus est. Vnde dominus in euangelio. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. *August. Quid est, nemo venit ad me? Id est, nemo credit in me, nisi pater non solum adiuuerit, verum etiam traxerit. Vnde sequitur. Qui audiuit a patre meo, & didicit. Sicut Petrus, cui dictum est. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Qui sic (inquit) audiuit & didicit, qui sic illuminatus, & instructus, & adiutus est a patre, hic venit ad me: qui vero non audiuit, frustra conatur: nam per se suis viribus venire non potest. Donum Dei est fides, ut inquit apostolus, & non ex vobis. Et iterum. Vobis datum est, ut non solum in ipsum credatis, sed & ut*

pro

pro illo patiamini. Vides certe quod se fidem non habet, sed a Deo infusam recipit intellectus. Propter quod apostoli merito ac sapienter supplicant, domine adauge nobis fidem, scientes quia a se & per se habere non possunt. Ac si dicerent. Sequi te in omnibus parati sumus, & tecum in tribulationibus permanere, utcumque possumus: fidem ipse da, & quam dedisti adauge: nam hoc tuum est, nos ad id nostris viribus valere diffidimus. O verè magnum ac necessarium fidei donum, o mirandam illius virtutem, o potentissimum glutinum, quo veritates illæ sublimes & excelsæ omnem rationem & iudicium supereminentes ac transcendentes, intellectui nostro sic imprimuntur, ad glutinantur ut ei conaturales & congenitæ esse videantur. Sicut subtilissima membrana scriptura mandata radi omnino non potest, rumpi potest charta, sed non deleri: sic omnino fidei virtute, sublata omni illa repugnantia & resistentia, hominis intellectus emollitur & delinitur, & in eo catholice veritates inscribuntur & inscribuntur: ut nulla vi, nulla potentia, nulla argumentorum ac rationum apparentia, nulla sermonis ac persuasionis efficacia, penitus valeant aboleri. Quanta sustinerunt martyres? quanta passi sunt ne fidem desererent? Ecce discerpti & dilaniati sunt: potuit dira mors animam a corpore, sed non fidem ab anima separare, quia videlicet spiritus sanctus in corde eorum potentiam virtute descriperat. Magnum profectò miraculum, res tam dissonas & discordes, tam indissolubiliter vnire: tres enim mirabiles vniones fecit Deus, ut inquit Bernardus, scilicet quod humanitatem & diu-

nitatem vnuit in Christo: quod virginitatem & maternitatem vnuit in Maria: quod intellectum & fidem in Christiano coniunxit. Grande miraculum, quod in sacramento altaris corpus tuum sic aptasti: sed magnum quoque quod me illud credere firma fide fecisti. Fides ergo nostra propter eius difficultatem interiori indiget adiutorio, quæ & propter eandem causam exteriori indiget testimonio. Nam si firmissimis testimonijs non fuisset exterius corroborata, quis vnquam hominum credidisset? aut quomodo iuste damnaretur infidelis & paganus propter incredulitatem, si nullum de credendis testimonium accepisset? Vnde dominus in euangelio, de Iudæis ait: *Si non venissem, & opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Quæ enim ratione peccarent, non credendo quod filius dei, & verus Deus sum, si id operibus non probassem? At modò (inquit) exensationem non habent de peccato suo, scilicet incredulitatis, quia potentiam & diuinitatem meam solidissimis testimonijs & miraculis comprobauit. De quibus testimonijs psal. Testimonia tua (inquit) credibilia facta sunt nimis. Veritates quidem catholice, sublimes & excelsæ valde, & supra omnem rationem & intellectus facultatem, & ferè incredibiles: sed earum testimonia credibilia facta sunt nimis, quia fortissima, potentissima, vrgentissima, & euidētissima sunt supra modum. Vincit testimoniorum magnitudo articulo- rum credendorum difficultatem, vsque adeo ut nimis durè ac pertinax sit, qui post tantam testimoniorum syluam, & tam euidētissimarum*

T 4 proba-

probationum apertissimam lucem, fidei veritatibus credere reuolat. Nec ei potest suffragari credendorum sublimitas ne damnetur in iudicio, quæ tam multiplici fuit superata probationis testimonio. Nam licet fides super rationem sit, tamen rationalissimum est ut tam attestatæ veritati credatur. Et quidem Deo sine testimonio credendum est: quid enim potest dicere Deus, ut non dicentis autoritas verbi superet difficultatem? Quid multum facis o homo, si Deo credis quantum ardua & difficilia dicentis? Nonne attendis quis est qui dicit? Quanta quotidie credimus difficultia creditu asserentibus hominibus, de miraculis naturæ, quæ nunquam vidimus? de fontibus, de piscibus, de animalibus? Vt pote quod delphinus infantem inequitantem vehat per mare, & deducat ad littus: quod basiliscus solo visu homines interficiat: quod lapis quidam semel incensus diutissime ardeat, neque consumatur: quod salamandra viuat in igne. Natura enim (ut inquit Plinius) in suis operibus fide caret: sed tamen creditur a populo, quia referuntur in libris, propter scribentium autoritatem. Omitamus authores: quid obsecro altitudo vestra se vidisse assereret, quod non ab omnibus statim crederetur, etsi arduum & difficile videretur? Et si quis forsitan aut disserteret, aut dicti rationem peteret, quæ in urbanus & rusticus haberetur, propter summam dicentis autoritatem? O homo regi aut imperatori sine testimonio credis, & non credis Deo? Quæ est omnis autoritas hominis ad autoritatem Dei? Vnde Ioannes in epistola. Si testimonium

1. Io. 5. b

monium Dei maius est. Exaggera quantumuis credibilium difficultatem: certe exuperat supra modum Dei autoritas ut credantur. Non dicimus tibi ut credas Paulo, vel Mattheo, vel Ioanni, Esaiæ, vel Hieremie, aut alteri apostolo, vel propheta, sed Deo. Fides tua non alicuius hominis inuitur authoritati, sed Dei: non enim vos estis qui loquimini, sicut ait dominus, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Propter quod prophetae saepe repetunt. Hæc dicit dominus, audite verbum domini. Quasi dicerent. Non nobis fidem adhiberi postulamus, non nostra sunt verba quæ loquimur, sed Dei. Vnde apostolus locuturus de sacramento altaris, ego (inquit) accepi a domino quod & tradidi vobis. Et iterum. Dicit dominus, non ego. Et iterum. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Si ergo Dei sunt, & non hominis verba, quæ in fide catholica tibi credenda proponuntur, quid multum est si simpliciter dicta, & nullo testimonio fulcita, credantur? Nonne impium & temerarium est, a Deo dictorum suorum querere testimonium? Vnde dominus. Generatio (inquit) praua & adultera signum petit. Et iterum increpans duritiam Iudeorum ait. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Propter quod Zacharias pater Ioannis taciturnitate multatus est, nisi quia dictis angeli simpliciter non credidit, sed signi testimonium postulauit. Propter quod virgo sacra de fidei merito laudata est a cognata, nisi quia tam noua & ardua sacramenta solo angeli dicto, sine aliquo signo vel testimonio credidit? Vides certe quia fides de se non indiget testimonio:

Matth. 10. c.

Hic. q. 1. & b.

1. cor. 11. c.

1. cor. 7. b.

2. cor. 13. a.

Matth. 12. c.

Io. 4. 5.

Luc. 1. e.

Luc. 1. e.

monio: ideo enim fides est, quia non testimonio, sed dicentis autoritati innititur. Sed tum propter nostram fragilitatem, tum propter eius difficultatem adhibentur testimonia, quia dicentis autoritatem non videmus, sed credimus. Si enim Deum in prophetis loquentem oculis cerneremus, quid opus esset probatione? Propter hoc (inquam) opus illi est magno & multiplici testimonio, sicut in themate dicitur: Tres sunt qui testimonium dant in celo, &c. Nunc autem qualia eius testimonia sunt audiamus. Tres (inquit) sunt qui testimonium dant in celo. Et qui tres? Pater, & filius, & spiritus sanctus. O magna fidei autoritas, quæ talibus testibus comprobata est. Quid hac veritate firmitus? quid certius? quid sublimius? cui talia astipulantur testimonia? Non angelos, non archangelos misit in testimonium, sed ipsa maiestas venit, ipsa descendit, & testimonium perhibuit. Quanta firmitas, quanta autoritas. Nam si publicum aliquod instrumentum de re grauiissima describendum esset, rebellio, officio in eo fingeretur. Tolerantius antistes, & testes qui fidem rei facerent, summus Pontifex, Imperator, & Rex Franciæ forent, quam authentica esset ea scriptura: quis huiusmodi instrumenti fidem refutaret in iudicio? aut quasi incertam & inuolidam reiiceret? Hæc est fidei catholice sublimitas & dignitas, quæ non humano aut angelico, sed diuino etiam fulcitur testimonio. Huius testimonium perhibuit pater ad Iordanem de celo intonans super filium, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit: et idem iterum in Thabor repetens, filio tunc fulgentissima gloria coruscate: ter-

Matth. 2. d.

Matth. 7. a.

tiò quoque cum filius oraret, clara mea pater claritate quam habui apud te, priusquam mundus fieret: non in secreto, sed publico, coram omni populo de celo, quasi tonitruo quodam, huius testimonii dignitatem atque sublimitatem commendans, mirabiliter respondens, & clarificauit & iterum clarificabo. Propter quod dominus huius testimonii dignitatem & sublimitatem commendans, ait. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati: ego autem non ab homine testimonium accipio, ego habeo testimonium maius Ioanne: nam qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Dedit & testimonium verbum huic veritati, sicut ipse ait. Ego testimonium perhibui de me: & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Et quale sit eius testimonium audite. Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. Et iterum. Si non facio opera patris mei, nolite credere: si autem facio, si mihi non creditis, operibus credite. Ac si dicat. Vidistis miracula potentissima; mortuos ego suscito: cecos illuminio: leprosos & infirmos solo verbo curo: mari & ventis & vnuerse creaturæ impero: & de mea diuinitate dubitatis? Magnum miraculorum testimonium, magnum resurrectionis, magnum & ascensionis: sicut ipse ait, nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo. Id est non aliud euidentius testimonium requiritis, ut credatis quod de celo sum, & de celo veni, quam quod oculis proprijs in celum me remeare videbitis. Huius quoque testimonium perhibuit spiritus sanctus, cum in specie columbæ super ipsum descendit in Iordanem, & in die Pentecostes in igne descen-

Io. 17. a

Io. 5. e.

Io. 8. b

Io. 10. g

Matth. 11. a

Matth. 8. c.

Io. 3. b

Mar. 1. a

Act. 2. a

descendens visibiliter de cælo, apostolorum mentes illuminauit, & omnium gentium linguis magna de ipso domino Iesu, ore ipsorum in conspectu omnium eructauit: sicut ipse dominus prædixerat. Cum venerit paracletus, spiritus veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Vidistis e cælo potentissima testimonia: sed non solum cælum, sed & terra huic veritati testimonium astipulatur. Nam tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quorum testimonia etsi minora prioribus, tamen splendidissima sunt: spiritus in corde, aqua in baptismo, sanguis in martyribus: quorum virtutis & magnitudinem latius disseram. Qui ideo martyres dicuntur, quia fidei testes fuerunt: in quam non verbo & eloquio, sed sanguine & morte iurarunt. Quis dubitet credere, quod tot millium martyrum sanguine confirmatum est? qui velut fluvius in mundo in primordio ecclesiæ nascentis inundauit? Pendet Petrus in cruce: pendet Andreas frater eius biduo prædicans ex patibulo: pendet Simon, Thadæus, cruci affixus, Bartholomæus excoriatus, & Stephanus lapidatus in fidei testimonium. Audite gentes, attendite populi, ecce morimur, & volentes, non qualicumque, sed atrocissima morte morimur: nulla nobis est iam expectatio mercedis in mundo: si non vera sunt que narramus, si Christum ipsis oculis non vidimus resurgentem, & ascendentem, ut predicamus, ad quid ista patimur? ad quid tam dira tormenta volentes sustinemus? Quis tam stolidus, stupidus, & insanus, ut pro falsitate scienter & sine premio moriatur? Non enim audita, sed vi-

sa narramus. Si non vidimus, si fallimus, falsum contra Deum testimonium tulimus, quod suscitauerit à mortuis quem non suscitauit, & falsus testis non erit impunitus: quale ergo à Deo qui veritas est, pro nostro mendacio retributionem expectamus? O mirabile testimonium: quis ira desipuit, ut pro mortuo & crucifixo mori & crucifigi sine premio patiatur? Sed & sequentium martyrum innumera multitudo huic testimonium perhibet veritati: qui licet non viderunt ea pro quibus moriebantur, nunquam tamen presentem vitam sine exponerent, nisi de alia meliori & perpetua certissem. Non enim simplices & rusticis, sed viri ingentis sapientes, & cordati fuerunt. Sed inter hoc maxime fide roborat, tanta virginum morientium caterua, quarum martyria quis non admiraretur? Videas puellas tenerrimas & delicatas, quæ vel murium vel lacertarum solent aspectum formidare, ut leones ut vrsas, impaudas a stare iudicibus: cruentas non reformidare bestias: à carnificibus intrepidatè laniari. Quis Deum in puellarum pectore lateptem non vidcat: quis non humanam, sed diuinam hanc fuisse fortitudinem nesciat? quis talia testimonia non recipiat? Dat & testimonium aqua in baptismo: olim enim quando catholica fides fundabatur in orbe, ut hominum mentibus firmiter adhereret, in eius robur & firmitatem, spiritus sanctus in baptismo visibiliter in oculis omnium apparebat, & qui baptizabantur quandoque linguis gentium, sicut in die Pentecostes loquebatur: quod signum non parum contulit illis temporibus ad fundandam fidem. Dat quoque testimonium spiritus in corde,

de, sicut idem Ioannes statim adiungit, dicens. Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se: id est non opus est ut exteriora quærat testimonia, nam in corde suo fidei suæ grauissimum, & validissimum testimonium experitur. Acceperat hoc testimonium qui dicebat, quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Verè exuperat omnem corporalem dulcedinem gustus Dei in corde iusti: nec opus est ut exterior quærat, quem intra se gustat. Nam sicut fauus mellis, & caro per dicitis, & frustum panis, & quisquæ alius cibus suo gustu discernitur, sic Deus suo quoque gustu dignoscitur. Ad quem idem propheta nos inuitat dicens. Gustate, & videte quoniam suavis est dominus. Sed hoc testimonium non omnibus patet: manna absconditum est, quod nemo nouit nisi qui accipit. Felix anima, quæ tali abundat testimonio: huic cætera testimonia superfluunt. Nam quæ diuini amoris feruore extra se rapta torrente illo voluptatis ultra quam sensus capere potest inebriatur, quomodo potest dubitare, se experiri quod gustat? Sed hoc experimentum breuissimum & rarissimum est. Cæterum & in cõmuni vita fidelium, ipsa pax & tranquillitas bonæ conscientie, dum quæ fidei sunt custodit & facit, & in oppositum amaritudo & inquietudo cordis discedentium à Deo, satis per se ostendit, verum esse quod creditur. Huiusmodi sunt, qui teste Augustino, dicere possunt ecclesiæ. Iam non propter tuam loquelam credimus, nam ipsi audiuius & scimus, quia hic est verè saluator mundi. Hic autem spiritus de quo loquor, non spiritus san-

ctus, sed spiritus hominis intelligendus est, qui de terra est, & ideo terrenis testimonijs annumeratur. Sed quomodo, tres vnum sunt, dicamus: si tamen littera hæc suscipitur à fidelibus, nam multi codices hoc non habent: & ut quidam dicunt, addita est ab hæreticis hæc particula. Sed quoniam sic communiter legit ecclesia, intelligi debet, non quod hi tres spiritus, aqua, & sanguis, vna res sint, sicut & supra de prima, semper benedicta Trinitate dixi, sed quod vnum sit eorum testimonium, & ab vno principio procedat. Nam idem spiritus sanctus est, qui martyres fortificat in martyrio: & qui visibiliter apparet in baptismo: & qui testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij Dei sumus. Et sic idem est testificator, & idem testimonium, non formaliter, sed causaliter: licet varia sint instrumenta, per quæ exhibetur: Audistis de cælo & de terra magna & egregia testimonia, sed non hæc sola sunt, sed præcipua: nam plurà alia ijs connumerari possunt. Torus nanque orbis, & omnis creatura, huic veritati testimonium perhibuit. Nam sicut ait Gregorius, sol testimonium perhibuit, cum in morte eius lucem abscondit. Astrum dedit testimonium, quod in natiuitate eius insuetum apparuit. Cælum dedit testimonium, quando factus est repetè de cælo sonus, tanquam aduentus spiritus vehementis: & cæli distillauerunt à facie Dei Sinai. Angeli dederunt testimonium, qui in eius natiuitate suauiter cecinerunt, & in resurrectione & ascensione, apostolis apparuerunt. Dæmones, etsi muti, testificati sunt, licet eorum testimonium nullum sit: quando clamabant: scio te quod sis sanctus Dei, filij Dei,

Ioan. 1

1. Io. 1

1. Ioan. 9

ps. 30

ps. 33

Apo. 2

ps. 35

Ioan. 4

Matth. 27. c.

Matth. 2. a

Aet. 2. a

ps. 67.

Luc. 2 b

Matth. 27. a.

Aet. 1. b

Luc. 4 f

Matth. 27. f.

Marc. 1. Dei, vt quid venisti perdere nos?
 c. Terra testimonium dedit, quæ ipso
 Matth. 27. f. morienti contremuit. Mare testi-
 monium dedit, quod se sub eius pe-
 Ioã. 6. c. dibus calcabile præbuit. Venti de-
 Matth. 8. d. derunt testimonium, qui ipso iubé-
 Mar. 11. te siluerunt. Arbor dedit testimo-
 b. nium, quæ ipsius præcepto statim
 Esa. 1. a. aruit. Iumenta dederunt testimo-
 nium, siue quando agnouit bos pos-
 fessorem suum, & alinus præsepe do-
 Mini sui: siue quando in mare ipso
 Mar. 1. c. permittente præcipitata sunt. De-
 niq; saxa durissima testimoniū per-
 hibuerunt, quado in eius morte scif-
 fa sunt. Vides testimoniorum syluā:
 vides omnem creaturam coniuras-
 se in testimonium creatoris. Væ mi-
 seris, qui obstinati animo tam innu-
 mera eius testimonia non suscep-
 runt. Sed & hodie innumera quoti-
 die per orbem testimonia fiunt: &
 cælum, & terra, & omnis creatura
 huic veritati astipulatur: vero si qui
 dem omnia consonant. Sed libet ex
 tam multis aliqua specialiter annu-
 merare, & prædictis adiungere, quæ
 ampliora & notoria sunt. Dāt quar-
 tō testimonia de terra, multa & grā-
 dia miracula quæ facta sunt, & quo-
 tidie fiunt à sanctis: quæ quidē ideo
 miracula sunt, quia sola Dei potesta-
 te fiunt. Quæ cū à fidelibus in nomi-
 ne Iesu fiant, si non est veritas in Ie-
 su, Deus vtique testificator est, asti-
 pulator est falsitatis, quod dicere
 blasphemia est. Quod si tam bonis &
 præclaris viris ore nefando fraudē
 imponas, dicens, quod Magi & ma-
 lefici fuerint, & per suas incantatio-
 nes opera diaboli miracula edide-
 rint: quid dicere poteris de ossibus
 eorum, ad quorum sepulchra quoti-
 die ingentia miracula fiunt? non e-
 nim maleficus est qui mortuus est.

Si ergo Deus huiusmodi viros mira-
 culis honorat: & fidem eorum ipsis
 iam mortuis, prodigijs cōmendat,
 audeo dicere, si ipsi in errore & pec-
 catis dormierunt, & fides eorum ve-
 ra non fuit, Deus deceptor est, &
 Deus hominibus imposturam facit
 qui & vitā eorum, & fidem miracu-
 lis illustrat. Quis enim imputet ho-
 mini si eos honorauerit, & sequa-
 tur, quos tam immensa miracula, &
 tam egregia testimonia etiam mor-
 tuos commendant? Aut ergo fides
 ecclesiæ vera est, aut si nō, Deus de-
 ceptor est: hoc autem & cogitare sa-
 crilegium est, ergo primum verissi-
 mum & certissimum. Quintō testi-
 monium perhibent huic veritati re-
 uelationes & apparitiones angelo-
 rum & sanctorum, quæ frequenter
 fiunt in ecclesia, & spiritus prophē-
 tiæ qui in sanctis aliquando apertis-
 sime cernitur. Omitto libros grauif-
 simorum virorum: quanta quotidie
 narratur ab hominibus fide dignis,
 & sanctis, de huiusmodi visionibus,
 & reuelationibus, ac apparitioni-
 bus, non in somno tantum, sed & in
 vigilia sibi factis. Sed de antiquis,
 quàm publica & notoria fuit illistē
 poribus illa martyrum Geruasij &
 Prothasij apparitio, quæ Ambrosio
 facta est? Sed & illa Gamalielis &
 Stephani, quæ presbytero Lucia-
 no monstrata est? quibus fidem fe-
 cit indubitata subsequuta corpo-
 rum inuentio. Plura de his dicere,
 nisi timerem modum concionis ex-
 cedere. Sextō testimonium perhibet
 & verē maximum scriptura sancta,
 ad quam nos ipse dominus remit-
 tit, dicens. Scrutamini scripturas,
 quia ipsæ testimonium perhibēt de
 me. Dic mihi o Pagane, responde
 Barbare, nunquid qui dicere potuit
 res

res futuras antequam fierent, non
 communes & vulgares, sed insignes
 & illustres, per bis mille annos an-
 tequam fierent, & postea sicut dixit
 impleuit, nonne hic Deus est? & quæ
 ab eo taliter dicta, & impleta sunt,
 vera sunt fidei catholice sacramen-
 ta? Quæ fide nos Christiani profite-
 mur, omnia multis ante seculis à
 Deo pronunciata sunt prophetarū
 oraculis: si dubitas, non nostros, sed
 Iudæorum codices ostendo, inimi-
 corum nostrorum: lege, perlege: &
 si non es certus, intellige: & impleta
 esse oculis cerne. Quomodo falsum
 esse potest, quod tam longo tempo-
 rum curriculo ante pronunciatum
 & promissum est? aut quis ea potuit
 tam longè ante prædicere, & prædi-
 cta opere implere, nisi Deus? Hęc ra-
 tio si diligentius attendatur, diffi-
 lis est solutionis. Hanc insinuat deus
 per Esaiaam prophetam, dicens. Ego
 dominus, & non est alius. In abscon-
 dito non loquutus sum in loco ter-
 ræ tenebroso. Annunciate, & veni-
 te, & consiliamini simul, quis audi-
 tum fecit hoc ab initio, ex tūc præ-
 dixi illud. Nunquid non ego domi-
 nus, & non est vltra Deus absq; me?
 Et postea. Audite hæc domus Iacob
 qui vocamini nomē Israel. & c. Prio-
 ra ex tunc annūciaui, & ex ore meo
 exierunt, & audita feci ea: repente
 operatus sum, & venerunt. Sciui e-
 nim quia durus es tu, & neruus fer-
 reus ceruix tua, & frons tua ærea.
 Prædixi tibi ex tunc: ante quā veni-
 rent indicaui tibi, ne fortè diceres,
 idola mea fecerunt hæc: sculptilia &
 conflabilia mandauerunt ista. Quæ
 audisti vidi omnia. O validissimum
 argumentum: hoc vtitur Augustin⁹
 contra gentiles, in libro de concor-
 dia euangelistarum diffusè, & mul-

tō diffusius Eusebius Cæsariensis, in
 libro de demonstratione euangeli-
 ca, in quo satis copiose per totum
 demonstrat librum, ea quæ in euangi-
 gelio videmus impleta; vaticinijs
 prophetarum amplissimè fuisse diu
 ante prænunciata. Septimō dat fidei
 testimonium legis euangelicæ puri-
 tas & sanctitas, sicut scriptum est.
 Lex domini immaculata conuer- ps. 18.
 tens animas. Quid (inquam) purius,
 quid syncerius, quid perfectius euā-
 gelio? Quæ philosophia moralis,
 quæ lex, quæ doctrina homines sic
 iuste & sanctè viuere docet, & circa
 mores mundum in sanctitate & ve-
 ritate sic instituit, vt lex Christi? vt-
 pote quæ nullum malum admittit,
 nullum bonum omittit, nullam tur-
 pitudinē sustinet. Quàm pura, quā
 decora, quàm recta, quā iusta esset il-
 la respublica, quæ lege hac institu-
 ta, nihil præteriret, nihil omitteret?
 Cui si Platonis, aut Ciceronis, aut
 ceterorum philosophorum respu-
 blicas conferas, impiæ, iniquæ, &
 fatuæ videbuntur. Quod si doctrina
 Platonis aliquando mirabilis visa
 est, hoc ideo fuit, quia in pluribus e-
 uangelicæ doctrinæ consona fuit.
 Non ergo indiget alio fulciri testi-
 monio lex euangelica, quia ipsa si-
 bi satis testimonium perhibet, quia
 vera est. Dat vltimō testimonium fi-
 dei sanctorum fidelium modestissi-
 ma, innocentissima, atque sanctissi-
 ma vita: quorum sanctitas & perfe-
 ctio, humanam transcendere facul-
 tatem visa est: non enim humana,
 sed angelica, in mortali corpore vi-
 sa fuit. Bone Deus: si illi qui relictis
 omnibus mundi diuitijs atque deli-
 cijs, in summa honestate & simplici-
 tate degentes, tibi soli, honori tuo,
 obsequio tuo, & tuis laudibus dic-
 ac

ac nocte, quasi angeli quidam humanati, vacantes, nihil prater te querentes, soli contemplationi & orationi instantes, nulli hominum nocentes, omnibus benefacientes, humiles, modesti, & pii, si isti (inquam) decepti sunt, & in errore vixerunt, & tanquam male de Deo sentiētes, & perfidi, & sacrilegi damnati sunt: qui ergo sunt qui saluantur? Si hos (inquam) despexisti, & deseruisti: si hos errare permisisti, qui super humanam facultatem sancte & pure vixerunt; tui obseruatissimos ac deuotissimos, quos ergo alios diligis? quos illuminas? Si isti maiestati tuae non placuerūt, qui sunt qui placēt? Neque enim tales in omni virtute & sanctitate, mundus vel habuit, vel vidit. Absit, absit hoc à Deo, ut huiusmodi cultores ac dilectores suos sanctissimos errare permiserit: & quos tanta puritate & sanctitate perfecit, eterna morte damnauerit. Nec enim ad tantae excellentiae culmen propria virtute, sed Dei gratia perueniunt. Hæc sunt catholice fidei testimonia, sole clariora, luce splendiora, quæ de cælo & de terra ei suffragantur. Verè mirabilia testimonia tua domine, ideo scrutata est ea anima mea. Quid enim delectabilius, quid iucundius, quàm in his meditandis, in his ponderandis, ruminandis, scrutandis, die ac nocte versari? Superat hoc omnem mundi deliciarum dulcedinem, sicut propheta ait. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Verè beati qui scrutantur testimonia eius, & in toto corde exquirunt eum. Et ubi inquirendus, nisi in illorum diligentissimo scrutinio? Certè videbis quàm verum sit quod premisimus ex propheta. Te-

ps. 118
ps. 118
Ibidè

stimonia tua credibilia facta sunt n^{ps. 91} mis. Sed vnde credibilia nimis, nisi quia fortia & apparatus nimis? Quis enim adeo pertinax, proteruus, durus, ut his auditis & cognitjs testimonijs repugnare audeat, & à credendo abtineat? Dicam fratres, dicam, & cum nimio cordis mei gaudio dicam: etsi vobis forsan temerarius visus fuero, dicam: fides tua domine, sanctis fidelibus tuis, qui in huiusmodi testimoniorum scrutinio versantur, iam vix fides est: quoniã de fide, iam quodammodo trãsit in lucem. Sicut scriptum est. Iustitia in eo reuelatur de fide in fidem. De fide obscura, in clariorem, & quali notam; quæ iam fides vix est. Nò quòd aliquis mortalium sine fide viuat, & per speciem ambulet: hoc enim nò viatorum, sed beatorum est: in vmbra enim eius viuemus inter gētes, inter angelos verò in lucem. Si enim virgo sacra in fide vixit, & de fide laudata est à cognata, in qua facta sunt diuina mysteria, quis factorum sine fide viuit? Sed quòd volo dicere hoc est: plurimos sanctorum in hac vita, siue testimonio illo interiori spiritus de quo diximus, siue horum testimoniorum diligentissimo scrutinio, ad notitiam fidei maiorè, imò ad intelligentiam per fidè pertigisse. Sicut scriptum est. Nisi credideritis non intelligetis. Non quòd de Trinitatis, aut incarnationis, aut sacramenti altaris, aut de alio articulo simili in particulari euidentiã habeant, licet nonnulli putent se illorum aliquod demonstrasse, sed quòd in genere & in vniuersali, veram esse fidem catholicam quam tenent quodammodo clarè videant. Cum qua tamen generalis euidentiã stat, quòd de singulis articulis aliquo modo

Rom. 1
2. cor. 10
Luc. 10
Esa. 7. b
secundū

modo in speciali fidè habeant. Quia licet constet in vniuersali de omnibus quòd veri sint, quomodo autem eorum quilibet verus sit, non videt. Hæc tamè lux (vt ego existimo) trãsit, & non diu remanet in intellectu, Deo sic volente, ne fidei meritum deperdatur: nam in hac vita vtilius est nobis credere, quàm intelligere. Propter quod, Deus fidei probationes, quas diximus, sic temperauit, vt fides fulciretur testimonio, & non destitueretur merito. Nam si conuincere voluisset intellectum ad asfentiendum, facile erat cui nihil est difficile. Si enim gloriam & splendorem quem habet in suo corpore, in sacramento altaris quotidie omnibus videntibus mōstrare voluisset, quis Paganorum aut infidelium videndo pronus in terram non statim adorasset? sed hoc nò esset fidem statuere, sed euertere. Mirabilis ergo prouidentia suæ temperamento fidem testimonio stabiluit, & fidem merito nò destituit. Fides enim nūc necessaria est, nam per fidem æternæ beatitudinis visionem promereri incipimus. Nam dum Deo mirabilia dicenti quæ non apparent firmissime credimus, & in obsequium fidei, proprijs sensibus abdicatis, intellectum nostrum propter eius dicta captiuauimus, mentemque nostram, qua nihil est in nobis præstantius ac sublimius, Deo fide subijcimus, & in obedientiæ sacrificium inclinamus, dum (inquam) tantum ei honoris & reuerentiæ deferimus, credendo & amando quòd non videmus, promeremur postea videre quòd credimus. Fidem ergo catholicam, quàm in baptisate suscepimus firmam & immaculatam custodiamus, donec ipso donante, inter an-

2. cor. 10
b

gelorum choros cōstituti, dicamus: sicut audiimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutis, in ciuitate Dei nostri. Ibi namque Trinitatem quã nunc credimus, oculis claris videbimus: videbimus, & amabimus amabimus, & gaudebimus gaudebimus, & laudabimus, & fruamur in perpetua felicitatis æternæ gloria. Ad quam nos perducatur. Amen.

ps. 47

DEO GRATIAS

IN DIE SANCTO CORPORIS CHRISTI.

THEMA.

Manhu. Exodi. 16.



Occverbū dixerunt filij Israel, viso cibo quem illis dominus effuderat circa castra, tantæ rei nouitate perciti: admirantes dixerunt adinūcem, Manhu: & inde cibus ille, manna nomen accepit. Nò secus (vt existimo) in ecclesia Dei hostie contineret, si inter nos philosophorum aut paganorum caterua consisteret. Inspecta enim hac nostra celebritate, viso populi iubilantis concursu, sacerdotum laudatium apparatu, ministrantium ordine, canentium iubilo, saltantium tripudio, instrumentorum sonitu, vestium splendore, plebis exultantis applausu, inspectato etiam honore, reuerentia, cultu, qui sacræ hostiæ ab omnibus exhibetur, quid aliud putas dicerent inter se? quid aliud acclamarēt, nisi Manhu? quid est hoc? quis honor hic panis? quænam

Quoniam haec reuerentia cibi? Hi quos
 videmus, viri prudentes sunt, inge-
 niu sunt, cordati sunt; plebs nobilis
 & urbana; gens sapiens & diserta,
 quomodo illi hostie genu flectunt?
 quomodo diuinis panem praestant ho-
 mines? Quid obsecro istis responde-
 bitis? Quid illis dicentis? ni-
 si quod ad mirantibus Hebraeis, dux-
 eorum, Moyses ille respondit. Hic
 est panis, quem dedit nobis dominus
 ad vescendum. Non qualiscumque; sed
 panis viuus, qui de caelo descendit:
 panis angelorum; panis animarum;
 panis vitae: panis quem qui mandu-
 cauerit, viuet in aeternum. Nunquid
 non merito huiusmodi panis hono-
 ratur: an non vobis hoc dignus vi-
 detur honore? Si quis ex vobis pa-
 ne aliquo arumnosam hanc vitam
 cetum annos producere posset, nun-
 quid non sicut oculi pupilla, pane il-
 lum custodiret non illum omnibus
 mundi diuitijs anteponeret? Hic au-
 tem panis edendi vitam praestat, non
 centenariam, sed aeternam: vitam iu-
 cundam, vitam beatam, vitam omni-
 ubi honorum plenitudine felicissima.
 Hic est fructus ligni vitae in medio
 paradisi positi, quo qui participat
 non videbit mortem in aeternum.
 Noli ergo mirari o philosopha, si ta-
 liactanto cibo, talem ac tantum exhi-
 bemus honorem. In hac tamen re
 experientiam noli consulere, sed fi-
 dem: noli intelligere ut credas, sed
 crede ut intelligas. Sicut scriptum est.
 Nisi credideritis, non intelligeris. Fi-
 des docet nos de omnibus: hac magi-
 stra, haec omnia facimus, & non con-
 fundimur. Si credideritis quod cre-
 dimus, sentietis quod sentimus. Qua-
 ra de hoc pane praeconia in euange-
 lio hodierno Pharisais, & turbis a
 domino dicta sunt! Cum enim post

longam cum domino disceptatio-
 nem, super illo cibo diuinitus illis
 collato supra modum superbiret, &
 contemptis domini factu miraculis,
 exprobrarent dicerent. Quod tusa-
 cis lignum, ut videremus, & creda-
 mus tibi: quid tu operaris, an quod
 surdos, caecos, claudos, & aegrotos sa-
 nas? Medica sunt haec & exigua. Pa-
 tres nostri manducauerunt manna
 in deserto, sicut scriptum est, Panem
 caeli dedit eis. Hoc est vere magnum
 & illustre signum: quando tu simile
 aliquod vnquam fecisti, neque factu-
 rus es quidem? Quam proprium est
 liuidis extenuare opera: quae nega-
 re non possunt! His (inquam) ita su-
 perbientibus responderi poterat a-
 ptissime, quod maiora & illustriora
 opera ab ipso facta sunt, quam olim
 Moyses fecerat, siue in Aegypto, si-
 ue in deserto. Sed ne arroganter hoc
 dictum existimarent more suo, ut pijs-
 simus ac elementissimus dominus,
 pro calumnia eis exhibuit discipli-
 nam: sicut scriptum est. Pro iniqui-
 tate erudisti hominem. Quia ergo
 insipienter scripturam citauerant,
 non intelligentes de quo pane pro-
 pheta loqueretur, eadem eos autho-
 ritate conuincit, dicens. Amen dico
 vobis, non Moyses dedit vobis pa-
 nem de caelo, sed pater meus dat vo-
 bis panem de caelo verum: panis eni-
 m verus est, qui de caelo descendit, &
 dat vitam mundo. Quomodo enim ille
 panis de caelo erat, qui in aere pro-
 culdubio formatus est? Quod si scri-
 pturarum more aer hoc loco caelum
 nominatur, sicut & alibi, volucres
 caeli, id est aeris, aues dicuntur: quo-
 modo igitur quod sequitur verum
 est? panem angelorum manducauit
 homo? Nunquid roseidum illum ei
 bum in caelo angeli manducant? aut
 huiusmodi

huiusmodi spiritus caelestes indi-
 gent alimento? Quis hoc dicat? Iam
 hic caeca Iudaeorum ignorantia con-
 funditur, non habens quid re-
 spondeat. Quas tricas bone Deus
 super hunc locum Rabini confin-
 gunt, deliramenta puerorum sub-
 ianatione risuque dignissima.
 Quidam autem illorum non va-
 lentes scripturam istam exponere,
 quasi a veritate coacti, diuinum
 radium quo angeli pascuntur, il-
 li cibo immixtum fuisse confin-
 gunt: atque ita fieri aurumant, ut
 hominis & angeli idem cibus ex-
 titerit. Quod quidem non in illo man-
 na, sed in nostro verum est: splen-
 dor enim diuinae lucis quod est ver-
 bum Dei, & angelorum cibus, pu-
 rissimo Domini & candidissimo
 corpori infusus, nobis in sacramen-
 to edendus proponitur: atque ita fit,
 ut panem angelorum manducet ho-
 mo. Hoc est quod illos voluit do-
 minus intelligere: propter quod de
 hoc pane, & eius dignitate, & fru-
 ctu, multa subiungit, quae longum
 esset modo per singula exponere.
 Ex quibus illud nostro proposi-
 to congruit, quod addidit: non
 sicut manducauerunt patres vestri
 manna, & mortui sunt: qui man-
 ducat hunc panem, viuet in aeternum.
 Ac si diceret: quid in illo tem-
 porali cibo gloriamini, qui neque
 vitam perpetuare, neque sine cor-
 ruptione in diem alterum custodi-
 ri poterat? Hic panis quem ego da-
 bo, perpetuus & incorruptibilis
 est, perpetuos faciens manducan-
 tes. Huius ille umbra erat, in quo
 tam impensius gloriamini. Ille po-
 pulum ad horam satiabat, iste satiat
 in aeternum. Dedit vobis Moyses um-
 bram, ego vobis daturus sum veri-

tatem. Quomodo autem in illo ma-
 na huius sacramenti figura praec-
 cesserit, nunc largius prosequa-
 mur: hoc enim Apostolus ad Co-
 rinthios insinuat, cum ait. Nolo vos
 ignorare fratres, quoniam patres
 nostri omnes sub nube fuerunt, &
 omnes mare transierunt, & omnes
 in Moyses baptizati sunt in nube,
 & in mari, & omnes eandem spiri-
 tualem escam manducauerunt, &
 omnes eundem potum spiritua-
 lem biberunt: bibebant autem de
 spiritali confluence eos petra, pe-
 tra autem erat Christus, sed quali-
 ter huic sacramento figura conueni-
 at, nunc exponamus. Erat manna
 cibus quidam delicatissimus, dulcis-
 simus, candidissimus, purissimus,
 non hominum industria, sed Dei vir-
 tute formatus, nullum habens cum
 terra commercium, cibus admirandus
 & prodigiosus, cui inter alia haec e-
 rant annexa prodigia: primo, quod
 vnus omnium saporum plenitudine
 continebat: secundo, quod cuique
 sapiebat, ut ipse erat: bonis bene,
 malis male. Vnde quidam illorum
 illum fastidientes, dicebant. Anima
 nostra nauseat super cibo isto leuif-
 simo: & caepas, peronesque Aegy-
 pti, & ollas carniurn cupiebant. Ter-
 tio, quod vnumquodque ad sufficien-
 tiam satiabat, sicut ipse comedens
 indigebat. Pro vno quoque enim ca-
 pite, vnum colligebatur gomor. Ne
 que pro viro amplius, neque pro
 puero minus. Et sic neque edaci-
 deerat, neque parco supererat. Hoc
 miraculum apostolus ad Corinthios
 annotauit, dicens. Qui multum, non
 abundauit: & qui modicum, non
 minorauit. Non datus fuit iste ci-
 bus populo in Aegypto, sed ne-
 que ingressis terram desiderabilem,
 postquam

Exo. 16
 d

Ioā. 6.c

Sap. 16d
 Ioā. 6.c

ps. 16.

Ga. 2.b

Ioā. 8.f.
 & g

Esa. 7. b
 loco ci-
 tato ex
 versio-
 ne. 70

Ioā. 6d
 & c.

Ioā. 6d

Sap. 16c

ps. 38.

Vulgo
 legitur
 corri-
 puisti,
 sed vox
 Graeca
 erudite
 etiam si-
 gnificat
 qua. 70.

inter-
 pretes
 sunt vsq;
 Ioā. 6d

Psal. 8

1. cor. 10

Sap. 16.
 d

Nume.
 21. b.

Exo. 16
 d

2. co. 3. c

V

postquam

postquam vberes terræ fructus gustauerunt, sed peregrinantibus in deserto, donec ingrederentur promissam patriam. Neque statim ut egressi sunt de Aegypto, sed per transitu prius mari, & submersis in aqua hostibus, & consumpta farinula quam eduxerunt de Aegypto: Erat quoque aliud non minus in eo mirandum, quod cum in diem alterum sine putrefactione seruari non posset, domini tamen præcepto in arca testamenti illius tanti beneficii memoriale sempiternum illæsum & integrum seruabatur. Quid obsecro fratres huic mirabili sacramento consonum magis, & accommodatū afferri potuit hoc edulio? Quæ expressam & quàm notoriam continet sacramenti nostri figuram? Quid enim dulcius, quid pretiosius, quid purius isto cibo? qui non de terra est, sed de cælo venit: non hominum opere, sed spiritus sancti virtute, in sacro virginis utero formatus, omnem habet saporem, omnem continet suauitatem. In eo omnium virtutum & charismatum plenitudo est. Si quis esurit, accedat ad illū, & omnē in eo reperiet satietatem. Si peccator est, accedat, & inueniet indulgentiā: si iustus, inueniet gratiam: si ægrotus, inueniet medicinam: si mortuus, inueniet vitam: si mœstus, inueniet lætitiā: si famelicus, inueniet abundantiam. Omnigena suauitate reficit iste cibus: totus cælestis, totus diuinus: nihil terrene fœculentiæ habens admixtum. Tantum à malitiæ fermento caueat qui accedit, azymus enim est, & fermenta non patitur corruptionem. Sapit etiā cuiq; sicut est, & iuxta sumētis qualitatem suam mutat panis iste saporem. Vnde sancta de illo canit ecclesia.

Sumunt boni, sumunt mali, forte tamen inæquali, vitæ vel interitus. Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis, quæ sit dispar exitus. Habet etiam aliud, quod iuxta propriam cuiusq; capacitatem reficit vnquenquam edentis, nanque merito & deuotioni respondet. Licet enim in seipso infinite virtutis existat, non tamen infinitam, sed proportionatam cuiilibet exhibet efficaciam: neq; maioribus deest, neque minoribus superest: cui tamen secundum se, ex Dei beneplacito, determinata mensura, id est gomor, limitata q; efficacia est, quam ex opere operato conferat: siue ut sacramentum, siue ut sacrificium est. Aliunde tamen tantam cuiilibet præstat gratiam, quantam in eo reperit meritorum & dispositionis sufficientiam. Quotus ergo quisque fuerit qui accedit, siue gigas merito, siue pigmeus sit, habet in eo gigas vnde satiatur, & pigmeus vnde reficiatur. Oceanus est gratiarum immensus: vas suum quisque vsque ad summum repleat: siue magnū, siue paruum sit, Oceanus non minuitur. Sed si iam iugum Pharaonis excussit, si liber ab Aegypto peccati seruitutem euasit: non enim captiuorum & seruorum, sed liberorum & filiorum est iste panis. Non etiam est ciuium in patriam regnantium, sed viatorum in deserto peregrinationum. Qui iam cælestis patriæ fructibus saginatur, hoc sacramentali non indiget alimento: ex adipe enim frumenti sine cortice, illa ciuitas satiatur: sicut in psal. scriptum est. Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. Sed propter quid? Quoniam confortauit seras portarum tuarum: quoniam benedixit filiis tuis in te. Quoniam posuit fines tuos pacem, quoniam ex adipe frumenti satiatur.

ps. 62. fatiat te. Vnde iste cibus viaticum merito nominatur, quoniam viatorum cibus est non ciuium. In deserto quippe isto inuio & in aquoso hoc pane reficimur peregrini, donec promissam nobis patriam pertingamus. Hinc iam o fratres desidiā vestram perpendite: agnoscite negligentiam, quippe qui corpus in via toties in die reficiatis, & animam miseram longa peregrinatione laborantem, vel semel in mense reficere negligatis. Satis sibi quisque putat, si ecclesie præcepto coactus ad annum communicat. Quid dicam vobis, laudo vos in hoc: non laudo. Quid mirum o viator si deficiis, si lassaris, qui viaticum tuum recipere ad annum protrahis. Quid de infirmitate, & torpore cordis quotidie conquereris, qui illud cibo suo semel in anno pascis? ps. 101. Numquid non legisti? Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum: Nunquid non vidisti, quid lasso corpori cibus conferat? Crede mihi, hoc confert animo viaticum salutare. Quod si dixeris, non ita experior. hoc est quod ego vehementer doleo: quia raro qui hoc experietur inuentus est dignus. Refici namque hoc edulio pluribus commune est, sed hanc ipsam refectioem experiri, paucorum est, quos pius dominus adamauit. Quis hodie cælestis edulij dulcedinem sentit? quis in hoc cibo præsentiam maiestatis agnoscit? An putas quia gustatus dominus nullam afferat sumentibus suauitatem? Occultatur quandoq; fateor, propter fidem: ut non huic experientie nostra credulitas innitatur: sed frequentius hoc nostra euenit tepiditate, quoniam Aegypti farinula gustus infectus cælestem non percipit alimoniam. Sic enim a populo illo sapidus

ille cibus gustatus non est, donec Aegypti farinula penitus consumeretur. O Aegypti farinulam amarissimam, & quis hodie hac farinula non polluitur? Curæ huius seculi, anxietates, sollicitudines, ambitiones, inuidiæ, odia, cupiditates, libidines, concupiscentiæ, appetitus effrenes, cogitationes turpes, illecebre, se passionibus, hæc farinula Aegypti sunt: his quisquis inficitur, istius manna dulcedinem non experitur. Mundum ab hac farinula deferat animæ palatum, qui cæleste cupit gustare edulium. Si enim quauis terrena passione gustus fuerit infectus, palato cordis non sapit Deus. Non solum ergo ab omni criminis contagio, sed etiam ab omni cupiditatis veneno purgandus est animus, ut illi sapiat Christus. Sed heu miseri, quando hac pestifera farinula carebimus? qui de nostro & molas aquarias & frumentum habemus? Quæ enim rota grauior, quæ ponderosior, quæ mobilior corde nostro: quod passionum inuidantium, quasi aquarum torrentium impetu, continuè agitur & trahitur. A principio quippe formationis nostræ vsque in vitæ finem vno momento non quiescit, semper voluitur, semper rotatur, ingratam farinulam vel ad punctum emolere non cessat, neque his molis vnquam deest frumentum durissimum quod terat, a sensualitatis inexhaustibili horreo demissum. Nam continuè illi sensualitas hæc varia frumenta cogitationum passionumque infundit, quæ suo pondere circumuolutum terat. Et pro dolor nunquam terendo lassatur. O diram hominum cecitatem, o filij hominum, vsquequo graui corde? vsquequo

improbum istum laborem frustra sustinebitis? quādiu sicut vitula Ephraim laboriosam istam trituram diligetis? & duro isto pistrino fatigari voletis? Redite obsecro prauaricatores ad cor: frustra enim niti, neque aliud fatigando nisi dolorē querere, extremæ omnino dementiæ est. Cōminatur dominus virgini cuidam Babylonis per prophetam, comminatione terribili, dicens. De scēde, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra, quia vltra non vocaberis mollis & terrena. Tolle molam, mole farinam, reuela crura, tranſi flumina, &c. Morte crudelior hæc indignatio censenda est domine, in hac ira tua non corripas me. Infelix anima quæ ostro, & croceis enutrita præ teneritudine & puritate sua, neque leuis cuiuspiam cogitationis aut inordinatæ affectionis pondus portare valebat, cui omnis cupla etiam venialis grauissima & intolerabilis erat, nunc pistrino ad molēdum dedita, ignominiosas carnis concupiscentias terere, & durissimas huius seculi curas molere, retramq; peccatorum farinam efficere cogitur. Non est hoc miseris filiabus Babylonis terribile propter laboris consuetudinē, quā ab initio vitæ habent, sed filiæ Hierusalem, quæ propter suam superbiam & ingratitude a tanti honoris, & altitudinis fastigio cecidit: quæ spiritus inestimabiles delicias & diuitias nouit. Filiam Babylonis nūcupari, & vt talis laborioso huic pistrino cū iniuria deputari, omni absinthio & morte acerbius est: veluti si filia regis speciosissima & delicatissima, regio ornatu spoliata, & catenis ligata, vt vile mancipiū molere cogatur. Nonne optabilius illi

esset millies mori, quā tali opprobrio & vilipēdio apud suos haberī? Caueat itaq; sibi omnis anima, quæ cælestis cōtemplationis dulcedine fruitur, ne propter suam ingratitude huiusmodi promereatur iram; & tāto honore priuata tam misero officio mancipetur. Hæc dixerim propter farinulā Ægypti, quā sicut omnino a nobis eijcere nō possumus, ita cōtinua sollicitudine purgare debemus, ne lōga cōsuetudine animæ lateribus indurata hæreat, & quæ prius flatu leui faciliter exuffari poterat, malleo & clauo postea nō cedat. Nō quiescat igitur, neq; a tergēdo manus, neq; oculus a rigando: vt si non purum, saltem purgatū deferam ad altare animæ palatum, quo Dei nostri præsentiam & dulcedinē sentiamus. Sic faciebat qui dicebat. Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & scopebam spiritum meum. Nisi enim frequenti exercitio sollicitè spiritum suum ab hoc puluere purgaret, in Dei memoria huiusmodi delectationē non vtiq; perciperet. Iam verò quod vt memoriale perpetuū, illud manna in tabernaculo domini seruabatur, quā dilucidum & indubitātū dominici corporis typum habet? De quo statim post eius institutionem a domino dictū est. Hæc quotiescūq; feceritis, in mei memoriam facietis. Quid enim aliud hoc sacramentum in ecclesia est, nisi magni illius beneficii, quo per sanguinē agni immaculati rubro passionū carnaliū mari calcato, Dei popul⁹ ab Ægyptiaca seruitute, id est dæmonis potestate creptus est, memoriale sempiternum? Quod etsi aliquādo mortuum est & solutū, sed iam in dñi sanctuario non corrūpitur, sed immortale &

& incorruptibile perseuerat. Hoc ergo suauissimo manna tandiu in hac nostra peregrinatione pascemur, donec cælestem patriā ingressi, vberes illius fructus gustemus. In quorum primo gustu, qua exultatione, qua voce, puras anima nostra clamabit, Manhu, Manhu: Lōgē est enim ab omni sensu, & ab omni cogitatu, beatitudo illa, gloria illa, suauitas illa. Excedit quicquid dicere aut cogitare potest animus, inestimabilis illa dulcedo, quā Deus preparauit diligentibus se. Hanc suis vitoribus repromittit, cū ait. Qui vicerit, dabo illi manna absconditum, & calculum candidum, & in eo nomen scriptū quod nemo nouit, nisi qui accipit. Verē absconditum: quia nemo in hac vita nouit illud, licet illius stillicidia aliquando viris spiritualibus concedatur. Absconditum est peregrinis, sed Dei beneficio prodetur beatis. Neq; solum manna, id est dulcedo illa beatifica vitoribus repromittitur, sed & calculus candidus, id est corporis gloria, & sole candidior refulgentia, & in illa nomen quoddā mirabile scriptum, id est filiorū Dei titulus: quo summo honore tunc gloriabitur quicūq; in hac vita vitorū fieri mācipiū dedignabitur. Talis enim in illa beatitudine quisq; beatus apparebit, vt nemo videns dubitare possit, quin sit illa diuina progenies quam cernit. Torus enim diuinus, torus deificatus erit animus, & plus habens de Deo quā de seipso: sicut carbo ignitus, qui ignis potius quā carbonis naturam ostendit. Faciat Deus optimus maximusq; vt hac puritate hoc sacramentale manna in hoc deserto gustemus, vt per illud cōfortati, ad illud quod in

patria cęlesti promittitur perueniamus, illo prestante, qui seipsum dedit in cibū fidelibus suis. Cui cū patre, & spiritu sancto, est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DE SACRAMENTO,
Concio secunda de eodem
themate, Manhu.
Exodi. 16.



Era illa beati Leonis papæ sententia est fratres, qua dicitur, neminē ad cognitionem veritatis magis appropinquare, quā qui in-

telligit, in rebus diuinis, etiā si multum proficiat, semper sibi superesse quod quærat. Nam qui se ad id quod tēdit peruenisse præsumit, nō quæsitā reperit, sed inquisitione deficit. Vnde & Paulus apostolus, licet per reuelationē Iesu Christi, & non ab homine, neq; per hominē euangelii didicerit, nō tamen arbitratur se cōprehendisse, sed de mysteriorum profunditate quandoq; admiratus exclamat. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quā incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Suprema (vt existimo) diuinorum laus, & Deo magis propria hæc admiratio est. Quādiu nāq; de diuinis intellectu aliquid pronūciat, licet sublimiter & discretē, cū rei excellētia quodāmodo loquēdo certat, & propriē intelligētie viribus fretus, cū rei potentia & magnitudine luctari videtur. Cū verò in isto loquēdi certamine, a rei excellētia victus tacēdo succūbit, cū superatus silet, tunc incipit de ineffabilibus dignē loqui. Et hæc Dei

supra intellectum victoria suprema eius & vltima laus est: de re enim ineffabili tunc pro nostra virili dignè loquimur, dum ad hoc loquendo peruenimus, vt superati taceamus. Propter quod psalmographus Deo canit. Tibi silentiū laus. Quia videlicet tunc verè Deus laudatur, cum laudādo siletur, quod in admiratione & ecstasi fieri solet. Vnde Iob, hanc Dei supra se victoriā recognoscēs ait. Ecce Deus magnus, vincens scientiā nostrā. Et propheta Dauid. Mirabilis facta est sciētia tua ex me: cōfortata est, & nō potero ad eam. De animalibus etiā sanctis apud Ezechielē legitur, quod dū fieret vox supra firmamentum stabāt, & submittebant alas suas. Vox supra firmamentum, diuina reuelatio est, qua audita omnis sublimis intellectus, etiā angelicus, per admirationē stat, & intelligētiae suae alas cōprimit, quia se inferiorē his quae desuper audit mysterijs, recognoscit. Quae omnia etsi in omnib⁹ alijs mysterijs vera sint, in hoc tamē dominici corporis admirabili sacramēto, lōgè apertius, euidētiusq; nō stratur. Quid enim de tā ineffabili mysterio omnis lingua, etiā angelica personare potest, nisi Manhu? id est, quid est hoc? Si quis de illo audeat aliquid loquitur, nondū intelligit quē admodum oporteat eum loqui. Inaccessibile est enim, & quod neq; angelic⁹ penetrare possit obtutus. Post illud enim magnū & ineffabile sacramētū, quo verbū caro factū est, secūdū opus hoc est, quo panis substātia in corpus Christi mirabiliter cōuertitur, dicēte ministro, & operante deo. Hae sunt mirabiles illae inuētiones, quas in populis praedicari propheta commonet, dicens.

ps. 64.
ad veritatem
Hebraicā.

Iob. 36.
d
ps. 138.

Ezechiel

Ioā. 1. a.

Narrate in populis inuētiones eius: ^{Esa. 7. b} memētote quoniā sanctū est nōmē eius. O inuētio singularis, Deus & homo in vno supposito Christo: d' aliā huic, etsi nō aequalē, certē simile inuentionē, Deus & homo Christus in exiguo sacramēto. Has duas pro nobis inuētiones à Dei sapiētia mirabiliter inuentas, rotis virib⁹ & toto corde, die noctuq; fratres ruminemus: has intelligamus, has laudemus. Christ⁹ ipse omniū prodigiorum supremū est, hoc verò sacramētum miraculorū ab ipso factorū maximū. Neq; vnum quidē solū miraculum, sed pluriū miraculorū mirabile cōpendium meo iudicio dicendum est. Bone Deus, quis miracula quae in illo sunt omnia recēseat? Ibi accidentia modū habēt substantiae, quia per se sunt, per se mouētur, per se viuā edētis carnē nutriūt. Ibi corpus modū habet spiritus, quia totū in toto, & totū in qualibet parte est. Ibi diuiso accidente substantia non diuiditur, sed sub qualibet speciei particula integra perseverat. Neq; sicut in cōfracto speculo, diuersarū partium integra quidē, sed alia imago est, ita in sacramēto, sed vna eadēque substantia in pluribus indiuisa reponitur. Ibi etiam corporis dominici partes, quae in ordine ad locum nullum habēt ordinem, quia simul sunt, habēt ordinem ad se inuicem, & ad totum, quia confusae nō sunt: collo enim caput nectitur, nō pedis: & brachio manus vnitur, nō capiti. Iam verò de mirabili illa cōuersione quid dicam? Panis corruptibilis substantia in gloriosam & incorruptibilem Christi carnem subito, nulla in Christi corpore facta mutatione, solo sacerdotis sermone cōuertitur: & cū nihil postmodū de substā-

tia

tia panis remaneat, panem in consecratione annihilari pia fidei institutio non concedit, sed conuerti ita, vt ex illo pane corpus Christi fiat, & verè sit sub panis speciebus: non per loci mutationem, sed per cōuersionem substantiae panis in ipsum. Quid hac tam subita inter tā disparēs substantias cōuersione mirabilius? Nunquid non meritò in tanti huius mysterij speculatione, omnis non solum humanus, sed etiā angelicus intellectus prodigiorū magnitudine stupefact⁹; clamabit Manhu? Admirabilem nanque hunc corporis Christi modū, quo sub sacramēto existit, si gratia vel fides nō instituit, nulla intelligentia capit. Neq; Christi praesentiam in eucharistia naturali lumine angelus apprehendere valet. Omnem facultatē excedit, omnē intellectum exuperat hoc secretum. Mira res: quò nō attingit angelus intelligēdo, rusticus pertingit credendo: & plus potest sancta simplicitas credere, quā angeli viuacitas valeat comprehendere. O miram fidei nostrae virtutem. Quid fide potentius? quid acutius? Inquisitus angelus an sub illis speciebus Christus lateat, nisi gratia ipsum doceat, respondebit ignoro: interrogatus rusticus fidelis, respōdebit firmiter credo. Sicque penetrat fides rustici, quod non penetrat naturalis visus angeli. Hoc denique magnum est fidei nostrae meritum, quod incōprehensibilia credimus, non alio quidem testimonio, quā solo veritatis dicto, non per intelligentiam fidē adhibentes, sed per fidem ad intelligentiam ascendētes. Sicut scriptum est. Credidi pro-

ps. 115.
Esa. 7. b
exver-
sione 70

pter quod locutus sum. Et alibi. Nisi credideritis, non intelligetis. Sed quid obsecro, magnum est, si Christo domino creditur? Christus ait, Hoc est corpus meum, & super hoc ^{Luc. 22.} quispiam audeat hæsitare. Nam etsi ^b ea quae dicuntur ardua & difficilia sunt ad credendum, fidei tamen minister difficultas, vbi dicentis cōsideratur auctoritas. Noli considerare quod dicitur, sed quis dicat attende. Intelligite fratres quae dico. Si quidpiā difficile in hac vestra ciuitate imperator assereret, propter eius auctoritatem crederetis illi, quia imperator est: crederetis etiam episcopo vestro, quia episcopus est: laesa enim imperialis maiestas videretur, si illius dicto quispiam fidem auferat. Si sic imperatori creditur, quomodo credendum est Deo? Quid dicere potest Deus, vt non rei difficultas à dicentis auctoritate superetur. Et quidem si credibilia per seipsa attendas, difficilia sunt: si ad dicentem cōferas, facilia sunt. Hinc omnis haereticorum & paganorū cæcitas oritur, quia cū dicente dicta non conferunt, sed per se illa discutunt. Vnde dicunt. Durus est sermo iste: & quis ^{Ioā. 6. f.} potest eum audire? Si ergo re ipsam consideres, mira fides: sed si dicentem Deum attēderis, nihil est quod in fide miretis. Quanta quotidie hominibus credimus, quae vtique non videntur? & sicut scriptum est, ^{ps. 115.} omnis homo mendax: quid ergo magnum, si Deo creditur quicquid dicat? Imò decuit Deū talia populo credēda proponere, quae nisi à Deo dicerentur, à nemine crederētur: vt per hoc & fides meritū habeat, & Deus in populo suo auctoritatē habere videatur. Hec enim dei grādis auctoritas est, vt quicquid dixerit, sine dubitatione credatur, neq; eius verba discutere liceat, sed dixisse sufficiat.

V 4 Hanc

Hanc Deo reuerentiam omnis creata intelligentia debet: hanc fide exhibentes facimus quod debemus. Sed non desunt fidei magna & præclara testimonia: nam licet articuli fidei incredibiles gētibus appareant, testimonia tamē eorum, sicut scriptum est, credibilia facta sūt nimis. Fides testimonium non quærit, sed habet. Quanta de hoc mysterio testimonia diuus Ambrosius recensuit, vt probaret, fieri posse quod in hoc sacramento factum esse fides catholica profitetur! quantas & quā mirificas conuersiones, mutationes quæ seculis superioribus solo dicentis imperio factas, ex veteri testamento citat, quæ huius rei faciant fidem! Superfluum esset nunc eas repetere, quoniam cunctis notissimę sunt. Vt est conuersio illa virgæ in colubrum, & colubri in virgam: petrae in aqua: aqua in sanguinem: pulueris in cyniphes: & alię similes, quas sub Moyse, & alijs prophetis factas fuisse scriptura sacra commemorat. Sed hæc fieri posse in sacramento quod credimus, ei qui sacras literas recepit satis persuadent: sed Pagano & Gentili ita factum esse non ita probant. Euangelio credimus asserenti, quia pridie quā pateretur ita dominus fecit, ita instituit. Si vltra hoc testimonium quæritur, non expedit quidem fideli: sed si à Pagano quæritur, non desunt in ecclesia huius rei innumera & ingentia, quæ hoc persuadeant, testimonia. Omitto quæ in sanctorum codicibus passim leguntur de hoc sacramento miracula potentissima: certē quæ nostris temporibus facta sunt, cuilibet etiam proteruisimo illius facerent fidem. Liceat nunc ex pluribus nonnulla narrare, quę nouimus, quę dico

ps. 92.

Exo. 4.

a

Num. c.

20. b

Exo. 7. c

Exo. 8. d

Lu. 22. b

& Mat

26. c. &

1. cor. 11.

e

ecce in veritate: quia non metior, neq; enim mendacio meo indiget Deus. Vidi ego monialem quandā, quæ corpus dñi sicut ceruus fontem aquarum desiderabat sitiens, cui vt videbatur, difficile erat à sacramento vel vna sola die abstinere, tāta erat sumendi auiditas, tantus accedendi appetitus. Si enim in loco vbi degebat interdicti, aut cessationis à diuinis impedimentum contigisset, quominus cōmunicare illa die posset, aliorsum, gratia comunicandi migrabat: ne vel vna dies sine spiritali hac refectione transiret. Die ergo sancto pasceues, cum corpus domini ecclesiastico more in monumento reponitur, quia oblitus sacerdos, formam quam illi daret: nō referuauit, ciulatus & clamoribus domum repleuit, vt filij vnigeniti sepulturam lugere videretur: neq; tamen eius desiderio subueniri poterat, ratione iam dicta. Tandem cū in fletibus & lachrymis amarissima diu persisteret, mirabile dictu, duæ manus visibiliter ei cum sacramento apparuerunt, ex quibus ipsum accepit: quo accepto, omnis illa amaritudo in consolationem vberriam mutata est. Hęc omnia, inter multas alias reuelationes, ab eius ore ipse audiui: quas mihi non sponte sua, sed obedientia constricta narrauit, quia in ordine nostro mihi subdita erat. Quidam ex Iudæis conuersus cum lecto ægrotaret, vocari me à domesticis instantissimē petijt, & timens ne forsan morte occupatus hoc nō proderet, hæc quę sequuntur per ordinem mihi narrauit. Puer (inquit) in Iudaismo cum alio puero iter agebam, quò nos patris negotia deferrebant, & cum in itinere licet pueri, de Messia illo quem Iudaico errore venturū

Hic. 6g

venturum expectabamus, deuotissimē loqueremur, optantes valde si nobis daretur, vt nostris temporibus ortum proprijs eum oculis videremus, excresecbat supra modū inter loquēdum deuotionis feruor, & ardor videndi sermone mutuo amplius accendebatur: cū ecce iam noctis crepusculo, mirus ex vna parte cæli fulgor splenduit, vt ex illa parte cælum apertum esse videretur: & quoniam à patre didiceram, vt si quandoque cælum apertum vidissem, à Deo gratiam aliquam postulare, memor huius, ambo genua fleximus, postulantes vt optatū nobis Messiam Deus ostendere dignaretur. Tunc sic orantibus, in medio fulgoris calix apparuit fulgidus, superposita hostia, sicut Christianis mos est eum deferre: quo viso stupefacti primū, deinde mirum in modū refecti, & cōfirmati cognouimus quia ille erat verus Messias, quem desiderabamus & petebamus. Credidimus ex tunc, & gratias Deo pro hac veritatis reuelatione agentes, reuersi ad domum, à patre quidem timore puerili celauimus: sed procedente tempore curauimus fieri Christianus: de alio quid factum sit, penitus ignoro. Hęc vt dixi, illo Neophyto narrante cognoui: rogabat quę, vt hoc alijs illo mortuo publicarem: quod viuente facere nolui, ne huiusmodi Neophytorum testimonijs fides nostra roborari videretur. Sed quia ab emulis fidei testimoniū maius est, nunc illud libuit scripto inter alia publicare. Quidam præterea nostræ Augustinianę familiæ, ac religionis frater, Ioannes à sancto Facundo, qui hoc tempore miro populi Salmanticensis studio, egregia quę pietate, ob innumera quę con-

Frater
Ioanis
facto Fa
cundo ex
ordine
eremi
tarū di
ui Au-

tinēter ab eo eduntur miracula, conlatur (licet nondum in diuorum canonem sit relatus) is igitur cum missæ quotidianum sacrificium paulò prolixius perficeret, moraretur quę in eo spatiosius, tædio quę proinde circumstantes affecti id egrē ferrēt, factū est vt à prælato suo in virtute obediētię missā maturiꝰ absoluere præciperetur, de quo sæpius ab eodem, licet blandius, consilio præmonitus fuerat: cui frater prædictus, quia obedientiam præterire non poterat, omne secretum patefecit, dicens. Ignosce, obsecro mi pater: nā aliud facere vtiq; non possum, vt qui quotidie dominum nostrum Iesum Christum fulgentem in hostia istis oculis peccator inspicio. Quibus dictis perterritus prælatus, solo prostratus, de inflicta molestia veniam petijt: ei quę prout vellet immorandi facultatem amplissimam dedit. Hęc non à prælato eodem, sed à viro nostræ religionis grauissimo, qui ab eius ore audierat referente cognoui. Longum esset nunc omnia enarrare, quæ à pluribus audiui: sed neque perscribere omnia, quæ in codicibus legi, mens est. Illud autem quod de seipso super Matthæum abbas Rupertus, vir certē eruditissimus & sanctissimus scribit, præterire non possum. Cū enim in monasterio ne presbyter ordinaretur, abbati suo ex humilitate & timore contradiceret, reuelatione admonitus abbati paruit. Cū quę iam ordinatus missam ex more cantasset, mirabile dictu, nocte illi in somnis dominus apparuit, corpore quidem publico, sed occultata facie, vt ab eo vultus eius videri non posset: qui ei membratim sic impressus est, vt neq; sigillū ceræ tam intimē imprimi poss-

gustini
apud sal
manticā,
circa do
mū cor
poris sa
cramen
tū mira
culum.

se videretur: tantaq; fuit ex hac impressione in eo orta delectatio, vt excitatus agnosceret, quia nisi citò voluptas illa pertransisset animam illius suo imperu secum à corpore rapuisset. Vnde ex illo tunc experientia se didicisse asserit, quàm verū est quod scriptum legerat. Non videbit me homo, & viuēt. Impossibile enim videbatur, torrentem illum voluptatis viuētē in carne spiritum diutius sustinere posse. In qua reuelatione monstrare voluit dominus seruo suo, & quàm intimè & in sacramento vnitus fuerat, & quā inde, nisi fidei sensus obliteret, perciperet quotidie communicans voluptatem. Vnde ideo facie velatus apparuit, vt velatum se in sacramento significaret. Ex quibus videri potest, quid illud sit quod dominus in euāgelio ait. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Et quod alibi scriptum legimus. Qui adheret Deo vnus spiritus est cū eo. Sanctus quoque Bonauentura in quodam libello asserit, se vidisse nonnullos dominicum corpus ardentissimè desiderantes, quibus nisi corpus domini illico traderetur, corpore & animo languere & deficere videretur: quo accepto, subito veluti ex longa egritudine in vires pristinas conualescebant: ita vt cuilibet videnti notissimum esset, magnam in illo cibo latere virtutem, quæ corpore & animo debiles, ita subito confortasset. Sed quid ultra miracula recito: an non ex his quæ quotidie spiritualis quisque homo in huius sacramenti perceptione inuisibiliter experitur, latentis in eo maiestatis indicia certa sumuntur? Vsq; adeo, vt qui puro corde & feruido spiritu ad men-

sam istam accedit, vltiora super hoc testimonia non requirat. Quia scriptum est. Qui credit in filiū Dei, 1. Io. 3. b. habet testimoniū Dei in semetipso. Gustu nanq; cordis discernit, quia Deus est ille quem comedit: neq; in hoc falli se vllō modo arbitratur: formidinem enim omnem tollit ab eo ille quē gustat. Quid enim, corporales cibos gustu carnis discernim⁹, & spirituales gustu mentis non discernemus? Quomodo ergo verum est, gustate & videte quoniam suauis est dominus: si Dei suauitas gustu animæ non videtur? Cū pomum, aut pyrum, aut quoduis aliud corporaliter gustamus, non aliorum de illo testimonia quærimus: satis enim apertè gustu dignoscitur, quia hoc est pomum, & illud est pyrum, etiam si hoc oculus non discernat (sapor enim proprius cibi cuiusque naturam satis liquidò edenti distinguit) sicut ergo pomum sapit pomum, & panis panē, & perdix perdicem: sic Deus gustatus sapit Deum, suoq; sapore ab omni creato, creator ipse dignoscitur: sed hoc rarò admodum, & apud paucos quibus datum est manna illud absconditū gustare, quod nemo nouit nisi qui accipit. Neque nos quoque in hoc sacramento experientiā quærimus, sed fidem firmam præstamus: quæ non tam miraculis & experientiæ, quàm sacrarum literarū innititur veritati. Hanc fidem fratres teneamus, hanc sequamur, donec volente Deo aspiret dies, & inclinētur vmbra: sub hac vmbra illius quem desiderauimus, cum sponsa immobiles & stabiles sedeamus: erit enim aliquando fructus eius dulcis gutturi nostro. In hac eius vmbra interim viuamus inter gentes, vt in eius lumine

mine quandoq; inter angelos oblectemur ipso fauente, ipso donante, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorū. Amen.

DE SACRAMENTO altaris, Concio tertia.

THEMA.

¶ Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. I. Cor. II.



Inter multa præclara & egregia, quæ de hoc altissimo sacramento dici possunt, vnū hodie eligi pertractandum, quod nobis præcipuè vtile est & necessariū: de dispositione qua se debet homo disponere ad eius susceptionem. De qua dicemus duo: primū quàm meritò & iustè nobis iniungitur, vt præparemus nosmetipsos: secundum qualis debet esse ista dispositio.

Si diligenter & sollicitè considerare voluerimus, sanctorum patrum antiquorum deuotionem, feruorē, & reuerentiam, qua sacras illas legis figuras, & vmbrales formas sibi à Moysè traditas, venerabantur & colebant, & tepiditatem nostram, negligentiam & contemptum in nostris sacramentis colendis & venerandis: & simul attenderimus, quantum interest inter nostra sacramenta, & illorum sacramenta: proculdubio inueniemus nos confusos, ignauos, & nimio rubore perfusos. Quis enim explicare sufficere, cum quan-

to timore, & honore populus ille Hebræorum antiquas illas sanctificationes, & mysticas cæremonias exequabatur? qua reuerentia tractabat, qua deuotione colebat Nomen illud sanctum tetragrammatō, in tiara pontificis aurea, super frontem pontificis exaratum & insculptum, nullus neq; sacerdos, nec popularis, quātunuis iustus & sanctus proferre audebat, piaculum existimans, si ore polluto tantum Dei nomen exterius personaret. Panes quoque illos sacros quos propositionis vocabant, teste Nicolao de Lyra, non nisi in auro pinsebant, & in auro coquebant, & in mensa aurea coram domino proponebant: quos edere aut contingere nefas erat, nisi ei qui esset sacerdos, aut de familia sacerdotum. Quid dicam de illo sanctuario interiori, quod sancta sanctorum dicitur: in quo nullus neq; leuita, neque sacerdos, nisi solus summus Pontifex, & semel in anno, & vestibus pretiosissimis indutus cū tintinnabulis aureis, & sacro thymiamate ingredi audebat: nulli quæ alteri mortalium arcam illam testamenti intrus & foris inauratam, nudam & discoopertam videre licebat. O sancta sanctorum, & sancta sanctorum: o sacra & sacra: o quantum illa distabat à nostris. O si datū illis fuisset habere, & videre, quæ nos habemus & videmus: quid non agerent? quid non in eorum culturam & reuerentiā exhiberēt? Quid putatis, si rex ille citharæ, qui coram arca illa lignea sic se humiliabat, sic exultabat, & saliebat, qui tantam ei exhibuit festiuitatē, in tympanis & citharis, & cæteris musicis instrumentis, qui sic gaudio & lætitia dissolutus est, vt corā illa quasi

minimus

Exo. 33 d

Ioā. 6. f.

1. cor. 6. d

1. Io. 3. b.

ps. 33.

Apo. 1.

Cat. d. Ibid. a.

ps. 35.

Exo. 28

Exo. 25

Marc. 2 d. & Hebra. 13 b.

Leui. 16 c. & Hebra. 9. c.

Num. 4. a.

2. reg. 6. c.

mimus & histrio luderet & saltaret, cum esset alioquin fortissimus, grauisissimus, & seuerissimus, quid (inquam) ille faceret coram isto sacrosancto, & deifico sacramento, si ipsum suo tempore videre & possidere contingeret? Qui sic umbram venerabatur, quomodo excoleret veritatem? Qui sic se humiliavit ligno, quomodo se deiceret Christo? Qui sic ludebat coram arca, quomodo luderet coram vera ineffabili & tremenda Dei maiestate. O quale gaudium intus & foris nunc si adesset coram hoc mirabili sacramento demonstraret, quod sic in illo typico ligno venerabatur, & adorabatur! Hæc enim est illa vera arca testamenti, quam facer iste rex & propheta oculis lynceis inclusam in illo signo cernebat & reuerabatur: de qua in psalmo prædixerat. Surge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue: id est cum illa sacrosancta humanitate, quam de nostro accepturus es: in qua tota deitatis plenitudo corporaliter habitauit. Quid ergo nos hodie gaudij & lætitiæ exhibere possumus coram te o pilsime Iesu? quid in tuo hodie obsequio exhibere possumus, ut non confundamur, & erubescamus? Verè beati oculi qui vident quæ vos videtis, dico enim vobis quod multi reges & prophetae desiderauerunt videre, & non viderunt: possidere, & non possederunt. Verè gens illa & populus ille surget in iudicio contra nos, & condemnabunt nos, quia amplius illi umbræ, quam nos veritati, detulerunt. Sed quod populus ille suas ceremonias sic coluerit nil mirum: has enim à Deo sanctificationes acceperat, neque nouerat meliores: illud autem supra modum mirandum, quod

tu domine qui sedes super cherubim, corporeas illas formas sic æstimaueris, & magnificaueris, tantumque horrore & timoris illi genti in earum commendationem incusseris. Nam cum tempore Heli sacerdotis, arca illa testamenti mortuis filijs Heli, & fuso Israelis exercitu, capta fuisset à Philisthæis, & per singulas quasque vrbes eorum cum honore & reuerentia debita circumferretur, indignatus contra illos grauissima & ignominiosa eos infirmitate multasti: vsque adeo, ut coacti sint emittere eam de terra sua, iunctis in plaustrum vaccis & mugientibus, rectaque via pergentibus in Iudæam. Quæ cum peruenisset in primum oppidum Israelis, nomine Bethsames, messis tempore, & Bethsames in arca triticum purgarent, visa arca Dei præter omnium spem lætati sunt supra modum. Mactauerunt vitulos, obtulerunt victimas, & ut par erat, summo cum gaudio & reuerentia susceperunt. Res mira & stupenda: misit dominus in illo populo grauissimam pestem, & occidit septuaginta viros nobiles, iudices & magistratus, & de populo quinquaginta millia: propter quid obsecro domine? propter quid in cultores tuos & adoratores sic sæuis, sic indignaris? Quænam iniquitas, quod flagitium, quod peccatum? Vtique non aliud, nisi quia viderunt oculis suis arcam nudam, quia eam non statim pallio operuerunt, ne aspicerent: quia ausi sunt in eam oculos intendere. O inæstimabilem seueritatem: ita ne, tam graue piaculum erat inauratum lignum aspiceret, & fabrile propitiatorium cernere quod colebatur? Iam non mirabimur quod super eadem re contigerit Oze: qui cum in iubi-

lo & solennitate deferretur arca, & calcitrantibus bobus paulisper declinaret ad terram, quia supposita manu ausus est eam tangere, statim percussus à domino coram omni populo subito interiit. Et versa est omnis illa solennitas in terrorem. Obsecro domine quid peccauit Oza: quid fecit? nonne pietatis opus exhibuit? quid tam crudeliter interiit? Michol quoque filia Saulis, quia regem coram arca saltantem irrisit, perpetua sterilitate punita, fructu caruit toto tempore vitæ suæ. Obsecro autem, quia lætus suscepit eam in domum suam benedictus à domino, in omni substantia domus suæ multiplicatus est. Quanta grauitas, quanta seueritas, quanta maiestas, quantus honor, quantus terror in arca lignea! tanta ne tibi domine cura de ligno? Non vti que, sed propter nos hæc omnia facta sunt. In illis terremur, in illis admonemur, in illis instruimur. Illos examinas, ut nos erudias. In eis discamus quanti piaculi simul & periculi sit indignè tractare aut sumere sacrosanctam Christi carnem in hostia salutari: cuius typum sic Deus magnificauit, sic sublimauit, sic vindicauit. Væ sacrilegis manibus, væ immundis peccatoribus impiorum quorundam sacerdotum, quibus tam insolenter quotidie tangitur, & reconditur. Si talis vltio in umbra, qualis fiet in veritate ipsa: Si ignoranter & imprudenter videntes, aut tangentes typicam illam similitudinem, tam acerba morte damnati sunt, quæ animaduersio fiet contemptoribus maiestatis? Horresco referens, & toto corpore contremisco. Tantum mysterium non in seipso, sed in sua potius umbra debuit commendari, ut

sciamus quod omne supplicium & tormentum minus est fugitio, quo Christus contemnitur in hoc sacrificio, si solius umbræ eius contempus tam dira morte punitur. Quam fortiter, quam terribiliter hoc ipsam apostolus intonat ad Hebræos. Irri- tam quis faciens legem Moyse, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum. Quia iudicabit Deus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Audito hoc tonitruo, quis non contremiscet? Ad huius tubæ sonitum cuius aures non tinnierunt? Nunquid non merito commonemur ab eodem, ut probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat? Quis de cætero his cognitis, impurus & immundus præsumat accedere? Sed iam si placet, hanc ipsam quæ præmissimus figuram latius exponamus. Bethsames qui curiosi intuitus poenas luerunt, scios istos nostri temporis hæreticos designat: qui nimia præsumptione, ne dicam temeritate, sacrosancta altaris mysteria scrutari non verentur: & quæ sub fidei velamine contacta venerari debuerunt, impuris oculis & caligantibus inspicere satagunt, debitam stultitiæ suæ mercedem reportantes. Nam more eorum qui fixo obtutu solem contemplantur, quod diligentius intuentur, eò amplius obæcantur, grauissima non corporum, sed animarum peste puniti. Quæ nãque maior animarum pestis, quæ perfida hæresis,

ps. 131.

Col. 2. b

Luc. 10.

Luc. 11.

Heb. 9. a

1. reg. 4. b
1. cor. 9. d
2. reg. 6. b

Heb. 10

Rom. 12. d. & deu. 10. c. 32. e. Heb. 10. f.

Hic. 19. a. & f.

1. reg. 3. b

1. cor. 11. f.

hæresis, per quam à Christi corpore diuisi, spiritu eius viuificari nō possunt? Ipsa nanque diuisio mors est. Nam sicut in humano corpore, spiritus hominis non nisi propria membra viuificat, ita quoque spiritus Christi non viuificat nisi membra Christi. Oza verò qui inconsideratè arcam tetigit, & subito percussus interiit, carnales huius sacramenti ministros significat: qui pro facinus, eisdem manibus quibus paulò ante carnes meretricias tractauerunt, sacrum Christi corpus continere non timent. Quorum temeritas, etiam non subita, certè quod est multò terribilius, perpetua morte punitur. Filia quoque Saulis Michol, quæ piæ regem domini cultorem irrisit, & perpetua sterilitate damnatur, quorūdam impiorum fidelium typum habet, qui neque dominici corporis sacramentū ipsi suscipiunt, neque alios suscipere patiuntur. Irident nanque in suis conuenticulis, & subfannant deuotos, & pios huius sacramenti cultores, qui pia deuotione, ad propriam consolationem, & suarum animarum salutem, sacræ altaris communionem frequentant. Quorum iusta & debita retributio est, vt omnis iustitiæ & pietatis fructu, & sancto caritatis affectu vacui, in summa bonorum omnium & spiritualium charismatum egestate & sterilitate moriantur. Qui verò piè & deuotè suscipiunt, è contrario sicut Obededō à domino benedicti, variè multiplicique omnium virtutum & gratiarum abundantia perfruuntur. Ex his quæ dicta sunt facile est videre, propter quid probare se debeat, qui ad hunc pariem māducandum accedit. Nam id primò suadet maiestas ad quam acceditur: nō

enim accedimus ad arcam ligneam, & altare aureum, & manufacta sacramenta, & lapideum tabernaculum: sed ad ipsam Dei sublimem celsitudinem, beatis spiritibus præsidem, sub qua curantur qui portant orbem, & ad iudicem viuorum omnium & mortuorum Christum, cui astabit omnis caro, coram quo omnes reges terræ, & omnes gentes & principes trepidabunt, ad verum Dei corpus, & sanguinē pretiosum, quo redemptus est mundus. Videte quàm sublimiter hoc cunctis fidelibus apostolus intimat ad Hebræos. Non (inquit) accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, &c. sed accessistis ad Sion, montem & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem celestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum, perfectorum, & testamēti noui mediatorum Iesum, & sanguinis asperisionem, melius loquentem quàm Abel. Videte ne recusetis loquentem: id est ne clamorem eius Dei misericordiam imprecantem vestris facinoribus opprimatis. Attēdite quod ibi scriptum est. Bestia quæ montem tetigerit, lapidabitur: hoc est, bestialis homo qui montem illum excelsum, montem omnibus donis celestibus pinguem, montem cunctis virtutibus & gratijs coagulatum, montem denique, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, indignè tetigerit, lapidabitur, torquetur, & malleis inferni grauissimis contundetur. Secundò impellit periculum accedentium, non solum viæ, sed etiam

etiā corporis. Quot fideles propter hoc infirmati, flagellati, occisi sunt! Propter hoc (inquit) multi inter vos infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Illis nanque temporibus, cū nouella fides in hominum cordibus plantabatur, vt quid gloriæ & maiestatis sub illo panis velamine celaretur, mundo innotesceret, acerrima ultione indignè accedentes puniti sunt: vt & illis animaduersio hæc ad fidem proficeret, & sequentibus fieret in exemplum. Quātum verò flagitium sit, in spurcissimam pectoris tui cloacā sacratum Christi sanguinem fundere, apostolica illa tuba personuit, dicens. Quicumque manducauerit panem, vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Id est, ac si occidisset, & effudisset: non æqualiter quidē, sed proportionabiliter. Quas cunque enim blasphemias, quas cunque irrisiones, quas cunque opprobria impijssimi Iudæi in Christum corporaliter exercuerūt, has omnes spiritualiter repetit impius comestor, filium Dei rursus in semetipso crucifigens, & ostentui habens. Mōuet quoque non modicum fructus vberimus, qui piè accedentibus præstatur. Illuminatur enim intellectus, inflammatur animus, impinguatur affectus, excitatur gustus, viuificatur sensus, purificatur spiritus, virtutes augentur, dona cumulantur, gratiæ multiplicantur, & omnium denique bonorum spiritualium plenitudo in eius participatione possidetur. Probet ergo seipsum homo, antequam de pane illo edat, & de calice bibat: examinet suam conscientiam, peccata lachrymis diluat, confessione detergat, gemitibus dissoluat, reatum puniat, remorsum

tollat, disponat ac præparet se: & sic accedat. Sed quænam dispositio, quæ præparatio, quæ puritas sufficiet? Quid potest facere miser homo, putridus & impurus? quomodo poterit se disponere ad tantæ maiestatis edulium? Ecce stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quātō magis homo putredo, & filius hominis vermis? Væ nobis miseris & infirmis, quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu, qui solus es? In peccato concepti, in peccato nati, in peccato nutriti, quomodo mundabimur, nisi ipse mundaueris, qui solus sanctus & purus es? Domine da quod iubes, & iube quod vis, præsta quod poscis. Nō inuenit in sacco Benjamin frater Ioseph autē, nisi quod ipse posuerat: neque inuenies dō bone Iesu in pectore nostro bonū, nisi quod ipse præstiteris. Vtinam domine, vtinam in corporis nostri sacco gratiæ tuæ scyphum sacro huic frumento clementer abscondas, & piè inferas: hac lege & conditione, vt in quo beatum furtum inuentum fuerit, tibi perpetuò māducetur, & tibi seruiat in æternum: nam tibi seruire, regnare est. Et quid tibi dicam domine Deus? Hoc vnum video, hoc vnum scio, quia quas diligis animas, ipse purificas, ipse mundas, ipse ornas, ipse ditas, ipse pulchrificas: vt placeant coram oculis tuis, quæ prius placuerunt. Diligis, quia dilexisti: faues, quia fauisti: magnificas, quia præuenisti: glorificas, quia magnificasti: misereris, cui miserus es: & misericordiam præstas cui misereris: gratiam pro gratia, donū pro dono: & cui gratis dedisti mundiciam, gratis quoque adauges gratiam, dona tua remunerans, & munera tua gratificans.

1. co. 11 g

Iob. 25

Act. 10.

Heb. 12

Gn. 44

Heb. 12

c. & E.

xo. 19. c

ps. 67

Iob. 25

b. & d

Iob. 14.

ps. 50.

Gn. 44

Rom. 9

b. & E.

xo. 33. d

Ioā. 1. b

& 1. Ti.

6. d

IN DIE SANCTO CORPORIS CHRISTI

cans. Tu ergo diligis, tu præuenis, tu disponis, tu exaltas, tu magnificas, tu glorificas, tu omnia facis, & vt ego cooperer facis: quid à me requiris? Oterque quaterq; beati, qui in oculis tuis gratiam inuenerunt. **Tuum ergo est, hanc dispositionem præstare, nostrum est petere: tuum est efficere, nostrum est desiderare: tuum est dare, nostrum est querere, & flagitare: & hoc non nisi à te, & per te, à quo est & velle, & perficere, pro bona voluntate. Coadiutores enim tui sumus in bonum nostrum, sed à te est vt coadiuue-
 te: vt per te, perueniamus ad te. Itaque & quod nostrum est, à te est, & à te totum, & per te totum, vt non gloriatur omnis caro coram te. Neque propter hoc gloria nostra euacuata est, & meritum voluntatis sublatum: imò eò maior est nostra gloria, & honorificentius meritum nostrum, quando sic ex nobis est, non quasi ex nobis, sed quasi ex te. Sed quanuis nemo à se sit idoneus, quia tamè monitis apostolicis suademur, vt probet se ipsum homo, opere pretiū est videre, qualis esse debeat ista dispositio, quæ accedentē & à iudicio liberet, & Deo gratū faciat. Hæc autem (vt existimo) fide, puritate, & feruore constat. Fides enim necessaria est, sine qua impossibile est placere Deo: vt scilicet firmiter credat, verum Christi corpus, & verum eius sanguinem esse quod accipit: non vt in signo, non vt in typo, sed in seipso verè, & re ipsa sicut est in celo. Hoc enim dominus in euangelio, tam nudis, & apertis, & indubitatis sermonibus expressit, vt nullus quanuis hebeti & stupido ingenio dubitare meritò queat. Hoc est (inquit) corpus meum. Non dixit, hoc**

1. reg. 1 c

Phi. 2. b
1. cor. 3. b

1. cor. 1 d

1. cor. 9. c

2. cor. 3. b

Heb. 11. a

Locis superio-
ri cōcio-
ne cita-
tis.

denotat, hoc significat, hoc figurat: sed, hoc est corpus meum. Et ne de mystico aut figuratiuo corpore, qualis est ecclesia, loqui videretur, vt omnem dubitandi occasionē excluderet, adiungit: quod pro vobis tradetur. Et de sanguine similiter, Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur. Id est, non aliud corpus, non alius sanguis, sed ipsum et corpus, quod pro vobis crucifigetur: & sanguis ipsissimus, qui pro vobis effundetur. Et iterum. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Id est, non mysticè, non figuratiuè, non enigmaticè, sed verè, realiter, sicut eam habeo, sic eam vobis trado, vt pro salute vestra à vobis sumatur in cibum, quæ pro mundi salute patri offeretur in sacrificium. Et iterum. Ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consumationem seculi. Ad patrem quidem pro vobis aduocatus transeo, sed vobiscum in altari manducandus permaneo. Quid apertius dici potuit: aut quibus verbis huius sacramenti veritas expressius potuit commendari? O impudentiam malignorum, ò frontem durissimam hæreticorum: quo iudicio, qua ratione, tam euidentijs testimonijs refragari conantur? Quid ais, ò hæretice? quid dicis? Christus asserit, Hoc est corpus meum: & tu dicis, nō est ibi corpus Christi? Christus dicit, Hic est sanguis meus: & tu dicis, nō est ibi sanguis Christi? Christus ait, Caro mea verè est cibus: & tu ais, non est verè, sed mysticè? Miser si euangelium profiteris, cur tam impudenter euangelio contradicis? Si Christum in veritate sequeris, quomodo eius dictis tam apertè refragaris? Hos dominus prænouerat quandoq;

Ioā. 6. f

Matth. 28. d.

CONCIO TERTIA.

quandoque venturos, qui euangelicæ veritatis synceritatem profanis expositionibus deprauarent, & in verbo isto, sicut & discipuli eius quondam scandalizati, ecclesie sancte vnitatem nequissimis inuentionibus deturbarent: propter quod ne in errorem adducerentur electi, ad fidei nostræ robur & confusionem eorum, tantum mysterium non verbis ambiguis, & quæ variè possent interpretari, sed apertissimo oris sui & euidentijs testimonio confirmauit. Et quidem ad omnem fidem abunde sufficere debuerat tam euidens verbum Christi: neque enim falli, neque fallere potest, qui veritas est: sed tamè propter infirmos, & quia arduum nimis, & supra omnem intellectum est huius sacramenti arcanum, bone Deus, à die quo institutum est, quot signa, quot miracula, quot portenta in huius rei testimonium facta sunt? Et quot fiunt quotidie in ecclesia Dei? Quanta à patribus nostris audiuius? quanta in libris legimus? quanta à narratibus accepimus? quæ si infidelibus nota essent, omni semota perfidia, proculdubio credidissent. Sed de his alias: nunc enim de præparatione, & non de credulitate sermo est. Ad quam tamen (vt diximus) ante omnia fides necessaria est, deinde puritas. Oportet enim accedentem mundum gestare cor ab omni malitia, & mundum corpus ab omni luxuria: vt sit sanctus corpore, & spiritu. Procul absit omnis liuor, omnè odium, omnis ambitio, omnis illecebra: sanctū sit pectus, in quo sanctū domini recondendum est. Sicut scriptū legimus. Sancti eritis, quia sanctus sum dominus Deus vester. Vn-

Ioā. 6. g

Matth. 24. b

Ioā. 14. b

ps. 77

1. cor. 7. f

Leui. 11. g

de Esaias. Mundamini qui fertis vasa domini, id est pectora vestra: in quibus veluti in vasis, sacrum domini corpus & pretiosissim⁹ Christi sanguis infunditur, & insinuatur. Si enim puros & inauratos calices ad hæc sacra mysteria celebranda paramus, quanto magis aurea & fulgida debēt esse pectora, in quibus veluti in sacrarijs, & reliuarijs, eadē mysteria reconduntur. Vnde apostol⁹. An nescitis quia templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Quis enim consensu templo Dei cum idolis? Audes tu ò sacrilege in pectoris tui sacrario quod Deus inhabitat, turpia idola, & nefandas imagines carnalium cogitationum, & spurcissimorum desideriorum inuoluere? Putas ne Deus tali dignabitur consortio? tali cōmertio sociabitur. Expurgate (inquit) vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi: etenim pascha nostrū immolat⁹ est Christus. Itaq; epulemur non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis synceritatis & veritatis. Quam pulchrè agni paschalis figurā perstrinxit! quam apertè nobis azyma cum quibus editur commendauit? Pascha nostrum Christus est: procul procul omne fermentum, longè sit omnis iniquitatis corruptio. Purus agnus non cum fermento nequitie, sed cum azymis synceritatis & veritatis edendus est. Quid enim? panes illos propositionis sacros propheta domini contingere nō audet, nisi à sacerdote domini de puritate requisitus, vasa puerorū à quibus edendi erant sancta esse pranouisset: & nos panem angelorum illotis manibus

Esa. 52 c

1. cor. 3. d
& c. b. d
& 2. cor. 6. d

1. cor. 5. b

Leui. 13
Ibidē c

2. Regū 21. b. &
Marc. 2. d

ps. 77 &
Sap. 16. d

Matth. 27.g
 Matth. 5.a
 Leui. 6.c
 Luc. 1.b
 ps. 125
 ps. 115

contrectabimus, immūdis faucibus assumemus? Omnia munda vult au thor puritatis: mundam matrem e legit: mundum discipulum dile xit: munda syndone inuolutus est: mundo in tumulo, & in quo non dum quisquam positus fuerat tu mulatus est: ab his qui sunt mundo corde videtur: & ab his qui sunt mū do corpore possideretur. Sed cum fide & puritate comitetur etiam pietas, quæ cultus Dei est, id est feruoris & deuotionis igniculus: quo veluti fa cro quoddam incendio, holocaustū domini in cordis altario succenda mus. Huius cælestis ignis scintillam in pectoribus nostris facillē excitabi mus, si clementiæ immensitatē, be neficij magnitudinem, dignationis gratiam, & inestimabile pondus amoris considerare voluerimus: si viscera illa pietatis Dei nostri erga nos sollicitē attenderimus: quibus sic amauit, sic extulit nos, sic magnifi cavit facere nobiscum, vt ipsa se no bis viatoribus maiestas nūc offerat in cibum, quæ postmodū triumphatoribus se largietur in præmium. Vt vno communi cibo pascatur, & eadem mensa confideant, vernaculus & filius, pauper & diues, seruus & princeps, miles & dux, vilis de ter ra vermiculus & cælestis gloriæ an gelus. Quid (inquam) hac gratia ma gnificentius? quid honorificentius? quid sublimius? Quid retribuemus tibi dñe, quas gratias agemus pro tā to munere, quod largiri dignatus es nobis? Hoc itaque in primis conan dum est, ne tam immensæ caritatis dignationi ingrati inueniamur. ne dona Dei veluti insensibilia pecora suscipiamus: perpetuò mente voluētes propheta vaticiniū quod prædiximus. Bestia quæ montē terti-

gerit lapidabitur. Illius quoque in solentis pauperis & pannoſi nō im memores, qui quauis vocatus & inuitatus, imò & compulsus, quia tamen ad mensam potentis princi pis nuptialem sine veste nuptiali præsumpsit accedere, debito suppli cio punitus, in tenebras exteriores ab ipso pio, sed iusto domino proie ctus est. Quo putas supplicio se inge rentis temeritas punietur, si sic inui tati & compulsi audacia vindica tur? Quia ergo paupertatem, & nu ditatem nostram omnes agnoscim⁹, si rectē, si piē ad cælestis regis nu ptialem epulam accedere cupimus, prius aurum illud caritatis ignitū, quo locupletemur, apostolico mo niti consilio, nobis emamus: & ve stimentis albis puritatis & sanctita tis, ne nuditas nostra appareat nos induamus: & collyrio fidei optimo mentis nostræ oculos præungamus: vt sic nitidi & puri, cum cælestibus principatibus intra regalem aulam ad mensam domini sedentes, vt læ ti & iucundi & digni conuiuæ diuini conspectibus placeamus. Quam apertē hunc triplicem dispositio nis ornatum Apostolus ad Hebræos commendauit, dicens. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu d sanctorum in sanguine agni, quam initiauit nobis viam nouam & vi uentem, per velamen, id est car nem suam, & sacerdotem magnū super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua mūda. Teneam⁹ spei nostræ cōfessionem indeclina bilē: fidelis enim est qui repromisit. Videtis certē quia nō sit inuētio no stra, sed apostolica sententia, quā de triplici dispositione præmisimus: habentes

habentes (inquit) fiduciam in introitu sanctorum ad conspectum Dei, ad angelorum frequentiam in cæle stem gloriam, ad beatarum anima rum confortium. Non in meritis no stris, sed in sanguine agni: nō ex ope Tit. 3. b
 Apo. 7. d
 Tit. 3. b
 Dañ. 9. c
 Eph. 1. c
 heb. 6. d
 heb. 9. d
 & Leui. 16. e
 Ioa. 6. f
 Ioa. 4. c
 I. Jo. 1. c
 Phi. 3. d

ribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed per velamen, id est velatā sub panis specie carnem Christi, hoc est in do mini iustificationibus, nō in nostris. Hoc enim sacramentū est pign⁹ eter næ hæreditatis, hæc vnica anchora spei nostræ, hoc vnicū solatij nostri asy lum: per hoc ad Dei nostri cōspe ctum intra sancta sanctorū cæleste cōfidimus introire. Hac ergo muni ti fiducia, licet peccatores, licet de biles, & infirmi, domino tamen mo nente, & suadente, imò præcipiēte. Et quomodo monente, quomodo suadente? Nisi manducaueritis (in quit) carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā æternam in vobis. Hac eius admo nitione succensi, et si timentes & tre mentes, tamen quia sic præceptum est accedamus. Sed quomodo? cum vero corde, id est spiritu feruido: nā vbi deest spiritus, nō est veritas. Va ni enim sunt omnes homines in qui bus nō est spiritus Dei. Vnde domi nus in euangelio. Veri adoratores adorabunt patrē in spiritu & verita te: cōgeniti sunt spiritus & veritas, & adinuicem nequeunt separari. Exē plo innotescet: videas quā plurimos in oratione iactantes, Deus meus, amor meus, bonū meū, dulcedo mea, gloria mea, desiderii meum, delicię mea. Si adest spiritus verum dicis: a lias sine dubito mentiris, & veritas non est in te. Nam Deus tuus ven ter est, & desiderium tuum pecunia, aut honor, aut libido, aut quod uis aliud temporale bonum, in quo

summē oblectaris. Quid de Deo te iactas, quem non gestas in pectore? quem solis labijs honoras; & cor tuum longē est ab illo? De his pro pheta, non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Vacuum spi ritu cor linguam orantis mēdarem facit. De quibus etiam Apostolus. Quorum Deus venter est: & gloria in cōfusione. Id est quorum omnis gloria & lætitia in ventre, aut sub vē tre est. Accedamus ergo cum corde vero, id est deuoto & feruido, in plenitudine fidei. Nō ait, in fide: sed in fidei plenitudine: vt insinuet, quā integra, quā perfecta fides accedē tis esse debeat, qua corpus domini ab alijs alimentis cordis palato diu dicet & discernat. Multò enim fir mius hoc credere ac profiteri debe mus, quā si centū oculis vidissemus: quoniam corporalis oculus facillē deludi potest, Dei autē veritas delu di nequit, & deludere nescit. Cælū (inquit) & terra transibunt, verba autem mea non transibūt. Sequitur abluti corda à conscientia mala, id est puri & nitidi, sine peccati conta gio, sine omni affectu & proposito peccādi. Et pro commissis iam pec caris adiungit, abluti corpus aqua munda: hoc est, vnda lachrymarum affluenti mundati, vel si mauis, bap tismi lauacro purificati. Vides iuxta decretū apostolicum, fidē, pu ritatem, & feruorem in accedenti bus cōmendari. Sic ergo accedam⁹, sic de pane illo edamus, & de calice illo bibamus, tenentes spei nostræ cōfessionem indeclinabilē, id est fir mā & immobilē spem consequendę beatitudinis, ex tanto munere. Qui enim dedit propriam carnem, non negabit hæreditatem promissio nis suæ. Indubium obsidem nobis X 2 reliquit,

Heb. 10. d reliquit, & fidelis est qui repromittit: vtrinque spes nostra firmatur & roboratur, & propter vadem, & propter fidelitatem: non est itaque vnde frustrari timeamus. Sed promissionis verbum attendamus. Hic Ioā. 6. e est panis de caelo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur: non sicut manducauerunt patres vestri māna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Quid clarius, quid iucundius, quid firmiter? His auditis: quis valeat hælitare? Nunc (inquit) habet vitam æternam in anima, & postmodum, vt integra & perfecta sit eius beatitudo, ego cui adhæsit, cui in altario inuisceratus est, quia vita sum, viuificabo & resuscitabo eum in nouissimo die: vt corpore & spiritu totus deificatus, meo iucundissimo aspectu cum angelis in gloria perfratur. Quam nobis præstare dignetur, qui eam repromittit Iesus Christus dominus noster: cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

IN TRANSFIGVRATIONE Domini.

THEMA.

¶ Duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.



Ira domini transfiguratione duo dicturi sumus: primo, propter quid transfiguratus est: secū-

do, quomodo transfiguratus est. Non vacat mysterio, quod ille qui tota vita mortali abiectus & pauper haberi voluit, sicut ipse ait in psal. pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea: hodie tam magnificus & gloriosus apparuit: opus (inquam) tam nouum, tam insigne, ratione non caret. Quæramus igitur quæ necessitas, quæ ratio, quæ causa fuit, vt dominus suam hodie maiestatem monstrare voluerit. Et quantum uis Dei consilia agnoscere difficile sit, tamen huius rei ex sanctorum dictis tres causas potissimas eliciamus. Prima ad fidei nostræ robur & confirmationem: licet enim ex miraculis factis, tum propter multitudinem, tum propter magnitudinem, tum ex modo quo fiebat, & ex scripturis & virtutibus, & vita innocenti, homini non proteruo dominus sufficienter diuinitatem suam probauerit, sicut ipse ait: opera quæ ego facio, hæc testimonium perhibent de me: tamen vt tantum mysterium mundo persuaderetur, euidentiori adhuc testimonio, & fortiori opus erat. Inter omnia autem testimonia quæ mundus acceptat, maximum omnium & fortissimum est testimonium visus: testis enim oculatus maximus & acceptissimus apud omnes habetur. Hoc igitur testimonio Christi diuinitas carere non debuit. Dicerent nanque Pagani, si Christus Deus erat, indicaret hoc aliquando sensibus, & aperte monstraret, vt ei crederetur. Vnde Philippus. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quasi diceret: ad quid tot multiplicas testimonia de te ipso? ostende diuinitatem quam prædicas, & sufficiet. Fecit itaque hoc hodie Christus, vt ad diuinitatis

nitatis & gloriæ suæ plenam fidem nihil decisset. Quantum putas ex hoc facto fides inualuit? quantum ad fidei robur opus hoc contulit? Audeo dicere, nihil supra. Licet enim Christi resurrectio latius innotuerit, hæc tamen transfiguratio diuinitatem illius clarius euidentiusque monstrauit. Vnde quia testibus fide dignis diuinitatis suæ gloriam ostendit, nullum de hoc mentibus nostris dubitandi locum reliquit. Decuit itaque summum mysterium summo testimonio confirmari: vt nulla mundo incredulitatis excusatio relinquatur. Testes ipsos super hoc audiamus. Vidimus (inquit vnus eorum) gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Et rursum. Quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod prospeximus, & manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ testamur & annunciamus vobis. Quasi dicat. Non fabulas, non somnia, non figmenta narramus, sed rem apertam, & notam: quam non vnico, sed pluribus sensibus comprobauimus. Vnde alius testis in epistola. Non indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem, & præscientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis, &c. In tanto igitur talium virorum testimonio, quis ambiguitatis locus etiam durissimo cordi relinquatur? Sed objicit quispiam. Quare ergo non publice in plateis Hierusalem transfiguratus est, vt a pluribus firmius testimonium haberetur? Quare vel omnibus apostolis & discipulis, sicut resurrectio, hæc gloria monstrata non est? Sed in promptu est responso: quia hoc non esset fidem

confirmare, sed destruere: non esset homines credendo ad se allicere, sed rei euidentia conuincere. Quis enim locus fidei, vbi sensus adest? Aut quale esset meritum credere, quod vni ciuitati notissimum haberetur? Vnde quanto testimonium visus maius & euidentius est cæteris, tanto debuit paucioribus exhiberi: ne rei euidentia, & testium multitudine, fidei meritum destruat. Neque te moueat, quod non est ibi visa diuinitas: nam etsi non fuit visa, fuit tamen per visum certissime cognita: plura nanque visu addiscimus quæ non videmus. Video fumum, & agnosco focum: video lumen, & agnosco solem: video vitam, & agnosco animam: neque enim animam tuam oculis corporeis video, sed animatum te esse omnino non dubito. Sic autem Deus videtur in corpore glorioso, sicut anima in corpore viuo: non secundum se quidem, sed secundum indubitabiles effectus suos. Præsentiam ergo deitatis apostolos agnouisse non dubito, sed non clarè & aperte viderunt Christum esse Deum: hoc enim euidenter videre non poterant, non visa Christi diuinitate. Item, quia ad quid audirent a patre, quod oculis aperte viderant? Si Christum esse verum Dei filium oculis inspexerant, quid opus erat ad hoc vocis testimonio? Ad hoc nanque videtur vox illa sonuisse, vt quod visui deerat, auditus suppleret. Sed ex alia parte Ioannis auctoritas hoc videtur innuere, cum ait. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Nisi dicatur, quod viderint quidem gloriam corporalem unigeniti: sed quod esset unigeniti filij Dei

non viderunt. Sed vtcunque res se habeat, existimo eos tūc de Christo eminentissimè fidei cognitionē habuisse, & diuinitatis eius omne testimonium possibile visui mortali percepisse. Quod autem Petrus apostolus in epistola ait, habetis firmiorem propheticum sermonem: non hoc dicit, quasi dubium ipsi testimonium acceperint, sed quia propheta falli omnino non potest, sensus autem deludi potest. Vnde debilius est testimonium oculi, quā oraculi, quantum est de se, licet quoad homines firmiter habeatur. Mundus enim aliam visionem non nouit, præter oculi visionem, ideo illam maximè acceptat. Vnde si mente dicerent se hæc omnia vidisse, non ita eis fides adhiberetur à mundo, quauis in veritate visio intellectus firmior & certior sit, quā sensus. Hæc igitur, vt opinor, prima & potissima causa huius ostensionis fuit: vt ex hoc, & Christi diuinitas probaretur, & fides nostra confirmaretur. Alia autem non minus necessaria ratio videbitur, vt per hoc tepiditas nostra in opus bonum excitaretur. Nihil enim sic animum ad opus inflamat, vt nota operis retributio. Minus etiam audita mouent quā visa: licet ergo sæpius audierimus, quia neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: supra modum tamen expediens & vtile fuit ad prouocandos animos, huius ignotæ gloriæ specimen aliquod oculis demonstrari, vt audius & diligentius procuraretur. Decuit etiam euangelicam doctrinam mundo nouam & rigidam, talis

2. Pet. 1. d

Esa. 64. b. & 1. cor. 2. c.

actanti præmij specie confirmari, vt ab omnibus acceptetur. Raro enim quauis excelsa virtus, futuris præsentia commutat: neque facile suadetur quispiam, vt spem periculis emat, vt ait Ambrosius. Quando ergo persuaderetur mundo carnali, vt præsentis seculi delicias contemnat, si potiores alias certo indicio non nouisset? Semetipsum abnegare, crucem suam tollere, præsentem vitam contemnere, seculi honores & delicias negligere, minas hominum & tormenta calcare, & relinquere quod iam es, spe sola essendi quod nondum es, quæ euangelica institutione cōsuluntur, non ita facilia sunt, imò ita difficilia sunt, vt vix ea quispiam amplexaturus sit, nisi potioris multo, & maioris spei notissimo fuerit testimonio, roboratus. Nunquam enim agricola triticum suum seminando dispergeret, nisi illud in messe multiplicatum reddi oculata fide comprobasset. Erat etiam opus hoc ecclesiæ Dei maximè necessarium, ad Paganorum & Gentilium iniurias propellendas. Bone Deus, quibus à principio verbis & ludibrijs impropertatum est ei, & impropertatur hodie, quòd hominem crucifixum, morti à discipulo traditum, mortuum & sepultum, & Deum credat, & vt Deum veneretur & colat. Vnde psalm. Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt cōmutationem Christi tui. Quid istis responderi poterit, quod eorū proteruiam ignorantiamque confundat? Si miracula, si virtutes, si doctrinam, si resurrectionem obijcias, pio quidem animo ad fidē hæc sufficiunt: proteruo autē efficacior

Matth. 16. d

Luc. 11. d

ps. 88.

ri

ri opus est argumento. Quid ergo blasphemis istis respōdebim⁹, quod conuincat & aperte confundat? Audi Gentilis, audi Pagane: si te Christi passio scandalizat, confirmet te gloria. Idem enim ipse, qui in Caluariae monte patitur, crucifigitur, & moritur: in Thabor super solem rutilat, super niuem candet, & super omnem pulchritudinem decoratur. Qui in Caluariae loco latronū medius in cruce pendet: in Thabor prophetarum medius super astra luget. Qui à sacerdotibus in Caluariae loco, velut seductor capitis motione subannatur, in Thabor voce de celo allata, filius Dei vnigenitus appellatur. Cuius vestes in Caluariae loco sorte diuiduntur, eiusdem veltes in Thabor super niuem dealbantur & cadent. Cuius facies turgida in Caluariae loco pallet; eius eadem facies in Thabor mira pulchritudine pollet. Quid miraris o stulte? quid irrides? quid subannas quòd talē ac tantum crucifixum adorem? quin potius tu cum, o miser resipiscens, mecum adora. Transi mecum à monte in montem, & cognosce quia nulla potest passio obscurate, quæ tantæ maiestatis & gloriæ splendor illustrat. Vnde enim tibi apparet contemptibilis, inde mihi maximè videtur amabilis. An non tibi videtur, quòd meritò amem & colam talē ac tantā maiestaté eius qui pro me ipso tāta actalia passus est? Factū est etiā hoc ad firmandos discipulorum animos post resurrectionem in fide: grauius enim fuerant à passione commoti. Si enim tanta fuit passionis ignominia, vt etiam hi qui eius gloriam viderant turbarentur, sicut ipse dominus prædixerat illis: omnes vos scandalum patiemini in

Matth. 27. d. & Mar. 15. b. & Luc. 23. c. & Ioa. 19. c.

ps. 10.

Matth. 26. c.

me, in ista nocte: quid de reliquis putandum est? Vnde & Petrus in prætorio requisitus, iureiurando respondit: non noui hominem. Migratio obliuio. O Petre non nosti hominē illum, qui te ex piscatore pisciū fecit hominum piscatorem? qui te à retibus tractum, ecclesiæ apostolū & principem constituit? qui regni cælorum clauis tuæ voluntatis arbitrio tradidit. Hunc (inquam) hominē nemi ignoras? O Petre certe lethargum pateris, profundo somno teneris: meritò te excitat gallus, redi ad cor, recordare quia hic ipse est quē in monte sancto super solem splendidum tuis oculis aspexisti: cui paulò ante commoriturum te promissisti. O quomodo doluit, quā acerbè lachrymatus est, quando aspiciē te Christo, hæc omnia in memoriā redierunt! Tu quoque o anima mea, obsecro te, transmigra à monte in montem, sicut passer: in his duobus montibus assidua esto. Considera diligenter qualia sunt quæ patitur in Caluariae monte: inspicere vulneratum, liuidum, afflictum, multo cruore perfusum, compaterē domino sic malè tractato, condole Mariæ & sanctis mulieribus, multo lachrymarum imbri perfusis: & cum ibi compassionis & doloris fueris acerbitate grauata transi inde ad verticem Thabor, & tantæ gloriæ contemplatione respira. Ibi dignationis, hic decoris: ibi amoris, hic fulgoris insignia recole: ibi videbis vnde ames, hic vnde desideres: ibi vnde sequaris, hic vnde letaris: vtrobique tamen tibi magnificus apparebit Dei filius, hic inter prophetas gloriam ostentans, & ibi inter latrones eandem gloriam præstans. Vnde psalm. Thabor &

Mar. 14.

Matth. 4. c.

Matth. 16. c.

Mar. 14. g

Matth. 26. d

Ibidē g

ps. 10.

ps. 88.

Hermon in nomine tuo exultabit. Tuum brachium cum potētia. Hermon (inquam) mōs modicus de terra Iordanis, ipse typum gerit Caluarix: modicus quidem magnitudine, sed mysterij virtute præclarus. Thabor & Hermon montes clari, montes desiderabiles: in horum montium vno brachium domini, id est filius Dei, maiestatis suæ gloriam ostentat: & in altero magna cum potētia de hoste triumphator exultat. Diximus causas, propter quas transfiguratus est dominus: quomodo transfiguratus sit nunc dicamus.

Ex discipulis suis tres charissimos, Petrum, Ioannem, & Iacobum secretò conuocat, eosq; secum ad montis Thabor culmina trahit. Mirantur taciti rei nouitatem insolitam prius: quid est quod velit, ut quid eos separatim in sublimia ducit: iam verò supra sacri verticem montis constitutus sic eos alloquitur. Mirabimini forsitan filioli mei, quòd vos in hunc locum separatos eduxerim, sed huius rei finem & causam modò scietis: volo vobis innotescere quis sum: volo monstrare quid sub huius carnis velamine lateret: cui adhæsitis: quem sequimini: cum quo editis & bibitis, & verba miscetis. Non omnes hæc visio decet, vobis solis hæc gratia donatur. Attendite quæ nunc vobis pendentur, nam mundo quandoque necessaria erūt. His dictis, retentam in superiori mētis portione, grandi miraculo gloriæ & claritatis abyssum soluit, & exteriora corporis velut ruptis meatibus inundare permittit. Scaturit foras subito immensas illa gloriæ, totumque corpus mira claritate venustat. Rutilat super solem facies eius fulgore mirifico: candet vestis su-

per niuem: nouumq; induit forma decorem: adumbratur eius claritate solaris radius, totusque mons vndique grandi claritate resulget. Spectaculum visu dignissimum, quale vnquam à seculo non est visum. Egre dimini filix Hierusalem, egredimini in montem foras, & videte regē Salomonem in diademate, quo coronauit eum pater suus. Videte regē pacificum, regem sapientissimum, regem potentissimum, cunctis gentibus desideratum, super astra splendentem, in quem desiderant angeli prospicere. Benedic tu quoq; ò anima mea dominum. Domine Deus meus magnificatus es vehementer, confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento: extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Illa enim interiorē animæ tuæ gloriā ab initio tuæ conceptionis intus latentem, ad corporis tui substantiam, sicut pellem foras extendisti, ut corporeis oculis videri posset. Quid verò intus gloriæ lateat, quis agnouit? Tegis quippe aquis, id est immensa abyssu deitatis tuæ superiora eius: id est animæ tuæ superiore portionem. Vna quippe gloriæ tuæ gutta apostoli tui inebriati sunt, quid si interiora vidissent? Solam corporis gloriā inspexerunt, quid si gloriā animæ, vnde scaturiebat illa? quid si fontem deitatis perennem, & primam eius originē inspexissent? Attendite fratres, videte qualē nobis gloriā parauit pater, considerate qualia nos præmia manent. Si talis erit gloriā carnis, qualis erit gloriā mentis? si talis est riuus, qualis erit fons, vnde ille riuus emanat? Quis interiorē animæ iubilū, lætitiāq; mentis

mentis comprehendere valeat, quæ tales ex se foras splendores emittit? *Esa. 64. b. & 1. cor. 2. c.* O quam verè dictum est, quia oculi non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Splenduit quandoq; facies Moyfi cū de monte descenderet, vsque adeò vt non possent in eum intendere filij Israel propter gloriā vultus eius: sed nō sicut domini, ita & serui gloriā. *Heb. 3. a.* Amplior enim gloriā Christus præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliorē honorem habet domus qui fabricauit eam. Moyses quidem fidelis erat, in domo Dei tanquā famulus: Christus verò tanquā filius in domo sua. Moyfi sola facies rutilabat, Christus totus super solem splendebat. Moyses faciem suam velo tegebat, Christi claritas vestimento non poterat operiri, sed vestes ipsas fulgore suo super niuem dealbabat: maior quippe fuit splendor in veste Christi, quàm in facie Moyfi. Fulgor ille Moyfi inspiciētium lædebat obtutus, Christi autem claritas mira suauitate sine nocimento aliquo cernebatur. Ponit ille velum in figuram, quia cæco populo loquebatur: nos autem non velamine aliquo, sed reuelata facie gloriā domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. Vnde & ipse Moyses illius gloriæ speculator & testis affuit cum Helia, Christo domino astantes, & illi testimonium perhibentes, quòd ipse sit verus dominus & Messias, quem lex præfigurauit, quem vaticinia promiserunt: & sicut euangelista ait, loquebatur cum Iesu. Sed quid obsecro, tali tempore loquebantur? valde hoc audire gestimus. Dic nobis euangelista quid loquebantur? loquebatur (inquit) de excessu quem completu-

rus erat in Hierusalem. O verè excessum maximum, ò ecstasim potentissimam: excessisti metas omnis rationis & intellectus, domine in Hierusalem. Supra modum in me amando excessisti Deus meus, quid reddā tibi pro tanto amore tuo? Omnia in numero, & pondere, & mensura fecisti, sed sine numero, pondere, & mensura amasti. In hoc redemptionis nostræ opere nullus est numerus, nulla est custodita mētura, sed prorsus excessus nimius & nimietas excessiua. In omnibus alioquin moderatus & mensuratus, in solo amore fuisti nimius. An non nimietas gradis, an non excessus nimius, vt Deus moriatur pro homine? pro opere suo conditor? creator pro factura? O ecstasim exuberantis amoris: ò feruentis caritatis excessum. Factus est dominus, tanquam potens crapulatus à vino. Plantauit vineam, & ex ea bibit, & inebriatus est: & nudatus grandem ecstasim passus est. Sed quam ecstasim? quid dicam fratres quam ecstasim? Deus in ligno pender, omnipotens latronum medius crucifigitur, irridetur, blasphematur, spuitur, flagellatur, occiditur: vbi est Deus sapientiā tua? vbi est potentia tua? vbi est gloriā tua? vbi est diuinitas, maiestas, & æternitas tua? Noli querere, ecstasim passus est Deus: alienatus est à seipso, vt tu redeas ad te ipsum. Sicut scriptū est. Reminiscuntur, & conuertentur ad dominū vniuersi fines terræ. Quid est dicere, reminiscuntur, nisi redibunt ad se, qui erāt alienati à se? An non alienati idolorum cultores, lapidum adoratores? Ecstasi sua nostrā destruxit: ecstasim amoris passus est, vt tolleret ecstasim obliuionis. Amor nanque, teste Dionysio, X 5 facit

facit ecstasim: ponit enim amantem extra se, & sui facit obliuionem. Videas gallinam pro pullis aquilā fieri: & equam mitissimam pro filio fieri lænam: mansuetissima ouis vertitur in feram: & nihil tam mite, quod non amore insaniat. Exponitur mater pro filio oblita sui, unde hoc? nisi quia sustinet ecstasim præ amore. Hæc est ecstasis quam pro nobis passus est Deus: hic est excessus quem completurus erat in Hierusalem, de quo vates cū Christo domino loquebantur. Sed quid de hoc excessu loquebantur, euangelista reticuit. Pro illo gratias agebant, aut si fieri posset, ne illū patretur orabant. Neque absre in tanta gloria passionis memoratur excessus, ut videlicet eundem esse constaret, qui penderet in cruce, & qui splenderet in monte: ne forsitan alius subrogatus putaretur, ut nequiter Mahoma suspicatus est. Et ut nobis præberet exemplum, ut in die honorum memores simus quoque malorum: & læritiam nimiam obiectis tribustemperemus. Dum hæc agerentur, Petrus & alij discipuli grandi nimis admiratione tenentur. Sed non inuat Petrum præfati excessus audire sermonem, feruet intus gaudio, conceptumque non valet tenere sermonem: accepta igitur copia fandi, quid (inquit) tecum domine, de quodam nescio quo excessu prophetæ loquantur: mihi si creditur, meo si ceditur voto, faciamus hinc tria tabernacula: tibi vnū, Moyfi vnum, & Helie vnum. Hoc fatius est, hic stemus, hic cunctos vitæ nostræ dies agamus. Quid ultra queritur? inferiora cur ultra lustramus. Nesciebat enim quid diceret præ amore: sic enim totam eius mē-

Hecc. 11
e

tem præsentis candoris & gloriæ amor, & iucunditas occupat, ut nihil aliud vellet, nihil aliud cuperet, & hoc sibi ad plenam felicitatem satis esse cogitaret. Sed non es te digna locurus o Petre: falleris grauitate, falleris o pastor ecclesie: prius condendum est euangelium, prius hominum genus cruoris effusione redimendum est, prius te alius cinget, & ducet quod tu non vis, quam hoc gaudio potiaris. Itane sine certamine victor, sine victoria triumphator euades? Quid rerum ordinē peruertis? quid meritis præmia præponis? Tu ne (inquam) solus mundi salutem & gloriam possidebis: tibi soli saluator assistit: O insignis latro tibi cælestem margaritam vsurpas. Dic nobis o Petre, vbi virgo, vbi fratres, vbi euangelium, vbi fides, vbi gratia, vbi generis humani redemptio, vbi cælestis Hierusalem reparatio? Hæc ne omnia propter te cessabunt? tuis cedent omnia lucris? Sed ardenti parcat amor: extra se enim positus, quid diceret nesciebat. Quæ sua sunt Petrus quærebat, nā esse cū Christo melius est: sed quia sine merito præmium, sine labore gaudium cupit, hic error, hæc culpa est. Neque tamen solus hoc errore tenetur, volumus & nos sæpe similia Petro: gaudium cupimus, laborem fugimus: prius volumus gaude re quam pati, sed fatue, sed stultè. An nescim⁹ quia scriptum est: quia si compatimur, & conregnabimus: c & quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Sed Petrum nunc omittamus, satis enim ab omnibus hoc in loco ignorantie reprehenditur: quod ad nos attinet fratres, si videtur, bonū est nos hinc esse. Habeat sibi sua solatia

Ioā. 21

Phi. 3

Rom. 8

ps. 72.

Ioā. 14.

a

tia mundus, concupitis homines voluptatibus perfruatur, nobis adherere Deo bonum est, & ponere in domino Deo spem nostram. Quid nobis & gaudio, qui futura quærimus gaudia? In hoc monte cū Christo constantes perseueremus: montis huius culmina stabiles teneam⁹: quæ enim infra sunt, tristia sunt & amara, pestifera omnia, & lethali tincta veneno: hinc pax, hinc securitas, hinc salus, hinc requies, & si quid veri boni, aut gaudij in vita est, in hoc solo monte plenius possidetur. Sed quid in monte agemus? Nunquid otiosi cū Christo manebimus? non quidem: sed faciamus & nos hinc intra nos tria domino tabernacula: patri vnum, filio vnum, spiritui sancto vnum: tabernaculum corporis, tabernaculum mentis, tabernaculum spiritus: tabernaculum æternum, perpetuam mansionem quam inhabitet Deus: sicut scriptū est, ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Beatus qui huic struendo tabernaculo rotam offert vitam, omnem impendit operam. Ego quidem fratres (ut de me ipso interrim aliquid loquar) si quandoque & hoc rarissime indigno cōcessum est, non meo quidem merito, sed Christi optimi maximi gratuito beneficio, in montem altum cum ipso conscendere, & ibi gloriam vultus eius vel ad modicum & à longe prospicere, o quibus ardoribus, o quilibus lachrymis clamito: domine mi, bonum est nos hic esse: non me permittas vltra descendere de monte isto: sufficit mihi hoc gaudium, sufficit mihi hæc præsentia tua: ne discedas obsecro, ne abeas à me: in hoc tota vita mea, in hoc omnes dies mei expendantur. Quid vltra queritur?

hoc solum volo, hoc solum cupio, hoc solum desidero, hoc solū peto. Sed heu heu, euanescit subito gloria illa, pax illa, dulcedo illa, & plenus mœrore relinquitur. Deserit illico hiantem animam, & sicut fulgur transiens, ita præterit splendor ille. O si durasset. Sed ad historiam redeamus. Petro verba ista loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & vox de nube facta est: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Vox ad patrem, nubes ad spiritum sanctum refertur: ut tota Trinitas Christo homini testimonium perhibuisse noscatur. Sicut scriptum est, tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Si testimonium hominū accipimus, testimonium Dei maius est: hoc est autem testimonium Dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Sed quid testificatus est? Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Filius (inquam) non adoptiuus, non aduentitiuus, sed naturalis, sed ex substantia mea genitus. Sicut scriptum est. Ex utero ante luciferum genui te. Dilectus non sicut alia, sed in quo mihi bene complacui. Placent, alia in illo ipse mihi complaceo, quia in illo substantialiter ipse sum: & quicquid in me ipso mihi placet, in illo est: eadem enim est virtus, eadem magnitudo, eadem pulchritudo, eadem gloria, eadem substantia. Dilectus itaq; ex dilecto, sicut in canticis nūcupatur, quia non solum ipse diligitur, sed in eo omnis ratio diligendi est: quicquid enim diligitur, in ipso & per ipsum diligitur. Vnde apostol⁹. Gratificauit nos (inquit) in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionē per

1. Ioā. 5.

b

ps. 109

Cāt. 5. e

Eph. 1. b

per

per sanguinem eius, in remissione peccatorum. Dilectus igitur, quia diligitur ex dilecto: id est in quo primo dilecto omnia diliguntur: hoc est, dilectus in quo complacui. Non frustra enim hæc repetitio posita est sed ut ostendatur, quia dilectus, & primo dilectus est, & prima ratio diligendi. Siue enim angelus, siue archangelus, siue throni, siue principatus, siue cherubim, siue seraphim, siue cælum, siue terra, siue homo, siue brutum, si placet in ipso placet: quia in ipso sunt omnia, secundum ideas: non sicut in seipsis finita, sed sicut in exemplario suo infinita. Quid enim est cælum, quid terra, quid homo, quid angelus, ut coram Deo magnus, & per se diligibilis appareat? Omnia hæc quasi non sunt, sic sunt coram eo: & quasi nihilum & inane reputata sunt ei, teste propheta: quippe quia ex nihilo facta, in nihilum verterentur, si non conseruarentur ab eo. Quid ergo creatum magnum, aut bonum, aut pulchrū est in conspectu eius, ut per se ametur ab eo? Vidit Deus cuncta quæ fecerat. & erant valde bona. Sed vnde bona? nunquid à se: non utique: nā nemo bonus, nisi Deus solus: sed propter artem quæ in ipsis est, quia perfectissimo consonant exemplari. Nō materia cōmendatur, sed ars: nos enim artem quærimus propter opera, in Deo nō sic, sed opera propter artem cōmēdantur: quia ars in illo omni opere melior est. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed quomodo facta per ipsum? utique sicut per artem, sicut per exemplar primum, in quo omnia ab æterno lucent, & ab æterno placent. Non quod opera non placeant in seipsis, sed non per

seipsa, sed propter artem. Diligitur creatura in verbo, diligitur etiā in seipsa, quia & ipsa bonum quoddā est, sed participatum & non essentialiter bonum. Sicut ergo participat bonitatem, ita participat dilectionē. Diligitur ergo in seipsa, sed nō per seipsā, neq; propter seipsam: sed propter cōformitatem ad artē, quæ in ipsa est: id est quia suæ consonat arti: sicut in vasis fictilibus sola artis forma placet, nam materia lutum quoddam est. Hic est (inquit) filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ipsum audite. Fallere enim aut falli non potest, quia veritas est: ipsum ergo audientes non fallēmini, quia veritas est: ipsum sequentes nō decipiēmini, quia via est: ipsum amplectentes non moriemini, quia vita est: ipsum imitantes non obsecrabitur, quia lux est. Ipsum ergo audite, ipsum sequimini, ipsum amplectimini, ipsum imitamini. Hic est enim doctor ille iustitiæ, qui orbi missus est in magisterium omni carni, illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis: ut doceret hominem scientiam, & iustitiam his qui recto sunt corde. Sicut propheta prædixerat. Filie Sion exultate, & lætamini in domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ: & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut à principio. Omnes igitur qui vitam & veritatem diligitis, qui viam salutis & pacis inquiritis, qui æternam felicitatem obtinere desideratis, ipsum audite: hic enim à Deo sicut constitutus est rex, ita promotus est magister & doctor super Sion mōtem sanctum eius, prædicans in gentibus præceptum eius, &

Esa. 40
d

Gn. 1. d

Mar. 10
b

Ioā. 1. a.

Ioā. 14.

a

Ibidē

quia

vita est:

Ibidē

Ioā. 8b

Luc. 16

ps. 31.

Ioel. 1.

Psal. 2

ps. 15.

Esa. 24.

c

ps. 136

Haba. 3

& in populis gloriam eius: ut notas nobis faciat vias vitæ, sicut in psalmo prophetatum est. Hac voce audita exterriti apostoli super faciem corruerunt, non enim tantam poterant sustinere maiestatem. Quos pius dominus à terra leuatos suauiter admonuit, ne cui dicerent hanc visionem, donec à mortuis filius hominis resurgeret. Decuit enim ita fieri, tum ne hac audita gloria, passioni offendiculum poneretur: tum ne fratres adhuc infirmi, quia hæc non viderant, æmulationis aculeo pungentur: tum etiam ad nostrā eruditionem: ut si quandoque nobis cælestis cuiuspiam visionis secreta pāduntur, non eam in vita palām esse ramus, sed cum propheta dicamus. Secretum meum mihi, secretū meū mihi. Sed cur ò bone Iesu, hanc tuā gloriam tuæ genitrici non monstrasti? quis enim illa dignior? quis tibi carior? quis amore tuo flagrantior? quis purior? Sed quia mater erat, testimonio filij minus idonea forsità visa est: aut filij pietate potius sic dispositum est, ne videlicet hac rememorata gloria, in passione sua doloris stimulo grauius vrgeretur. Hactenus de historia. Hæc nos gloria expectat fratres, talia nos præmia manent: toto conatu, toto desiderio properemus ad illa: pudeat vinci à carnalibus: pigeat à secularibus superari. Quid pro breuissima voluptate nō sustinet lubricus? quid pro modico lucro non portat avarus? nobis autem pro æterno & incarrabili gaudio quidpiam graue aut difficile reputabitur? Atteratur ad modicum inedia caro, vigilijs & laboribus ad momentum frangatur, ut perpetuo hoc decore venustetur & tali gloria & splendore vestiatur.

O si eam semper præ oculis haberemus! Vnde enim ista maledicta tepiditas? vnde tanta cordibus nostris segnities, nisi ex obliuione mortifera? O anima mea, quid aliud cogitas, quid aliud cupis, quid aliud agis, quid aliud prætendis? Ut quid terrenis lucris, & negotijs implicaris? Væ mihi hominū stolidissimo, qui à tanta felicitate mentis oculos ad terrena deflecto. Quanto aliter faciebat, qui dicebat. Si oblitus fueris ro tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si nō meminero tui. Si non proposuero te Hierusalem, in principio lætitiæ meæ. O ignitū eloquium, ò flagrantissimum desiderium. Et alius propheta. Ingredietur putredo in ossibus meis, & subitus me scateat, ut requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum, populum nobilissimum, populum pulcherrimum, populum gloriosum, populum felicem, populum gloria & honore coronatum. Quam nobis coronam præstet, qui eam nobis hodie in seipso monstrauit Iesus Christus filius Dei, cui cū patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DOMINICA XVII.

post Pentecosten. Con-
cio prima de manda-
to amoris.

THEMA

¶ Diliges dominum Deum
tuum, &c.

Matthæi. 22.

De

1. cor. 4.
a

ere locuturi sumus qua nulla excelsior nulla vtilior est in vniuerso: det dominus sensum, & aperiat ostium sermonis: vt sentiamus quod debemus, & dicamus quod sentimus. De amore Dei futurus est sermo, de quo nullus recte loquitur, nisi si amans. Habet enim amor proprium idioma, quod solus nouit amator. Nemo igitur huius materiae idoneus auditor, nisi amator: nemo idoneus orator, nisi qui praeter ceteris amore pollet. Quod enim quisque feruentior amator est, eo facundior, vehementior, atque potentior orator existet amoris. O qualia sunt amanti verba, quam fortia, quam ignita, quam suauius, quam penetrantia, quam potentia! Quasi scintillae ab igne ex euntes, ita penetrant corda: neque Demosthenes, neque Cicero ita loquitur, sicut amor. Verum enim ex abundantia cordis os loquitur: & ex pinguedine cordis pingua quoque procedunt eloquia. Sicut adipe ergo & pinguedine repletur anima mea domine, & sic labijs exultationis laudabit os meum. Mitte domine vocationem tuam quae doceat nos de omnibus: & vt recte loquamur de amore tuo, eundem amorem in visceribus nostris veluti magistrum infunde: ille est enim qui reuelat mysteria. Fac hoc mitissime deus, alme tuae genitricis precibus exoratus, cuius fauorem & auxilium omnes humiliter imploremus, angelicam salutationem offerentes.

Præcipis domine, atque seuerio nimis iniungis mandato, vt amem te, & in omnibus, & super omnia diligam te: ita ne domine? tam iniquus

ego sum, & tam ingratus, vt tali indigeam mandato? postquam a te factus sum, & tanto pretio redemptus, post tot & tanta beneficia, quae mihi quotidie praestas, opus est mandato, vt diligam te? Confundis me vtique domine, & hoc tuo mandato valde me conuincis. Sed o suaue nimis, & dulcissimum mandatum, o iucundum & leue praecipuum: gratias tibi, gratias tibi domine, pro tam beneuolo & tam grato mihi mandato tuo: sponte currenti calcaria addidisti. Et quid mihi gratius quam amare te? quid iucundius quam te diligere? & quis potest non amare te domine mi? Si praeciperes vt non diligerem te, hoc mihi impossibile & intolerabile videretur, tolerabilior propemodum infernus est, quam non diligere te. Cum enim de inferni cruciatibus sermo incidit, quod animum meum praeter ignibus & tormentis omnibus magis terret, hoc est, quod vt fertur, qui illic cruciatur miserum mi, oderunt te, & maledicunt. O mihi seras & infelices creaturas, quae tale vicem rependitis auctori vestro, deo vestro. Absit, absit hoc a me, vt vquam te diligere cessem. Si oblitus fuero tui Deus meus, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero te domine mi, in principio lætitiæ meae. O quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde. Attendite fratres charissimi, attendite & videte, qualia praecipua nobis iniungit Deus noster, non aspera & difficilia, non grauius & importabilia. Non quidem iugulare filios, vt olim crudelissimi daemones idolorum cultoribus praecipiebant: non lacerare carnes verberibus, non pedibus nudis super ferreos tribulos ambulare. Sed quid? Hoc est (inquit)

Ioã. 15. b
Ioã. 13. d

præceptum meum, vt diligatis inuicem. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: nihil aliud peto, nihil aliud impono, nihil aliud a vobis requiro. Solum amorem flagito, hoc solo pro tot beneficijs & donis contentus sum. O homo ama, & regna: ama, & omnia quae habeo tua sunt. Audistis vnquam aliquid clementius? aut benignius? Audistis vnquam tam clementissimum, & benignissimum dominum, qui a seruis suis hoc solum exquirat obsequium, vt ametur? Si quis rex a domesticis suis pro omnibus donis suis solum repeteret amorem, neque omnino aliud iniungeret obsequium, quam pius, quam clementissimus haberetur? talis est rex noster fratres, talis est dominus noster. O qualem dominum habemus fratres mei! Quam bene hoc nouerat qui dicebat. Lex domini immaculata, conuertens animas. Testimonium domini fidele, sapientiam praestans paruulis. Iustitiam domini recte, lætificantes corda. Praecipua (inquam) domini desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, &c. Quid enim iucundius, quid dulcius, quam amare? quid suauius? quid leuius? Quid est vita sine amore, nisi atrocissima mors? Qui non amat, etiam dum viuunt mortuus a corde est: vita enim cordis amor est. Quis excusari poterit a tali praecipuo? O quam iuste damnatur aeterno supplicio, qui perpetuo maluit ardere, quam amare: si enim ex caritate diligeret, in inferno non arderet. Nimis non dico te, sed seipsum odisse conuincitur, qui potius elegit ardere, quam diligere. Quid vidisti in Deo tuo o

ps. 18.

ps. 30.

ps. 73.

ps. 136.

Psal. 72.

Ioã. 4.

ps. 105.

damnae, quid vidisti? qui ne diligeres ardes? Quam excusationem asferre poteris in iudicio, qui neque iussus quidem infinitam Dei bonitatem amare, paruisti? Non maria fulcare praecipuum est tibi, non penetrare nubes, non nudis pedibus vltiorem Indiam adire: de cellario cordis implere poteris praecipuum, & contempsisti. Quid dicturus es in postremo illo examine? quid ad tam immensam clementiam responsurus? Hoc est quod dominus per Esaiam populo suo exprobrat, dicens. Non me inuocasti Iacob, neque laborasti in me Israel. Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione, neque laborem tibi praebuisti in thure. Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ac si diceret. Non tibi aspera praecipua dedi, non tibi grauius onera & importabilia imposui, non omnem tuam substantiam in meis sacrificijs & oblationibus expendere praecipui: facilia sunt quae imperaui tibi, & tu pro nihilo habuisti praecipua mea, & in peccatis tuis triginta tres annos seruire me fecisti, & ad vltimum pro te abiectissimam & acerbissimam mortem sufferre. Vtique si grauius tibi imperassem, & facere debueras: quanto magis, quia non dixi tibi, nisi ama, & regna. Haec omnia ad populum nouum quem creauit sibi, id est Christianum: cui quia ipse sacrificium & hostia est, nullum aliud sacrificium imposuit, sicut veteri illi Hebraeorum populo, sed suum duntaxat indixit amorem. O quam iustum

Deu. 30.

Esa. 43.

d

stum & æquum est domine, ut amet te opus tuum quod fecisti, opus quod plasmauerunt manus tuæ! Gratis fecisti illud, nec tibi opus erat ut faces illud, sed spontanea voluntate illud creasti: ad quem igitur, nisi ad te debuit esse conuersio eius? Si pictor imaginem pulchram depingeret in tabula, & illi visum dare posset, & sensum, ut se ipsam, pulchritudinem suam, & pictorem suum agnosceret, & coram se positum videret: quo amore, qua beneuolentia existimas diligeret ipsum? aut quid aliud imago illa toto conatu ageret, quam amare, laudare, colere, & venerari pictorem suum, a quo habuit ut esset, & tam pulchra esset? Nunquid obsecro, non tota in amorem eius incandesceret? Nunquid non die noctuque pro tanto beneficio illi gratias ageret? Et tu homo non solum huius tanti, & tam mirifici pictoris imago es, quia ipse te fecit: sed quod valde maius est, quia in te se ipsum depinxit, ad imaginem enim eius plasmatus es, ut ipsa te similitudo ad amorem eius amplius incitaret. Quanti igitur piaculi reus es, si tantam neglexeris gratiam, & tanti immemor fueris beneficii? Illi nanque debes quicquid es, quicquid potes, quicquid sapis, te totum denique. Cui enim debetur fructus, nisi ei qui plantauit arborem? Illi igitur integrum debes amorem, qui tibi amandi præstitit facultatem: illi debes omnes cogitationes, qui vim intelligendi animæ tuæ inseruit: illi debes desideria omnia tua & appetitus, qui appetendi, desiderandique potentiam in te plantauit. Si quam igitur cogitationem, si quam dilectionem in alio expendis, si quid aliud cupis aut sapis, si quid agis vel

meditaris, quod non ipse est, aut propter ipsum est, fur es & latro, & alienum est quod prodigis. Vnde & in iudicio non solum de verbo otioso, sed etiam de cogitatione vaga, et desiderio vano, rationem reddere cogéris: illi enim qui tibi præstitit ut esses, omnis actus & operatio tua iure debetur. Non igitur tibi fit iniuria, si a te exigitur, ut ex toto corde, & ex tota anima, & ex omni mente diligas ipsum, ac ex te toto. Denique quia totus illius es, tres enim potentias, velut tres plantas, in te plantauit altissimus, intellectum scilicet, voluntatem, & sensum, horum trium a te iure suo fructum exposcit, cum præcipitur: diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mente tua. Satis (ut opinor) innotuit ex dictis bonitas & clementia præceptoris talia præcepta populo suo largientis: non potest de illis dici, quod de alijs quondam dictum fuit: dedi eis præcepta non bona, & iustitias in quibus non viuunt. A bono enim & optimo præceptore, bona & optima præcepta expectanda erant. Nam & illa de quibus ait, quod bona non erant, propter subditorum inertiam bona non erant: quia scilicet perfectiorum præceptorum capaces non erant: erant tamen pro tempore, & populo illi bona. Vnde & populo nouo, nouum quoque iniungit mandatum, dicens. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem. Quomodo domine nouum est, quod tantum a te datum est? Vtique nouum, quia non accepistis spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamatis, abba pater: lex enim amoris est non timoris, quam vobis præsto. Nouum ergo

ergo est, quia nouo modo datum est, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis scriptum. Nouo etiam modo impletum est, Deo enim nos usque ad mortem crucis diligente, dum tam inlignem erga homines ostendit amorem, didicerunt homines nouo modo amare illum, cuius tam nouam & inauditam experti sunt dilectionem. Vetus ergo & nouum est mandatum dilectionis, ut ait Ioannes in epistola. Vetus quoad traditionem: nouum quoad vim amoris & intentionem. Iam enim homines & se, & sua pro Dei amore libenter exponere ceperunt, ex quo ipsum flagranti amore pro eis in cruce pendere, Apostolis prædicantibus audierunt. Est quoque aliud non minus in isto præcepto ponderandum quod Dei magnificentiam largitatemque demonstrat, videlicet quod pro tam leni ac suauis mandato, grande nimis & æternum præmiu repromittitur. Testis est Apostolus qui ait. Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quod reprobis dedit Deus his qui diligunt illum. O ineffabilem largitatem, amantibus talia promittit, & quænam remunerandi ratio in amore? quis labor, quæ molestia, quæ difficultas, quod dispendium est amare? Ipse amor sibi grande præmium est: omnibus enim desiderabilibus amor amabilior est: & tamen illi adiungitur remuneratio. Mira res, das amorem, & pro amore paradysum donas: das quia dedisti: das, ut des gratiam pro gratia, donum pro dono. Cum enim merita nostra præmias, quid aliud quam dona tua præmias? Nam meritum nostrum donum quoque tuum est. Quis non admiretur su-

per tanta dignatione tua? veluti si cui famelico fauus mellis, aut suauissimus cibus apponatur, & ut comedat aureus ei condonetur nummus: aut si cui valde sitienti ut desideratum poculum bibat, pretium promittatur. Sic nobiscum agis domine, quando sitientibus amorem tuum, & ipsum gratis præstas, & pro ipso insuper gloriam repromittis: Quomodo adhæret tibi sedes iniquitatis, O magnificentissime Deus, qui fingis laborem in præcepto? In præcepto (inquam) suauis & iucundo amoris tui laborem fingis, ut præmiandi habeas occasionem: & non laboriosum remuneras quasi laboriosum, tanta est auiditas præmiandi. Quomodo ergo tam bonus & liberalis dominus seruis suis iustam mercedem denegabit, qui non laborantibus, quasi laborantibus præmia repromittit? Talis enim domine est amor tuus & tantus, ut pro illo adipiscendo quantumlibet graua ac dura tormenta libenter sustinenda essent, & tamen non solum gratis das illum, sed etiam paradiso præmias eum. Iam enim quantum æstimandum est, quod non solum amari a me non dedignaris: verum etiam strictissime a me hoc exquiris? Quis ego sum domine, aut quæ est substantia mea, ut sic a me cupias amari, quod æternos cruciatus, & ignes atroces mihi, si te non dilexero, miniteris? Tantus ne ego sum coram te domine, ut tanti facias a me amari? Quid est homo domine, quia innotuisti ei, aut filius hominis, quia sic reputas eum? Ecce coram te millia millium angelorum in amore tuo flagrantium, & tibi curæ est de vili vermiculo super terram

repente vt te diligat? Gratias tibi ago domine, quia sic reputas me. Sed nō pro te, sed pro me amari vis à me: quia enim diligis me, ideo diligere vis à me. Nosti enim quia in amore tuo mihi salus omnis & vita est. Ob hoc igitur exquiris amorem, vt præstes vitam. Hæc enim est vita æterna, vt cognoscam te, & cognoscendo diligam te, & quæ misisti Iesum Christum. Vt enim nemo à vita excluderetur, vitam in amore posuisti, quoniam cunctis præsto est amare te. Et quā piè, quā misericorditer hoc feceris domine, quis verbis explicare valebit? Si enim in alio quouis opere nostra cōsisteret salus, excluderentur nōnulli, excusarentur plurimi, quibus tale opus non esset aut possibile, aut facile. Sicut si in eleemosynarū largitione saluos nos esse voluisses, excluderetur egenus: si in ieiunio, excluderetur agrotus: si in labore, excluderetur debilis: si in doctrinā, excluderetur idiota: si in contemplatione, excluderetur agricola: si in virginitate, excluderetur vxor: si in paupertate, excluderetur diues: & ita de alijs. At verò ab amore quis excluditur: aut quis legitime excusatur? Sapientibus & insipientibus, diuitibus ac pauperibus, pueris & senibus, omni statui, omni sexui, omni ætati cōmunis est amor: nullus senex ad amorem, nemo pauper ad amandum. Quis enim amare nescit, aut nequit: vbique, & omni tempore amor omnibus præsto est, siue comedas, siue bibas, siue ambules, siue sedas, siue labores, siue quiescas, quomodocunque te habeas, & quocunque te vertas, si libet, amare potes, neque te quidpiā ab amore valet impedire: adeo enim amor tuus est, vt subripi non

Ioā. 17. a

possit inuito. Testes tibi sunt martyres, & exempla quibus vita surripi potuit, amor autem nunquam. Libentissime enim vitam dederunt, ne darent amorem: quia amor vita pretiosior est. Pissimus itaque Deus, mundi huius iustissimus moderator & rector, sic omnes ad vitam condidit, & ita omnium salutem concupiscit, vt ad eam obtinendam nemini viam præcludat. Et ideo licet in his vilibus, abiectis, & floccipendendis bonis, quæ tempore transeunt, impares nos constituit & fecit, neque pro libito donat cuique quod petit, attamen in veris & legitimis bonis, quæ ad salutem & vitam æternam spectant, neminem fecit egenum: sed parem omnibus indidit facultatem, ac libertatem integram, vt ditescat in eis quicumque voluerit, & pro suo arbitrio tam magnus fiat, quantum se ad gratiam disposuerit. Ea enim bona quæ homines in hoc tristi seculo & extollunt, & magni faciunt, apud Deum pro nihilo reputantur, ac veluti fures in domo Dei sunt abiecta nimis, & contemptibilia: quæ autem vera sunt bona, cuiusque arbitrio cum ipsius gratia reseruauit. In utroque pius, in utroque iustus: vt omne os obstruatur, & omnis iniquitas oppilet os suum, neque vllam habeat rationabilem & iustā aduersus Deum querimoniam, quantumuis proterua malitia. Horum autem omnium bonorum culmen tenet amor: nihil enim in tota domo Dei amore suo pretiosius, nihil præstantius. Hoc omnium donorum Dei maximū est donum super omne donum, quod non præstatur nisi amicis, imò donum ipsum amicitie, ego (inquit) diligentes me diligo. O b pretiosam

Ro. 3. c.
ps. 106

prou. 8.

Matth. 23. f. pretiosam margaritam, quā qui inuenit homo, vendit omnia quæ habet, & emit eam. O præstantissimū thesaurum, quem qui possidet, etiā si omnibus careat, diues est: quo qui caret, etsi cætera omnia habeat, pauper est. Verè si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihilum despiciet eam. Beatus nanque ille est, quem tu ditaueris domine, & de amore tuo locupletaueris eum. Hic est enim fons proprius, cuius non est particeps alienus: hæc vestis nuptialis, quam qui in nuptijs non habet, mittitur in tenebras exteriores. Hoc operimentum est, quo omnis peccatorū multitudo operitur: hæc sacra vinctio, quæ docet nos de omnibus: hic est ignis, quem dominus venit mittere in terram: & quid vult nisi vt ardeat? De excelso (inquit Propheta) misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. De celo mittitur iste ignis, non de nostro promittitur. Et ideo, o maxime & optime Iesu, si amari te iubes, da quod iubes & iube quod vis: quia licet iucundum, & valde iucundum sit mihi amare te, sed tamen supra vires, supra facultatem meam, & naturam est amor quem præcipis, dilectio quam requiris: supernaturalis, nanque est, tuo dono, non meo arbitrio solo possidenda. Neque tamen ex hoc excusatio mihi vlla est, si non dilexero te: tuam enim volenti dilectionem neque denegas, & petentibus ipsam liberaliter præstas. Videre non possum sine luce, & tamen in meridie: si non videro, oculos habens clausos, culpa mea est, non defectus in sole, cuius clara lux omnia illustrat. Ita est omnino in amore tuo domine. Quis mihi

det, vt omisis omnibus, hæc solam inquiram margaritā: hæc totis viribus & omni conatu mihi procure. O mortales, o curæ in terras animæ, & cælestium inanes, quid perituris his intenditis bonis? & perpetuam hanc speciosissimāque gemmam inspicere negligitis? Quantum desudant, quos non libenter labores ferunt miseri homines, in acquirenda scientia quæ destruitur? O si ita Dei perquirerent dilectionem, quæ quanto melior & utilior scientia sit, dies vltimus demonstrabit. Quia hic amor non solum in seipso pretiosus est, sed etiam omnium aliorum pretium est. Quid scientia, quid eloquentia, quid oratio, quid eleemosyna, quid ieiunium, siue quodlibet aliud opus sine caritate valeat, Apostolum audi: qui fidem transferentem montes, & angelicam linguam, & martyrij agonem, & omnem facultatū largitionem, sine caritate pro nihilo reputat. Verū illa quæ duos obolos misit in gazophylatiū, plus omnibus misit, quia plus omnibus dilexit. Et Deus noster nō respicit quantum, sed ex quanto: affectum ponderat, non censum. Hic est ille siclus sanctuarij, quo omnia ponderantur: ita enim habes in Leuitico, omnis estimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Et sicut fiebat in illo mystico, ita fit in hoc vero quod præfigurabatur sanctuario: omnia donaria siclo amoris ponderantur. Tantum habiturus es in illo gloriæ & honoris, quantum hinc detuleris gratiæ & amoris. Mensura plena reddetur tibi, sed tamen hoc siclo ponderata. Caue ne appensus in statera, inueniaris minus habens, & percas. Hoc igitur nūc maxime cura, hoc præ omnibus

1. co. 3. c.

1. co. 13. a

Luc. 21.

Leuit. 27.

Luc. 6. f

Dan. 5. g

in hac mortali vita satage, vt isto si-
clo nō careas, vt hoc dilectionis the-
sauro abundes, vt hac margarita lo-
cupleteris. id est vt amorem teneas,
amorem augeas, amorem in te con-
firmes. Vacuum enim & otiosum
est omne tempus, quod in hoc non
expeditur: vacuum & sine fru-
ctu est omne opus, quod ad hoc
non dirigitur. Nunc autem etli
1. co. 13. c. valde conemur, ex parte diligimus,
& ex parte desideramus, neque per-
fecte à nobis impletur quod præce-
ptum est: diliges dominum Deum
tuum, ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua, & ex omni mente tua.
Sap. 9. d. Corpus enim quod corrumpitur,
aggrauat animam: & sensus homi-
nis suo pōdere ad ista inferiora de-
flectit: neque valet totus intendere
quod conatur. Spargitur enim ani-
mus per multa, & per quasdam oc-
cultas rimulas, quas vix comprehen-
dere valemus, à seipso egredies, per
diuersa male vagatur: lustransq; om-
nia in circuitu pergit spiritus, & in
Ecclesi. 1. b. & ps. 11. circulos suos reuertitur: & dum per
singula male diuiditur, vero illi &
summo bono non totus adnectitur.
Sed veniet veniet ecce tempus ò ani-
ma, quādo omnis iste tui cordis mo-
tus cessabit, & omnis ista cogitatio-
nū inundatio sedabitur, & silebunt
omnes fluctus tui, & lætaberis quia
siluerunt: tunc videbis & afflues, &
Esa. 60. a. mirabitur, & dilatabitur cor tuum.
Mirabitur (inquam) quia cōtra mo-
rem suum fixum nō permutabitur.
Tunc veluti carbo tota igniseris, &
amore succensa in Deum tota transf-
ormaberis: & adhærens Deo, sicut
1. co. 6. d. scriptum est, cū eo vnus spiritus effi-
cieris, dicit dominus cuius ignis est
Esa. 31. d. in Sion, & caminus in Hierusalem:
hic in Sion ignis fumans, ibi in Hie-

rusalem caminus flagrans. Verè ca-
minus, verè fornax, in quo cælestiū
vasa spiritū, flagrantissimo illo ac
potentissimo igne excoquantur: cō-
flatur, & transformantur in Deū: &
ad perpetuum illum & immarces-
cibilem gloriæ impetum, & volupta-
tis torrentem degustandum, firmis-
simo robore solidantur. Quo nos po-
tare dignetur ipse amoris dator &
præceptor, & super omnes ardentis-
simus amator noster, Iesus Christus:
cui cū patre & spiritu sancto est ho-
nor & gloria in secula seculorum.
Amen.

CONCIO SECVNDA de eodem themate.

¶ Diliges dominum Deū tuum
ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua, & ex tota mente
tua. Matthæi. 22.



DE amore Dei tria dicen-
da sunt: scilicet quare
diligendus est Deus, &
quomodo diligendus est,
& quomodo amorem
eius obtinere poterimus. Ratio &
modus diligendi tanguntur in the-
mate, cum dicitur: diliges dominum
Deum tuum, &c. tertium propter
eius vtilitatem adiecimus. Satis cō-
pertum esse omnibus, non modò fi-
delibus, sed etiam barbaris & infi-
delibus, non ambigo, quare diligen-
dus sit Deus: ita vt admonere ne-
mo indigeat in hac parte. Conuin-
cunt enim quælibet etiā durissimū,
ad amorem eius, tum numerosa &
quotidiana multitudo suorū benefi-
ciorū, quæ suo pōdere omnes morta-
les obruit & prouocat ad amorē: tū
omniū creaturarū clamor cōtinuus
qui

qui omni rationali auditui maiesta-
tem, pulchritudinem, magnitudinē
que eius, a pertis vocibus ingerit &
ostentat. Siquidem cæli enarrant
gloriam Dei, & opera manū eius
annunciat firmamentum: & non
sunt loquere, neque sermones, quo-
rum non audiantur voces eorum:
ita vt sit inexcusabilis omnis homo.
Ro. 2. a. Verū tamen quia apud homines, hu-
manus sermo efficacior est & poten-
tior ad mouendum (habet enim ne-
scio quid latētis energiæ viua vox)
ideo hominibus homo, eundē amo-
rem quem omnia prædicant, modo
quo poterō representabo: primò
breuiter perstringens rationes, pro-
pter quas diligendus est Deus: quæ
tanguntur in prima parte thematis
eū dicitur: diliges dominū Deum
tuum. Diliges (inquā) quia Deus: di-
liges, quia dñs: diliges, quia tuus. Ita-
que ipsum diliges propter se, diliges
propter sua, diliges propter te. Vn-
diquaq; se nobis diligibile præstat
Deus: & quia bonus, & quia delecta-
bilis, & quia utilis: vt dum ex omni
parte diligibilis est, nullus ab eo ef-
fugere possit affectus. Si studiosus es,
dilige quia bonus: si deliciosus, dili-
ge quia dulcis: si cupidus, dilige quia
utilis. Non est ò homo, quā fugere
possis ab eius amore. Primò igitur
dilige, quia Deus est: id est propter se-
ipsum, & propter quod est: quia
sumum bonum, in quo omne bonū,
& à quo omne bonū: quare & omni
amore dignissimū. Quāta in eo maie-
stas, quanta bonitas, quanta gloria,
quanta potentia, quanta sapientia,
quanta plenitudo, quanta suauitas,
quāta voluptas, quanta lux, quanta
perfectio, quanta denique omnium
bonorū & omnium desiderabilium
plenitudo! Dilata sinus tuos ò ani-

ma, expande affectus tuos, & ex-
tende sicut pellem desiderium tuū:
& (vt ait propheta) dilata locum te-
torij tui, & pelles tabernaculorum a-
tuorum extende, longè fac funicu-
lostuos, & clauos tuos consolida:
quia superat omnem capacitatem
tuam, & omne desiderium tuum:
maiestas illa, bonitas illa, felicitas il-
la. Quid enim ad illud summum bo-
num noster omnis affectus, nisi gut-
ta ad Oceanū? Exuperat nāq; omnē
sensus, atq; omne desiderium vincit,
infinite ille & gloriæ, & decoris O-
ceanus: abyssus illa profundissima lu-
minis & claritatis: quæ neq; deside-
rio comprehenditur, sed ipsa magis
desiderium ambit, & comprehendit.
Cuius figura fuit corona illa, quæ
propitiatorium ex omni parte am-
biebat in sancta sanctorum. Solus
itaq; dignus amari propter se deus:
propter quem, & ad quem conditus
est omnis amor: & ad quem omnis
amor impellit se habentē. Est enim
centrum quoddam amoris Deus, in
quod dirigit omnem creaturā pon-
dus amoris. Soli igitur Deo per se
competit amor, sicut honor. Siquid
enim diligitur quod non propter i-
psam diligitur, vanè diligitur. Vn-
de neque angelus dignè propter se,
quasi finis debet amari. Tā diligibi-
lis est Deus, vt ab omnib⁹ suo modo
etiā insensibilib⁹ diligatur. Quid e-
nim sunt naturalis rerū inclinatio-
nes, nisi amores quidā, quibus ferun-
tur in Deū, sed propter earū imper-
fectionem, non attingunt quò ten-
dunt, id est bonum ipsum increatū,
sed in bono creato ab ipso participa-
to persistūt? Quid enim est grauitas
in lapide, nisi amor centri? quid leui-
tas in igne, nisi amor sphaeræ. Bo-
num est quod omnia appetunt, & nihil

sine amore est. Et ipse naturalis appetitus boni in rebus, aequaliter amor Dei dicendus est: sed quia ad incommutabile bonum natura insensibilis non pertingit, in bono participato quiescit. At verò creaturæ intellectuales, & rationales, id est angelus & homo, hac dignitate prefulgent, ut ad ipsum summum bonum quod appetunt pertingant, eiusque sint capaces. Amor igitur pondus est animæ, teste Augustino. Amor (inquit) meus pondus meum: illo feror quocunque feror. Sicut enim pondus defert lapidem in centrum, ita quoque amor defert animam in centrum suum, quod Deus est: qui ita proprius est animæ locus, quemadmodum centrum locus est lapidis. Imitare igitur o anima naturam, imitare vel saltem lapidem insensibilem. Nonne vides quanto impetu lapis properat in centrum, & locum suum? Quantum potest quidem conatur ad descensum, et si quid forte interponitur tota sua potentia id repellit, ne iter suum impediatur, & tandem pertingat quod vadit. Decisa rupes a loco suo, & cadens ex alto, horribile visu quo impetu cadit: quo fragore labitur ad ima: qua celeritate properat ad expedientem sibi locum, & aptum: & quicquid illi est regione obijcitur, subruit, & comminuit, ut progrediatur, & demum perveniat quod tendit. Talem te Deo tuo exhibe o anima mea: erubescere cum vel ab ipso insensibili lapide superatam te videris, maiori que impetu illum in centrum suum ferri, quam tu properes in tuum. Subruere ergo quicquid obstat, dirumpe & transi, sicut scriptum est. In Deo meo transgrediar murum. Nam si levi vento elationis, vel levi obstaculo

ps. 17.

alicuius cupiditatis detineris, agnoscas oportet quam sis exigui ponderis, & quam similis leuibus paleis, quas ventus, quia modicum pondus habent, detinet a descensu: cadentibus autem rupibus quid obstabit? Ita & virtutis animos neque totus mundus impedire valet a Deo. Vide rupem Apostolicam ingentem, in Deum cum impetu properantem, & cui nihil obistere valet. Quis nos (inquit) separabit a caritate Dei? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. O pondus eximium & admirabile animæ tam sanctæ, o potētissimam rupem, mole sua omnia subruentem, & per angustias & labores plurimos, per famem, per sitim, per gladios, per infamiam, & terribilia quæque, celeritate incredibili in centrum suum properantem: cuius voluntasiam quodammodo versa erat in naturam: siquidem lapis naturali impetu fertur in centrum, anima autem nostra voluntario & libero impetu fertur in Deum. Hæc ergo tibi præstita facultas, o anima mea, renuncia: & libertatem vertito in naturam: ut tota tua potentia, toto conatu tuo properes ut natura quod tendis. Hoc est enim quod tibi intimatur in themate, cum dicitur: diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota fortitudine tua: id est secundum ultimum potentiam tuam, ut

ut

ut natura. Quod enim centrum tuum Deus sit, & ad ipsum te deferat vis amoris, si aperire oculos velis, conspicuum est & in aperto. Nec enim tibi extra Deum quies est, sicut neque lapidi extra centrum: cum verò ad ipsum perveneris, tunc quiesces: sicut scriptum est. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Fecisti enim nos domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perveniat ad te. Et si experientiam consulas, experimeto disces & videbis, quod in nullo alio amor tuus quiescere potest: quia omnia a se te expellunt, & mittunt in centrum tuum. Nonne experiris, quod si quid aliud propter se diligis, in amore illo inquietudo sit maxima & amaritudo? O quam acerba & amara est omnis creatura, si propter se diligitur! quomodo si de hoc consulantur stolidi amantes, quot nobis tragedias ingerent, & narrabunt? Omnis creatura, o anima mea, te pellit a se cum ignominia, & colaphizat, ut ab ea recedens, Deo tuo adherere coneris. Quasi tibi exprobrando diceret. Quid mihi adhæres miserima? non sum ego bonum tuum quod requiris, & quod affectare deberes. Vade quod tendis, neque veram desere viam. Tu tamen nimium caeca & stulta, reluctantem amplexaris, & pellentem te, & cum conuitio, demulces: invitam retines, fugientique adhæres: & quæ tibi data est in obsequium, etiam nolentem provehis ad dominium, tanta est vesania tua. Sed non hic diu tibi durat amplexus, statim enim in amaritudinem vertitur, illico fastiditur: & quam tanto labore quesieras, tanto amplexabaris ardore, post tempus modicum abijcis, dedignaris, contemnis, & ad alia tibi de novo

quaerenda festinas: atque ita misera, dum nulla tibi sufficit creatura, in circuitu per singulas cum multo labore vagaris. Sicut scriptum est. Caput scilicet malorum, circuitus eorum. Et iterum. In circuitu impij ambulant. Vnde liquidò constat, quod sicut bonum hominis Deus est, ita in ipsum omnis vis amoris naturaliter hominem inclinat, sicut in primum & proprium obiectum: quæquæ ad alia (quod indignum est) inordinate per voluntatem propriam eius inclinatio deflectatur. Sicut enim natura in unum tendit, ita & voluntas omnis: licet propter arbitrium, plurimum sit capax, & quod voluerit pro libito divertere possit: quia non est in voluntate necessitas ad bonum suum, ut in natura: quæ utinam esset, utinam iam necessario tibi vinculo uniremur Deus noster, sicut post aliquando miserante te colligabimur. Vide nunc in hominibus miraculum grande, & malum miraculum putares si rupes ingentes in aere suspensas, nullo detinente, pendere videres. Quis eas aspiciens non illico stuperet? O Deus meus, & quomodo fieri potest, ut ad te non properet omnis anima, propter te creata, sed levi vento suspensa, tanto bono priuatur, & rideat? Quomodo (inquam) possibile est, ut aliqua creatura capax tui sit, & ad te non properet quantum potest. O centrum infinitum, infinite bonum, ac proinde infinite attractivum. Quid tanto bono capace creaturam in illud ipsum ruentem potest retardare? O grade pondus peccati, quod cervicibus animarum superpositum, residere eas facit in imo, ne properet ad spheram suam, ad quam sunt create. Videtur plane

Y 4 mira-

miraculum videre suspensas animas, sicut & videre rupes pendentes, tam exiguo vento à suo centro detineri: & quod peius & flebilis est, non sentire. Quis enim toleraret si sentiret? quis (inquam) vitam suam pariter & æquo animo sustineret, si quanto bono priuatur, distinctè cognosceret? O carnis meæ ingratisimū velū, quanta lætitia me priuas? quid me detinet, quod meis te manibus non dirumpo, ut Deum meum videā, & ipso fruam? & in ipso requiescam? O quanto gaudio, & quanta felicitate careo propter te: & ista cognoscēs, te tolero & rideo, nec diebus ac noctibus super tāto exilio (ut par erat) dēfleo & ingemisco, & in lachrymas totus dissoluor. Vnde hæc tam iniqua patientia? Nempe quia velamen interpositum est, & interiecta carnis nubecula, solis claritas oculis animæ non coruscat. Tolle velamen, & videbis quo impetu feratur anima in centrum suum. Attende beatorum animas soluto iam velamine liberatas, quo impetu ferantur in Deum? quis eas poterit impedire? quis à loco suo separare valebit? Ibi plena & perfecta quies, ibi omnium motuum animæ, & desideriorum plena & integra saturitas. Verè magnus dominus & laudabilis valde, verumetiam & amabilis valde, neque minus amabilis quam laudabilis: sed in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, ibi flagrat vis amoris, vbi non obstat interpositio velaminis. Sed & nunc quò velamen hoc tenuius est ac transparentius, eò anima celerius mouetur in Deū, & magis in ea impetus viget amoris. Quorundam autem velamen carnis crassissimum, & nimia rerum opulentia impinguatum, quorū mo-

tus in Deum aut nullus, aut lentus: quorundam uerò ita vigilijs, abstinentijs, alijsque laboribus velamen carnis attenuatum & attritum est, ut propter eius transparentiam, lux illa beata iam oculis animæ aliquatim transfulgeat: quemadmodum Apostolus ait. Videmus nunc per speculum in ænigmate: vnde & ad ipsum in odorem vnguentorū suorum currunt. Quòd si quandoque contingat per rimulas quasdam, & velaminis rupturas, radios illos diuini luminis oculos animæ vel ad modicum fulgurare, tunc tota liquefcit præ amore, & rapido impetu fertur in ipsum, non iam odore, sed decore eius attracta. Sed heu, quā parum radiatio ista durabilis est: nam sicut fulgur, ita anima percutit & pertrāsit. Siquidem in manibus abscondit lucem (ut ait Iob) & præcipit ei ut rursus adueniat. Annunciat de ea amico suo, & quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere, sed statim eam velut inter manus abscondit, quæ per digitorum rimulas ad modicum fulgurabat. Si enim fulgurare voluerit lumine suo desuper ad plenum, cardines etiam cæli, id est spiritus cælestes suo splendore magis operiet quam illustrabit: nimio enim obruerentur à lumine: nisi quis integram maiestatem diuinā, si seipsam non attemperauerit, ferre valebit. Patet igitur ex dictis, quā naturaliter & sponte anima in Deū inclinatur per amorem. Vnde si per peccatum infecta non fuisset natura, & rationis ac fidei lumen obscuratum, nulla vnquam tali hominis impressione indigeret præcepti, quod tam impressum habebat in corde: neque enim modo scripto datū est præceptum, ut quisquam seipsum diligat,

diligat, cum tamen teneamur nos ipsos ex caritate diligere: nam quod in natura insertum est tā tenaciter, non indiget admonitione doctrinæ: naturalius autem & propensius diligit homo Deum, quā seipsum, quare igitur dilectio Dei cum sit naturalior expressè præcipitur, & non sui? Vtique peccatum in causa est, quando oculos animæ à Deo diuertit, & in seipsum fixit: totumque amor torrentem, qui in Deum impetuosè fluebat, in seipso stagnauit. Non ergo tali opus fuisset expressione præcepti, si natura in ea puritate mansisset, in qua condita est, & ea polleret gratia & iustitia qua pollebat in principio. Vnde non legitur homini à prima conditione conditor ipse tale aliquid verbo aut scripto tradidisse, quia videlicet in id ipsum præcepti volatu ferebatur naturæ integritate, & iustitiæ perfectione, quasi duabus alis adiutus: nec alijs calcaribus indigebat, cui lex amoris intimè, & maximè à conditor esset & inserta & infusa. Nunc autem huius amoris & charitatis ita oblitus sumus, ita à naturali nostra proprietate alienati, & à gratia alieni, ut neque præceptis, neque promissionibus, neque comminationibus, neque quotidianis & immensis beneficijs, ad amorem Dei induci trahique possimus: sed veluti talentum plumbi, quod per violentiam sursum detinetur, si dimittitur statim ad ima descendit, ita anima nostra si ad modicum ad diuina per violentiam rapitur, statim suo pondere ad terrena & transitoria ista prolabitur, & per creaturas tota dispergitur. Dic ergo mihi anima mea, responde misera, & ediffere mihi, quidnam causæ sit, quòd tam

libenter per creaturas foris vagaris sitibunda, guttulas quasdam, & turbidas ab eis mendicans, quæ sitim magis prouocant quam sedant, & limpidissimum illū fontem perennem omnium bonorum relinquis, in quo solo omnem sitim tuam satiare posses ad plenum? Dic (inquā) ò misera, quid desiderare potes, quod non plene reperitur in Deo? Si te delectat sapientia, sapientissimus est: si pulchritudo, speciosissimus est: si potentia & fortitudo, potentissimus est: ac robustissimus: si gloria, si diuitiæ, gloria & diuitiæ in domo eius: si voluptas & delectatio delectationes in dextera eius vsque in finem: si saturitas & abundantia, inebriantur ab vbertate domus eius qui possident eum. Omnium ergo bonorum perennem abyssum misera scienter relinquis, & creaturarum riuulos anxia insectaris: sponte oblatum fontem contemnis, & cum ingenti labore turbidos tibi puteos fodis: O admirandam stultitiam, stupendamque nimium cæcitatem: & ideo super hoc indignans dominus, per prophetam clamat. Stupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer: duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Verè cisterna dissipata, gloria mundi: cisterna dissipata, voluptas carnis: cisterna dissipata, omnis honor & dignitas secularis: cisterna est dissipata & perforata, omnis diuitiarū iucunda possessio. Continere non valent aquas: et si mihi fidem non adhibes, putasque me tibi illudere, experientiam consule. Quanto ardore quæstisti dignitatem aliquam, quos pertulisti labo-

res pro illa obtinenda? obtinuisti tandem, & obtentam post triduum fastidis, quia cisterna dissipata est, & continere aquas non valet. Ad modicum sitim tuam refrigerabit, cum optata potitus fueris voluptate, sed dissipata cisterna aquas illas voluptatis retinere non valuit: fluxerunt ipsae, & tu iuxta cisternam sitibundus manes. Discurre per omnia, & ita verum esse in singulis reperies. Et tamen licet sic se res habeat, quo labore istae cisternae fodiantur & fabricentur, testes sunt mercatores, testes milites, testes mundanae curiae sectatores, qui fabricandis fodiendisque huiusmodi cisternis die noctuque indefinenter desudant, quibus fons ipse limpidissimus aquarum viventium gratis effluens in plateis pro nihilo habetur: Ipse est enim qui omnibus in plateis clamat, omnes sitientes venite ad aquas, venite, emite absque argento, & absque commutatione, vinum & lac. Quare appenditis argentum, & non in panibus: & laborem vestrum, & non in saturitate: Gratis se offert, neque tamen ad illum properatur. Hoc est super quo ad angelos & ad sanctos suos conqueritur, dicens. Stupescite caeli, id est o angeli beati, stupescite & admiramini super hoc. Vos qui beati estis, & totius muneris expertes, vos autem portae eius, id est sancti mei, qui adhuc in carne militatis, per quos multi, ut per ianuas, intrant caelum, vos (inquam) desolamini vehementer, & usque ad mortem contristamini, super tam horrenda, & execranda caecitate populi vestri. Dimitte igitur o anima mea, dimitte obsecro cisternas has dissipatas, quas tibi tanto labore perfodisti, & ad ipsum fontem aquae vivae

Cat. 4. d

Esa. 8. b
Esa. 55. a

Hie. 2. c

properanter accurre. Ibi tua sitim penitus extinguens: ibi delicijs & veris delicijs plene, & affatim, ac pro voto cumulatissime satiaberis. Tolle hoc bonum, & tolle illud bonum: & vide ipsum bonum si potes. Noli hoc vel illud bonum, id est finitum & limitatum, diligere, sed dilige infinitum & illimitatum bonum: non hanc vel illam dulcedinem, sed ipsam per se subsistentem dulcedinem: non hanc vel illam pulchritudinem, sed ipsammet pulchritudinem: non hoc vel illud bonum, sed ipsam per se subsistentem bonitatem. Si ergo quaeris delectationem vel dulcedinem, non eam quaeras in pomo, non in fano, non in pane, non in carnibus, non in cibo aliquo, vel in aliqua particulari natura: sed quaere ipsammet delectationem, ipsam dulcedinem per se subsistentem, quae nullius est dulcedo, sed tantum est dulcedo, & tota dulcedo. Similiter si quaeris pulchritudinem, non eam quaeras in sole, non in stellis, non in homine, non in equo, non in veste, non in auro, sed ipsammet per se subsistentem pulchritudinem: quae non huius vel illius est pulchritudo, sed pura pulchritudo, nulli admixta naturae, cuius totum esse est esse pulchritudinem. Et hoc sic de alijs quibuscumque bonis iudicare debemus. Hanc autem dulcedinem, bonitatem, pulchritudinem meram, & per se subsistentem, quia ad nullius esse contrahitur, necesse est esse infinitam & illimitatam: haec est Deus tuus o anima mea, quae non est hoc vel illud bonum, sed omnne bonum, & ipsa per se subsistens bonitas. O quomodo saturabit ipsa saturitas? quis verbis dicere poterit, centum sibi licet ora, totidemque linguarum adessent, quam dulcis sit ipsa dulcedo,

dulcedo, quam delectabilis sit delectatio ipsa? O quomodo laetificabit nos ipsa laetitia! quomodo denique omni bono replebit ipsa bonitatis plenitudo! Si fauus dulcis est, propter dulcedinem quae in ipso est, quanto magis dulcis erit ipsa dulcedo si sapit panis propter saporis sibi immixtum, quanto magis sapiet ipse sapor si delectat aurum propter pulchritudinem quam in ipso artifex elaboravit, quanto amplius delectabit ipsamet pulchritudo? Tolle igitur o anima, tolle hoc bonum, & illud bonum, & frue ipso bono: id est ipsa bonitatis substantia subsistente, a qua, & propter quam bonum est quicquid est bonum. Hanc electis & amicis suis repromittit & praestat Deus, non tam aliquo bono quam ipsamet bonitate. Siquidem amico suo Moyse, dum sui laboris ostendi sibi premium postulare, dicens: domine ostende mihi faciem tuam: a Deo illi responsum est: ego ostendam tibi omne bonum: hoc operis tui stipendium, hoc premium erit. Non ergo similiter existimes Deum bonum, sapientem, potentem, pulchrum, ut hominem, vel solem, vel angelum: homo enim & angelus, ex accidenti boni sunt: Deus autem essentialiter & substantialiter bonus est, non ex adiuncto: cui suum esse est bonum esse, quia non adiungitur deitati bonitas, vel pulchritudo, ut bonus vel pulcher sit Deus: neque contrahitur ad naturam Dei bonitas, sed Deus ipse est ipsamet illimitata & infinita bonitas, & pulchritudo, & sapientia, & potentia: & ita maius, quae omnia de Deo dicuntur non denominatiue, ut in creaturis, sed essentialiter. Neque tamen idcirco me tibi ideas Platonicas confingere exi-

Exo. 33

c

Mar. 10

b

stimes, & quod de bonitate, sapientia, & pulchritudine dictum est, non ad alias naturas consimiliter extendas caue: ut pari forma velis dicere, Deum coleritatem, vel abedinetatem, vel caliditatem ipsam, & ita de alijs, sicut dicitur magnitudo, fortitudo, potentia, sapientia. Haec enim nominant perfectiones simpliciter primas in Deo reperibiles primo, & consequenter in creaturis: alia vero non ita, neque enim Deus albus est, aut coloratus, sicut sapiens, vel potens. Sed quorsum ista? aut quid haec intendit oratio? Quid veritatem verba, quorum non populus capax? Amare proposueramus, non disputare: diligere, non intelligere: quare ad prima redeundum est: nec sine lacrymis considerantes, quod Deus ipse maximus & optimus rerum omnium creator & conditor, plenus delicijs & divitijs, inter ipsas creaturas quas condidit, ambulet quaerens amatorem, & non inveniens: det plurima, promittat plura ut ametur, & nemo illum vel aspiceret dignetur: siquidem statuerunt oculos suos declinare in terram. Attende eum in canticis suam creaturam deprecantem, & ad amicitiam provocantem. Aperi mihi (inquit) soror mea, amica mea, columba mea, immacolata mea, & omnibus modis mea, aperi mihi: & si non vis propter me, aperi mihi saltem propter te, quia caput meum plenum est rore: divinitas mea plena est omni suavitate, & dulcedine. Aperi ergo mihi, & cenabo tecum, absque villo gravamine tuo: ego namque de meo omnem faciam sumptum & dulcissimum tibi obsonium ponam. Et illa ex lecto nimium indignabunda. Expoliam me tunica mea,

ps. 16.

Cat. 5. a

Apo. 3

d

Cat. 5. b

mea,

mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? O ingrata, o misera & caeca, sic respondes dilecto tuo, Deo tuo? ita ne contemnis creatorem, & amatorem tuum? Aperi miseriam, aperis non enim inquinaberis, sed lavaberis: non laborabis, sed quiesces: non inquietaberis, sed lataberis. Nec permisit eam pijsimus amator eius in sua duritia permanere: misit nanque manum suam per foramē, & quae vocem prius despexerat, eius venter intremuit ad tactum illius, victa q; & superata a fortitudine contactus illius, surrexit anxia ut aperiret dilecto: ac ille declinauerat, atque transferat: iuste quidem, cum tam proterue & indignē fuerit ab ipsa despectus. Discurret igitur misera per vicos & plateas, clamans & ciulans, adiurans & coniurans filias Hierusalem, ut si inuenerint dilectum annūciēt ei amorem suū. Quærit, & non inuenit: pulsat, & nemo aperit: vocat, & non est qui respondeat ei. Vnde lachrymis perfusa tota liquecit, & amoris languet, iustam in se recipiens tenacitatis suę vindictam: ut quæ despexit quæretem, nunc & ipsa quærens despiciatur: & quæ neglexit, negligetur. Ita domine, ita facis: tangis, ut agnoscaris: fugis, ut inquiraris: vocas & latet: prouocas, & abis: incitas, & recedis: non mihius pius quando recedis, quam quando aduenis. Nonne hoc experientia multoties aduenire videmus, cum aliquem multo tempore inspirationibus, muneribus, protectionibus, tribulationibus, & egritudinibus insequeris, ut ad amorem tuum excitetur, & mundum despiciens, te solum quærat? Qui tandem a te conuictus mundum deserit, &

totuste sequitur, mandatorum tuorum viam non derelinquens. Et tunc quando magis quæreris, & ardentioribus votis desideraris, abscondis te ab eo; & ardentem amantem te deseris; nec clamantem post te diutius audire dignaris. Sed noli desistere quicunque es, noli cessare, noli desicere: circūciuitatem, adiuua filias Hierusalem, sollicita ciues, percontare custodes: illi tibi placidi occurrēt, illi te vulnerabunt, illi te stimulant, illi te ut celeriter eurras, pallio tuo veteri spoliabunt: & paululum cum pertransieris eos, proculdubio reperies quem diligit anima tua. Pertransi igitur eos, nec sistas: non enim tibi adiuuato erant, imò magis impedimento si persistas in eis, donec tibi occurrat dilectus, & ad suos te dulcissimos suscipiat amplexus. Tunc gaudebis, tunc delectaberis, tunc de præterito labore gloriaberis, tunc totam molestiam tuam depones, & desiderato dudum bono tuo, sponso tuo, perfrueris in gloria. Ad quam nos perducet ipse dilectus, & amicus, & dominus noster Iesus Christus filius Dei: cui cum patre, & spiritu sancto, est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

CONCIO TERTIA DE eodem themate.

Diliges dominum Deū tuum
Matthæi. 22.



Atis præcedenti concione discussim⁹, quod nunquam est satis: quomodo scilicet propter seipsum diligendus est Deus, & quanta in eo ratio dilectionis

nis, quantumque ad hoc propensa sit a principio nostra natura. Hic amor castus est, & verus, & omnium amorum maximus: quocunq; enim alio respectu diligitur Deus, minus diligitur, siue propter exhibitum beneficium, siue propter præmiū exhibendum. Imò cum solum propter præmiū diligitur, non aliter diligendus, non tam ipse, quā præmiū diligitur: huiusmodi enim amore mercenario cum sine caritate est, non delectatur Deus: sed neque quispian hominum sic amari dignatur, neque gratus aut amicus habetur qui tantum sic diligit. Non est amicus talis, sed cupidus, qui sub simulata specie amicitie habere bona cupit amici. Imperfectus est hic amor, si non ascendit superius: nec verè est amor, sed cupiditas hanc habet utilitatem: quæ siue per occasionē deo seruire nos facit, & bonis operibus assuescere, vnde facilius patet ascensus accedere Dei gratia ad perfectum illum amorem, de quo S. Bern. ait, amor affectus est non contractus: præmiū habet, sed non quærit. Imò maxime ille amor dignus est præmio, qui præmiū non quærit: præmiū namque amoris id est quod amatur, & satis ipse sibi amor est præmiū. Seipso verus amor contentus est, non quærit aliquid extra se, a seipso incipit, & in seipsum desinit, velut animæ circulus quidam. Amo quia amo, amo ut amem, non aliā quærens causam, nullum alium finem exquirēs. Principiū & finis amoris amor est: in seipsum namque reflectitur amor: si quid aliud respicit extra se, degenerat a se, & a ratione deficit ingenui amoris. Sed non ita peruius est hic affectus, ut ad eum statim pertingere possimus, sed gradatim ad ipsum conscen-

dimus. Et quidē ut supra dixim⁹, si leges non esset nostra natura, ab ipso nostro amor sumpsisset initiū: sed quia peccato infecta spirituale lumen amiserat, aliud amandi sumpsit exordium. Veluti cum fons limpidissimus in sua origine affluenter scaturiens, iniectis salebris, & terra obruratus, alium sibi quærit meatum: & qui in sua naturali origine clarus scaturiebat, infecta origine & corrupta, turbidus defluit: ita omnino est in amoris fonte: aliam sibi fecit originem, sed turbidam fœtidam, & palustrem. A nobis enim incipim⁹ amare, qui a Deo debuimus. & id quidē naturalius erat, sed deprauata natura, amoris origo mutata est, ut qui Deū primò & per se, & omnia propter ipsum, & ad ipsum diligere debebamus, nunc a nobis incipientes, nos ipsos præ alijs, & omnia propter nos diligamus. Inde iam in Deū proficimus, diligendo ipsum, non tam propter se, quā propter nos: quoniā sine ipso neque esse, neque feliciter esse, nos posse cognoscimus. Vnde quotidiana necessitas nos urget illum quætere adiutorem, interpellare fautorem, & ad vitæ necessaria poscere largitorem. Quia ergo hoc quod diligim⁹, id est nos ipsos, absque eo possidere non possumus, consequenter illum propter nos, veluti necessitate coacti diligimus. Sed dum assidue illum propter necessaria frequentamus, eius in nos beneuolentiam experimur, & etiam largitatem, benignitatem, suauitatem, bonitatemque illius cognoscimus. Quo fit, ut iam in seipso placere incipiat bonitas eius, qui antea ut nobis utilis solummodo quæretur. Hic tertius amoris gradus est: nam primus est quo nos, secundus quo Deū diligim⁹ propter nos. Ad quartum

tum verò dilectionis gradum, quo iam & nos & omnia propter ipsam solum amamus, quis pertinet? Felix qui tantam amoris promeruit celsitudinem, ut oblitus sui, & omnium, & à seipso penitus alienat^o, in Deum totus absorbeatur: non est præsentis vitæ tanta felicitas, sed futuræ. Quòd si quandoque ad hunc gradum raptim attingimus, modicum in eo subsistimus. Corpus nanque quod corrumpitur aggrauat animam, voluntatemque per culmina suo pondere ad ima deflectit, & ingerit se etiam nolenti importuna caro, mille clamoribus perstreps, & obtundens eam, quæ ad modicum concessa fuerat cordis tranquillitatem. Ad hunc gradum pertigerat qui dicebat. Quoniam inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui. Exat sit in amore tuo cor meum domine, & flamma hæc omnem in me concupiscentiæ ignem extinxit: nullam enim aliam secum ardere patitur ista flama. Vnde & renes mei commutati sunt, videlicet in pudicitiam multam, ex concupiscentia multa, alienum in me ardorem igne de cælo penitus deuorante: & meipsum penitus absorbit, & ad nihilum redegit potentissima vis amoris. Impletum est in me, quod olim per prophetam salubriter comminando prædixeras. Ego conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. Quicquid enim meum in me erat, consumptum est, & ego ad nihilum redactus sum, ut viuam ego iam non ego, viuat verò in me Christus. Et nesciui, nesciui (in-

quam) absconditum tanti sacramenti arcanum, nesciebam verè tantæ permutationis mysterium, quoniam absumi me oporteret ut verè sim, totumque in Deum deficere: sicut scriptum est: defecit cor meum, & caro mea Deus cordis mei. Et rursus. Defecit in salutarium anima mea. Bonus defectus cum anima in Deum deficit, & à seipsa in Deum transit, & adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Satis autem procliuè, naturæque consentaneum erat, ut omnia propter ipsum amarentur, propter quem condita sunt: rectusque hic amor habendus, qui ita naturæ consonus esset: et si mens non leua fuisset, hic gradus vltimus amoris fuisset primus, ut dictum est. Sed iam ad cæteras diligendi Deum rationes, quas in principio alterius concionis prænotauimus, accedamus. Non solum enim diligendus est Deus à nobis, quia Deus, id est propter se amore absoluto, sed etiam quia dominus: id est propter curam quam habet nostri, in cunctis affluentissimè providendo. Est enim hæc secunda ratio diligendi non minima, quia scilicet illi ex beneficio debetur amor. Diligamus Deum quia bonus est, diligamus etiam quia debitum est. Et quantum debitum, & quomodo debitum? Quid retribuam tibi dñe, quid retribuam pro omnibus quæ dedisti mihi? Dedisti me mihi, dedisti omnia tua mihi, & insuper adhuc magnificasti facere nobiscum, ut dares etiam teipsum mihi, sicut Apostolus inquit. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Tam caro pretio redemisti me, de supplicio reuocasti me, de seruitio retraxisti me: pudeat pudeat, non redamare te pro

pro tanto amore tuo, pro tam ingenti beneficio tuo. Horum omnium debitor sum: quid tibi retribuam creatori meo, gubernatori meo, redemptori meo, iudici meo, remuneratori meo? Hos enim quinq; habeo ingentissimos & arctissimos creditores, cui primo persoluam ignoro. Creatori vitam debeo, quæ ab illo gratis accepi: redemptori quoque eandem debeo vitam, quia ipse pro me suam posuit in patibulo: gubernatori etiam meo, qui me pascit à iuuetute mea, & gratias me tot delicijs sustentat, eandem me vitam debere confiteor, quam eius beneficio possideo: sed & iudici meo, toto tempore vitæ meæ satisfacere nequeo: & totum istud viuere meum, quid est ad futuram gloriam, innumeris licet laboribus conspersum sit, quam mihi parauit in præmium magnificus præmiator meus? Nunquid etsi dum vixero obsequētissimum me ei præbeam, & omnia terribilia pro amore eius sustineam adæquabitur opus mercedi? His omnibus totum meipsum debeo, & cui me primo præstem ignoro. Decem millium talentorum, iuxta parabolam euangelicam debitor sum, egenus & pauper, & quotidie in auribus meis personat vox illa terribilis, redde quod debes. Quid faciam miser? nam si ad rationem accessero, etiam cum re mea venditus, neque vnum pro mille satisfacere valebo. Occurrit huic tam anxie sollicitudini propheta Michæas dicens. Quid dignum offeram domino? nunquid offeram ei holocausta, & vitulos anniculos: nunquid placari potest dñs in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris

mei pro peccato animæ meæ? Non (inquam) non, sed quid indicabo tibi homo quid sit bonum & quid dominus requirat à te, Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. In quo sollicitum? Vtique sollicitum ne offendas eum: sollicitum illius perquirere voluntatem: sollicitum ut illi in omnibus, & per omnia placeas. Hæc sollicitudo amatis est, non timentis: diligentis Deum, non formidantis tormentum. Hanc igitur amoris sollicitudinem redde, & solutus es à debito: ama & solvisti omnia. Solum hoc amoris tributum pro omnibus à te requirit altissimus: naturaliter nanque omnes ad amandum beneficos inclinamur. Et quid de hominibus loquor ratione præditis, cum & animalia rationis expertia, beneficis suis gratiam exhibeant amicitiam? Videas ferocissimum leonem, feritate deposita, caudæ motu & vultus alacritate, nutritori suo amicissimè blandientem, & beneficis suis maxima beneuolentia iunctos fuisse pluries legimus, eosque à magnis incommodis & morte liberasse. Vrsus etiam atrocissima bellua, non solum beneficis mansuescit, sed & in gratitudinis signum, & ut domino suo placeat, secum familiariter, & ad nutum eius, meliori modo quo potest, & gratulatur & ludit: iussus saltare, saltat: luctatur etiam cum iubetur: nec vllum recusat opus, quod ipse perficere possit, ne hero suo & benefactori ingratus queat haberi. In quod vitium similiter ne incidant elephantēs, pascentibus se Indis mansuetissimè & cordatissimè obsequuntur: gaudent illos supra se portare, ad

Gellius
libro. 5.
cap. 14.

Sap. 9. d

ps. 72.

ps. 70

Re. 8. c.

Matth.

18. c.

ps. 87.

Matth.

18. c.

Mich. 6

b

Gal. 2. d

Est. 1. f

Gal. 2. d

pro

corum

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN

eorum dirigi nutus, illa facere quæ iubentur. Et cum tantum sit animal, tantarumque virium, homunculo debili pro beneficijs, quæ recognoscit, feruire non dedignatur. De domesticis verò animalibus, ut sunt canes, & equi, quanta gratitudine polleant, superuacaneum iudico dicere, cum tam in aperto sit & pateat cunctis. Nullum periculum adeò terribile est, quod non pro suis dominis libèrissimè subeāt; ut beneficia recognoscāt. Sola ratio nalis creatura pro pudor, ò facinor, beneficium ignorat: nescit gratitudinem, gratiam non rependit: sola super omnia bruta, ad beneficiū obrutescit. Quam iustissimè conqueritur de hoc ipse largitor per Prophetam dicens. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. O homo, interroga iumenta, & docebunt te; esto iumentorum discipulus, qui eorum creatus es dominus, docebunt te (inquam) gratitudinem, docebunt beneuolentiam, docebunt amorem, quem exhibere teneris illi, qui de te ita benemerit est. Pudeat te ex schola iumentorum addiscere gratitudinem, & virtute à iumentis superari, qui ea superas intellectu. Quòd si nec tanta Dei maiestate, neque tanto beneficiorum pondere alliceris ad amorè, lapides ipsos & silices cordis tui duritia vincis. Si non diligis quia Deum, neque diligis quia dominum, dilige saltem quia tuū: quis enim propria sua non diligit? O homo, diligis vestem tuam, diligis domum tuā, diligis arua tua, dilige quoque Deū tuū, dilige vel quia tuum: nihil enim ita tuū est, sicut Deus tuus, qui tibi ma-

gis est tuus, quā tu. Quòd si indignū tibi videtur, quòd Deus, cuius sunt omnia, tuus nuncupetur, prophetā audi. Promptuaria eorū plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum foetosa, abundantes in egressibus suis, boues eorum crasse. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Ita dicit mundus, cum videt aut hæreditatem opulentam, aut pulchram domum, aut armentorum numerosam multitudinem. Beatus cuius talis est domus, beatus cuius est tam præclara hæreditas, beatus tantigris possessor. Et tu Propheta. quid sentis? Dic tuam super hoc sententiam. Beatus (inquit) populus, cuius dominus Deus eius. Beatus vir cuius est Deus. O præclaram hæreditatem, o pulcherrimum prædium, ipse Deus. Beatus, & quā verè beatus est Dei sui possessor. Si ergo tuus est Deus, quia omnia tua diligis, cur Deū quoque tuū ab hoc amore seceris? cur Deum maximè & super omnia tuum, à cōmuni tuorum exceptas dilectione. Solus ne inter tua indignus à te iudicatur amore: ut cū omnia tua diligas, ipsum maximè tuū, minimè diligas? Nōne indignabitur Deus super tam execrando cōtemptu? Quid dicam tibi ò homo, quid tibi miserrime dicā? Nonne super tanta iniquitate tua cōfunderis? Nōne de tanta ingratitude & malitia erubescis? pallium tuū diligis, caligas tuas diligis, zonam tuam diligis, & Deum tuum non diligis? & perpetuā tuam illam, & præclarissimam hæreditatem, in æternum duraturā, nō cōcupiscis? Perdidisti palliū, & doles: perdidisti drachmā, & tristaris: perdidisti gloriā, & nō sentis? Super tam prapostera re, quid tibi dicam ignoro. Si amares quidem doleres:

CONCIO TERTIA:

doleres: si diligeres, utique sentires: & ideo nō sentis, quia nō diligis. Nūquid nō audisti? nunquid nō annūciatū est tibi ab initio? nūquid nō quoti die in cōpitiis acclamatur? Neque oculi vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ repromisit Deus diligētibus se: & alges, & dissimulas, et vilipēdis? Si ad amorè nō te pmouēt exhibita beneficia, moueat te saltē vel ipsum exhibēdū præmiū. Si non vis amare Deū propter Deū, ama iam ipsum vel propter teipsum. Quid enim amore Dei vtilius? quo et hic, et in futuro feliciter viuūt oīs amās? Nam et in præsentī vita, diligētibus Deum omnia cooperātur in bonum, etiā (si fas est dicere) ipsa peccata quibus humiliores, feruentiores, et cautiores redduntur: dei autē cōtemporibus, etiā si quas videntur habere virtutes, in malum cooperātur, et in gehennā eos iniiciūt. Dum enim de virtutibus superbiunt, altius eleuantur, ut facilius se in præcipitiū collidāt. Sicut scriptū est. Deiecisti eos, dum alleuaretur. Et iterū. Quia eleuās allisisti me. Diligētibus Deum totus aridet mundus, omnis obsequit creatura: tepidos autē et contēptores omnis insequitur natura, omnis abhorret creatura: vbiq; timor, vbiq; labor, quia vbiq; in vindictā sui creatoris læuit in impios creatura. Sicut scriptum est. Pugnabit pro eo orbis terrarū, cōtra insensatos. Et quis magis insensatus, quā qui cū possit amando omnia possidere, amittit oīa, ne amaret? Quòd si neque adhuc tanta te vtilitas excitat ad amorè, excitet te saltē amor illius, quo te diligit: nihil enim ad amorè magis puocat, quā amari. Diligimus diligētes nos, etiam indignos amore, solū quia diligunt nos: neque alio quā amore cō-

pēfatur amor. Nā si omnia amāti dederis, amorè autē nō dederis, nō à debito solutus es: auro, & argento. et lapidibus pretiosis nō recompensatur amor tāti pretij est: ab inimico enim aurum proueniens in lutum computatur. Quòd si de hoc amore dubitas, et quate Deus tuus dilectione prosequatur ignoras, testimonia eius credibilia facta sunt nimis. Testis crux, testes clauis, testes dolores, testes sanguinis inundantes fluij, testis amara mors et acerbissima, quam pro te sustinuit: et cū hæc omnia patiat, videntur ei omnia pauca præ amoris magnitudine, adhuc enim maiores et abundantiores, si possibile esset, expectit pro te dolores, grauiore longioresque pro te sinit angustias. Hoc est enim quā in cruce pendēs clamat ad patrē, sitio. Et in psalmo. Cucurri in siti, paratus videlicet, ad longiores, et acerbiores pœnas, pro homine, si pater adhuc iniūgeret. Et quāuis de illo scriptū sit, saturabitur opprobrijs, et iterum quia repleta est malis anima mea, sitit tamen adhuc: satur quo ad effectum, sitit quo ad affectū, satur, quia à planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas: sitit, quia amor adhuc doloribus plenus nō est, quāuis corpus vulneribus plenum sit. lam hic ò homo, et si adhuc in amando frigidus inueniris duriorē te lapidibus esse ostendis, si quidem ad tātā dignationis conspectum, durissimi lapides cōfracti sunt, et qui sensum non habent sensum ostenderūt, ut attendas quid facere teneatur hominum corda, si tantū pondus amoris neque rupes ipsæ sustinere valuerunt. Ad iumēta te paulò ante remissimus, ut amorè addisceres, nūc ad rupes & durissimos lapides te remittimus. Emollire emollire ò pectus hu-

Esa. 2. a.

Esa. 64. b. & Cor. 8. l.

Rom. 8. c.

Ps. 72. Ps. 101.

Sap. 5. d.

Pro. 8. b.

Ps. 92.

Gen. 29. d.

Ioā. 9. e. Ps. 61.

Tre. 3. d. Psal. 87.

Esa. 1. b.

Matth. 27. f.

Matth. 27. f
 manum, videns quia et lapides ipsi ad tantum beneficium comminuti sunt, et quod cordium officium pro ipsis hominibus rupes faciunt. Esto nunc discipulus lapidum, qui prius extiteras iumentorum, ad amandum enim Deum allicit quidem te creatio, sed redemptio te conuincit. Quod si nec sic pre duritia tua conuinceris, ad inferni te malleos noueris referuari. Si
 Iob. 41. c
 cut scriptum est. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Hucusque de rationibus propter quas a nobis diligendus est Deus, locuti sumus: nunc de modo quo ipsum diligere debemus, breuiter attingamus: de quo in tituli secunda parte dicitur, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua. Id est, ex tota potestate tua, & ex toto tuo conatu. Modus diligendi Deum (vt ait Bernardus) est diligere sine modo. Dilige ergo sine modo, dilige omni modo, dilige sicut ipse diligibilis est, & sufficit. Quid miraris? nonne propheta iubet laudare eum secundum multitudinem magnitudinis eius? id est, sicut laudabilis est? Dices, nemo illum ita diligere potest, nisi se ipse solus: sed neque laudare. Ipse se adaequat diligendo, cuius amor infinitus est, sicut & magnitudo. Bene utique loqueris, neque tua mihi displicent verba, neque sensus. Si ergo non potes sufficere ad laudem, non cesses a laude: si non potes amare vt debes, ama quantum potes: neque enim potest excessus in amore timeri, vbi vincitur a gloria & excellentia dilecti, facultas & potentia dilectoris: & facundia laudantis, a virtute & merito laudati superatur. Ardēt illi seraphim, flagrant virtutes angelice in amore eius, sicut scriptum est: qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos igne

ps. 103.

vrēte: neque cessant ab ardore, quia nunquam satis arsisse videtur: et quid est omnis amor pulicis huius exigui, ad ardore illum beatarum mentium? omnis amor noster tepiditas est, si ad illorum flagrantiam comparetur. Diligamus ergo eum sine modo, et sine mensura, quia sic ab eo dilecti sumus. Qui enim omnia in potestate, numero fecit, et mensura, in diligendo modum non habuit neque mensuram. Excessit in hoc solo Deus, excessit supra modum, excessit supra omnem rationem et intellectum: et qui in omnibus modum semper ab initio tenuit, in hoc modum tenere non voluit, & supra modum nimius fuit. Ignosce domine obsecro, ignosce famulo tuo, de te cum gaudio et audacia loquēti: nimius namque, et valde nimius fuisti in hos amando Deus noster. An non nimium est, vt pedeatur Deus in patibulo pro vili vernaculo? nunquid non excessus est gradus, quod moritur Deus, vt viuatur reus? exponatur creator, pro creatura? et pro opere suo patiatur, qui fecit illud? Si modus hic est, apud tuam domine sapientiam modus est, nam apud omnem creaturam intellectum hic excessus, et gradus excessus, et nimietas est. Non timebo dicere, quod et res ostendit, et apostolus in spiritu dicere non pertimuit. Quonia nimia caritas fuit, qua nos ita dilexit Deus, vt se ipsum pro nobis traderet, filius pro vernaculo. O vere nimiam, et vere nimiam & valde nimiam caritatem, et quae terminos totius caritatis excedit, et metas. Nostrae redemptionis opus, copiosam redemptionem propheta preps. 129. dixerat, sed significantius eam apostolus vocat nimiam. Scio hic nonnullos longam texere questionem, quia videatur viatori impossibilis tanta perfectio, vt scilicet ex toto corde, & ex tota anima, & ex omni mente diligat

Sap. 12.

Eph. 4.

ps. 129.

diligat Deum, quod proprie beatorum est, quorum omnis vis et facultas in Dei amorem absorpta est, sed absit, vt Deum quicquam impossibiliter precepisse dicamus. Quid ergo dicemus ad haec? Facile soluitur ista quaestio, si precepti habeatur intentio. Tripliciter enim Deum diligimus toto corde: aut scilicet quia ipsi totum cor nostrum offerimus, neque male diuidimus, sicut ille Caim, qui licet bene obtulit, tamen quia male diuisit reprobatus est, vt ait scriptura. Sunt enim qui diuidunt cor suum, partem Deo, partem mundo & delicijs tribuentes: qui ita Deo placere volunt, vt mundo quoque non displiceant, ita celestibus anhelant, vt terrena non respuant. Ad quos Iacobus apostolus clamat, dicens. Adulteri, an nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Deo. Hi quia totum non offerunt, nihil offerunt, neque enim partem cordis acceptat Deus, neque dignatur cohabitare spiritus vanitati. Vnde quia ex toto corde non diligunt, huius precepti transgressores existunt. De his propheta loquitur, dicens. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ipsa namque cordis diuisio interitus quidam animae est: sicut enim corpus a se ipso diuisum non viuit, ita neque animus. Potest rursus aliter intelligi ista totalitas, ita scilicet vt Deus solum diligatur, et nihil aliud diligatur nisi propter ipsum, et ad ipsum, ita scilicet quod ipsi soli tribuatur totum pondus amoris, neque etiam licitis amoribus per creaturas animus distendatur, minus enim te diligit dominus, qui aliud diligit, quod propter te non diligit. Et iste modus perfectorum est, quorum omne studium est vacare Deo, et ipsi soli mundam vacantemque mansionem in animo preparare. Po-

Ge. 4.º
 ex. 17.º
 sioc. 7.º

Iacob. 4.º

oleg. 20.º

Matth. 12.º

test tertio intelligi totalitas ista amoris, sicut supra expositum est precedenti concione, vt omnis cogitatio, omnis affectio, omnis appetitus, omnisque animae virtus in Deum penitus absorbeatur, totoque metis conatu Deus a nobis diligatur, et haec perfectio beatorum est, non viatorum. Primo igitur modo preceptum est: secundo, consilium; tertio, supra preceptum, & supra consilium: quia beatitudo nostra est. Consonat huic distinctioni, quod dicitur ab aliquibus solent: quod tripliciter potest diligi Deus, scilicet cum alijs, praeter alijs, sine alijs. Qui cum alijs diligit, & quasi vnus ex alijs, hic cor diuidit, & preceptum non implet. Qui praeter alijs diligit, quamuis scilicet alia cum ipso licite diligat, cor non diuidit, licet aliquo modo illud ad alia diuertat: hic preceptum implet, sed tamen perfectionem nondum obtinuit. Qui vero solum & sine alijs diligit, hic iam culmen perfectionis obtinuit, qui iam dicere potest cum sponsa: Dilectus meus mihi et ego illi, qui pascitur inter lilia. Primus aedificat ad gehenam. Secundus, aedificat supra fidei fundamentum stipulam, lignum, et paleas. Tertius aurum et argentum, et lapides pretiosos, iuxta verbum apostoli. Diligendus est, praeterea a nobis Deus tripliciter (vt inquit Bernardus) scilicet dulciter, prudenter, et fortiter. Dulciter, id est, affectuosè et ardentè, ne animus sensibilibus voluptate allectus, ad illicita rapiatur. Prudenter verò, ne dum agiliter currit, insipienter in aliquo pes eius impingat. Fortiter, id est, perseveranter, ne victus difficultate resideat. Ne igitur animus alliciat ad mundana, diligendus est dulciter: ne decipiat a daemone meridiano, diligendus

Hugonis a sancto Victoris secta.

Cat. 2.º e

2.º cor. 3.º

ps. 90.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN

est sapienter: ne vincatur à tentatione, vel persecutione superueniente, diligendus est fortiter. Talis fuit mar tyrum amor, qui Christo domino forti glutino agglutinati, scindi qui dem potuerunt, sed non diuelli: occi di, sed nō separari. Hoc est illud glu tinum, de quo propheta prädixerat. Confortauit faber ærarius, percutiēs eum malleo qui cudebat: tūc tempo ris dicens glutino, bonum est: & con fortauit eum clauis, vt non mouere tur. O bonum fabrum, spiritum veri tatis, qui cudentem formantemq; tūc temporis in cordibus populorum Christum, apostolum & prædicato rem euangelij, foris malleo perfec tionis premebat, & intus clauis timo ris figebat: foris agitabatur, & intus confortabatur: vt non moueretur à fide: et ne eum vel ipsa mors atrocis sima mille tormentorum inuentio nibus exquisita moueret, clauis timo ris addidit glutinum fortissimi et in uictissimi amoris, dicens glutinum bonum est: bonum (inquam) est, ne fortè deficiat clauus, et pereat in examine miles Christi probatus. Glutino amoris igitur bonum est ad iuuari clauum timoris, quia ligatura duplex difficilè rumpitur. Et si for tē clauus malleo persecutoris excuf sus resilierit, glutino tamē ceu visco colligatus, Christo animus inhæreat indissolubiliter. Hos igitur Christi milites sicut meritò lauda mus et veneramur, ita etiam amo re et zelo fidei imitemur. Hi enim etsi non dignam, certè homini pos sibilem Deo gratiam rependerunt: hi sine modo, et sine mensura Deum suum dilexerūt: quippe quia pati pro ipso omnia, quantumuis graua, et acerba, parati erant, nullum amori præfixū terminum statuētes. Sequiat

tyrānus, flagret rogas, armetur equu leus, acuatur gladius, bestia ad deuo randum frendeat, afferatur vngula crucians, plumbata strideant, faces accendantur, pix et resina liquētur, et quicquid terribile excogitare po tuīt iudicis impij dira crudelitas, ad tormentorum cuneum præparetur: superat omni, potissima vis amoris nulli cedit tormento, nulli subijcitur detrimento, nulli obsequitur dam no, sed magis ardens pectore beato caminus amoris, veluti aqua tribu lationis iniecta, dum extingui puta tur, fortius ardet, dum magis com primitur, flagrat vberius. O verè beatissimos martyres, o verè felicis simos milites, quorum deuoto men tis obsequio mundus iustum Deo re pendit affectum, debitum amoris et gratitudinis Redemptori persoluit tributum: sanguinem pro sanguine, mortem pro morte, pressuram pro pressura, dolorem pro dolore, & si non æqua mensura rependens (neq; enim æquabitur morituri hominis quantumuis atrocissima mors, im mortalis Dei et impassibilis cuius exiguo detrimento: plus est enim im passibile quiduis pati, quàm omnes homines mortales mori) gratissima tamen ac digna Deo sacrificia in cor poribus vestris oblata sunt, quibus etsi non ad plenum rependitur be neficium, animi tamen gratitudo ius tis indicijs demonstratur. Sed quid proderit hæc omnia de amore Dei fuisse locutum, si eundem amorem possidere obtinereq; auditori non detur? Optabilius enim est, vel vnū amoris gradū in se habere, quàm grā dia et alta de ipso sentire. Qua igitur via ad illū ptingere possimus, sicut pmisim⁹, maximè mostrādū est, an te oīa pmonētes, nō humano aliquo studio

CONCIO TERTIA.

studio, aut industria, non hominis la bore, aut sola cura Dei amorem posse acquiri, sed à Deo gratis donari: do nū enim Dei est, et gratia super omnē gratiā: lachrymis & precibus obtine tur nō viribus nostris acquiritur: nō docetur, sed infunditur: non addisci tur, sed gratis ex alto suscipitur. Si quidē à querētibus illum inuenitur, sed nō quia queritur, sed quia dona tur, nō per inuestigationē querentis, sed per gratiā largiētis. Nullus nāq; poterit cellā Dei vinariā introire, ni si manu regis fuerit introduct⁹. Sicut scriptū est. Introduxit me rex in cel lā vinariā: ordinauit in me charitatē. Nemo temerariè irrat in hanc cel lā, sed humiliter pulset ad ianuam: nō enim patitur violentiā, sed per gratiā quibus Regi placuerit aperitur. Sūt tñ multa, quę nos ad hūc amorē ob tinendū disponere valent, & iuuare possunt. Primū est cordis nostri pu ritas, quæ nos maximè supercælestis doni & idoneos facit, & capaces red dit: neq; enim tam purus ac pretiosus liquor in puro & sordido infunditur vasculo. Quapropter iuxta prophe tæ sententiam, scopēdus est ab omni terreno puluere spiritus noster, vt tā tum valeat liquorē accipere. Purifi cate igitur corda vestra duplices ani mo, si isto cupitis ditari affectu: puri ficate (in q̄) nō solū ab omni face for didantis libidinis, & omni cōtagio culpe cōinquantis, sed etiā ab omni strepitu curę sollicitantis, & omni af fectiōne curę distrahētis, & omni du plicitate & fraude, omniq; sollicitudi ne & vagatione spūs discurrentis. Li berū vacuumq; cordis vasculū spiri tui relinquite, tota ipsum deuotione rogantes, vt placeat illi habitare in eo. Neq; enim dignatur spūs cohabi tare serpentibus, viperis, & scorio-

nibus: immūdamq; & foetidā lubrici cordis cloacā introire: frustra q; ge mitibus, & p̄cibus exoratur, si foetē ab intus nidore repellitur. Prius igit cordis habitaculū mūdandum est, & virtutum tapetibus exornandum, bo narumq; affectiōnū & cogitationū, vernātibus floribus vndiquaq; spar gendum, vt cum sponsa dicere possi mus. Ecce pulcher es dilecte mi, et decore nimis: lectulus noster flori dus. Et tunc sponte aderit non voca tus, non inuitatus adueniet: sufficit nanq; ei floridum ostendere lectum, vt odore florū attractus adueniat. Plus enim eū allicit fragrantia, quàm verba: munditia, quàm sacrificia: et deuotē petentis perseuerans humili tas, quàm verbosē supplicantis pro terua loquacitas. Valde tamē delica tus est spiritus veritatis, et qui ad le uem offensam statim abiit: sollicitē ergo custodiendus est, postquam con ceditur: ne videlicet, velt scintilla parua, superinectis tēporalibus cu ris, veluti humectantibus lignis, ex tinguatur. Sicut scriptum est. Spiri tum nolite extinguere: quia sicut ni hil eō pretiosius, ita nihil delicatius, nihil tenerius inuenitur. Malet præ terea ad obtinendum amorem anxiam illius desiderium, et assidua pro illo ad dominū deprecatio. Sicut scri ptū est. Os meum aperui, et attraxi spiritum. Os cordis desiderium est, quod tunc ad amorem aperitur, quā supra modum ab homine d̄sideratur: contemptoribus enim & negligentibus non dat Deus spiritum sui hono ris: neque mittit margaritas suas por cis calcantibus eas. Quod si anxie desideratibus et flagitantibus illū, vix post longam temporis tractum cōceditur exoptatus spiritus, quan do tepidis et non curantibus præ-

Esa. 41.
b

eph. 2.1

Sap. 6.1

Cat. 2.3

Matth. 7.1

ps. 76.

Iac. 4.1

ps. 67.

Cat. 1.1

r. Thef. 5.1

ps. 118.

Matth. 7.1

stabitur tantum bonum? Est etiam aliud non minus animi preparatorium ad amorem, passionum videlicet carnalium mortificatio, vigentibus, enim in anima appetitibus obruitur, sicut dictum est, spiritus Dei: ac veluti atris quibusdam nebulis, & nubibus, & turbibus, ne serena luce resplendet, offuscatur: & dum minus lucet, necesse quoque est, ut minus ardeat, sicut & lumen solis obnubilatum minus calefacit; sublatis vero passionum offuscantium nebulis, atra nox infernum vertitur diem, calefacienteque lumine cor, affectibus veluti olla aqua tumentibus, fervet. Valet praeterea ad amandum Deum, prius diligere proximum: quoniam amor proximi ad amoris Dei veluti gradus quidam est, ipsumque in animum sicut fera filium introducit, & amore loquor charitatis, non vanitatis, huiusmodi enim ab amore Dei potius hominem retrahit, quam iuuet. Diligendus itaque est Deus in proximo, ut post diligatur in seipso, & per proximum in Deum nobis est ascendendum. Sunt alia pleraque ad amandum Deum disponenda, longum esset enumerare per singula: sacrarum videlicet literarum solertissima lectio, incarnationis & passionis Christi, amorisque eius erga nos assidua meditatio, beneficiorum quoque eius in nos continua retractatio, familiarisque ad ipsum & deuota coniunctio, spiritualium deuotionumque hominum quorum verba velut salientes scintillae nostrum accendunt tepore, spiritumque sopitum excutiunt, freques collatio, & conuersatio: his omnibus & similibus sacer ille ignis, veluti lignis de sylua fouetur, nutriturque, ne deficiat, sed semper ardeat in altari coram Deo, sicut in lege preceptum est. Ignis inquit in altari semper ardebit

que nutriet sacerdos, subiciens ligna mane per singulos dies, et imposito holocausto de super adolebit, adipes pacificorum: ignis est ille perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Cuilibet ergo nostrum haec omnium potissima cura erit, ne iuxta verbum domini, sacer iste ignis aliquando deficiat coram Deo in cordis nostri ara: non solum mane, sed nocte et meridie, continue et semper eundem ignem meditationibus sanctis, lectionibus, orationibus, colloquutionibus, exercitationibus nutriendis, ne forte veniat sponsus qua hora non putamus, et deficiente oleo extincta lampade, ab eius perpetuo excludamur consortio, et terribile illud audiamus auditum, nescio vos. Propter quod si quis lampadem habere se putat, videat ne desit oleum in lecytho, nam et propheta Zacharias, cum lampadibus septem in sacra illa visione septem quoque inferiora lucernarum vidit, quibus videlicet ignis lampadam ne deficeret fouebatur. Vnde et Salomone salubri consilio vnumqueque nostrum hortatur, dicens. Omni tempore vestimenta tua candida sint, et oleum de capite tuo non deficiat, id est nunquam corpori tuo desit munditia castitatis, neque cordi tuo feruor deuotionis, hoc enim oleo, hacunctione, veluti quodam fomento flamma amoris Dei, et alitur et augetur, donec abysso illi conflatis ignis adiuncti, ignis ab igne perpetuis ardoribus foueatur nutriaturque, neque exteriori aliquo creaturae fomento opus sit, quia veluti in sua sphaera, perpetuus et inuariabilis permanebit. Quem nobis prestare dignetur, qui spiritum suum in cordibus apostolorum, veluti ardentem ignem, immisit. Cui cum patre, et eodem spiritu sancto, est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Par-

PARENESIS.

Visum est propter argumenti affinitatem, adiungere superioribus de diuino amore concionibus, autoris in cantica canticorum Salomonis commeterios, quibus sacri amoris epithalamium continetur. In absolutum videbitur opus, si capita numeres, neque enim ultra tertium protenditur: ceterum si eadem ponderes, & suis numeris absolutum, & omni ex parte perfectum censebis opus.

PROLOGVS IN CANTICA canticorum Salomonis.



MIROR Dei consilio factum est, sicut Augustinus ait, quod sacra scriptura, que in psalmo scriptura populorum dicitur, ac propterea omnibus facilius esse debuerat, tot obscuritatibus plena sit, ut nisi spiritus Dei adsit, cunctis hominibus impenetrabilis esse videatur. Erat enim sic expediens multis de causis: Primo, ut esset dulcior, et cuncta bene acquisita esset pretiosior: quoniam teste Salomone, panis absconditus est suauior: Secundo, ut dum propter obscuritatem variè a diuersis exponitur, modica litera in fruges sensuum amplissimas augeatur. Vnde ad Danielum dicitur. Glaude sermones, signa librè, plurimi pertrāsibunt et multiplex erit scientia. Tertio, ut auerteretur indigni: quoniam iuxta euangelium cum preceptum, sanctum canibus comunicandum non erat, neque margaritæ porcis. Tarta est autem scripturae obscuritas in plerisque locis, ut nisi recordatorum in ea sensum fides nos admoneret, iocularis et ridicula esse videretur. Cuius absconditum et secretum nucleum, si quis rupta literæ testa degustauerit, cum Augustino exclamare compellitur. Mira profunditas: horror est tuorudine, mira profunditas: horror est intueri in ea: Hic profecto est liber ille signatus sigillis septem, qui Ioanni

monstratus est: que aperire nemo potest, nisi referatur ab illo qui habet clauem David, et aperit, et nemo claudit: et claudit et nemo aperit. Quæ clauis, secundum Hilarium, fides est mediatoris quæ quia legis periti non habebant, dictum est eis. Væ vobis scribæ et pharisæi, qui abstulistis clauem scientiæ, et vos non introistis, et intra re volentes prohibuistis. De hoc etiam lib. Esaias ante prædixerat, quod daretur homini indocto, et responderet nescio literas: et homini doctissimo, et similiter responderet, nequeo legere: signatus est enim. Sed ne tantus thesaurus in visceribus literæ absconditus, frustra datus fuisse videretur, spiritus sanctus venas illius sanctis doctoribus aperuit, qui mentis puritate pertigerunt, quo nullum penetrat intellectus acumen. Ipse ergo legislator factus est suæ legis interpret, donans hominibus donum sapientiæ et intellectus, donum quoque interpretationis sermonum, quo scripturae abdita panderentur, quod donum prophetiæ pars iudicandum est, quoniam intelligentia opus est in visione. Sed inter omnes scripturae libros mea sententia, et in obscuritate sermonum, et in sublimitate sensuum canticorum primatum habet que sancti libri, tum propter obscuritatem, tum propter amatorum stylum apud Iudæos legere nemo permittebatur, nisi iam ætate et sensu puectus: Ne videlicet spiritualis delicias, aut propter obscuritatem contemneret, aut propter stylum in carnis verteret catenas. Nos autem spiritualibus spiritualia comparantes, non nostro ingenio, sed spiritus sancti adiutorio confidentes, ipso illuminante, post tot doctores nobilissimos, post tot expositiones preclarissimas, epilogum quendam facere cum omni humilitate

Z 4 de

leui. 6 b

Matth. 25. a. Lu. 12. e

3. reg. 17. b. Zac. 4. a

ecc. 1. 9.

Mal. 3. a

Act. 2. a

Psal. 80.

Prouer. 9. d.

Dani. 12. b.

Matth. 7. a.

Apo. 7.

Apoca. 3. b.

Luce. 11. g.

Esaias. 29. d.

Esai. 11. a. 1. cor. 12. b.

1. Cor. 2. d.

decreuimus: Nō tam vt noua cūderē mus, quam vt antiqua variē per codices dispersa, prout dominus dederit, colligeremus: imitantes scribam illū euangelicum, doctum in regno cœlorum, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Sic ergo nostra tibi adiungimus, vt nostris sensibus sanctō rū sententias præferamus. Huius autē libelli idone⁹ auditor ille est, qui experientia poterit comprobare quod dicitur. Neque enim ea, quæ in cordis secessu inter Deū & animā fiunt; capere potest homo. delictis & vanitatibus deditus. Animatis enim homo nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Oculos ergo de se carnos, & puris firmam aciem mentis adducat, quis quis vtiliter scholā intrare festinat.

¶ Altera præfactio.

R. E. S. libros edidit Salomon, iuxta quoslibet quoque nomine sortitus est: primum de moribus pro paruulis instituentis, in quo prima tradit rudimenta virtutum; qui pro uerba Salomonis inscribitur: secundum pro adultis & proficientibus, in quo mundi contemptum edocet: quæ suo nomine ecclesiasten nuncupauit: tertium pro perfectis & spiritualibus, in quo sapientia loquitur absconditam in mysterio, quam nemo principum huius mundi cognouit: hic canticum canticorum merito nuncupatur, propterea quod omnia scripturæ cætica, & mysteriorū magnitudine, & sensuum sublimitate; & materiæ dignitate super excelat. In hoc non iam Salomon, neque ecclesiastes, sed idida, id est, dilectus domini nominatur. Vocatur etiā liber hic epithalamium, id est, carmen

nuptiale: quia in eo de nuptijs agitur et columbæ, id est, de occultis quæ in mirabili animæ et uerbi coniunctione fieri solent. quæ nemo nouit nisi qui accipit. Vnde more comœdiæ, quatuor in eo personarum differentia in modum dramatis canentes introducuntur, sponsus et sponsa, sodales sponsi, adolescentule, sponse quarum modulatione mira efficitur harmonia. Sponsus uerbum est: sponsa, anima vel ecclesia: sodales sponsi angeli, vel apostoli, adolescentule, anime fideles, quæ tamen perfectionis plenitudinem nondum attingerunt. Qui ergo iam primo libro in moribus compositus, in secundo mundum cum pompis & uanitatibus suis contempsit, qui cum propheta nouit se dore solitarius, & tacere, & leuare se super se, hic accedat; & spirituale canticum aut tacitus audiatur, aut letus canticum: foris canes, uenefici immundi lubrici, & omnis iniquo. Dei spiritus nō est, & qui carnis est particeps. Sūt autem duo in hoc cantico maxime difficultatis, scilicet ueram eius interpretationem, legitimamque sensum agnoscere, & reconditos in illo spiritus sancti sensus, & sapientiam plenius haurire. Propter hoc duo facere intendimus, primo ueram eius & legitimam interpretationem, quā tum Deus donauerit; breuissimè secundum literam tradere, vt litera intelligatur: deinde in singulis canticis uerbis diutius annotationibus immorari: vt quid intus sapientiæ lateat, agnoscat. Sed quia (vt diximus) sponsa, uel anima perfecta, uel ecclesia nuncupatur, ideo in eius interpretatione uarietas inuenitur. Nam aut loquitur Christus cum anima, aut loquitur cum ecclesia: Primò itaq; continuam expositionē spirituales, siue

moralē, inter uerbum & animam prosequemur deinde mysticam alū & allegoricum sensum, non ad unguem, sed per partes, prout negotiū patitur, insinuabimus. Vos fratres spiritū obsecrate, vt reconditos nobis sapientiæ thesauros aperiat, & donec inuenire quod cupimus, implere quod promittimus. Sed hoc unum ante omnia uolumus annotare, quod locutio sponsæ desiderium est, & locutio sponsi inspiratio interior. Vnde de inspirationibus internis, & affectibus spiritualibus, qui in contemplationis secessu, inter Deum & animam contingunt, totus hic tractatus instituitur. Hos solus nouit expertus, sine hac experientia impossibile est sentire quod dicitur: amoris canticū amor percipit, huius epithalamij optimus interpret amor est. Denique sicut propheta de fide, ita & nos in presentiarum dicimus de amore. Nisi amaueritis, non intelligetis. Sed iam canentem sponsam audiamus.

¶ Caput primum.

¶ Sculetur me osculo oris sui. Quale exordium, quale carminis initium, cū quo aut de quo loquitur? Ista putat præ amore, in fronte scriptū se habere quod gestit: nullis ambagibus utitur, totius desiderij summam breui sermone concludit. Nolo diuitias, nolo honores, nolo pompas, nolo delicias, osculetur me osculo oris sui. Hoc solum cupio, hoc solum peto, hoc solum uolo. Angelorum oscula experta, ad altiora festino: osculum ori eius exopto. Non quiesco, non fatior, donec osculetur me osculo oris sui. O confidentiam, o audaciam: non pedum aut manū,

sed oris oscula petit. Grandis arrogātia o sponsa, tatis est, sufficit tibi cum Maria osculari pedes: quid diuini oris oscula petis? Ignoras ipsum, ignoras res quis est ille quæ es tu? Absolutissimus amor est: ignorat maiestatem, reuerentiam nescit, omnia æquat, oia audet, omnia sibi licere putat: & quicquid dicat, quicquid audeat, indulgetur amoris. Osculum quod ista postulat (vt existimo) increati luminis & creati coniunctio quædam mirabilis, & ineffabilis quædam unio diuinitatis & mentis censenda est: quia qui adhæret Deo, unus spiritus fit cum eo. Quid autē ex hac uerbi et anime spirituali unione sequatur, et propter quid istam efflagitet et exoptet, audiamus. Quia meliora sunt (inquit) uerba uino: fragrantia unguentis optimis. Memoriam abundantem suauitatis eius eructans, in oscula prorumpit. Nouerat quid in osculo dulcedinis et suauitatis acciperet. Quatuor modò commemorat osculi fructus, lactis dulcedine: uini feruorem: odoris suauitatem; unctiois lætitiā. Lacte reficitur, uino inflammatur, odore excitatur, unctioe sacrat: Illud enim diuinitatis et mentis ineffabile osculum, primo sequitur sapientia: lac ab uerbis sponsi expressum: id est, eruditio quædam intima, & illustratio mentis superna, de qua in euangelio: Erunt omnes docibiles Dei. Et in psalmo. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Et Iob, porro ad me dictum est uerbum absconditum. De hac Esaias. Mane erigit, erigit mane mihi aurem, vt audiam, quasi magistrum. Et iterū Ros lucis, ros tuus. Vnde et ipsa sponsa infra hoc ipsum repetes, cū dixisset. Quis mihi det te fratrem meum, ut inueniam te solum foris, atque de osculer: adiuigit illico.

Z 5 Ducam

Matth. 13. g.

1. Cor. 2. d.



1. Cor. 2. b.



Apoca. 2. c.

Tre. 3. d.

Tre. 3. d.

Esa. 7. b. Ex ver. 100. 70.

Luc. 7. f

1. Cor. 6. d.

Ps. 144.

Ioā. 6. e. Ps. 84. Iob. 4. b.

Esa. 50. b.

Esa. 26. d.

Canti. 8. a.

Ducam te in cubiculum genitricis mee, ibi me docebis Post lactis pabulum, sequitur vini poculum, id est, seruo quidam spiritus inebriantis: de quo psalmus.

Psal. 22. Et calix meus inebrians, quam præclarus est. Et iterum. Concaluit cor meum in trame, & in meditatione mea exardescet ignis. Post hunc feruorem sequitur odor quidam celestis beatitudinis: de quo Esaias. Quiesce te ab homine, cuius spiritus in naribus est: id est, qui iam odoratur celestis, quoniam excelsus reputatus est ipse, quem sequitur vnctio salutaris spiritalis pinguedinis, & ineffabilis gaudij: De qua psalmus, sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: Lac mentem reficit, vinum affectum inflamat, odor excitat appetitum, vnctio sanat morbum. Lac lux est, & pertinet ad intellectum: vinum seruo, & pertinet ad affectum: odor primitiæ gloriæ, & pertinet ad desiderium: vnctio gaudium spiritus, & pertinet ad passionem: omnem animæ potentiâ perficit ista vnio. Sed quia non vnica est, sed varia passionum spiritalium influentia, ideo pluraliter dicitur. *Fragrantia unguentis optimis.* Alia est enim vnctio deuotionis, alia pietatis & miserationis, alia contritionis, alia gaudij, alia spei, alia dulcedinis, alia amoris, quibus vnctionibus ad sponsi osculum anima spiritaliter impinguatur, & in virtute roboratur, & à morbis peccatorum sanatur. Quanta diuitijs putas animam replet vnio illa vitalis? Quam succintè præstingit, quæ neq; longo sermone explicari possent? O Plato, o Philosophi, audistis vnquam talia intellexistis hæc omnia? quam abscondita sunt hæc ab oculis vestris?

Psal. 38. Et iterum. Concaluit cor meum in trame, & in meditatione mea exardescet ignis. Post hunc feruorem sequitur odor quidam celestis beatitudinis: de quo Esaias. Quiesce te ab homine, cuius spiritus in naribus est: id est, qui iam odoratur celestis, quoniam excelsus reputatus est ipse, quem sequitur vnctio salutaris spiritalis pinguedinis, & ineffabilis gaudij: De qua psalmus, sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: Lac mentem reficit, vinum affectum inflamat, odor excitat appetitum, vnctio sanat morbum. Lac lux est, & pertinet ad intellectum: vinum seruo, & pertinet ad affectum: odor primitiæ gloriæ, & pertinet ad desiderium: vnctio gaudium spiritus, & pertinet ad passionem: omnem animæ potentiâ perficit ista vnio. Sed quia non vnica est, sed varia passionum spiritalium influentia, ideo pluraliter dicitur. *Fragrantia unguentis optimis.* Alia est enim vnctio deuotionis, alia pietatis & miserationis, alia contritionis, alia gaudij, alia spei, alia dulcedinis, alia amoris, quibus vnctionibus ad sponsi osculum anima spiritaliter impinguatur, & in virtute roboratur, & à morbis peccatorum sanatur. Quanta diuitijs putas animam replet vnio illa vitalis? Quam succintè præstingit, quæ neq; longo sermone explicari possent? O Plato, o Philosophi, audistis vnquam talia intellexistis hæc omnia? quam abscondita sunt hæc ab oculis vestris?

Esai. 2. c. Quiesce te ab homine, cuius spiritus in naribus est: id est, qui iam odoratur celestis, quoniam excelsus reputatus est ipse, quem sequitur vnctio salutaris spiritalis pinguedinis, & ineffabilis gaudij: De qua psalmus, sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: Lac mentem reficit, vinum affectum inflamat, odor excitat appetitum, vnctio sanat morbum. Lac lux est, & pertinet ad intellectum: vinum seruo, & pertinet ad affectum: odor primitiæ gloriæ, & pertinet ad desiderium: vnctio gaudium spiritus, & pertinet ad passionem: omnem animæ potentiâ perficit ista vnio. Sed quia non vnica est, sed varia passionum spiritalium influentia, ideo pluraliter dicitur. *Fragrantia unguentis optimis.* Alia est enim vnctio deuotionis, alia pietatis & miserationis, alia contritionis, alia gaudij, alia spei, alia dulcedinis, alia amoris, quibus vnctionibus ad sponsi osculum anima spiritaliter impinguatur, & in virtute roboratur, & à morbis peccatorum sanatur. Quanta diuitijs putas animam replet vnio illa vitalis? Quam succintè præstingit, quæ neq; longo sermone explicari possent? O Plato, o Philosophi, audistis vnquam talia intellexistis hæc omnia? quam abscondita sunt hæc ab oculis vestris?

Esai. 2. c. Quiesce te ab homine, cuius spiritus in naribus est: id est, qui iam odoratur celestis, quoniam excelsus reputatus est ipse, quem sequitur vnctio salutaris spiritalis pinguedinis, & ineffabilis gaudij: De qua psalmus, sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: Lac mentem reficit, vinum affectum inflamat, odor excitat appetitum, vnctio sanat morbum. Lac lux est, & pertinet ad intellectum: vinum seruo, & pertinet ad affectum: odor primitiæ gloriæ, & pertinet ad desiderium: vnctio gaudium spiritus, & pertinet ad passionem: omnem animæ potentiâ perficit ista vnio. Sed quia non vnica est, sed varia passionum spiritalium influentia, ideo pluraliter dicitur. *Fragrantia unguentis optimis.* Alia est enim vnctio deuotionis, alia pietatis & miserationis, alia contritionis, alia gaudij, alia spei, alia dulcedinis, alia amoris, quibus vnctionibus ad sponsi osculum anima spiritaliter impinguatur, & in virtute roboratur, & à morbis peccatorum sanatur. Quanta diuitijs putas animam replet vnio illa vitalis? Quam succintè præstingit, quæ neq; longo sermone explicari possent? O Plato, o Philosophi, audistis vnquam talia intellexistis hæc omnia? quam abscondita sunt hæc ab oculis vestris?

Psal. 62. Lac mentem reficit, vinum affectum inflamat, odor excitat appetitum, vnctio sanat morbum. Lac lux est, & pertinet ad intellectum: vinum seruo, & pertinet ad affectum: odor primitiæ gloriæ, & pertinet ad desiderium: vnctio gaudium spiritus, & pertinet ad passionem: omnem animæ potentiâ perficit ista vnio. Sed quia non vnica est, sed varia passionum spiritalium influentia, ideo pluraliter dicitur. *Fragrantia unguentis optimis.* Alia est enim vnctio deuotionis, alia pietatis & miserationis, alia contritionis, alia gaudij, alia spei, alia dulcedinis, alia amoris, quibus vnctionibus ad sponsi osculum anima spiritaliter impinguatur, & in virtute roboratur, & à morbis peccatorum sanatur. Quanta diuitijs putas animam replet vnio illa vitalis? Quam succintè præstingit, quæ neq; longo sermone explicari possent? O Plato, o Philosophi, audistis vnquam talia intellexistis hæc omnia? quam abscondita sunt hæc ab oculis vestris?

Sequitur latino-rum expositio nem nã Hebræi aliter accipiunt nomen fragrantia.

Luc. 19. 5

MELIORA sunt ubera tua vino; fra-

grantia unguentis optimis. Meritò lac sapientiæ præfertur vino feruoris: tum quia lac mentis poculum est, vinum etiam sensualitatis: tum quia à lacte vinum prodij. Nã in meditatione mea exardescet ignis. Tum etiam quia vinum adolescentularum est, quæ quandoq; excandescunt, & inebriantur feruore nouitio: lac autè perfectorum, qui pro consuetudine exercitatos habet sensus. Vini potus potèrior, sed lactis subtilior, dulcior, cãdidiior, pretiosior. Vnde sequitur. *Oleum* (inquit) *effusum nomen tuum: Ideo adolescentula dilexerunt te adolescentule dilexerunt te propter oleum, ego autè vt verum fatear, etiã sine oleo.* Effusum est oleum, & exarsit ignis: quia nouus erat ignis, oleo indiguit. In me incensus & antiquus ignis nõ indiget oleo. Propter suauitatem, propter dulcedinem, propter vnctionem adolescentulæ dilexerunt te, ego autem inter cruce, inter labores inter medias mortes noui diligere te. Quæruntille dona tua, ego autem te ipsum: quia delectantur in te, quæruntille te, ego autem non tua dona quæro, sed te, te nudum cupio, te nudum diligo, te nudum adamo. *Trahe me post te, nõ ipsa venire per me possum, sed tu trahere, sequar te, si trahis me.* Austera visa est sponsæ cantilena adolescentulis, non attingunt sponsæ sapientiam, sensumque perfectum, profiliunt in mediũ dicentes. Nescimus quid ista loquitur, sibi sapiat, vnctiones tuæ domine amabiles sunt, & pretiosæ nimis, nos *carremus in odorem unguentorum tuorum, nunquam obsecro, hæc nobis unguenta deficient.* Noui (inquit) sponsa, noui quod nostis, experta quoq; ego sum unguenta ista quæ sic optatis. *Nam introduxit me quoque rex aliquando in-*

psal. 38.

Hebræ. 5. d.

2. cor. 2. b
2. Cor. 11. 5

phi. 2. a

ibid. c

ex. 26. c

cellaria sua, & vncta sum & inebriata sum, vt nunc estis vos. Si experta es (inquit) nescimus, nõtra tamẽ sententia stat. *Exultabimus & latibimur in te, memores uberum tuorum, super vinum.* Non nego hoc, ait spõsa, sed vere spõsi mi recti diligunt te: nam etsi feruo in amore contemendus nõ est, neque spernenda suauitas, tamẽ rectitudo metis proculdubio feruori cordis in amore præfertur. Obsecro vos adolescentulæ corã iudice vero & recto, imò coram ipsa veritate contendimus. Nostis ne me? nostis quæ sponsa sum? nostis quanto sponso charior & conuictior quàm vos? A me ipsa exemplum accipite. *Nigra sum: sed formosa sicut Hierusalẽ. Nigra sicut tabernacula Cedar, formosa sicut pelles Salomonis.* His delicijs & solatijs nõ ita nunc abundo sicut vos, sed exposita laboribus, tempestatibus, pluiijs, persecutionibus, curis, anxietatibus, omnia sustineo propter electos. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Si exteriora mea consideratis, in nullo differo à tabernaculis Cedar, à filiabus Babylonis, curis distenta, solitudinibus anxia, occupationibus impedita, nigra foris sicut tabernacula Cedar, sed tamẽ intus in corde formosa, sicut pelles Salomonis. Virtutes diuinas quas meus Salomon habet cum patre communes imitari nõ valeo, sed virtutum quas sub vestimento carnis meæ induit pulchritudinem imitor vt possum, & sicut datum est, eas refero. An meus Salomõ in hac vita sibi complacuit? an quæ fuit quæ sua sunt? non laborauit, nõ sudauit, nõ fatigatus est? Hoc sentio in me, quod & in Christo Iesu. Cum ipsi magis asimilor, tunc magis mihi complacito. Pelles tabernaculi, & si rudes & viles videbatur, tamen in

teriore pulchritudinem protegabant. Pellis ego sum, fateor, foris quidem nigra, sed intus formosa, nõ est contemenda pellis, qua tanta pulchritudo contegitur. *Nolite me considerare quod fusca sum, quæ occupata sum, quæ sollicita sum, quæ inquietata sum, quia decolorauit me sol.* Ardor eius nimius, & zelus feruidus decolorauit me: solis radius me denigravit exterius. Pulchra ego eram aliquando facie sicut vos, irradiavit in me fortiter sol, et denigravit me. Exposui pulchritudinẽ meã propter ipsum, vt nigra pulchrior fiam coram ipso. Neq; ego quidem hanc mihi curam quæsiui, non mihi hunc assumpsi honorem, sed vocata à Deo tãquam à Aaron: & fratribus meis compulsa. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me: posuerunt me custodem in uincis.* Et heu dum alienis superintendo, *uincam meam non custodiui.* Timeo ne ferus de sylua depastus sit eam. Oculos hominum, propter te hanc curã suscepi, custodi tu illam: tu mihi causa laboris, tu huius dispersionis occasio, propter te disturbor tota die: nõ sit mihi obsecro in ruinam fraternæ charitatis ista promotio. Sed quid moror? quid latentis desiderij, cruciatũ dissimulo? *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascat, ubi cubet in meridie? ne fortè tot curis implicita, tot occupationibus foris dispersa, uagari incipiam post greges sodalium tuorum? & inueniatur fuisse mihi ad mortẽ, quod præstitum erat ad vitam.* Quousque peregrinabor à te? vsquequo absentiam tuam portabo? Si diligis me, si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam, & sufficit mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicam tuã? Ancilla tua ego sum, vultum tuũ domine indefinenter requiro: tu nouisti vsquequo latebis, vsque

heb. 5. a

ps. 76.

Iob. 7. d

ps. 43.

exo. 33. c

job. 13. d

ps. 26.

vsquequo absconderis, audi obsecro deprecationem meam, imple desiderium meum. *Indica mihi quem diligit anima mea, quem concupiscunt omnia ossa mea. Vbi pascas, ubi cubas in meridie?* Indica magalia quiesca, pascua pinguis, meridianam requiem, ubi cubas & pascis, pascis et tranquillus es. Nullus ibi luporum metus, nulla sollicitudo ferarum, grex pinguis ludens et liber discurrat ad pastum: nox ibi nulla, nulla tenebrae, sed meridies plenus, meridies sempiternus, plenitudo feruoris & lucis, eleuatio solis quae nescit occasum: quid mihi vel ad horam negatur quae perpetuo possessura sum? Nosti infirmitatem meam, nosti occupationem meam, vide ne forte obliuiscar tui, et quae gregi tuo praesideo, vltima pecus fiam de grege. Si te videro, securam sum, si te ostenderis, salua sum. Indica mihi signum, quod vitam meam velut sagittam dirigam, ne vaga & caeca populi errabundi vestigia sequar. Vidistis fratres, quod ista properat, audistis quid audeat. Quae osculum petierat, grandius quid ausa iam aspirat ad visum, omnes murenulas, omnia vnguenta, omnia vbera et vini feruorem praetergressa, beatificam in carne visionem exoptat. *Indica (inquit) mihi quem diligit anima mea. Quid aliud Moyses petierat, quando dicebat. Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam. Sed sicut illi responsum est, posteriora mea videbis, similiter respondetur et isti. Si ignoras te o pulchra inter mulieres, &c.* Quae petebat faciem remittitur ad imaginem: quae efflagitabat visionem Dei, remittitur ad agnitionem sui. Ac si diceretur ei, quae nam est haec audacia, o dilecta, vt Dei visionem in exilio pascas? Hos tibi ausus nimia familiaritas tribuit, insolentior

Exod. 33. c. Ibidem in fine.

ex amore facta es. Multum est tibi hoc tempore videre dilectum, visio quam petis non est huius temporis, suo tempore non ad horam, sed perpetuo dabitur tibi, nunc expedit potius videre te ipsam. Hoc est quod ait, *si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum tuorum, & pascce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Id est, si te ignoras, eueniet tibi quod timebas, continget tibi quod formidabas, vt vaga sis, et gregis tui vltima fias. Poterit tibi praestari quod cupis, si te ipsam dignitatem tuam, et pulchritudinem tuam agnoueris. O pulcherrima mulierum, si vidisses te, si cognosceres excellentiam tuam, qualis et quanta es, quam pulchra, quam nobilis, quam generosa, non vtique formidares, ne in viles et foedas gregis infani voluptates degenerares, et pueriles has populi nenas concupisceres. Quid enim? Nobilissima creatura, ad imaginem Dei formata, angelicis spiritibus quam simillima, si seipsam agnosceret, more pecudum carnis turpitudines ambiret, et inter spurca oblectamenta mentorum stercora turpiter obrutesceret? Puderet vtique eam tanta deiectionis, puderet ignominiae, puderet iniuriae, nec tanta sibi pateretur contumeliam irrogari: ignorantia suorum tantorum malorum est causa. Tu ergo aut agnosce te ipsam, aut si non, egredere ab interioribus ad exteriora, et abi vaga post vestigia carnalium gregum tuorum, et quae in vernantibus lilijs, et florentibus rosis agnos tuos pascere consueueras, nunc muta to pecore, in siliquis porcorum, et arentibus ruderibus hedos tuos pascce, hedos inquam proteruos, petulantibus, et inquietos. Et iuxta tabernacula pastorum. Non quidem meorum, quorum pascua bene nosti, sed pastorum alio-

Ezechiel 34. a.

alienorum, qui pascunt semetipsos. Quae itaq; in viridario scripturarum mearum, iuxta meorum pastorum tabernacula, interiores affectus flosculis candidissimis sententiarum & exemplorum impinguare solebas, nunc arentibus poetarum & philosophorum frodibus carnales sensus pascce, ab interioribus ad exteriora progressa. O comminationem terribilem. *Egredere, abi post greges, pascce hedos,* propemodum tolerabilior omnis mors hac deiectione videretur: vt illa quae olim nutritur stercora. Austeriori responso audacia reprimatur: non quod dilectus sponsa desiderium reprober, non enim est sponsa quae sponsum videre non cupit, quae eum propheta non clamat, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Non postulationem excludit, sed propriae eadem dignitatis admonuit: vt per cognitionem sui, possit peruenire ali quando ad visionem Dei, quam cupit. Neque solum admonuit, sed speculum & exemplar illi obijcit, in quo seipsam intueatur dicens. *Equitatu meo incurribus Pharaonis assimilauit te amica mea. Pulchrae sunt genee tuae, sicut turturis: & guttur tuum sicut monilia.* Ostendam tibi qualis es natura, ostendam tibi qualis es gratia. In natura quidem, equitatu meo assimilauit te amica mea. In gratia vero, pulchrae sunt genee tuae, sicut turturis: & guttur tuum sicut monilia. Paucis pulchritudine tuam depinxi, intende oculos, & vide te equitatu (inquam) illi decoro, cui semper insideo, cuius habenas moderor solus, & rego, illi de quo scriptum est, currus Dei decem millibus multiplex, millia latantum dominus in eis: & alibi, equitatio eius salus: id est, angelicae celsitudini simile te formauit: licet in curribus Pharaonis,

Tric. 4. a.

Ps. 41.

Ps. 67. 31.

id est, carne ista mortali, quam non meo instituto, sed tuo peccato infidet Pharaon, vt in carne putrida angelicam vitam duceres: & corpori inserta angelorum similitudinem exhiberes. Paulominus ab angelis minorata es natura, sed in gratia tui & angeli vna est mensura. Praeclaram & illustrem te in naturalibus condidi, & in super faciem tuam per se pulcherrimam, gratiae & charitatis meae purpuris de corauit, abluens genas tuas sanguinis mei nitro, vt exhiberem te mihi sponsam sine macula, & sine ruga, sicut turturem castissimam. Collum tuum monilium ornamento non indiget, quoniam per se ornatum & pulchrum conditum est: quidquid enim decoris et venustatis, multo labore, multoque sudore diu quaesitis virtutum monilibus, aliae collo suo super addere potuerunt, hoc totum ego tibi inserui. Reколе amica mea frequenter haec omnia, et considera qualis in essentialibus, qualis in gratuitis, qualis in genuinis et naturalibus donis, et quam pulchra facta es: haec tui te cognitio seruare poterit, ne ab eas post greges sodalium meorum, et more pecudum obrutescas, aspectum meum noli nunc petere, quoniam lucem habito inaccessibilem, et non videbit me homo, & viuet. Subtristior reddita est dilecta responso hac, quoniam non ad votum exaudita est: suspiratem enim ad dilecti visionem, nulla ratio lenire potuit, nulla excusatio pacauit. Propter quod sponsi sodales misericordia per moti, placida eadem promissione solantur: *Murenulas (inquiunt) aureas faciemus tibi, uermiculatas argento,* quibus scilicet possis dilecti tui absentiam mitius tolerare. Quid intedis oculum? ornato potius auditum. Audi nunc filia, vt postea videas, et dicas

Psalm. 8

Hiere. 2 c. Eph. 5. c

i. Tim. 6. c. exo. 33. d

ps. 44. dicas

ps. 47. dicas cū propheta : sicut audiuius, ita & vidimus in ciuitate domini virtutū, in ciuitate Dei nostri. Interim ergo dum presentia denegatur, dum hæc tua peregrinatio durat, more ruralium virginum, aures tuas murēnulis aureis decorabimus, sed quoniam auri fulgorem, refulgētiamq; nimiam portare non valebis, argento eas vermiculabimus tēperabimusq; , vt cōmodius de more tuæ plebis rusticæ possis ornari. Ita est fratres, nostis quā ita est, anima sponsi sui faciem dīderat, quæ die ac nocte sitit ad fontem viuum, clamans indefinēter, quādo veniam, & apparebo ante faciem Dei? hanc angeli nimis diligunt, frequenter visitant, & spiritualibus munusculis latificant, & solantur. Hi velut docti aurifices, murēnulas quasdam aureas, id est, spirituales illustrationes inspirationesq; suauissimas & dulcissimas auditui nō interiori, inuisibiliter fabricāt, radiū diuinæ lucis, nobis in sua puritate incomprehensibilem, qui per aurum designatur, argento similitudinum corporearum, miro artificio inuestientes & immiscentes, vt comprehendi possit à nobis, quoniam, iuxta sententiam Dionysij, impossibile est nobis, aliter lucere diuinum radium, nisi facrorum velaminum tegmine circumuelatum. His suauissimis inspirationibus, anima perfecta in hoc exilio sustinetur. his munusculis recreatur, donec scisso mortalis corpusculi velo, sol in sua virtute refulgeat, & radius diuinæ lucis sine temperamento aliquo, reuelata facie videatur. Quæ & quales sint istæ murēnulae, qua suauitate, quo gaudio peregrinam animam afficiant, experientia, non scriptura noscendum est. Ad hæc sponsa, gratias inquit, vobis

ō sodales, gratias vobis, pro muneribus vestris: gratissimæ mihi sunt murēnulae quas offertis. Habeo etiā in hoc exilio sponsi mei arrhabonem pretiosum: nanque dum esset rex in acubitu suo, corde meo, nardus mea dedit odorem suum. Nardus (inquam) illa odorifera paradisi, spirauit odorem sensibus meis: cuius suauis fragrantia vt cunq; sustentor. Mādragoræ celestes dederunt iam odorem in portis nostris & datum est mihi iam odorare, quod non licuit degustare. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Fasciculus myrrhæ, & botrus balsami, hinc inebriat me absintio, hinc me potat balsamo: & quò maior fuerit amaritudo myrrhæ, eò maior succedit dulcedo balsami: nam secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes eius latificauerunt animam meam. Prius myrrhæ fasciculus, deinde dulcedinis botrus: nam crucis amaritudinem temperat spiritus subsecuta dulcedo. Neque vna mihi amaritudo sola, sed myrrhæ fasciculus: quocunque me verito, myrrhæ præsto est. Amaritudo exilium, amaritudo peccatum, amaritudo periculum, amaritudo maxima eo carere quod cupio: omnis vita mea amaritudo est: & ecce in pace amaritudo mea amarissima. Non tamen renuo myrrham salutiferam, sed inter ubera mea commorabitur. Libenter amplector crucis myrrham, quæ botri dulcissimi sapor dulcorat. Botrus cypri propter magnitudinem in vineis engaddi, propter dulcedinē, botrus terræ promissionis suauissimus & dulcissimus, cuius suauitatem & dulcedinem nemo nouit nisi qui accipit. Tria commemorauit peregrinationis suæ subsidia, nardi odorem, myrrhæ

Cat. 2. d. myrrhæ amaritudinem: botri dulcedinem: in his versabitur, donec aspi-
ret dies, & inclinentur vmbre. Non
causatur petitionis suæ repulsam, nō
indignatur quòd ad votum exaudita
non est, sed voluntati dilecti per
omnia se conformans, myrrham am-
plectitur, vt botro pascatur. Meritò
itaque sponsæ laudes erupit. Ecce tu pul-
chra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui co-
lumbaram. Pulchra in natura, pulchra
in gratia, pulchra in naturalibus, pul-
chra in gratuitis. Oculi tui columbarum.
Oculorum pulchritudine maxime delectatur, vt postea dicitur:
Simili quoq; illa respōdet eulogio.
Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.
pulcher verbum, ex patre decorus,
ex virgine caro, pulcher in tua natu-
ra, decorus in mea: pulcher, quia can-
dor es lucis æternæ, & speculum sine
macula: decorus, quia speciosus for-
ma præ filiis hominū, in quæ deside-
rant angeli prospicere. Pulchritudi-
nem ad diuinam refert naturā, deco-
rem ad humanam, pulchrum spon-
sum pulchro decet recumbere lecto,
vnde subiungit. Lectulus noster floridus.
Non ait tuus, nō ait meus, sed noster,
in quo pariter recumbamus, pariter
quiescamus, pariter oblectemur, si-
cut scriptum est, in pace in idipsum
dormiam, & requiescam. Quæ lectu-
lum monstrat, amplexum desiderat:
floridum lectum flori candidissimo
demonstrat de virga lesse, super quæ
spiritus domini requieuit. Lilijs can-
dentibus sanctarum cogitationum, ro-
sis rubentibus ardentium affectuū,
floribus vernantibus cœlestium desi-
deriorum, conscientia suæ lectulum
sparsit, si fortè sic dilectū prouocet
ad accubitum. Sed domum tetram &
fumosam nō ingreditur sponsus, vt

cubet in lectulo florido, ideo sequi-
tur. Tigna domorū nostrarum cedrina: id est,
odorifera, solida, imputribilia, vi-
suque pulcherrima. Non ait domus,
sed domorum: quia corpus & anima
vtrumque domus Dei est, sicut ipse
ait: inhabitabo in eis, & inambulabo
in eis: anima tabernaculum interius,
& corpus tabernaculum exterius.
An nescitis, ait apostolus, quia corpo-
ra vestra templum sunt spiritus san-
cti, qui habitat in vobis? De anima
nemo dubitat quin domus sit sapien-
tiæ. harum domorum tigna virtutes
sunt, quæ partim ad rationē, partim
ad appetitum pertinent, & sibi inui-
cem cōnexæ domui vtrique stabilitatem
& firmitatem præstant, cedrinæ
sunt, quæ neque crucā nutriāt, neq;
tinea arrodantur, id est, permanentes
& firmæ. His annectuntur laquearia
cypressina, quæ inter eas colligata,
& ab eis pēdētia, mira pulchritudine
domū venustant. Laquearia à tignis
pendentia, passiones sunt, quibus mo-
derādis corrigēdisq; virtutes deser-
uiūt: cuiusmodi sunt ira, timor, gau-
diū, tristitia, dolor, spes, desideriu,
amor: quæ aptè cypressinæ nuncupā-
tur, propter bonū odorem, & incor-
ruptionē. Talē lectū, talē domū, ta-
lia tigna, talia laquearia paret quæ-
cunque sponsum candidū ad hospitiū
suum inuitare præsumit, alioquin
sciat, eū minimè esse venturū. Quia
floridum lectulū sponsa promiserat,
aptissimè illi respondet dilectus.
Ego flos campi, & liliū conuallium. Ac si
dicat, etsi plures in tuo lectulo ha-
beas flores, o sponsa, similē mei aliū
vtique habere non poteris. Flos cam-
pi, hortuli tui flores non dedignor,
sed libenter accepto. Flos campi nō
horti ego sum: id est, non priuatus,
non particularis, nō absconditus, sed
publi-

2. cor. 3.
d

Cat. 7. d

Tre. 7. b

psal. 99.

Sap. 7. d
ps. 44.

psal. 4.

Esa. 11. a

Caput
secundū.

publicus, communis omnibus, cunctis expositus: nulli me nego, cunctis me offero, omnivolenti me tribuo: qui cunq, me voluerit, colligat me sibi, & mea fragrantia perfruatur. *Lilium conuallium ego sum*, montium ariditatem refugio, in humentibus vallibus nascor. Siquis est paruulus, siquis humilis, in agro cordis sui inueniet me. *Ego flos campi*, cuius aspectu lætantur angeli, cuius pulchritudine pascuntur beati, cuius odore reuiuiscunt mortui: et si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est, quia veritas ego sum. *Ego flos, & sponsa mea lilium; nam sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Quam pulchra collatio: procedat nunc filiarum Babylonis in medio chorus, quid eas dixeris nisi vepres, & spinas? Quot curis punguntur, quibus sollicitudinibus discernuntur, quantis libidibus ulcerantur? In harum medio spofa nascitur, & versatur velut rosa vernans inter spinas, & ab illarum punctionibus aliena. Quod interest inter lilium & spinas, hoc interest inter sponsam Christi & huius seculi filias. Audito suo præconio, simili ea quoque carmine recinit. *Sicut malus in ter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.* Aptissima etiam cõparatio: quod enim sumus omnes nisi ligna syluestria, arida, infructuosa, quercubus & roboribus agrestiora, & ad omne bonum inutilia, solum ignis v sibus apta: quippe qui nullum à nobis, quasi ex nobis, fructum, neque bonæ quidem cogitationis meritum ferre possumus. Quid inter nos Christus, nisi pomifera malus, folijs fructuque pulcherrima lignum vitæ in medio paradisi, imò in medio arctis syluæ, cuius mirifico fructu, quod pomum noxiale corruptum est, in ampliore reduncitur sanitatem? vnde malus potius quam

alia arbor merito nuncupatur: malus pulchra et fructifera, cuius umbra salubris, fructus suauis, & folia eius ad salutem gentium. Hoc est quod ait, *sub umbra illius quæ desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Umbra illius fides, in hac spofa quauis pulchra, quauis perfecta viuit inter gentes, in lumine illius quadoque victura inter angelos: cognoscit enim nunc per speculum in enigmate, postmodum autem facie ad faciem, sicut cognita est. Cui non sufficit ista umbra, cum virgini sacre ab angelo dictum sit, virtus altissimi obtribabit tibi? Sub hac umbra, immobilis & fixa sedet, quia non circumfertur omni vëto doctrinæ, sed fidei quam suscepit immobiliter adhæret, quæ etiã ab omni estu tẽporaliu cupiditatu & concupiscentiaru salubriter ptegitur: sicut scriptum est, in umbra eius viuimus inter gentes. Sub hac umbrain vultus desiderio sedeat, quæ fructu eius pasci desiderat, decidit enim aliquando ab eius culmine pomula dulcissima & sapidissima, quoru gustu et sapore reficitur anima. Non quidem sicut illi, qui maturis iam pomis in lumine claro vescuntur, quoniam quæ nunc spote decidunt, in tempestiua et immatura sunt, miræ tã pulchritudinis odoris, & suauitatis, vnde liceat cõiectari quæ sunt quæ maturæ & tempestiue ab arbore manu leguntur. Quæ in umbranon sedet, tali fructu pasci non potest, quia scriptum est, nisi crederitis non intelligetis. Umbra in fide, fructus in contemplatione, ad cuius quidem contẽplationis suauitatem quoniã nemo potest peruenire nisi per fidem, ideo cõuenienter dicitur. *Sub umbra illius sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Sed quæ fructu pascitur, quid restat, nisi vt vino quoque potetur? Ideo sequitur. *Introduxit me rex*

Cant. 1. a. rex in cellam vinariam. Supra in cellaria introducã se dixerat, nunc quod maius est, in vinaria cellã. Habet rex cellaria multa hic sicut in celo varias mansiones: sed ad nullum illorum aliquam introire præsumit, nisi manu regis fuerit introducta: & vide an de his propheta loquatur, cum ait: quia non cognouit literaturam, introibo in portenas domini. Nam sicut nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: ita quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, & cui spiritus voluerit reuelare: ad temporalia eximus, ad spiritualia intramus. Sed cum regi placuerit quæpiam intrmittere, sicut cellaria panis, olei, vini, butyri, mellis, aliorumque liquorum varia ad vini cellarium rarior est ingressus, neque conceditur nisi illi, quæ dudum in umbra fidei requieuit, & contẽplationis fructibus saturata est. Post fidei firmitatem, post contẽplationis assiduitatem, post sacrarum literarum plenum partum, ingressus conceditur aliquando ad inebriantem caritatem: potum, de quo propheta, & calix meus inebrians quam præclarus est? Anima quæ dormiuit inter medios clericos, posteriora dorsum eius in pallore auri. Est cellarium sapietie: de quo psal. hoc labor est, ante me, donec ingrediar in sanctuarium domini, & intelligam in nouissimis eorum, quæ foris cum labore discuntur, intus sine labore videtur: est cellarium prophetie, in quo futura noscuntur: est cellarium consilij, in quo anima fit in agendis prudentior: est cellarium caritatis, in quo tota incendio amoris flagrat, & hæc est vinaria cella: est cellarium exultationis, & gaudij, de quo in euangelio: intra in gaudium domini tui: est cellarium dulcedinis & suauitatis, de quo psal. quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam

abscondisti timentibus te? & Augustinus, interdum intromittis me ad nescio quandam dulcedinem & suauitatem, quæ si perficeretur, &c. Est cellarium securitatis & pacis, de quo Apostolus, & pax Dei quæ exuperat omnem sensum. Est cellarium luminis et claritatis, de quo idem Apostolus, nos reuelata facie gloria domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. Est cellarium spei & testimonij, in quo iuxta Apostolum, spiritus Dei testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij dei sumus. Hæc cellaria ingressus fuerat, qui dicebat, quam dilecta tabernacula tua domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Felix anima quæ ad illa sæpius meruit manu Principis introduci. Sed vt cognoscas de quo vino loquitur, adiungit *ordinauit in me caritatem.* Caritas si ordinata non est, desinit esse caritas. Amare nihil prodest si præpositere amaueris: a quo donum, ab illo ordo: auriga caritatis prudentia est, hac ducitur quocumque vadit. Caritas quam prudentia non moderatur, suo interdum feruore præcipitat in abyssum. Periculosior nonnunquam spiritus quam caro, nisi ratione & discretione regatur. Non omnis spiritus acceptus est, sed primò probandus an ex Deo sit. Verè beatus in quo non est in spiritu eius dolus. Ordo caritatis rectus est, vt deum præ omnibus & super omnia, nos post deum, deinde proximum diligamus: ita tamẽ vt carnalia & temporalia nostra proximi spiritualibus non præferamus. Attende ordinem. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua: & proximum tuum sicut teipsum. Non plus quam teipsum: quid enim prodest

Luc. 6 e
Ioã. 8. b
Ioã. 14. b
2. cor. 3. b
gen. 3. b

Psal. 35.
1. cor. 13.
Luc. 4.
1. ph. 4. c
1. ro. 4. d
1. ps. 22.
1. ps. 67.
1. ps. 82.
1. psal. 7. b
Secundum 70.
Matth. 22. d

Phi. 4. b
2. co. 3. d
Ro. 8. c
ps. 83.
Sequitur communẽ Latino rũ intellectiã.
1. Io. 4. a
ps. 31.
Matth. 22. d

A a homini,

Matth. 16.d. homini, si vniuersum mundum lucretur, & animæ suæ detrimētum patiat? aut quam dabit homo cōmutationem pro anima sua? Ordo caritatis à Deo deducatur in teipsū, vt diligas te propter Deum: & à te deducatur ad proximum, vt diligas proximum sicut teipsū. Hæc est vera & perfecta dilectio, de qua supra dixerat, recti diligunt te. Qui præposterè amat rectus nō est, quia caritatis regulam & ordinem prætermisit. Ille ordinem caritatis obseruat, qui diligit quod diligendū est, & magis diligit quod magis diligendum est. Duo autem sunt in caritate præcipua, rectitudo scilicet & feruor: si recta est caritas & non feruida, aut feruida & non recta, non omnino laudatur: si vtrunque amplectitur, vt recta sit & feruida, nescit homo pretium eius. De rectitudine dixit, ordinauit in me caritatem: de feruore adiungit, *fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo*. Discite quo amore ardet, quæ præ amoris ardore languescit. O felix nimium anima, o terque quaterque beata, quæ dicere ista potest. Quis tam feruidus diuinitatis amator, vt præ amore langueat, præ dilectione deficiat? Talia psalmographus personabat, cum dicebat.

Ps. 72. Defecit cor meum, & caro mea Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Vidi ego quandam religiosam, quæ de seipsa hoc idem afferebat, & exteriori languore monstrabat, an verè nescio, Deus scit. Candentis certè ac Dei amore flagrantis animæ verba sunt, ad sodales: fulciri se floribus, id est cælestibus theorijs, & stipari se malis, id est spiritalibus consolatio-

nibus de paradiso postulat, vt caritas possit sustinere feruorem. Veluti si ægrotus quispiam à medico instantèr postulet, vt calorem nimium nutrimento foueat, ne consumat substantiam. Grandis profectò est feruor caritatis, quando sic cogitur exclamare. Quid in his verbis contineatur sermo taceat, affectus intelligat. Si omnia mundi gaudia, si omnes delicias seculi in vnum conflaueris, hoc caritatis incendium temperare non poterunt. Muræ-nulas illi obtulerant propter desiderij sitim: flores ipsa poscit propter caritatis ardorem. Sitit & ardet: sitit desiderio, ardet amore: quò se vertat nescit caritatis adusta calore. Quali putas musto potata est, quæ sic præ amore languescit? Cecilie virginis de paradiso vernantes flores angelus tradidit, quia & ipsa spò si huius amore flagrabat. Quoties virgo illa similiter exclamat, quoties velut Sibylla furens hoc canticum personabat: *fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo*. Hæc dicens, inter sponsi brachia modicum obdormiuit, vnde ait: *læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Secura dormire potest, quæ tale meruit reperire cervical. Quid minus ista quàm Ioannes inuenit, qui super pectus domini in cœna recubuit? Post vinum, quid expectari poterat nisi somnus? De hoc propheta. In pace in idipsum dormiam & requiescam. O in pace, o in idipsum, o dulcissimum soporè, de quo infra. Ego dormio, & cor meum vigilat. Duas in sponso manus inuenio, scilicet dexteram præseruantem, & læuam subleuantem. Dextera iustum præseruat ne cadat, sinistra peccatorem subleuat, ne

ne pereat. De manu dextra dicitur, à dextris est mihi ne commouear: de sinistra dicitur, iustus si ceciderit non collidetur: dominus enim supponit manum suam. Dextera est de qua dicitur, custodit dominus diligentes se: de sinistra dicitur, dominus erigit elisos. Dextera Paulū præseruauit, cum dictum est ei, sufficit tibi gratia mea. Sinistra Petrum subleuauit, cum respexit dominus illum, & fleuit amare. Attende dexteram, qui natus est ex Deo non peccat, generatio enim cælestis seruat illum. Attende sinistram, beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum. Læua capiti supponitur, ne collidatur, dextera totum hominem amplexatur, ne vel leuiter moueatur. Optima dextera, bona sinistra: inter has manus secura dormit, testimonium habens à spiritu sancto, quia vel amplexata nō cadet, vel lapsa non peribit. Non omnium est hoc testimonium, sed eius quæ caritate languerat: caritatem languor, languorè securitas consequitur. Quòd si læuam sustinentem ad presentem gratiam, & dexteram amplexantem ad futuram gloriam referre malueris, non inficior. Læua sustinetur, ne peccet: dextera efficitur impeccabilis. Sed o sponsi inenarrabilem humanitatem, inæstimabilem dilectionem: maiestatis oblitus dilectam obseruat, ne à perstreptibus suscitetur: vnde inquietas adolescentulas hortatur, dicens. *Adiuo vos filie Hierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitatis, neque cuius ilare faciatis dilectam, donec ipsa velit*. Nouerat adolescentularum mores, inolitamque consuetudinem: si quam viderint spiritu ebriam modicum sumpsisse soporis, velut liuore quodam, nō finunt quiescere: dor-

mienti perstrepunt, excitant, promouent, vt animarum pastorem curam suscipiat, vt doctrinæ populorum insistat, vt fraternis necessitatibus deseruiat. Has sponsus adiurat, vt quiescere finant dilectam suam, donec ipsa velit: ipsa enim melius nouit quid expediat, quæ de vini potata cellario, secreta maiestatis hauriuit. De quo Ioannes bibens, ructum optimum eructauit, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c. At si dicat, quid molestè estis huic mulieri? bonum opus operatur in me, finite eam vt vngatur & vngat, & ad modicum inter vnguenta pinguescat. Cū tempus fuerit ipsa se offeret, & cū propheta dicet: ecce ego domine, mitte me: si tuamen dilecti sui voce senserit se vocari. Vnde sequitur. *Vox dilecti mei, surge propera amica mea, &c.* Sed qualis adiuratio illa, *per capreas & ceruos, & non quoslibet, sed camporum?* Capreas beatorum animas intelligo, sic dictas propter visus perspicacitatē, quia abyssum diuinæ claritatis visione nudam iam penetrant: ceruos angelos nuncupari, propter agilitatem & subtilitatem naturalis cognitionis: propter quā in psalmo ventis assimilantur, cum dicitur: ascendit super cherubim, & volabit: volabit super pennas ventorum. Vnde quia intelligendo non discurrunt, eos non rationales: sed intelligentias nuncupamus. *Camporum* dicuntur propter libertatem: liberi enim ab omni peccato, & à miseria soluti, quocunque volunt discurrunt, sequentes agnum quocunque ierit. Per hos adolescentulas adiurat, ne dilectam suscitant, testes contra eas inuocans illos, si suscitauerint contra monentis edictum, vt Moyses quon-

Deu. 32^a dam dictorum suorum cælū & terram testes adducit. Sed ò mira res, qui suscitare prohibet, ipse clamat & suscitatur: unde voce illius expergefacta, & vocis illius acrimonia percussa, oculis adhuc somno cęcutientibus acclamat. *Vox dilecti mei.* Veluti si sponsa, vel mater sponsi, vel filij diu absentis, quem plurimum diligit, in speratò vocem audiat, concutuntur viscera repentino sono, & exultans in gaudio, vultu turbato, in hanc vocem pręorumpit. Vox filij mei, vox sponsi mei. Quid dilectionis & amoris hac subita exclamatione cõtineatur, dicere non est opus: quę non ardentem diligit, non sic cogitur exclamare. Prudentia sapius mentitur amorem, subita percussio fingere nihil potest: vnde zelatores vxorum subitos magis motus interrogant. Neque tamen quid sibi dicatur statim capit, sed ordine quodam prius vocem à longē clamantis obaudit, deinde leuatis oculis properantem eminus videt, postmodum iam iam appropinquātem agnoscit, vltimò sibi loquentem intelligit, & quid ei dictum sit luculenter explanat. Hunc ordinem in litera videre non est difficile: nā primò ait, *vox dilecti mei* deinde: *ecce iste venit saliens in montibus*: tertio, *en ipse stat post parietem nostrum*: vltimò, *en dilectus meus loquitur mihi*. Consonat huic loco supramodum, quod legitur apud Iob: pörro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea, venas susurrij eius. In horrore visionis nocturnę, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me: & cum spiritus me pręsente transiret, in horrore pili carnis meę. Stetit quidam cuius non agnosce-

bam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi aure lenis audiui. Quam quidem sententiam, & si non à Iob, sed ab amico eius prolata, magnum aliquod contemplationis secretum insinuare, Gregorius testis est: idemque licet alijs verbis in proposito crediderim demonstrari. Vocem primò audit, sed confusam, absconditamque: cuius murmur potius quam sensum percipiat: ipsum venientē videt, sed à longe, ita vt vultum eius non agnoscat: approximantem verò & clarius agnoscit, & distinctius intelligit: & hæc omnia post somnū, quando solet sopor occupare homines. Sufficiat hæc omnia tetigisse, nam exponere lögum esset. Gradus quidam cognitionis & intelligentię designatur, quo solet anima perfecta post contemplationis somnum, in Dei cognitione, & in diuinorum intelligentia proficere: ita vt quem prius in enigmate videbat, apertius videat: & quod prius de secretis mysterijs obscurius audiebat, iam distinctius apertiusque percipiat: non enim subito in cognitione & auditu diuinorū, sed gradatim ad culmen perfectionis attingitur. Sed iam singula percurram. Audit primò, deinde videt à longē venientem, properantem, & caprę more, hinnulique ceruorum salientem in montibus, transilientem colles. Quanta auiditate accelerat vt sanctam visitet mentem! Nisi prius audisset, utique non vidisset: quia scriptum est, audi filia, & vide. Et iterum auditu auris audiui te: & nunc oculus meus videt te. Auditus auctus viam facit oculo ad intendum diuina. Si properat, ne mireris: quia scriptū est, velociter currit sermo

fermo eius. Si salit, nil mirum: quia viuus est sermo Dei & efficax. Si in montibus, & id notissimum, quia scriptum est, illuminanstu mirabiliter à montibus æternis. In montibus salit, colles transilit, quia in sublimioribus mentibus spiritu feruido ebullit, humiliores autem saltu grandi transilit, neque pede tangit. In montibus altis prius deus videri solet, quam in seipso: veluti si quis orientem solem in culminibus prius videat. Sed qui prius à longē videbatur, celeri cursu, immensa spacia peruolans, ecce adest: *en ipse stat post parietem nostrum*. O maceriam carnis ingratham, ò parietem corporis odiosum, ò quis te dissolueret, vt tanta pulchritudinis aspectum non impediās. Quam meritò ex clamat apostolus. Quis me liberabit de corpore mortis huius? sciens quia quādiu est in corpore, peregrinatur à domino. Neque tamen iam omnino post parietem occultitur, sed respicit per fenestras, prospicit per cancellos, neq; omnino latens, neque omnino patens. Supra postulauerat, indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie? & id quidem non obtinuit, quia multum est ad illam: sed tamē precibus & fletibus impetrauit, vt videat illum saltem per cancellos. Quantum consonat huic sententię beatus Iob! in manibus (inquit) abscondit lucem: & pręcipit ei vt rursus adueniat. Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit & ad eam possit ascendere. Manibus Dei conclusa lux, per digitorum rimulas, hiantis animę obtutò subita fulguratione percellit & pertransit, repetitisq; coruscationibus, subito radio suę claritatis perstringit, & illico adumbratur, quoniam di-

utius illum sustinere humanus intuitus nequiret. Hęc sunt fenestrę, hi cancelli, per quos prospicit, & prospicitur Deus. Felix anima, quę vel sic in hac vita cum prospicere meruit: quam Dei clara visione nihil iam diuidit, nisi carnis huius paries citò soluendus: quę interdum cancellata iam visione perfruitur, an sit in corpore vel extra corpus ignorans, sed sicut Elias ad ostium suę speluncę posita, deũ pertransientē aliquantulum intuens. Hinc apostolus, nos autē reuelata facie glorię domini specularētes, in eandem imaginem transformamur. Qui habet aures audiendi, audiat: & qui nō habet, petat humiliter, & dabitur ei. Sed quantę felicitatis est quod sequitur? & dilectus meus loquitur mihi. Quantę iucunditatis dilecti viuas percipere & reddere voces, & non iam per ænigmata submurmurātem, sed palām de patre suo loquentem audire? sicut in euāgelio promiserat dicens. Venit hora cū iam non in prouerbij loquar vobis, sed palā de patre meo annunciabo vobis. Quod etiam in hac vita in factis impleri existimo, quando non iam per scripturas, sed per seipsum alloquitur eos: & impletur quod scriptum est, erunt omnes docibiles Dei. Cū sic spiritus loquitur, omnis litera fastiditur: sed quid ei locutus fuerit, audiamus: gratissimum enim est nosse, quid mundis spiritibus & perfectis in ecclasi suā loquatur Deus, & quid cum eis confabuletur: & quauis illud inenarrabile sit, ista tamen exprimit prout potest. Surge (inquit) prope amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: iam enim hyems transijt, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus

putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge propera amica mea, speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petrae, in caeuerna maceriae, ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Sic dilectam suam sponsus alloquitur: & ad sodales conuersus. *Capite* (inquit) *nobis vulpes paru-las, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel ori meo! Quis mortalium tam dulciter amicam suam alloquitur? Sed ad hæc intelligenda quis idoneus? Properantem stimulat, & spõte currenti calcaria addit: incitat, prouocat, vrget vt veniat, quæ nihil aliud quam peruenisse desiderat: O si parietis obstaculum tolleretur, quam citò veniret: nequæ semel quidem, sed iterum atque iterum replicat, vt surgat, vt acceleret, vt properet, vt veniat. Sed quò aduolabit columba, nisi in foramina petrae, & in caeuernâ maceriae: vbi scilicet tuta nidificet, & pullos suos foueat, & gratû sibi germen multiplicet. Quid hoc sit experientia penitus ignoro, sed quædam ex sanctis audio, multiplicibus exaggerantem sermonibus, quid suauitatis, quid consolationis, quid gaudij & iucunditatis hauriatur ex fontibus saluatoris, si casta columba, dominici corporis nouerit penetrare secreta, vulnerû intrare foramina, & intra sacrum crucifixi pectus tutam sibi parare mansionem. Hoc inquam fateor nondum intelligo, neque experiri promerui: sed quicquid illud est, magnificum & præclarû est: & ad hoc omnem hanc sponsi exhortationem tendere, nemo est qui non

videat. Pectoris sui columbariû offert, colubam pulcherrimâ ad illud inuitat, vt festinet. Sed quantis eam titulis honorat! *Amica mea, columba mea, formosa mea:* vt decoris eius gloriâ & amoris eius in eam vim pandat. Nisi enim esset amica, nisi formosa, nisi columba, petrae cauernas penetrare non posset, neque ardua maceriae foramina aduolare. Non est hoc adolescentularum, non quarûlibet animarum, sed columbae, quæ volatu celeri temporalia cuncta pertransijt, & pennarum multiplici varietate plumescit: neque quolibet etiam tempore, sed vere nouo, cum serenitas lucida placidas auras temperat ad volatum. Imbribus enim & tempestatibus ingruentibus, quâuis acer, quanuis præpes, nequit aduolare columba: sed post constringentiû peccatorû frigidam hyemem, post inundantium tentationum tempestuosam illuuiem, post dissolutâ hærentis tepiditatis glaciem, & nocturni timoris fugatum algorem, postquam corusco solis ardore bonorû desideriorû flores in frugifero mentis solo prodire cœperunt, postquam vernare cœpit hispidus ante & aridus cordis hortus, post resecatas omnium uitiorum passiones, & temporalium sollicitudinû amputatas curas atque disiectas, postquam clari luminis fulgore turtur inuitata, synderesis pro comissis reatibus gemebunda vocem emisit, & flante austro lachrymarum inundantes imbres fœdas criminû maculas diluerunt; postquam grossos suos, id est pinguisimos charitatis affectus, arens prius voluntatis ficulnea spiritu fœcundante protulit, & viribus animæ calentes vineæ flores cum odore dederunt, post serenatam

ram mentem, & ab omni labe mundatam, post vernantem animam, & ab omni perturbatione tranquillam, post hæc (inquam) omnia, *Surge, propera amica mea, speciosa mea, et veni columba mea, in foraminibus petrae, & in caeuernâ maceriae.* Tunc quid intra dominici pectoris alucem mellis & fauile lateat degustare, tunc spiritus sancti secreta rimari; tunc caelestium sacramentorum abscondita penetrare, & de fontibus saluatoris aquas in gaudio haurire, tempus est. Ex tunc fidei nebula penetrata, in culmine montis arduo, super omnem caliginem constituta mens; & sicut Moyses intra foramina petrae conclusa; transeunte domino, et si non vultus splendorem; certe posteriora eius, ut cunque videre poterit, non quidem clara; sed sicut diximus, cancellata visione. Tunc digna inuenietur anima, reuelata facie gloriam dilecti sui speculari, vt in eandem imaginem transformetur: vnde tunc merito dicitur ei. *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Prius quidem velato vultu propter maculas; gloriam dilecti sui contemplabatur, neque enim poterat intendere nudè in gloriam vultus eius, propter excellentiam fulgoris, iam digna est, vt reuelata facie videatur, & videat: vt audiat & audiat: & ex consortio diuini sermonis fulgida quoque de monte ipsa descendat. Tunc sonare poterit vox eius coram domino, cum orationis dulcedine faciei decor commendat: non enim est vox dulcis, nisi facies sit decora. Decora sit oportet aspectu, quæ tanti Regis optat delectari colloquio.

Felix cui datum est, hæc omnia quæ supra diximus prægustare. Hæc forsitan ille optauerat, qui dicebat. Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo, & requiescam? Huiusmodi columbae nihil est iam quod timeamus à bestiis: in arduis posuit nidum suum, in petris manet; & in præruptis silicibus; & inaccessis rupibus commoratur: vbi neque serpentis igniuomus, neque venenata vipera, neque fascians oculo basiliscus irrepit. Inde iam secura contemplatur escam, & oculi eius terram desiderabilem de longe prospiciunt. Pulli eius in nido tuti lambunt sanguinem, & vbi cunque fuerit præda, statim adest. Non est (inquam) quod iam aspidem, & basiliscum, leonem atque draconem pertimeat sed & bestia terra pacifica sunt ei: reliquum est solum, vt caueat florentibus vineis à vulpeculis, quæ demoliuntur vineam. Caueat vulpecularum dolos, ne sub specie sanctitatis deludant: ne transfigurato satana in angelum lucis, spiritui puro & simplici dolum iniiciat. Huiusmodi enim spiritibus mundis satanas non se audet iam monstrare sicuti est, quoniam statim spuitur: non audet aperte ingerere mala, sed sub specie boni decipere tentat. Caueat inquam illusiones caueat immisiones, caueat reuelationes falsas decora columba: non facile credat omni spiritui, sed probet & examinet prius, an ex deo sit. Caueat sibi à vulpeculis istis callidis, capiat eas & statim moriuntur. Sufficit enim ad omnem securitatē si capiantur: nam deprehensæ penitus nocere non possunt. Sed quis eas aut vitare, aut capere posset,

nisi sodalium, id est angelorum sub sidio fulciretur: Illi eas faciliter capiunt, qui eas aperte norunt, & fraudes earum intelligunt: illi eas & pãdunt, & capiunt; vnde ad eos magis quã ad columbam sermo dirigitur. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas: nam vinea nostra floruit. In flore quã in fructu maius est periculum, nam affectuum flores teneriores sunt, & halitu vulpecularum fortido facilius marcescunt: fructibus bonorum operum dentem infringere non ita possunt. Hi sunt sodales, quibus mandauit dominus vt custodiant vineam suam in omnibus vijs suis; ne dirupta sepe vulpeculis aditus vsquam pateat: Hi sunt fideles custodes Hierusalem, qui die ac nocte non tacent, vt vulpeculas calidas suo clamore deterreant, & illæsos domino vinearum nostrarum flores custodiant. Hæc de spõ si cantico dicta sint, nunc quid ipsa columba respondeat audiamus: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Et nihil amplius ò dilecta, ille tibi, & tu illi, & nihil vltra? Vtique nihil amplius: nam quod amplius est, ex superfluo est. Solus mihi sufficit solus abundat, solum volo, solum cupio: quicquid ille non est, egestas mihi est: ille solus mihi, & ego quidem non sola, sed solum illi. Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei? utiq; pars mea, & fors mea, tu Deus in æternũ. Beata mens cuius ista sunt verba, quæ in veritate dicere potest, dilectus meus mihi, & ego illi. Nihil his verbis superaddendum puto, sic dicta fortius sonat: quicquid superaddatur, huius eloquij minuit grauitatem. *Qui pascitur inter lilia, donec aspires dies, & inclinentur vmbre. Non pascitur dile-***

ctus carnibus, peponibus, capis, & cucumeribus de Ægypto, sed rosas & floribus. Vernantes flores apponat, qui illum ad coenam inuitare desiderat, sicut in apocalypsi ait. *Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Quid stulta synagoga sacrificiorum illi millia propinas? quid tauros pingues, hircos, arietesque perquiris? Nunquid manducabit carnes tauro rum, aut sanguinem hircorum potabit: Immola Deo sacrificium laudis: rubentes rosas perquirere, lilia candentia ex hortulo cordis appone: his enim gratissimus hinnulus, virgo virginis filius libenter vescitur. Si quid crassum, si quid esculentum in mensa viderit, offenditur, & abscedit: quoniam tenerrimus & delicatissimus est. *Hic pascitur inter lilia, ibi pascit in meridie: pascere illum ad modicum, vt pascaris in sempiternum: neque enim semper pascetur ille, sed donec aspires dies, & inclinentur vmbre. Nunc tempus est de quo ait, esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Tunc autẽ præcinget se, & faciet suos discubere, & transiens ministrabit illis pro lilijs, suauissimum nectar: & pro floribus & rosas, manna absconditum: quod nemo nouit, nisi qui accipit. O dies iucunda quando aspirabis, ò vmbre ingratae quando declinabis, vt sedere possim cũ dilecto meo, ad mensam eius, in regno eius: Quãdo illucebit dies illa serena, quæ ignorat tenebras, & nescit occasum? quando phantasmatum vmbre declinabunt, vt non videam iam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, et sic cognoscam, sicut & cognita sum? quãdo intelligibilia pulchra,**

chra, non in phantasmatis, sed in se ipsis, prout sunt, nudè & aperte videbo? quando fidei vmbra cessabit, & sublati sacramentorum velaminibus, iam non exemplaria verorum, sed veritatem ipsam limpidissimis oculis contemplabor? Dixit, & amplexari volenti, velut fulgur transiens, subitò dilectus euauit. Abijt ille citus, vacuosque conantis reliquit amplexus. Clamat post illum furens, aurasque totas clamoribus replet. *Reuertere: similis esto dilecte mi capreae, hinnuloque cernorum super montes Bethel. Sic ne amantem deseris? sic rui ardentem dilectione relinquis? Longius ne abeas obsecro, saltem redire memento. Redi citò sponse, æstuantisque pectoris incendia rora: non quidem, vt sicut bos lassus fortius vestigia premas: scio enim consuetudinem tuam, moresque tuos optimè noui: non diu menti hæres, non longo tempore hospitio resides: oro saltem vt redeas veloci similis capreae, hinnuloque salienti super montes Bethel. Non modò ista in similitudinem hinnuli super montes Bethel, id est sicut sanctorũ verices in mortali specie visitare consuevit. Bethel domus Dei interpretatur, & iuxta Apostolum, hæc est ecclesia, cuius montes sunt sublimēs sanctorum mentes: in quibus, sicut supra diximus, hinnulus gratissimus feruore spiritus frequentius salit, & subsultat. Communis & vñrata apud deuotas animas hæc spiritus vicissitudo est: spiritus enim pertransit in illis, & non subsistit: peruolat eas quasi damula, & sicut cernorum hinnulus, & sicut*

fulgur in oriente apparens, euanescit statim: sic est aduentus filij Dei ad animam. Quia ergo non est stabilis vt in beatis, petit saltem repetitis vicibus visitari, & ea velocitate percurrì, qua solet sublimēs sanctorum mentes, sicut hinnulus peruolare. Hic primi cantici finis est, quo subtili dulciq; modulatione, mutui amoris insignia, dilectus & dilecta versibus alternantibus cecinerunt: in quo mirabilem ordinem attēde. Post fidei vmbra sequitur deuotionis fructus: post fructum, ebrietas: post ebrietatem, langor: post langorem, somnus: post somnum, ecstasis, in qua audit ab ore dilecti arcana verba, quæ non licet homini loqui: cuius suauitate repleta, euigilans se totam illi offert & abeuntem vt iterum redeat humiliter deprecatur.

Abijt ille, remansit illa iucunditate & lætitia repleta, exultans spiritu ex gratissimo sponsi sui colloquio, intra se pertractans quæ audierat ab illo, & eadem sedula mente reuoluēs. Sed non diu quiescit amor, longas non sustinet dilectio moras: iterum dilectum fitit, placidos iterum quærit amplexus, dulcia rursus exposcit oscula. Per vicos & plateas sitibunda discurret, bacchatur furēs, si forte possit inuenire quem amat: eò utique furiosior desiderio, quò fuerat ante plenior gaudio: ardentius enim fitit, postquam gustauit. Hoc est quod ait. *In lectulo meo per noctes quæsum quem diligit anima mea. Non in circo, sed in lectulo: non in negotio, sed in otio: non inter æstuantēs seculi procellas, & negotiorum strepitus, sed inter quietæ contemplationis blanditias, placidosque recessus, in lectulo meo per noctes quie-*

ps. 90.

Matth. 5. f.

ps. 72.

Ap. 3. d

ps. 49.

prou. 4. d

Cat. 1. b.

Matth. 25. c.

Luc. 12.

Ap. 2. e

1. co. 13. d

Heb. 9. f

1. Ti. 3. d

Pro. 5. d

ps. 102

Matth. 24. c

1. co. 12. a

Caput tertiu.

ta quæsiui, sed nō inueni, quia nocte quærebam: non erat in lectulo, sed in patibulo. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordijs meis: & vbi inueniam te? Per noctes quæsiui. Omnes creaturas corporas animo prolustrauit, omnes meos sensus requisitui, Num quem diligit anima mea vidistis? Et respondit mihi visus, si non est color, aut lux, nescio eum. Respondit auditus, si nō est sonus, aut melodia nescio eum. Respondit gustus, si nō est sapor, aut dulcedo, nescio eum. Respondit tactus, si non est mollities, aut leuor, nescio eum. O sensus hebetes dilectus meus lux est, pulchritudo est, fragrantia est, melodia est, dulcedo est, suauitas, & mollities est, sed vos nō pertingitis ad illā. Dicite celi, sol, astra, mundus, num quem diligit anima mea vidistis? Responderunt mihi, nō sumus nos dilectus quem quæris, opera eius sumus: ipse fecit nos, & nō ipsi nos: transi, & forsitan inuenies eum. Percontata sum intellectum meum, si forsitan vidisset eum: & ait, ego quidem sine phantasmate non intelligo: vide an dilectus tuus aliquod phantasma sit. Non est, in quā phantasma, sed veritas: quid faciam misera, vbi quæram eum in nocte obscurissima? De go densissimis tenebris inuoluta, lucem illam placidissimam non attingo, quocumque me vertam, non inuenio nisi atram noctem: & lux quidem in tenebris aliquo modolucet, sed tenebrę eam non comprehenderūt: intra omnia & non inclusus: extra omnia, & nō exclusus. Quid ergo: desperabo, quia non inuenio? Non utique: nam ingenue mentis est rei difficultate non vinci, negotij arduitate nō superari. Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos

& plateas, si forte appareat in sanctis, qui non illuxit in creaturis: scio enim quia templum Dei sunt, & dilectus inhabitat eos: sicut scriptum est, inhabitabo in eis, & inambulabo in eis. Circuibo itaque non solū religionum arctissimos vicos, sed & platearum secularium amplissimas, latissimasque plateas: nam & in illis solet quandoque deambulare dilectus. Spiritus vbi vult spirat, & nunquā inuenitur in teatro, quod non inuenitur in claustro. Omnes ergo vitę presentis vias arctas & latas diligentius perlustrabo, si forte in aliquo montium mihi respicereat sol iustitię, quem requiro. Quæsiui illum, & non inueni: & heu misera, iam quō ibo? Quæsiui in creaturis, quæsiui in sanctis, nunquam apparet: neque tamen a quærendo desistam, donec inueniam. Ipse enim dixit, quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Veritas est, mentiri non potest: verbi eius pignus habeo, & promissionis illius certissimum arrhabonem. Sed vbi quæram illum? vbi inuestigabo eum. Cūm hæc itaque mecum anxia mente reuoluerem, ecce adsunt *Vigiles qui custodiunt ciuitatem*: non ego quærebam eos, sed ipsi inuenerūt me: cōmora enim sunt viscera eorum super anxietate mea, & miserti sunt estuatis amoris mei. Vigiles (inquam) illi, qui positi sunt custodes super Hierusalem, & die ac nocte non rabeunt laudare nomen domini: vigiles de quibus propheta prædixerat olim in sententia vigilum decretum est: hi utique inuenerunt me, & qui lenire debuerant amoris flammam, amplius succenderunt eam. Plagis suauius, nō doloris, sed amoris percusserūt me: placido vulnere vulnerauerūt me: sponte

sponte currenti calcaria, & nimis ardenti ignitos carbones. addiderunt. *Tulerunt pallium meum, & veteri me tunica spoliauerunt*, vt libero cursu prosequeretur fugientem. Non vos requiro angeli, vestro non satiatu sitis mea decore: num quem diligit anima mea vidistis? Scio quia vidistis, vbi eum inueniam dicite mihi. Non verbis, sed plagis: non sermonibus, sed vulneribus mihi responsum est. *Et paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.* Circuui omnia, pertransiui omnia, lustrauit omnia, lustrauit sensus, lustrauit cælos, lustrauit sanctos, lustrauit angelos, & paululum cum pertransissem eos, quem desiderabam inueni. O sedulam inuestigatricem, o felicem repertricem: gratia hæc loquitur fratres, nescimus quid dicat, interrogemus quępiam ex sanctis, si forte hunc nobis locum exponat: neque enim facile est corporalia omnia perlustrasse, sanctos omnes percurrisse, ad angelos peruenisse, & ultra transisse. Quæram expertum, qui huius labyrinthi explicet vias: quid enim hoc sit, fateor penitus ignoro. Sed aquilā grandę, magnarum alarum plenam, plumis & varietate per medium cæli volatent intueor, corporalia omnia, temporalia omnia, cælestia omnia pertranseuntem, & ad dilecti solium volatu celeri penetrantem, huius aquile verba ponamus: de se, & matre sua, quę & ipsa sponsa erat, talia proloquitur. Colloquebamur soli valde dulciter, & præterita obliuiscerem, in ea quę ante sunt exteti, quęrebamus inter nos apud præsentē veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita æterna sanctorum, quā neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit: sed in-

hiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, fontis vitę qui est apud te, vt inde pro capto nostro asperfi, quoquo modo rem tantam cogitarem. Cūmque ad eum finem sermo perduceretur, vt carnalium sensuum delectatio quatalibet, in quatalibet luce corporea, præ illius vitę iucunditate, non comparatione, sed ne commemoratione digna videretur, erigentes nos ardentiore affectu in idipsum, perambulauimus gra datim cuncta corporalia, & ipsū cælum, vnde sol & luna & stellę lucebant super terram, & adhuc ascendeuimus interius, cogitando & loquendo te, & mirando opera tua, & venimus in mentes nostras, & transcendimus eas, vt attingeremus regionem vbertatis indeficientis, vbi pascis Israel in æternum veritatis pabulo, & vbi vita sapientia est, per quā fiunt omnia ista, & quę fuerūt, & quę futura sunt, & ipsa nō fit, sed sic est, vt fuit, & sic erit semper, &c. Et dum loquimur, & inhiamus illi, attingimus eam modicę toto idu cordis, & suspirauimus, & reliquimus ibi religatas primitias spiritus, & remeauimus ad strepitum oris nostri, vbi verbum & incipitur & finitur. Et infra: Vt talis sit sempiterna vita, qualē fuit hoc momentum intelligentiæ cui suspirauimus, nonne hoc est intra in gaudiū domini tui? Hęc Augustinus. Quid obsecro huic loco consonantius, quid aptius inueniri potuit, quod sic eum nobis interpretaretur, sicut hæc Monica & Augustini eccliasis? Certę vidistis sponsam toto cordis nixu dilectum perquirentem, omnia transcendentem, & ad ipsum licet modicę pertinentem: iam verō quod sequitur, tenui eum, neque dimittam donec intri ducam illum

ps. 99.

Ioā. 14a

Ioā. 1. a.

1.co. 3. d

2.co. 6d

Ioā. 3. d

Matth.

7. a

Ioā. 14

Gn. 48

5

Dauid. 4

6

Eze. 17.

1

Auguf.

lib. con

fel. 9. ca

10.

Ioā. 14a

1.co. 2. c.

& Esai.

64. b.

Ro. 8. d.

Matth.

25. b.

lum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae, apertiore habet intel- ligentiam. Nullus enim dubitat quin tenaciter adhæserit inuento, quæ tã anxie prius quæsierat eum: & qui ad hæret Deo vnus spiritus est: quomo- do ergo deseret eum, cui sic ex grã- tia vnita est? O caritatis glutinum quàm fortiter ligas! Certus sum (in- quit apostolus) quia neque mors, neque vita, neque angeli, neq; prin- cipatus, neque virtutes, neque instã- tia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos se- parare à caritate dei, quæ est in Chri- sto Iesu domino nostro. Idipsũ ista nũc loquitur. Tenui eum, neque dimittam. Nulla ratione, nulla causa, nulla persecutione, nulla tribulatione, sed neq; ipsa morte, ab eius amore potero separari? Sequiat tyrãnus, fre- mat Gẽtilis, suspendat equuleus, vn- gula fodiat, ignis adurat, gladiũ scin- dat, graffetur persecutio, instet occi- sio, præsentem intẽtent omnia mor- tem, tenui eum, neque dimittam, donec intro- ducam illum in domum matris meae, & in cubi- culum genitricis meae: illius, inquam, su- pernæ Hierusalem, quæ est mater mea, & verbo veritatis genuit me.

1.co.6.d

Ro.8.g.

Gal.4d

Iacob.2

f

Cãt.1.a

Cellam vinariam, nisi potenti e- ius manu ducta intrare non potui- sti, quomodo per te cœlestis gloriæ cubiculum penetrabis? Non potui- sti quod minus est, quomodo pote-

ris quod maius est? Attendite fra- tres, quia hic sapientia est, quæ intro- ducta fuerat à rege in cellam vina- riam, nunc vicissim ipsa introduce- re eum gloriatur in cubiculum ge- nitricis suæ, quasi vicem illi reddes pro vini mercede, cubiculum geni- tricis suæ. Sed quomodo ipsa intro- ducat eum, & nõ ecõuerfo difficul- tas est. Vnde nobis hic locus pande- tur? Vtique ex psalmo. Quoniã (in- quit) misericordiam & veritatẽ dili- git Deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Singula singulis, suo ordi- ne referatur. Quoniã misericordiã diligit Deus, dabit gratiã: & quoniã veritatẽ diligit, dabit gloriã. Gratia ergo ex pura misericordia, glia verò etiã ex veritate, id est ex operib^o bo- nis. Quodã modo in cellariũ spiritus inebriantis gratis rex introducit quos vult: in cœlestis Hierusalẽ cubi- culum, oportet vt quisq; bonis ope- ri- bus introducat eum. Gratia ex pu- ro dono, alioquin si ex operib^o, iam nõ est gratia: gloriã autẽ retributio non ex mero dono, sed etiã ex meri- to. Quia igitur & ipsa sponsa gratiæ cooperatur ad ingressũ gloriæ, me- ritò iactari potest dicendo, *donec intro- ducam eum in domum matris meae, & in cubi- culum genitricis meae: domum propter amplitudinem, cubiculum propter quietem. Sic enim psalm^o varijs no- minibus beatitudinem illã nomina- re solet: nunc tabernaculum, nunc atriũ, nunc domum, nunc sanctua- rium, nunc tẽplum, vt pro varieta- te vocabulorũ, eiusdẽ gloriæ fũctio- num varietas denotetur. Et verẽ si eum sicut promittit tenuerit, si illi firmiter adhæserit, introducet eum, & introducet ab eo in abditissi- mũ cubiculũ beatorum, & transibit cum eo in locũ tabernaculi admira- bilis,*

ps. 83.

Ro.11 b

ps. 83.

ps. 14.

ps. 22.

Psal. 72.

Psal. 10.

ps. 41.

bilis, vsque ad domũ Dei. Potest cu- biculum hoc genitricis aliter inter- pretari, sicut inferius exponemus. Sed hæc postquã spõsum inuenit, in brachijs eius iterũ obdormiuit: vn- de rursus ille filias Hierusalem, *per capreas ceruosque camporum adiurat, ne eam suscitent aut euigilare faciant, donec ipsa velit: & hoc toties faciet, quoties eam sen- serit obdormisse. Vnde si diligẽtius aduertas, nunquam adiurationem hanc adiunctã reperiẽs, nisi vbi pro- fundus contẽplationis somnus præ- cesserit: & quòd ita nunc sit sequen- tia manifestant. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pi- gmentarij? Sodalium verba sunt admi- rantium sponsæ ascensionẽs, quas di- sposuit in corde suo in valle lachry- marum, in loco quẽ posuit. An non supra modum ascenderat & volau- rat, quæ cuncta pertransiens ad an- gelos peruenerat, & vltra transierat donec pertingeret ad dilectum? Be- ne autem per desertum ascendere dicitur, de quo domin^o per prophe- tam. Ecce ego lactabo eam, & ducã eam in solitudinẽ, & loquar ad cor eius, ex eodem loco & vallẽ Achor ad aperiedam spem. O gratissimam solitudinem, vbi sola cum solo Deo quiescit anima: ò silẽtium iucundũ, vbi omnia silẽt, & leni auditur mur- mure personans dilecti vox. Hęc so- litudo est, in qua post occisos Aegy- pti primogenitos, post submersos Pharaonis currus, post relictã Aegy- ptum, & trãsitum maris rubri, in pa- ce & tranquillitate spiritus cœlestis manna gutturur, & aqua Marath crucis ligno in dulcissimas permu- tantur. Hęc est illa solitudo, de qua propheta. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Anima quẽ ad-*

psal. 83.

Olea. 2

c

exo. 11b

exo. 14

f.

exo. 16.

c

exo. 17d

ps. 54.

huc seculi ponderibus aggrauatur, non potest volatu celeri cœlestia pe- netrare: quomodo enim volabit, quomodo eleuabitur ad sublimia, negotiorum & cupiditatum pedi- cis irretita? O solitudo amœna, de- uotioni & contemplationi aptissi- ma, vbi nunquam est anima minus sola, quàm cum sola. Per hanc ascen- dit feruens & deuota mens, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij. Varia nanque virtutum pigmenta, igne caritatis in thuribulo cordis adusta, suauissimum Deo & angelis odo- rem aspirant, per quæ recto veri- tatis tramite, velut virgula fumi anima erigitur ad sublimia. Via hæc purgatiua est, cum mens quæ claram nequit adhuc emittere flam- mam, fumat quidem, sed suauissi- mum odorem: quæ postquam in cla- ram lucem ex fumo profecerit, au- diet iterum à sodalibus. Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora consur- gens? Abraam enim in illo ecstati- co sopore, in quo repromissionem accepit, prius clibanum fumantem, & deinde lampadem ardentem in- tuitus est. Sed ab hoc gradu medio viã illuminatiuẽ, rursus ad supre- mum gradum perfectionis conscen- dens, quando iam non solũ olfa- cere, non solũ videre, sed & gusta- re diuina meruerit, audit postremò. Quæ est ista, quæ ascendit de deser- to delicijs affluens, innixa super di- lectum suum. His itaque gradibus anima proficit ascendendo: pri- mo suauiter fumat, deinde luci- dẽ splendet, tandem affluenter de- liciatur, cum ad culmẽ perfectio- nis peruenerit. Quauis hunc tripli- cem animæ ascensum, possimus ali- ter interpretari: tripliciter enim Deus

Cãt. 6. c

Gn. 15 d

Cãt. 8. b

Deus ad se rapit animam : aut per
viam feruoris & deuotionis , & de
hac dicitur : *Quæ est ista quæ ascendit per
desertum, sicut virgula fumi, &c.* aut per
viam luminis & intelligentiæ, & de
hac dicitur : quæ est ista quæ ascen-
dit sicut aurora consurgens, &c. aut
per viam delectationis & gaudij,
& de hac dicitur : quæ est ista quæ
ascendit de deserto delicijs affluës,
&c. Triplici itaque hac quæstione
triplex raptus contemplationis de-
signatur , quo solet super se leuari
mens. Et bene ponitur, in deserto,
aut per desertum : quia scriptum est,
sedebit solitarius, & tacebit : quia le-
uauit se super se. Quàm aptè, quàm
concinnè anima spiritu deuotionis
feruida, virgulæ fumi ex aromatib⁹
comparatur? Ignis enim ille qui su-
per apostolos in die sancto Penteco-
stes de cælo descendit, aromata san-
ctarum meditationum, bonorū deli-
deriorum, compunctionum, depre-
cationum, spiritualium virtutum &
affectionum, in cordis thuribulo di-
sposta & præparata, sua virtute ac-
cendit, & adurit: quo calore excita-
ta mens, velut spiramen fumantis
odoris rapitur ad cælestia. Hæc sunt
aromata myrrhæ, id est compun-
ctionis: & thuris, id est deuotionis: et
uniuersi pulueris pigmentarij, id est spiri-
tualium omnium affectionum: qui-
bus offertur domino sacrificium ma-
tutinum in ara cordis in odorem
suauitatis : hoc est sacrum illud thy-
miana odoris suauissimi, quo suffi-
tu Deus colitur in sacris, confectum
opere pigmentario, id est spiritus san-
cti virtute, quo nemo vitur in pro-
phanis. De alijs animæ ascensionib⁹
suis in locis latius differemus, nunc
quo zelo, qua vigilantia sodales
huiusmodi animam custodiant, au-

diamus. *En lectulum Salomonis sexaginta
fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes te-
nentes gladios, & ad bella doctissimi: uniuscu-
iusque ensis super femur suum, propter timores
nocturnos.* O quomodo eam zelant,
vt virginem eam castam exhibeant
sponso suo! Lectulum Salomonis
floridum, id est quietam & deuo-
tam animam, in qua rex cælorum
in contemplatione quiescit, ab spiri-
tualibus nequitijs sollicitè angeli cu-
stodiunt, ne eam infestent atque
perturbent, regemque in ea quie-
scentem strepentes excitent à sopo-
re. Valde enim eam dæmones à con-
templationis pace perturbare con-
tantur, inuidias, amulationes, de-
tractiones malorum, contra eam se-
pius excitantes, & interdum sub hor-
ribilium phantasmatum formis, vt
eam perterreant, visibiliter appa-
rentes. Vnde rectè dicitur, *propter ti-
mores nocturnos*: id est occultas dæmo-
num infidias, & latentes illusionū
fallacias, à quibus maximè illi timè-
dum est: quoniam huiusmodi con-
templatiuis angelus satanæ sapius
in angelum lucis se transfiguratur. Hi
sunt custodes Hierusalem, quibus
mandauit dominus de anima san-
cta, vt custodiant illam in omnibus
vijs suis, ne fortè offendant ad lapidè
pedem suum, & in aliquo peccato
cadat, maximè superbix, cum se vi-
derit sublimiter ascendentem. Sed
quales isti sint attendamus fortes ex
fortissimis, tales enim satellites ad
sui corporis custodiam reges elige-
re consueuerunt. *Omnes tenentes gladios,
& ad bella doctissimi.* Quibus verbis eo-
rum potentia & sapientia ad arcen-
dos dæmones designatur : & quia
semper in procinctu sunt, adiūgitur.
*Uniuscuiusque ensis super femur suum, & hoc
propter timores nocturnos*: sicut diximus,
Se xa-

Sexagenarium numerū, dum aliud
non apparet, ad perfectionem nu-
meri referendum puto : hæc autem
anima contemplatiua & perfecta,
quæ propter contemplationis quie-
tem Salomonis lectulus dicta est,
propter vitæ præsentis peregrina-
tionem ferculum nuncupatur: vnde
qualis sit, & quibus moribus ad-
ornetur, consequenter exprimitur.
*Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis
Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinato-
rium aurcum, ascensum purpureum: media cari-
tate constrauit propter filias Hierusalem.* Ha-
bet noster Salomon iumentum, ha-
bet equum & currum, habet vehi-
culum siue ferculum, quibus per
viam huius seculi ambulat in Hieru-
salem. Anima simplex & iusta asi-
na est, aut pullus, quo mitis & mā-
fuetus defertur in ciuitatem. Vir
perfectus & potens, honoris Dei
zelator, equus Salomonis fortissi-
mus, quo potenter inimicos ster-
nit. Vir apostolicus & sanctus, cur-
rus Christi, quo mundum fidei suæ
subiugat. Talis erat Paulus, anima
quieta & contemplatiua, Salomo-
nis ferculum siue vehiculum, quo
quietè & pacificè per viam huius
seculi defertur in Hierusalem: hæc
eadem lectulus, in quo quiescit.
Qualis verò ista sit, aut esse debeat,
audiamus. *Ferculum fecit sibi rex Salomon
de lignis Libani. Fortibus, candidis, su-
blimibus, imputribilibus: per quæ
virtutes morales designantur, qui-
bus maximè à vitiorum corruptio-
ne liberamur. Columnas eius fecit argen-
teas.* Hæc sunt virtutes theologice,
totius spiritualis ædificij potissi-
mum firmamentum: quas ideo ar-
genteas nominat, quia per doctri-
nam, & verbi Dei auditum, in no-
bis maximè generantur: fides e-

nim ex auditu, & auditus per ver-
bum Dei. Habeat etiam necesse est
huiusmodi ferculum; reclinatoriū
contemplationis stratum; in quo
ad tempus, ad soporem rex quie-
scat, aureum totum, & cælestis glo-
riæ splendore coruscum: sed &
ascensum purpureum, id est pœnitentię
rigorem, & vitæ austeritatem, qua
ascensus est ad spiritum: neque e-
nim sine gradibus ad dictum recl-
natorium peruenitur. Media verò,
id est exteriorem conuersationem
caritate constrata: id est planam, humi-
lem, modestam, & piam: *propter filias
Hierusalem*, quas suo exemplo, & mo-
desta & humili conuersatione in
regis obsequium deducere oportet:
quæ quoniam delicatissimæ & tenerrimæ
sunt, molliter & sua-
uiter cum amore deducendæ sunt.
Tale sibi ferculum Salomon pa-
rauit in viam: nam in palatio, non
iam ferculo sed throno vitur: non
ligneo, sed eburneo: qualis in li-
bro regum euidenter describitur.
Hæc omnia sodales de sponsa pul-
cherrima, id est anima perfecta, car-
mine dulcissimo disertissimè per-
sonant: & ad adolescentulas con-
uersi, quid ad eas pertineat simili
acrimonia modulantur. *Egre dimini fi-
lia Sion, & videte regem Salomonem in dia-
demate, quo coronauit illum mater sua in die
desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis
eius.* Vos (inquam) à adolescentu-
læ quæ cum sponsa cuncta corpora-
lia, & etiam angelos transcendere
nondum nostis, quæ sicut virgula
fumi ex aromatibus in cælestia aduola-
re nondum potestis, quæ regem Salo-
monem in decore suo, patris gloria
coronatum, omnibus præidentem,
necdum inspicere meruistis, vos
(inquam) nolite otiose per tem-
poralia

poralia discurre: est etiã aliquid quod vobis expediat contemplari. Egredimini à carne ad spiritum: egredimini à temporalibus curis & negotijs secularibus: egredimini etiam si opus est, à corporeis sensibus: *Et videte regem Salomonem in diademate carnis, quo coronavit eum mater sua: mater sacra, mater pura, mater intacta, virgo regia, ex David stirpe generata. Ita dico vobis, hanc coronam contemplamini, hanc amplectimini, hanc pensate, hanc diebus & noctibus coram oculis vestris animo versate: erit vobis tum vtilissima, tum dulcissima, hæc carnis & vitæ eius mortalis speculationio, quandiu ipsum Salomonem, **Io. 1. a.** verbum in principio apud Deum, Deum de Deo, cum patre regnantem, inspicere non valetis. Sponsa enim **2. co. 5 d** etiam cognovit Christum secundum carnem, sed iam non agnoscit: vos autem in hac eius vmbra requiescite, donec lumen eius cluceat, & in eandem imaginem transformemur. *Videte ergo regem Salomonem sapientissimum, & pacificum, pacem ipsam, qua omnia in celo & in terra pacificata sunt, in corona illa purissima & decora, in quam desiderant angeli prospicere, **1. Pe. 1 b** quæ eum mater coronavit in die desponsationis illius cum nostra natura, & in die latitiæ matris eius, quando & ipse nostræ naturæ sociatus apparuit, & cor matris eius, supra quam dici, aut intelligi potest, immenso gaudio repletum est: & cum eum sic videritis si placet transite, & videte eundem regem in diademate, quo **Io. 19 a** eum coram Pontio Pilato coronavit mater sua synagoga: mater ingrata, mater impia, mater crudelis & sceleratissima, in die passionis eius, & re-**

parationis humanæ salutis. Hic secundi cantici finis, in quo de contemplatione, sicut in superiore de amore, differitur: in quo si diligenter aduertas contemplationis scalam, modum, ordinem, varietatem, animæ contemplatiuæ ingenium, sponsi zelum, angelorû custodiam, methodo breuissima spiritu Dei descripta reperies: sed iam ad sequentia transeamus.

PARAENESIS.

Nolui careret pius lector egregio huius concionis, de partu virginis, fructu: quæ nos, dum editionem paramus, sacrasque has conciones in aliqualem ordinem, pro ratione temporis, annuorumque festorum redigimus latuerat: eademque tunc non inuenta, modo reperta est. Igitur in postremam prioris huius tomi partem, cum nonnullis alijs concionibus extra ordinem vagantibus, reieciimus.

DE PARTU VIRGINIS CONCIO.

THEMA.

Antequam parturiret, peperit: & antequam veniret partus eius peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? quis vidit huic simile? *Esaïas vltimo cap.*



PROPHETA David sic ait. *ps. 105* Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? O propheta, non vtique angeli, non

non archangeli, nec cherubim, neque seraphim, solus potest dicere omnes laudes, qui nouit omnes excellências, et virtutes, solus se potest perfecte laudare, qui potest se comprehendere. Omnis laus creaturæ ad id quod Deus est, quasi nihil est: vtinã vel illas laudes exhiberemus, quas sub poena ingratorû et perfidorû tenemur exhibere. *psal. 196* Cõfiteantur dño misericordiæ eius, et mirabilia eius filijs hominû ipsa eum sua beneficia laudent, nã homines nõ sufficimus. Verũtamẽ pius ac misericors dñs, qui dignatus est nobis exhibere ingétia beneficia, ipse dignat' est ea quoque manifestare. Duplicatum beneficiũ: et quæ dedit, et quæ reuelauit. *psal. 170* Psal. virtutẽ operum suorû annũciabit populo suo, vt det illis hæreditatẽ gentiũ. Nam in naturalibus creator qui herbis et lapidibus pretiosis dedit virtutes ad sanitatẽ hominũ, ipse manifestauit eas, aliàs frustra eas dedisset. Neque enim putandum est Auicenam, Hippocratẽ, et Galenũ, proprijs viribus tanta de natura herbarum attigisse, sed quodam super naturali instinctu, propter bonũ hominum fortẽ hanc peritiam consequuti sunt. Quod si quis cõtẽdat, ad hæc aliquid fati illis fuisse lumen rationis, et suam ac maiorum experientiã, proculdubio in fidei mysterijs aliter dicendum est. Quis enim non dicam hominum, sed neque angelorum, cogitare potuit quod Deus homo fieri dignaretur: quod de puella nasci vellet, ipsa manente virgine: quod in præsepio reclinari, et pannis inuoluisse permitteret? Hęc nisi Deus reuelasset, homo non cognouisset. Vnde psalm. *psal. 86* Nunquid Sion dicet homo, et homo natus est in ea, et ipse fecit eã altissimus? Id est, est ne aliquis inter homines, qui præsumat dicere vel cogita-

re, quod creator de puella quam ipse creauerat nasci dignaretur, et habere in matrem creaturam suam vellet? Non vtique quispiam hoc auderet. *Ibidẽ:* Sed dominus ipse narrauit in scripturis populorũ, & ipso narrate cognouimus, ipso reuelante credidimus. Rogemus ergo dominum, vt qui tãta & tã grandia nobis dignatus est facere beneficia, ipse ea nobis reuellet, ipse clarificet intellectum ad intelligendum, purificet cor ad sentiendum, inflamet affectum, ad laudandum, doceat linguam ad dicendum. Sed quæ ponemus mediatorem, nisi virginem gloriosam? ipsa sit medium ad intelligendum hæc mysteria, quæ fuit medium ad præstandum. Et vt velit hoc facere, offeramus ei consuetam salutationem.

De triplici partu locuturi sumus, scilicet de partu virginali, de partu spirituali, de partu mystico: hoc est de triplici natiuitate, prima qua Christus nascitur ex virgine, secũda qua verbum nascitur in anima, tertia qua Stephanus nascitur ab ecclesia.

Esaïas propheta, viso in spiritu perdonum prophetiæ hoc tam alto & tam mirifico dominicæ natiuitatis mysterio, admirans ac stupens ait. Antequam parturiret peperit, & antequam veniret partus eius peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? quis vidit huic simile? Nunquam profecto auditus, neque visus est talis partus ab initio, neque vnquam videtur in æternum: partus sine dolore, partus sine corruptione, partus sine anxietate, partus (vt ita dicam) sine partu, partus denique omni gaudio & iucunditate plenissimus. Et quidẽ in statu innocentiæ fuisset partus omnino sine dolore, & si patri Augustino

gustino creditur, sine corruptione: pareretur nanque secundum eum mulieres integrae, & incorruptae, sed nullus partus fuisset ita mundus, ita purus, ita sacer, & miraculosus. Quam pulchre scribit hunc partum idem propheta in alio loco dicens. Germinans germinabit sicut liliū, & exultabit letabunda & laudans. Germinans germinabit, quia sola germinabit, quia sine viro germinabit, sicut liliū. Optima similitudo: quam pulchre editus saluatoris ex virgine spiramini odoris ex flore comparatur. Nam sicut flos propter odorem suum non perdit decorem, cum odor emittitur, sic tu propter saluatorem virginis tatis candorem non perdis cum nascitur. Et exultabit letabunda & laudans, id est, cum iubilo & cantico inenarrabili. O virgo sacra, quis explicare sufficiat tuorum gaudiorum exuberantiam in hac hora? quis vel mente recolere fluctus illos inundantes caelestium deliciarum & suauitatum, quibus cor tuum fluctuat in hoc partu? O quibus aestibus et feruoribus inflammatis, quibus radijs & fulgoribus ab illo sole iustitiae ex tuo utero procedente illustraris? quibus undis & torrentibus diuinorum charismatum ab illo fonte perenni, & deitatis abyssu, in tuo sacro sinu inhabitante concuteris? O pectus virginem plusquam ferreum, plusquam aeneum, & adamantinum, quales spiritus sustines impetus, quibus deliciarum fluctibus agitaris? Dic nobis o beata, quid sensisti quando paruulum illud speciosissimum, coram te pavimento iacentem, tam mirabiliter natum vidisti. Quando te matrem & virginem, virginem & matrem Dei sensisti? Quando te super omnem creaturam sublimatam, & exaltatam, utpote creatoris genitricem, liquidum cognouisti? Dic obsecro quibus eum verbis salutasti, quibus

laudibus sublimasti, quo iubilo, quo tripudio, quo cantico, in hac ora exultasti? Et quod magis stupeo, cum ardore illos plusquam seraphicos peccatore sustineres, & cor tuum sicut spiritus sancti caminus mirificis aestibus undique deflagaret, non tamen in ecstasim raptam, aut sensibus alienatam. Magnum profecto stupendumque miraculum, & supramodum memoriam commendandum. Quid enim? Vna gutta dulcedinis, vna scintilla spiritus, viros fortissimos ac grauissimos rapit penitus & absorbet, & virgo tenerrima, & delicatissima, tali spiritus impetu non raperetur? Non fuit certe haec virtus humanae fortitudinis, sed diuinae: ipse nanque filius, qui talibus eam motibus impetebat interioribus, ipse eam roborabat exterioribus, ut matris officium exhiberet, & ex se genito deserviret. Quale enim esset, si tanto noui partus miraculo attonita virgo, in ecstasim raperetur, & filius Dei nudus solo stratus, interim frigore moreretur? Existimo enim non solum modo sed & omni alio tempore postquam filium Dei utero concepit, totam eius vitam ecstasim continuam futuram fuisse, nisi grati miraculo, ad similitudinem filij, spiritualium charismatum redundantia superiore mentis portione clauderetur: ne si rediret in corpus, exteriori eam officio, ac vitae munere defraudaret. Sed quid in sacro sancto isto partu mirabile non fuit? Mirabilis mater, mirabilis filius, mirabilis partus, mirabile tempus, mirabilis locus, mirabile obsequium. Mater virgo est: virgo & mater Dei: habes filium, & nescies virum. Filius puer tenerrimus, & Deus aeternus: infans vnus diei, & verbum Dei. Partus (ut diximus) sine dolore, sine corruptione, sine anxietate. Hora natiuitatis cum esset

esset prius atra nox, in meridie verfa est, sicut propheta praedixerat. Et nox sicut dies illuminabitur. Locum natiuitatis ex stabulo in paradisum versus est: ex hospitio iumentorum factus est palatium angelorum. O locus sacerrimus, locus deuotissimus, locus a Deo ad tantum mysterium a principio seculi destinatus. Quanto sacratiores templo illo magnifico Salomonis cum omnibus diuitijs suis, quanto pretiosior es illo sancta sanctorum, tot seculis a prophetis & patribus venerato? Bernardus. Letare Bethlehē, & per omnes vicus tuos festiuum hodie alleluiah canatur. Quae tibi ciuitas si audiatur, non inuideat pretiosum illud stabulum, & illius praesepij gloria? In vniuersa siquidem terra iam celebre est nomen tuum, & beatam te dicunt omnes generationes, scilicet propter stabulum illud totum terrarum orbe exaltatum, & usque ad caelos laudibus sublimatum. Obsequium vero quanta admiratione dignissimum: Procidit coram domino suo iumenta muta, & cum ratione careat, officium exhibet intellectus: notitiam & venerationem creatoris sui, quam natura negauit, diuinitas praestitit: et quae Iudeorum sacerdotes & Pontifices ignorabant, humiliter prout possunt venerantur obsequio. Quid de angelorum officio dicam? Astant caelorum principes, velut examina apud super fauam, ita super puerum agglomerati et conglomerati, mirificas alternatim personant laudes. Nullus siquidem (ut creditur) in caelo remansit angelus, nec ex illis quidem qui ad nos descendere non consueuerunt, qui ad tantum spectaculum videndum, & adorandum, non descenderit: et sicut patet erat principi suo nouiter nato, propter quem conditi fuerant, obedientiam debitam non exhibuerit. Sicut propheta prius praedixerat. Et adoratum eum omnes angeli eius. Ibi et ps. 96 principatus et potestates, cherubim

ac seraphim, ibi reges, pastores, et iumenta permixti communem creatorem adorant. Nullus contemnit alium, nullus ibi dicit, quis es tu? et quis sum ego? sed mirabili concordia, angelici principatus suae celsitudinis et dignitatis obliti, iumentis associati, non dedignantur dominum suum inter rusticos adorare. Quis enim tunc suae dignitatis meminisse deberet, cum diuinam maiestatem, coram oculis suis videret praesepio reclinatam, pannis inuolutam, in puero tenero praesepi vagietem? Nunquid non mirabilia sunt omnia haec? nunquid non merito his omnibus in spiritu perspectis, propheta exclamat: Quis audiuit vnquam tale, aut quis audiuit huic simile? Si quidem mulier illa sapiens, id est, diuina sapientia, ut drachmam decimam quam perdiderat inueniret, totam vniuersam domum euertit, diuina humanis, caelestia terrenis, aeterna transitorijs associans et immiscens. Descendens, secum traxit caelos, sicut scriptum est: inclinavit caelos et descendit. Ascendens, secum euexit abyssos: sicut scriptum est, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Sic namque se facturum olim promiserat per prophetam, dicens. Adhuc modicum, et ego mouebo caelum et terram: mare et arida: et mouebo omnes gentes: et veniet desideratus cunctis gentibus. Mouit caelos: quia omnes angelorum ordines & choros secum traxit ad terram, nisi forte motio haec admirationis & stuporis in angelicis spiritibus potius intelligenda sit. Mouit terras, & commouit omnes gentes in aduentu suo, quia veniens ad terras gradis perturbatio per vniuersum mundum ubique terrarum facta est, et quis eam valeat explicare? O puer tenerrime et delicate, o infans tecte et dissimulate, quanta latet virtus subinfirmitate? quanta potentia et maiestas his pannis inuoluitur? quam humilia

& abiectus nasceris, & quàm potens & gloriosus postmodum apparebis? Hic puer scepra regū, & coronas impatorū ad terram dīciet: hic regna potentissima, & ciuitates opulētissimas, populos ferocissimos, & vniuersas terrarum nationes suo subiugabit imperio: hic mundi sapientes, et seculi philosophos, turgidos, stultissimos comprobabit: eorum scientiam destruet, & nouam sapientiam dabit mundo: hic leges antiquas, ritus nationum inolitos, mores vetustos, et omnem mundi ordinem et statū permutabit: sacrificia et sacerdotia tollet idolorum cultum toto orbe, tot seculis ante receptum, destruet, nouasque mundo leges statuet, et nouum viuēdi modum et ordinē introducet: hic totum vniuersum veluti pellem quādam euoluet, renouabit, et reformabit. O noua secula, noua tempora, nouum populum, nouum mundū. Nec sola exteriora, sed et sensus, affectus, cogitationes, dīderia, et corda hominum penitus permutabit: vt ament quod prius oderant, et oderint quod prius amabant; nouos homines faciēs ex veteribus, è terrenis cœlestes, ex carnalibus spirituales, ex humanis angelicos, in nouam quandam formam eos recreans et regenerans. Quanta putas commotio, quantum dissidiū et altercatio erit in toto orbe, super isto puero? Quot bella, quot cōtradictiones, quot pturbationes, quot impugnationes, quot millia hominum, mulierum, virginum, iuuenū dissecābūtur, et trucidabūtur vbiq; terrarū, sponte se offerentium morti, pro fide et honore huius pueri? Deniq; hic puer paruulus p̄sesepio reclinatus, cū toto orbe solus luctabitur, et ad pedes suos victor eū prosternet: et ab omnibus gētibus adorabitur. Quàm bene, quā

aptè hoc de ipso et p̄uidit, et vaticinatus est senex Simeō, qui eū in vlnis tenēs, ad purissimā matrē ait. **Luc. 2. e** Ecce hic positus est in ruinā, et in resurrectionē, multorum, et in signum cui cōtradicitur. Extat de hoc figura solēnis, et notissima apud Danielē, illius statuae horribilis quā vidit Nabuchodonosor rex Babylonis, cuius caput erat aureum, pectus et brachia argentea, venter et femora ærea, tibiæ et pedes ferrei; quam lapillus quidam de monte, sine manibus abscissus, spōte cadens ex alto, attritis pedibus cōminuit, ac in fauillā penitus redegit: qui deinceps crescens in montē magnū, vniuersam terram, repleuit. Cuius tam admirabilis ac stupendę visionis interpretationem, nullus inuētus est ex sapiētibus Babylonis, qui regi exponere valeret, nisi solus ille magnus propheta Daniel: qui spiritu Dei plenus, et somnium & interpretationem eius insinuauit regi. Est autē talis expositio. Statua illa grandis et sublimis, mōstrū illud variū et horribile, seculi huius pompam et gloriā, terrenūq; principatū designat, quē homines tā perditē affectāt et quērūt. Caput aureum, imperium designat Chaldeorū primum et magnū, quā plusquā mille cētum annis durauit. Pectus argenteū, imperiū sequēs Medorum significat, quā et minus fuit priore, et multo minore tēpore durauit. Venter æreus, Græcorū imperiū designat sub Alexandro. Quod sicut es per totū orbē subito insonuit, et post modicū velut creum confractum est: solū nanq; annis duodecim Alexander imperauit. Tibiæ et pedes ferrei, imperiū Romanorū lōgē lateq; diffusum significāt: quia sicut ferrum omnia domat et comminuit, ita hæc vltima monarchia priores sua potestate cōminuit, **Dan. 2. e**

et con-

& cōtriuuit: quo florente suscitauit (inquit) Deus cœli regnum, quā in eternū nō dissipabitur, & alteri populo nō tradetur, & comminuet & consumet vniuersa regna hæc, et ipsum stabit in eternū. De lapillo autē illo omnia confringente, quis futurus esset, non exposuit regi, quia indignus erat idolatra tm̄ cognoscere sacramentum, neq; margarita porco tradenda erat, sed solū in genere exposuit de regno perpetuo quinto loco successuro. Sed nobis fidelibus viā dedit, vt, quibus da- **Matth. 2. a** tum est nosse mysteria regni Dei, palam & absq; omni dubitatione intelligamus, quis sit iste lapillus. Quis enim alius fuit iste lapis, nisi de quo scriptū est per prophetā: lapidē quē reprobauerunt edificātes, hic factus est in caput anguli. Et per aliū prophetā. Dabo in Siō lapidē angularē p̄batum, & c. Lapillus excissus de monte illo altissimo & fastigio deitatis, sine vi, sine manibus: id est nō cogentibus meritibus neq; ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed spōte sua descendēs in hęc miserię vallē, vt saluaret nos: neq; enim tātā dignationis donū ab aliquo potuit p̄mereri: superat omne meritum tā sublime & ineffabile beneficium. Descendit autē florente quarto imperio Romanorum, quā Imperator Augustus totius orbis monarcha, euāgelio teste p̄cepit vt describeretur vniuersus orbis, vt videlicet ab oībus gētibus vel isto modo dñs & impator orbis recognosceret: ad hoc enim maximè cōducebat ista professio. Hic autē lapillus pretiosissimus, qui pannis inuoluitur, & p̄sesepio reclinatur, vt diximus, nō solū Romanum imperium, sed & omnia regna mundi, tam Chaldeorū, quam Medorū, quā Græcorū sibi subiecit: omnemq; mūdi fastū et p̄pam mon-

stro illo designatā, sua doctrina penitus euertit, et in nihilū redegit, docēs homines nō amare tēporalia, quę videntur: sed eterna & spūalia, quę non vidētur. Sic namq; de illo sapius fuerat p̄phetatū, dicete psalmo grapho. **1. Cor. 4. d** Oīs terra adoret te, et psallat tibi. Et iterū. Oēs gētes quascunq; fecisti, venient & adorabunt corā te dñe. Et iterum, et adorabunt eum oēs reges, oēs gentes seruiēt ei. Nulla nāq; fuit natio, neq; regnū, neq; puincia, quę ali- **psal. 65. c** quādo nō seruiert Christo dño, teste eius discipulo qui ait, ex omni tribu, et lingua, & populo, & natione, fecisti nos Deo nro regnū. Hęc potētia, hęc virtus et magnitudo huius pueri, qui in tugurio nascitur, & velut fœnum iumentis in p̄sesepi reponitur. Sed quibus armis hęc tam potētia regna, et vniuersum orbem expugnauerit, audiamus. Propheta illū sic alloquitur in psalmo. Speciosus forma p̄sesepi filijs hominum, diffusa est grā in labijs tuis. Accingere gladio tuo super femur tuū potētissime: specie tua, et pulchritudine tua, intēde p̄sperere, procede et regna. Sagittę tuę acutę, populi sub te cadēt in corda. Optimus casus cordis, casus spōtaneus et volūtarius, quā nō corpora solum, sed corda potius prosternūtur. Alij reges cū vincunt, victores sunt corporū: hic nouus rex victor est animorum. Totus mūdos corā eo victus p̄cidit, nō tā corpore, quā corde. Sed propter quid? Vtiq; p̄pter sagittas eius acutas, sagittas ardētes, sagittas penetrātes, sagittas dico amoris et affectionis sagittas spūs et deuotionis, sagittas fulgoris et fulminis: his corda hominū sagittauit et vulnerauit vulnere latissimo et iucundissimo, vulnere dulcissimo, vulnere gratissimo, quali se spōsa in cāticis vulneratā iactabat **Cant. 2. c**

Bb 3 dicens.

ex ver-
fiōe.70
vbi nos
legim.
amore
lāguco.
Genel.
48.d
heb 4.c
Phi.2.a
gen.1.a
psal.77
Exod.
14.d
Iof.3.d
Exod.
19.c
Roma.
13.a
psal.96.
psal.76.
A poc
17.d

dicens. Vulnerata caritate ego sum.
Gladio itaq; et arcu suo, rhomphea,
et sagitta, mūdum sibi subiecit dñs.
Vnde Bernard⁹. Pars tua sumus dñe,
quam tulisti de manu Amorrhēi in
gladio & arcu tuo. Gladi⁹ tuus, sermo
tuus viuus & efficax: arcus totus, incar-
natio tua. His duobus mundū supera-
sti: verbo scilicet et beneficio, verbo
p̄dicationis, et beneficio incarnatio-
nis, nō enim potuit mūdus portare tā
tū pondus, tam eximie pietatis: celsit
victus tā immenso munere tā indebi-
te dignationis. Quis enim vel fer-
reus, vel lapideus, nō mollesceret tā
ingēti calore flagrantissimę caritatis?
celsit dono, qui restiterat flagello: celsit
amori, qui nō cesserat pri⁹ timori.
Vnde Ambrosius, exponēs illud apo-
stoli, humiliavit semeipsum, etc. Pro-
pter quod et Deus, etc. Vt in nomine
Iesu omne genu flectatur, etc. Multa
(inquit) dñe fecisti ab initio, et nō ge-
nu flexi: fecisti cęlos et terrā propter
me, et nō genu flexi: fecisti mirabilia
in Aegypto, diuisisti mare, siccasti
Iordanē, apparuisti in Sina mirabilis
et terribilis, in flāma, et tuba, et toni-
truo, et coruscatione, et nō genu flexi
at postquā te vidi pro me humilia-
tū, nascentē, vagientē, et morientem,
non potui amplius stare, sed statim
p̄cedens adorauī. Vicisti me dñe, et
victus sum: fortior me fuisti, et inua-
luisti. Quę nanq; potētia, quę altitu-
do, quę sublimitas, non caderet corā
diuina maiestate? Dñs in mūdo, quis
stabit contra eum? diuinę potestati
quis resisteret? Vnde ps, montes sicut
cera fluxerunt à facie Dei. Quid ni
mollescerēt et fluerent rupes à tam
potentis ignis camino liquefactę?
Viderunt te aque Deus, viderunt te
aque, et timuerūt. Turbatę sunt abyf-
si. Illę utiq; aque de qu. b⁹ Ioānes in

Apocalyp. aque multe populi multi.
Et iterū idē p̄pheta, admirās et stupēs
ait. Quid est tibi mare, q̄ fugisti? et tu
Iordanis, quia cōuersus es retrorsum? ^{psal. 43.}
Ac si diceret. O instabile seculū, O
fluida mortalis naturę conditio, quę
post delicias et vanitates rapidissi-
mo quondam impetu ferebaris, quo
modo stetiisti? quis te cohibuit? quis
te frenauit? Cui quęstioni respondēs,
ait. A facie dñi mota est terra, à facie
Dei Iacob. Quasi dicat. Ad eius p̄-
sentiam, cordis nostri mare siccatum
est: et per eius aduentū, nostrę sensua-
litas fluxus stetit: nō enim incassum
cedere debuit tantę maiestatis aduē-
tu, neq; sine grandi hominum com-
modo Deus inter homines conuersa ^{Bar. 3.1}
tus est, ab illo igitur dominicę incar-
nationis arcu sagittę flammantes
p̄dierunt, quę hominū corda vulne-
rarunt et subiecerunt: etenim sagittę
tuę pertransēūt. Vnde meritō (vt in-
quit Bernardus) incarnatio dñi arcui
cōparatur, ibi enim, velut curuato sa-
pientię ligno, et pio quēdā modo fle-
xa diuinitate, neruus carnis vehemē-
ter extensus, et humanitas ineffabili-
ter aucta cognoscitur. Curuatus est
Deus vsq; ad hominem, extensus
est homo vsq; ad Deum: proprietas
carnis Deus assumpsit, vt caro
Dei functionibus potiretur. Quam
aptē hęc Dei exinanitio in libro re-
gū p̄figurata est in illa Elisei p̄phe-
tę super puerum curuatione: Est autē
hęc figura. Mulier quēdam Sunami-
tis hospita Elisei, precibus eius à do-
mino filiū impetrauit, quo p̄ dolo-
re capitis extincto, sapiēs mulier-
ad prophetam vadit in montem, de-
precatura pro filio: mittitur à pro-
pheta famulus Giezi cum baculo,
quem poneret super puerum, sed non
surrexit puer, neque erat ei sensus
neq;

neq; vita. Mulier autem prudens in-
stabat dicens, viuit dominus, quia nō
derelinquam te. Precibus itaq; illius
p̄pheta inclinatus, descēdit cū ea in
domum suam, et accubans super pue-
rum, posuit os super os, & oculos su-
per oculos, et manus super manus, et
cum puero dimensus est, atq; hoc
modo concaluit caro pueri, et osci-
tauit septies, et reuixit, viuumq; tra-
didit matri suę. O magnum et euidēs
mysterium. Ad quid p̄pheta mēsus
est cum puero? quid ad vitam ista di-
mensio? nūquid vt caro pueri calefie-
ret? poterat ad hoc ignis commodius
applicari, cuius calore & fortius et ci-
tius incallescere, si non ibi aliud late-
ret sacramentum. Cuius nanque ty-
pum habuit puer ille, nisi humani ge-
neris, p̄ capitis dolore, id est, super-
bię elatione p̄mortui? Mittitur fa-
mulus Dei Moyse cū baculo, id est,
lege veteri, qui eum suscitaret & viuifi-
cet, sed virga viuū perimere potest,
non mortuum suscitare: baculus ad
occidendum, quā ad viuificandum
aptius instrumentum. Deniq; vt ait
apostolus, lex iram operatur, neque
data est lex, quę posset hominem iu-
stificare. Instat igitur precibus, la-
chrymis, & clamoribus, ad prophe-
tā mulier illa, magna & sapiens Suna-
mitis, id est ecclesia, vel potius sacra-
virgo Maria, vt descēdat, & sua p̄-
sentia et flatu suo viuificet quę bacu-
lus, suscitare nequiuit: non enim le-
ge scripturę sed spiritu Dei viuificā-
dus erat mundus. Hęc virgo suis
cum precibus traxit è cęlo, hęc suis
meritis & virtutibus (vt inquit Ber-
nardus) cęlum inuasit, & in sui amo-
rem prophetę cęlestis animum in-
clinauit, quem in sui vteri domi-
cilium nouem mensibus hospitauit.
Sicut ipse fatetur in canticis clamās ^{Cat. 6.a}

ad eam. Auerte oculos tuos à me, ipsi
me auolare fecerunt. Vnde, aut quō
auolare, nisi à sinu patris in vterū ma-
tris: Quā sapiēter, quā eleganter ille
p̄pheta regius hoc totū vno verbo ^{psal. 28.}
in psalmo designauit, dicēs: & dile-
ctus quemadmodū filius vnicorniū.
Mira & propriissima comparatio di-
lecto & vnicornis filio, dicitur nāq;
à Philosophis, vt refert Isidorus in
Etymologiarum libro, q̄ vnicornis
à veneratoribus obferitatem nimiam
nulla vi, nulla arte capi possit: capi-
tur autē hoc modo. Ille naturali quo-
dam instinctu mulieres diligit, & ad-
miratur. Opponunt ergo ei venato-
res puellam decoram, belle ornatā,
in deserto in quo degit, solitariam.
Quam ille videns hāret statim, ac
stupet admiratus eius decorem, pas-
simq; ad eam illius attractus amo-
re accedit, atque deposita feritate su-
per eius gremium caput reclinat:
quę illa leniens ligat, & ligatū vena-
toribus ibidem latitantibus tradit.
Quid dilecto, quid filio Dei similis
in toto orbe reperiri potuit? Ferox
ille atque terribilis, qui antiquitus ^{psal. 93.}
Deus vltionum meritō vocabatur om-
ni hac feritate deposita, vnius virgi-
nis amore et pulchritudine tractus, mi-
tis mansuetus in eius yterum reclina-
natur, quem illa carneis nexibus li-
gatum, pro salute mundi sacrifican-
dum quærentibus eum venatoribus,
id est, Iudæis tradidit. Non enim te-
neretur, nisi homo; aut traderetur, ni-
si homo, aut crucifigeretur, et mor-
reretur, nisi homo. Descendit ergo
magnus p̄pheta de monte, id est, fi-
lius Dei de cęlo, magnæ illius Suna-
mitis precibus inclinatus, de qua in
canticis. Quid videbis in Sunamite, ^{Cat. 7.a}
nisi choros castrorum, id est, virtu-
tum, et gratiarum ordines inuictissimi-
mos?

mos? Descendit autem, mortuum quæ lex non poterat, viuificaturus: sed viuificari non poterat nisi dimensus. O propheta gloriose, quam magnus, quam amplius, quam longus, & latus es humiliare, incuruare, exinanire: ecce ut fuscites hominem peccato mortificatum, cum eo dimetiendus es. O mirabilem, ò stupendam Dei cum puero dimensionem: quomodo dicam, quomodo explicabo eam? Lingua deficit, intellectus hæret, sensus stupet, non valet animus explicare quod sentit. Quid dicā fratres? Deus ille omnipotens, infinitus, æternus, summè bonus, summè beatus, cum omni sua sapientia, potentia, fortitudine, maiestate, cum tenerrimo puero vnus dici in animalium præsepio mensuratus apparuit. Quis satis mirari queat, intra teneritudinem illam infantilem, tantam potentiam, virtutem, & maiestatem inclusam? & Dei attributa, perfectiones, affectus, cogitationes, intellectum, sapientiam, infantilibus sensibus, affectibus, cogitationibus permisceri? Cum ipse per prophetam dicat. Sicut exaltantur cæli a terra, ita exaltatæ sunt cogitationes meæ super cogitationes vestras. Infans ille qui in præsepio vagit, sapit ut Deus, & sapit ut infans: cogitat ut Deus, & cogitat ut infans, vult ut Deus, vult ut infans: amat ut Deus, amat ut infans: quem nõ terreat ista conexio? Vident angeli, considerant cælestes principatus, inspicunt cherubim atq; seraphim assat cæli ciues, & tãto prodigio supra quàm dici potest stupefacti, mutuo se aspicientes, prius attoniti tacent, deinde in mirabiles laudes & dulcissimas cationes prorumpunt. Hoc non nostrum est commentum, euangelistam audiamus. Facta est (inquit) cū angelomul-

titudo cælestis exercitus, canentium & dicentium: gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. O quis audisset, o vel saltem quis nosceret qualia cantica, & quibus ea modulis & vocibus personarunt. O euangelistæ sacri, cur nos tãto gaudio & cõsolatione fraudastis? cur non ad longum angelicos istos cantus, & cælestia tripudia recensuistis? Vna tantum à beato Luca cantilena expressa est, quam diximus: hæc si placet exponamus: neq; enim exigua aut contemnenda est, quæ à talibus cantoribus, in tanto mysterio, cū tanto gaudio decantatur. Vnde merito eam ecclesia inter sacra quotidie pro sua excellentia, alta voce cantari iubet, gloria Deo, pax hominibus. Optima et nimis acceptanda diuisio. Quid miseri mortales tã anxie queritis, & tam impiè vobis arrogatis, quod Dei est? Soli Deo honor & gloria: quippe à quo, et in quo, et per quæ omne bonum est. Ad quid tibi gloria putride puluis? ad quid tibi gloria? Tu potius, si vis vitam, si cupis dies videre bonos, inquire pacem, & persequere eam. Hæc tua pars: sed turgidos cordis tui fluctus, mitiga feruidos appetituum tuorum motus, & inuenies tibi vitam bonam et felicem. Sed non poteris habere pacem, nisi prius adsit bona voluntas. Non est pax impiis, dicit dñs: cor enim impij quasi mare feruens. Quomodo enim habebit pacem, in cuius corde contrariæ acies cogitationum, inuicem accusantium et defendentium, et desideriorum in contraria dissidentium, incessanter dimicant cõtra se: quibus miserabiliter distractus animus, totus intra se diripitur, et dilaniatur. Sed non in turbine dominus, non in commotione dominus: non digna

dignatur Deus huiusmodi inquietas et pturbatas animas inhabitare: quoniam factus est in pace locus eius. *psal. 75.* Super quem enim requiescet spiritus domini, nisi super humilem & quietum et trementem sermones eius? Anima quæ Christum spiritualiter concipere cupit, similis esse debet Mariæ virgini, quæ ipsum carne concepit: quæta, pacifica, deuota, solitaria, tranquilla ab angelicis spiritibus sæpius visitata. Angeli enim animas sanctas verbo Dei, sua visitatione foecundant: propter quod in psalmo, arietes nominantur. Quæ vero commercium desiderat angelorum, oportet ut quantum valet, declinet & fugiat colloquia hominum. O partus desiderabilis et dulcis, virgineo quàm similis, partus sine dolore & anxietate, omni gaudio et exultatione plenissimus. Nulla anima verè læta et iucunda est, nisi quæ Christo grauida, ipsam iucunditatem gestat in ventre. Sed tamen varius est partus huiusmodi animarum, quædam enim animæ Christum concipiunt, quem nunquam pariunt, hæ sunt, quæ bonum desiderium quod animo gestant, præ ignauia et desidia opere non complent, de quibus propheta. Venerunt filij vsque ad partum, & non erat virtus in parturiente, vnde autem prægnantibus in illa die. Aliæ autem Christum abortiuntur: hæ sunt quæ bonum desiderium vtero animæ conceptum, curarum et negotiorum pondere oppressæ, informe et intempestiuum, abortientium more foeminarum, in opus educunt, in quibus Christus propter frequentes cordis anxietates, perfectè formari aeffigiari nõ potest. De his apostolus ait Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Aliæ autem malè pariunt, et partu ipso periclitantur, et moriuntur, hæ sunt quæ bona desideria viriliter opere exequuntur, sed tamen propter inanem gloriam, vel peruersam intentionem, vel propter peccatum aliquod, quod opus ipsum bonum vel comitatur, vel continuo sequitur, & foetus boni operis perit, & anima pariens peccato moritur. Aliæ verò bene quidem pariunt, sed steriles sunt, neque habent lac ad foetum nutriendum. De quibus in canticis. Soror nostra paruula est, et vbera non habet. Hæ sunt, quæ opus bene inceptum, ex nimia tepiditate, et de uotionis defectu prosequi nõ possunt, quæ licet fortiter inchoant, sed in bono opere minimè perseuerant, atque ita paulatim exiccato deuotionis fonte, et primo illo spiritus feruore consumpto, Christus in eorum corde veluti infans, lactis defectu moritur. Sunt etiam nonnullæ, quæ Christum nutrire, aut præ desidia aut præ inopia nolunt, sed cū ipsum studiosè pepererint, ad portas alienas nutriendum exponunt. Tales sunt nonnulli prædicatores, qui Christum quem verbo veritatis et doctrine, feliciter pariunt, exemplo et vita nutrire despiciunt, sed cum populo bonis operibus fouendum ac alendum relinquunt. Quæ autem vera Christi mater est, ipsum cum gaudio concipit, cum fortitudine parit, cum spiritu et deuotione nutrit, et ad perfectam ætatem cum perseuerantia ducit, cui per charitatem et amorem ecstasticum adhærens, fit sponsa ex matre. Talis erat quæ dicebat, tenui eum, neque dimittam, donec introducam eum in cubiculum genitricis meæ, id est, superne Hierusalè, quæ est mater nostra. Itane ò sponsa, tu cum introduces in gloriam? an potius ipse te? Quomodo modestius prius dixeras, introduxit me rex in cellam

psal. 75. *Esa. 66.* *psal. 28.* *1. Tim. i. d. rom. ii. d. ps. 33.* *Esa. 37. a. Matth. 24. b.* *Esa. 48. d. Esa. 57. d.* *Gal. 4. c.* *Cat. 8. c.* *Cat. 3. b.* *Bb 5 ria*

ria sua. Arroganter loqui visa est, amor fecit: sed utrumque verum est, introducta introducā, & ego illū, & ille me, ille me gratia, ego ipsum merito: ille me fide, ego ipsum ope: ille me dono, ego ipsum obsequio: ille me inspirationibus, ego ipsum laboribus: ille me assiduis beneficijs, & ego ipsum ardentissimis desiderijs: quibus veluti brachijs tenaciter ipsū ligabo, et fortiter tenebo, atque cum ipso pariter in illud secretum cubiculum genitricis meae, in illud tabernaculum admirabile, in illum thalamum ditissimū et pulcherrimum, delictijs affluentissimum perpetuē civitatis introibo. Deo gratias.

¶ IN ROGATIONIBVS
pro expeditione adversus turcas suscepta.

¶ THEMA.

¶ Exurge domine, iudica causam tuam: memor esto inferiorum tuorum, eorumque ab insipiente sunt tota die.
Psal. 73.



Naturalis infantium mos est, quoties ab aliquo aut laeduntur, aut deterrentur, statim fugere ad suas matres, & sub earū pallio se abscondere, ab eisque favore & praesidiū implorare. Infantes sumus & parvuli in hac vita, omnia perturbant nos, omnia nos consternant & deterrent, & sapienter puerorum more formidamus timore, ubi non est timor: si qua ergo tribulatio, si qua praesura, si qua perturbatio aut paucoc-

Psal. 13

currit, statim ad virginem sacram omnes refugimus: illa vnicū praesidiū nostrum, quia ad te virgo clamamus, ad te suspiramus exules filij Euae, gementes & flentes, eia ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, omnes tuū favorem requirimus, oēs tuum auxilium imploramus, tu es refugium nostrum à tribulatione quae circumdedit nos, exultatio nostra erue nos à circumdantibus nos. Filij parvuli & timidi ad te confugimus, mostra te esse matrem, sumat per te preces, qui pro nobis natus tulit esse tuus. O virgo si tu nos despicias, quis nos respiciet? si tu nos proijcis, quis nos defendet? si tu abijcis, ad quem ibimus? & ad quem nos recipiemus? ad quem confugiemus? Alijs concionibus à te lucē postulare cōsuevimus, hac concione lucem & favorem petimus, offerentes gratum tibi munus. Ave Maria, &c.

Sæpe expugnauerunt me à iuventute mea, dicat nunc Israel, sæpe expugnauerunt me à iuventute mea, etenim non potuerunt mihi. Ab initio nascentis ecclesie non ei vnquam defuerunt persecutiones, neque deerunt vsque ad finem mūdi, sed præcipue quatuor, quæ designantur per quatuor illas bestias, quas vidit Daniel: quarum prima erat similis leonē, et habebat alas vt aquilę: secunda similis vrsō ferocissimo, & habebat tres ordines dentium, quibus comedebat carnes, & gentes plurimas: tertia similis erat pardō, & habebat quatuor alas, & quatuor capita, & potestas data est ei: quarta, terribilior cæteris, nulli bestie ex his quas nouimus coparabilis,

ela. 49. e

psal. 37.

psal. 128.

Dani. 7. b. c.

lis, sed monstrosa bestia, et habebat dentes ferreos, et omnia pedibus conculcabat: habebat et decem cornua. Aptè in hac visione vniuersus status ecclesie monstratus est Danieli, sicut apocal. & Ioanni in Apocalypsi. Quamuis Ioanis. aliqui hanc visionem Danielis ad statum synagogę referāt, & ad quatuor regna vel imperia eam persequentia: & visione Ioanis, ad statum ecclesie: ita vt antiquus vates sui temporis describat persecutiones, & euangelicus vates nostri temporis describat anxietates. Sed quoniā illa visio à parte ad finem iudicij terminatur, videt ex hoc magis de nostri temporis ecclesia loqui. Prima igitur fuit persecutio tyrannorum, qui per leonā ala tam designantur, leo enim & aquila reges sunt animalium et aviū, et hæc per reges facta est. Secunda fuit hæreticorum, qui per vrsū omnia comedentem designantur, vrsus enim solo ore lædebat, et hæretici solo ore occidunt et cōminuunt omnia falsa sua doctrina. Tres ordines dentium significant tria quæ sunt in omni hæresi, scilicet fraus, hypocrisis, et ornatus sermonis vel dissolutio. Tertia persecutio maxima fuit paganorum, quæ per Mahometū facta est, et quotidie fit, hæc omni alia acerbior est. Habet quatuor capita, id est, quatuor regna principalia, scilicet Turcarū, Soldani, et Africanorū. Habet alas quatuor, quia citissimè volauit miramur enim celeritate maiorem partē mundi infecit. Cū enim largam hominibus voluptatum licentiam concedat, et quicquid erat in fide ad credendum, difficile et agendum asperum tollat, homines ad talium promissionē secuti sunt hæc pestilentem sectā. Totam igitur Africam occupauit, et ferè totā Asiam, excepta parte Indię,

et ipsa Europa. Hæc nris tēporibus occupari cœpta est, anno enim domini 1453, vltima Decēbris, aut prima Ianuarij Constantinopolis ciuitas illa imperialis capta est, & tota deinde Græcia possessa, nunc quoque Rhodus, et postea Vngaria capta est. Quotidie velut mare terram ecclesie comedit, et arctat vehementer. Nunc quoque imminet Italie et Austriae, nisi ei dominus resistat breui omnia deuoratus. O quā in angusto nunc ecclesia posita est, o quantum ecclesie imminet periculum cū exercitu valido. 400000. hominū venit, et siquidem (quod absit) exercitum nostrum deuicerit, multo minore illo, vsque ad Romam illi patet Via. Vnde ecclesia in tam arcto posita, eleuans oculos in cœlum, ad spōsum et dominum suum, protectorē suum, quasi conquerens et admirās, quod ita tribulari et affligi permittat, pia queremonia clamat. Exurge dñe, exurge, q̄re obdormis, quis somnus est? quis sopor? vsq. quo dormis, vsq. quo dissimulabis? vsque quo silebis? quā diu fatigabor? quā diu vexabor. Exurge iudica causam tuam, tuā (inquā) tuam. plusquam meā, quia tua ego sum sponsa, et famula. An nō spōsi ignominia est iniuria quæ fit sponse? An non pertinet ad dominum iniuria famulæ suæ: et domesticorū suorum. Tua est domine causa, tua est. defende eam, et si non mouēt te labores mei, sudores, pressurę, afflictiones meæ, quia fortè indignatus es mihi propter peccata, saltem moueant te iniuriæ tuæ, et irrisiones tuæ: memor esto inferiorum tuorum, eorumque ab isto insipiente sunt, nō vna hora, sed tota die, tota vita. Memor esto (inquā) blasphemiarū tuarum, irrisionum, impropiorum, sacrile-

ps. 12. & ps. 43.

sacrilegiorum, in cęstuum: ecce enim sacra profanantur, conculcantur altaria, templa foedantur, reliquię sanctorum comminuuntur, monasteria subruuntur, violantur tibi dicatę virgines, sacerdotes occiduntur, monachi laniantur: & tu domine dormis, & filies, ad te non pertinent ista? non attinet ad te quod petimus. Quid dicam domine mi, quid dicam? Heu cōfundor quotidie & clamo, & non est qui eruat: in illa enim vexatione Cōstantinopolis, quāta fecit iste? vt ait Silui^o postea Papa Pius. Capta ciuitate Impator iugulatus est, sacerdotes & monachi non simplici morte, sed diris supplicijs laniati, templū illud Sophiæ amplissimū nongentis sacerdotibus decoratum, est profanatū, populus virorum & mulierum à septimo anno & supra occisus & iugulatus, riuus sanguinis defluentibus per plateas: tota deinde Gracia occupata & destructa, obsides dat filios primo genitos in tributa. Proh dolor, proh facinus, proh miseria, & tu domine vsquequo? Quid tantum peccare potuimus tibi, vt nos sic obliuisceris? Nam etsi mali sumus, veruntamen filij sumus, non negantes saltem te ipsum, & Deū confitemur & colimus, tuam fidem tenemus, tua sacra veneramur, tuo signaculo signati sumus. Ne tradas domine bestijs animas cōfidentes tibi: bestijs (inquā) atrocibus, et crudelibus, laniantibus et deuorantibus omnia. Si offensuses, si iratus es nobis, tu domine interfice, tu iugula, tu castiga nos manu tua. Flagella libenter suscipiemus: scimus enim quia cū iratus fueris misericordię recordaberis. Famem ergo, pestilentiam, & gritudines varias, dolores libenter de manu tua suscipiemus: ecce in flagella parati sumus, tantum do-

mine bestijs his ne tradas nos. Exurge ergo domine, libera nos propter nomen tuum: propter te, propter te fiat, non propter nos. Memento dolorum tuorum, et passionis acerrimę, memento sanguinis quem effudisti pro nobis: memento laborum et dolorum tuorum: memento etiam sanguinis sanctorum tuorum, qui effusus est, et labenti ecclesię tuę succurre: ne obliuiscaris vocis aduersariorum tuorum insultantium tibi. Superbia et fastus et imperium eorum qui te oderunt, ascendit semper, quotidie augetur, in dies te silēte prosperatur et crescit. Sed nunquid obliuio apud Deum? nūquid dormitas Deus? aut dissimulas adiuuare? O si sciremus quanta est illi sollicitudo pro nobis. Non potest obliuisci ecclesię suę, quā de latere suo in cruce formauit: pro qua tam diram mortē sustinuit. Vnde per prophetam ait. Qui tetigit vos, tanget pupillam oculi mei. Et per alium prophetam, quasi respondēs huic pię querimonię ecclesię suę, inquit. Et dixit Sion dereliquit me dñs, et dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filij vteri sui? si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui: ecce in manibus meis descripsi te, signatam te habeo in manibus et in latere meo, in illis vulneribus quę pro te suscepi, quomodo obliuiscar tui? Tu oblita es mei diebus innumeris, tu dormis, tu dissimulas, quid me dormire conquereris? non ego dormio, sed tu. Surgamus ergo fratres à somno, et prope remus ad dominum, clamemus ad eū, et ipse liberabit nos de manibus inimicorum nostrorum. Nostrum est clamare, suum est liberare. Agamus quod nostrū est, et ipse aget quod suū est.

psal. 6.

psal. 73.

Abach. 3. a

psal. 37.

psal. 78.

psal. 78.

psal. 73.

ps. 120.

Zacha. 2. c

isa. 49. d

est. In illo omnium nostrum spem et fiduciam collochemus, nō in equis & curribus, nō in exercitu & armis, nō in virorum multitudine & robore. Qui enim sperat in adiutorio altissimi, in eius protectione commorabitur: ipse enim saluat sperātes in se: & præsumentes de propria virtute, & gloriantes humiliat. Attendite fratres charissimi, & pensulatius ruminare quod dico: si bellum hoc humanis viribus & industria gerēdum esset, rationabiliter timeremus & trepidaremus: quis enim illi bestię ferocissimę, tantorum militum & armorum multitudine frementi posset occurrere? Potentissimus est & audacissimus, & super oēs homines crudelissimus, & dominandi libidine inebriatus. Non inficior occidentale imperium semper oriētali preualuisse, quoties ad arma ventum est. Sic Iulius Cęsar Pōpeium, sic Augustus Cęsar Marcum Antonium, sic Constantinus Maxētium superauit, & ab Europa nostra semper victus euasit. Sed heu, non consonant reges: non vnus à tota Europa congregat exercitus: solus Imperator relictus est, vt ecclesię partes tueatur: proh dolor, quod tempus reminiscendarum iniuriarum. Quamuis autem Imperatoris potentia multa sit, tamen ad illā bestiā truculentā, armis et militibus impar est, & valde impar. Sed non hoc humana industria et robore agēdum est: quid timemus? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Libera me domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Quid est totus orbis ad Deum? Quasi momentum (inquit) staterę, & gutta roris antelucani, sic est omnis orbis ante te. Omnes enim gentes non quasi formicę, aut quasi muscę, sed quasi nō sint

psal. 19.

psal. 90. psal. 116.

rom. 8. f

job. 17. a

Sap. 11. d

fic sunt coram eo. Cur ergo armati diuino præsidio, timebimus gentes illas sine Deo venientes contra nos? Quare non quasi vmbra reputabimus eos? An rursus experimentum queritis protegentis suos virtutis Dei? Tanto (inquit) tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Interroga (inquit) patres tuos, & annuntiabunt tibi: maiores tuos, et dicent tibi. Audi vnum ex patribus, expertū in bellis regum, narrantem prophetam, & quę audierat ipse à patribus, & quę experimēto multo didicerat. Deus (inquit) auribus nostris audiui-mus, patres nostri annunciauerūt nobis, &c. Quod si adhuc sigillatim opera Dei requiris, dies non sufficeret ad narrandū ea. Ecce inuito toto orbe, in eius medio populum debilem et modicū, regnis eradicatis plātavit: et per mille annos inuitis omnibus illū defendit. Quāta operatus est in plātatione illius: quando non armis, sed tuis Hierico cadit: et vespis populos disperdidit. Recole postea, quoniam tempore ledeonis, cum trecentis armatis profligauit multitudinem copiosam, nō armis, sed lateribus et buc cinis. Recordare quomodo solus Sanson virtute Dei, cum mādibula asini, inimicos prosternit et fugat. Quid iucundius? Pastorem David ex foetibus et grege patris assumit, et superat Philistęos. Ita et vna mulier luidith cum Dei præsidio, Olofernem potentissimum occidit, et exercitum dissoluit. Quid dicam de Eliseo, cui currus coelestes in auxilium missi sunt? Neque quidem opus fuit iuuari, nam cęcitare percussit milites ad ciuitatē Samarię introducti sunt: spōte, sine viribus, et armis. Ad liberandum etiam Ezechiam ab exercitu Sennacherib, vnus angelus missus, nocte

ioā. 14. a

Deuter. 32. a

psal. 43.

Iosue. 6 b. & Hebra. 11. f Iud. 7. e

Iud. 15. c

1. Regū. 17. b. & infra.

Iud. 13. a

4. reg. 6. d. e

2. paral. 32. a

vna

vna centum octoginta quinque milia occidit. Sed qd moror in singulis enarrandis? legite scripturas, et innumera exempla similia reperietis: vnū vellem latius narrare, valde mirum et memoria dignissimū de Ionata et armigero eius, qui soli exercitū inuadunt: sed lege historiā. O virum strenuum, o virum fidelem, qui optimè nouerat sperare in Deo: o si vel nunc vn⁹ Ionatas esset in exercitu nro. Dices hęc omnia facta sunt olim, iā huiusmodi signa nō videmus. Sed audi pphetā istā obiectionē excludentē.

psal. 43. Tu es ipse rex meus, et Deus me⁹, qui mādās salutes iacob. Idem ipse es qui tunc eras: nunquid abbreviata est manus tua, vt nō possis modò saluare sicut tunc? aut nunquid postquā venisti, et mortuus es, et sanguinē pro tuo populo fudisti, rigidior fact⁹ es, vt nō sis populo sic redēpto subuenire? Nūquid postquā pro nobis mortuus es, oblitus es misereri? Imò magis ex his quę passus es, misericordiā didicisti. Fateor, in populo Christiano tam assiduas ei potentes victorias nō vidimus: cuius causa, vt opinor, hęc est: nō quia aut minus potens, aut minus beneuolus sit Deus in populum Christianū quā Hebrēū, cūm pro isto, vt perfectior et charior, ille subrogatus sit, sed quia nō ita indignit. Nā synagogā armis plātauit Deus, ecclesiam verò non armis, sed miraculis. Vnde in principio fundationis ecclesie, nō illa portentosa victoriarum facta sunt, ne vi videretur fides in mundum introducta: postmodum verò populus Christianus ita adactus est, vt semper multitudine et robore inimicos superauerit vsq; nunc: vnde nō opus fuit miraculo, vbi robur sufficiebat exercitus. Nec tamen omnino quando opus fuit, in periculo populo suo

defuit Deus. Nam vt ex terra omitamus, in nostra Hispania in principio, quando restitui cœpit à Sarracenis, sapius apostolus iacobus Hispanię patronus, visus est in exercitu impios Sarracenos exterminans. Et etiam in illo bello Nauarū Tolosę, quid mirabilius? quid prodigiōsius contingere potuit, quā vt tāta multitudo occideretur, sine exercitus læsione? et crux per medios hostes illęsa transfret? Hucusque ergo ecclesia talibus miraculis nō indignit, et quādo indignit, habuit: at nunc quia potentiores nobis facti sunt hostes, domine immuta signa, in noua mirabilia, quoniā fortitudo nostra et refugium es tu. Nō est ergo fratres, cur Turcarum ferocitatē timeamus nos, quibus Deus p̄sidio est, qui illis est contrarius. Alium Turcam ego magis timeo, qui intranos latet, peccatum scilicet, ingratitude, auersionem: ita dico fratres, hunc Turcam timete. Si enim te infensum non habemus bone Deus, quis nocere nobis poterit? Tuam indignationē domine, non Turcam ego timeo. Psal. si populus meus audisset me Israel, si in vijs meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset, et super tribulantes eos misisset manū meam. Quid mirum si hoc agnoscat Christianus, cū etiam hoc olim agnouerit Achior gentilis? Vnde ait ad Olofernem. Nunc ergo mi dñe, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum, ascendamus ad illos, quoniam tradēs tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentię tuę, si verò non est offensio populi huius corā Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniā Deus eorum defendet illos, et erimus in opprobriū vniuersę terrę. Simile

etiā ppheta ille iniquus Balaā dixit Balach regi suadenti vt malediceret populo, cui dedit consilium pessimū sed vtile ad victoriam, vt peccare faceret Israel, obiectis mulieribus, quia alias nō posset populum dñi superare: quod et fecit. O pessimum suaforem, sed prophetā verum: ita enim erat vt dixit: sine peccato populus Dei toti mundo inuincibilis est, etiā si modicus numero sit. Sed quamuis hęc omnia vera sint, & certissima, tamen non est nobis propterea dormiendum: Deus supplicandus est, nō tentandus: vult enim ipse vt et nos sperātes in eius auxilio, faciamus qđ nostrum est, non tamen in nostra virtute, sed in illius auxilio sperantes. Diligentissimè ergo quę necessaria sunt ad bellum p̄parentur, & nos omnes ad fidem & vitam defendendam læti accingamur: eamus ouantes contra blāphemum illum, ecclesie Dei minitantem, & irritantem, nam proculdubio superabimus spurcissimum illum paganum, & profligabimus à finibus nostris: imò & si Deo placuerit, imperium perditum recuperabimus. Quia enim nos timidè agimus, habentes Deum adiutorē, & non istos paganos bello eradicaemus, ideo permittit Deus propter nostram ignauiam & desidiam, vt e contrario ipse prouocet nos, & cogat ad conflictum, sed in malum suum. Tria admonitos vos esse volo, si vultis victoriam obtinere: primum, vt in solo Deo tota v̄sa spes et fiducia sit. Cauete ne in hominē ponatis fiduciam, quoniam maledictus homo qui confidit in homine. Bonum est sperare in domino, quā sperare in principibus. Et iterum. Qui confidit in domino, sicut mons Sion non commouebitur in æternum. Secundum est, vt vitam

nostram corrigamus, & Deo appropinquemus: peccata publica per magistratus rigidius corrigantur, & vindicentur, aleatores, blāphemos, vsurarios, adulteros, & cōcubinos tollant: confiteamur etiam peccata, occulta, & mundemus conscientias nostras. Vnde consulerem, vt modò Papa & Imperator Deo cæli vouerent, post victoriam de inimicis facere cōcilium, et reformare ecclesiam Dei: meo iudicio esset nunc hoc vtile et opportunum, vt sponte reformemus nos, ne Turcam habeamus violentū reformatorem. In reformationem enim ecclesie fortè à Deo mittitur, vt erudiat Deus per illum ecclesiam: sicut olim per Hiebusum Israel. Tertium vt cum deuotione, fiducia, et lachrymis vehementer clamemus ad dominū, et ipsum in nostrum adiutoriū inuocemus. Licet enim ille volens paratus sit subuenire, attamen supplicari vult à nobis, vt fiat quod scriptum est. Clamabis ad me, et erūte, et honorificabis me. Vnde vt ostēderet propheta regius, quantum proficit iste clamor ad liberationē, in vno psal. quater repetit. Et clamauerunt ad dominum, et exaudiuit eos, et ex omnibus necessitatibus eorum liberauit eos: vt cognoscas quia nec difficilis est ad audiendum, neque impotens ad saluandum. Vnde et alibi. clamauit ad me, et ego exaudiam eū, cum ipso sum in tribulatione, eripiā eum, neque solum eripiā, sed glorificabo eum. Oēs ergo et publicè et secretè in cubiculis cordis clamemus, omnes quęramus dominū, iuuenus fratres nostros non solum armis et pecunia, sed orationibus et precibus, sic enim plures sumus in exercitu, quā cum rege Turcarum. Fortiores et penetrabiliores sunt sagittę

1nc. 14. a

psal. 43.

Es. 59. a

heb. 5. c

psal. 70.

psal. 80.

Iud. 5. d

Hiere. 17. a

psal. 11.

ps. 124.

Iud. 1. d

cc. 3. a

psal. 49

ps. 106.

psal. 90.

ora-

orationum, quam arcuum: potentiora sunt tela linguarum, quā manū; hinc eminus possimus cū Turcis præliari & cōfigere, si volumus. An no recolitis ducem illum populi Iudæici, Moysen dico, quāta fecit in Amalechitis stragē, nō à ppe, præliando, sed eminus ex mōte orando? O mirabile ducē, exercitū mittit ad præliū, & ipse è regione confugit ad montem. Quid hoc Moyses? quis modus iste ducendi? Ita te exhibes Ducem? ita hortaris exercitum? ita quæ sunt necessaria prouides? Cum Amalech tibi bellum est, et tu ab eo recedis? Tempus nunc præliandi, nō orandi: Omnia tempus habent. O verè virū secundū cor Dei, non cum Amalech sed cum Deo negotium agendū erat: quia quicquid Deus voluerit, fiet de prælio. Ad rem summā pergit Dux, alia populo committit. O Amalech quid tibi cum populo. Ex monte tibi damnum infertur, ex monte maior tibi conflictus. Moysen ab oratione conturbato, ipsum inuadito, & vicisti. Mira res, in manibus non præliantis pondus victoriæ, & propterea manus eius graues erant, vtpote in quibus erat totum belli pondus, sed sustentabant eas Aaron et Hur. Nos itaque fratres hunc Ducem imitantes, eminus cum Turca orationibus cōfigamus. Propter hoc enim exemplum istud scriptum est, vt nofcatur omnis posteritas, quanta est orationis virtus: quantum erga Deum pondus in iustorum clamore. Quid scimus, si in tanta populi multitudine, erit alius Moyses, quem exaudiat pro sua ecclesia dominus, et eius precibus et meritis eliminet eos, aut certerè disperdat: Quod si in terra fortè non est, in cælo tamen multos habemus Moyses, populi Dei zelatores,

Exo. 17
c

ecclesi.
3. a

Exod.
17. c

et Deo proximiores. Inuocemus apostolos, inuocemus martyres, inuocemus Doctores et sanctos omnes. Quanto enim zelo ecclesiā Dei et fidem zelāt, testis est sanguis quem fuderunt: testis est mors acerbissima, quam pro fide et ecclesia passi sunt: testis labores et sudores continui: testis omnis eorum vita & exitus. Pro illa plantāda tot dolores sustinentes mortui sunt, et nunc in ea tuenda trepidi erunt, aut contemptores? Absit, absit. Leuemus ergo, etsi non continuè, assiduè tamen manus nostras cū Moysen in cælum, quoad usque obtineamus victoriam: nec desectamus eas, donec vincamus et superemus aduersarios nostros. Quod si graues sunt ex tædio, sustineant eas Aaron et Hur, id est, timor et amor: timor nostri, amor proximorum. Moueat (inquam) nos, et detineat in oratione zelus fratrum nostrorum, qui in tanto periculo sunt, ne tradantur genti crudeli, et dilanientur, vt solet agnus à Leone dilaniari. Moueat et labor, et discrimen Imperatoris, et regis nostri clemētissimi, qui personā suam vt optimus princeps, pro fide et populo Dei exponit. Quod si minus seruentes sumus caritate, saltem detineat sursum manus Aaron, id est, timor nostri periculi. Scitote enim quia si modo vicerit Turca, statim nos in eodem periculo erimus, nam ab Italia ad nos facilis est ingressus, maximè quū propinquiores habeamus Africanos hostes, et eiusdem factionis et sectæ cū Turcis.

¶ Dessee aliquid videtur.

Concio

CONCIO DE FOEDERE Burgis icto, inter Romanū Pontificem, Imperatorem, & Venetorum rempublicam.

THEMA.

¶ Ecce quā bonum, & quā iucundum, habitare fratres in vnum. Psal. 132.



Non omne bonū est iucundum, neq; omne iucundum est bonum: sed aliquid est bonū, quod non est iucundum: & aliquid est iucundum, quod non est bonum: & aliquid est iucundum & bonum: & aliquid neque est bonum, neque iucundum. Pœnitētia, crux, asperitas, bona est, quia ducit ad vitam, sed non est iucunda, sed laboriosa & grauis. Gaudium seculi, solatiū, voluptas, iucunda sunt, sed non bona, quia ducunt ad mortem. Peccatum neq; bonum neque iucundum, sed malum, & molestum. Testes sunt qui dicebant: lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles. O magna cæcitas filiorum Adam, qui malūt seruire peccato cum labore, quā Deo cum iucunditate. Psal. odisti omnes obseruantes vanitates superuacue. An non superuacue: qui potuit deo seruire, & regnare, & maluit peccato seruire cum labore, & ardere? Omne peccatū amarū est & molestū, sicut ait Hie. Scito & vide, quia malū & amarū est reliquisse te dominū Deum tuū, nō esse timorē eius apud te. Bonum autem & iucundū est solā caritas, hoc priuilegiū quippe so-

Matth.
7. b.

Sap. 5. b

ps. 30

li caritati reseruatum est, vt cū sit non solum bonum, sed maximū omnium bonorum, sit quoq; iucundissimū: omnis quippe alia virtus pœnam habet annexam. Nostrā humilitas, patientia, abstinentia, castitas, paupertas, fortitudo, & c. laborē habent: neque enim sine labore homo submittitur, patitur iniurias, abstinet à cibis, & à voluptatibus carnis, caret bonis temporalibus, & resistit timoribus. In amore autē quānā difficultas, quis labor est amare? Augu. Potest mihi aliquis dicere, non possum ieiunare, non possum vigilare, non possum orare: nunquid dicere potest, non possum amare? non solum nulla est difficultas in amando, imò magna & grandis iucunditas. Nam vita sine amore nō est vita, & homo qui non amat, aut bestia est, aut truncus. Aduertite fratres, & cōsiderate quam leue tributum dominus à nobis exigit: pro tantis beneficijs nihil aliud petit, nisi amorem. O quā meritò, quā iuste damnabitur, qui maluit ardere, quā amare. O peccator, talis tibi visus est Deus, tam onerosus amor Dei tuī, vt malis sempiternis incendijs deputari, quā amare? O pertinacia, o duritia, o nequitia cordis nostri. Quid dicere poterimus in iudicio, nisi iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Hoc enim pro certo est, quod nullus habens in morte caritatem damnabitur: et si hanc habuerit vestem nuptialem, non mittetur in tenebras exteriores. Ecce igitur bonū iucundū, de quo loquitur thema. Ecce quā bonū & quā iucundū. & c. In toto sacro euāgelio nō inuenio quid nobis Christ⁹ dñs noster amplius cōmédauerit, quā caritatē: hāc cōmendauit non solū opere (quia cū esset

ps. 118

Matth.
22. b.

C c filius

Phil. 2. a filius Dei semetipsum exinanivit pro salute nostra) sed etiam verbo, in illo dulcissimo sermone post cenam, cum iret ad passionem, vltimò hanc sapius, iterum, iterumq; cõmendans, atq; præcipiens, vt firmius imprimeretur cordibus suorũ discipulorum: verba enim quæ recedentes dicimus, amplius cõmendamus. Vnde ait. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicẽ. Et iterum, hoc mado vobis vt diligatis inuicẽ. Ioã. 13. b
c Et iterum. In hoc agnoscent omnes quod mei discipuli eritis, si caritatẽ habueritis ad inuicẽ. Nõ in miraculis, non in sapientia scripturarũ, sed in sola dilectione, discipulº Christi & bonus Christianus agnoscitur. Neq; contentus cõmendare & præcipere hoc apostolis, sed leuatis oculis in cælum orauit ad patrem, dicens. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut et nos. Et hoc iterũ, atq; iterum postulat à patre pro discipulis suis, et illis qui credituri sunt in eum. Post resurrectionẽ quoq; iterũ atque iterum ait. Pacẽ meam do vobis, pacẽ meam relinquo vobis. Dicit te fratres, quibus verbis potuit amplius caritas nobis à Christo dño cõmendari? Sed et apostolus Paulus sapiusimẽ hoc ipsũ in suis epistolis cõmendat, dicens. Imitatores dei esto te, sicut filij carissimi, & ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos. Iterum, caritatem fraternitatis inuicem diligentes. Et iterum, Eph. 4. a solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et iterum, habete 2. co. 13. d pacem, & Deus pacis erit vobiscum. Et in omni epistola, gratia Ro. 1. a vobis, & pax, &c. Quid loquor? Hora non sufficeret, si omnia vobis Apostoli adducerem testimo-

nia de pace, & caritate. Tres rationes potissimas tangit Apostolus, propter quas debemus diligere ad inuicem: prima, quia sumus vnius corporis membra, quia sumus vnius patris filij, quia ad vnam mensam sedemus, & vnum panem māducamus: membra quippe eiusdem corporis mutuò cõpatiuntur & fouent. Cùm patitur vnum membrum, cõpatiuntur & alia membra: & cùm gaudet vnum membrum, congaudent omnia membra. Corona in capite ponitur, sed omnia membra venustat. Item membra ad inuicem seruiunt: nam oculus non videt pro se solo, sed omni corpori: & auris non sibi soli audit, sed toti corpori: & manus non soli sibi palpat, nec pes sibi soli ambulat, sed toti corpori. Ita & nos studeamus gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, & omnibus seruire, omnibus prodesse. Secunda causa, quia sumus vnius patris filij: sic ipse ait. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium. Si ergo fratres sumus, cur non inuicem diligimus? Tertia, quia vnum panem comedimus, ad vnum sacramentum altaris accedimus. Vnde ait. Multi vnum corpus sumus, qui de vno pane & vno calice participamus. Ideo enim sacramentum hoc conuiuium dicitur, quia sacramentum est vnitatis & pacis, in concordia edentium institutum. Vnde sicut ait Augustinus, propterea dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus consecrauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur (ex multis nanque granis panis vnus efficitur, & ex multis racemis

cemis vinum confluit) vt scilicet meminerimus affumentes vnitatis & pacis, &c. Vides certè quàm multa sunt quæ nos ad hanc inuitant caritatis fraternitatem. Quis cõtemnat dominum commendantem, præcipientem, & pro ea orantem? Apostolum commendantem, rationem suadentem? Sed si hæc omnia nõ temouent, moueat te saltem ipsa quã diximus iucunditas caritatis. Quis enim nõ vult iucundè viuere, & cum lætitia vitam agere? hoc sine fraternitate habere non poteris. Quid nãque iucundius, quàm concordia? Experimentum facite in matrimonio: si vxor, & maritus, & filij, & domestici in pace sunt, quid est domus illa nisi paradysus? si autem e contra discordia est inter eos, quid est aliud nisi infernus? Vnde Apostolº pro bono isto cõcordiæ, suadet viris vt diligant vxores suas, alioquin quid opus esset hoc suadere, cū sapius sic excedant in amando, vt pro eis Deũ deserant? & freno potius quàm calcari busegeant? Et August. in tatum exaltat cõiugatorũ cõcordiã, vt suadeat vxoribus, omnia damna, molestias, & venditionẽ dotis sustinere, ne rãpatur cõcordia. Facite & periculũ in bellis, & videte quot mala, quot infortunia sunt in eis: quot mortes, rapinæ, adulteria, tormenta, amaritudines, miseriæ fiunt in pralijs: quot terrores, timores, dolores, angustia, afflictiones, iniustitiæ intolerabiles, cùm vna ciuitas ab inimicis succeditur, & hostibº traditur diripienda, diripitur & deuastatur. E cõtrario in pace omnium rerum abundantia est: abundat iustitia, religio, virtus, sapietia, officia, ingenia: ab dat panis, vinum, fructus, & omnia tẽpo-

ralia: sicut propheta ait, fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis. Deniq; sicut ait Hieron. ex Salustio citans, concordia parua res crescunt, & discordia maximæ dilabuntur. In particularibus quoque discordijs, quantum pondus molestiæ est? Qui enim habeat inimicitias non dormiunt, non quiescunt, quotidie pauidi, suspiciosi, anxij, inquieti: si ostium sonat, si canis latrat, si strepitus fit, suspicantur inimicum, timent mortem. Quot curæ, quot sollicitudines, quot timores, quibus anxietatibus miseri distenduntur? quibus doloribus vexantur? O vitam miseram & laboriosam, nõne rectè vobis videbitur & meritò illa omnia pati, qui placitam cõcordiã recusabit? Vnde Iob, stultũ interficit iracundia. Verè stultissimus, qui hæc omnia in odio & inimicitia potº pati elegit, quã in pace & securitate, iucundè & lætiter viuere. Deniq; quã bona sit pax ista & concordia, vel ex hoc maximè apparet, quod hæc Deum de cælis in terram traxit. Ad quid enim venit filius dei in mūdũ, nisi vt dissolueret opera diaboli? id est, vt omnia quæ diabolus per peccatũ primorum parentum dissociauerat, reduceret in concordia: & sicut Apostolus ait, pacificaret sine quẽ in terris, siue quẽ in cælis sunt? Vt Deũ & hominem, angelũ & hominẽ, & hominẽ, carnẽ, & spiritũ peccato diuisos, cõcordaret. Sicut idẽ apostolus ait, ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & interficiens inimicitias in semetipso. Optimº mediator, qui vt cõciliaret inimicos, de proprio soluit iniuriã, & satisfecit offenso, nõ auro, nõ argento, sed tormẽto, sanguine, cruce, morte. O immensum pòdus amoris,

DE FOEDERE PRINCIPVM CHRISTIANORVM.

ò ineffabilem caritatem. Ac si ad patrem diceret. Quid pater pijsime aduersus homines meditaris? quid indignaris? Ecce ego homo sum, homines perire fratres meos pati non possum, in me excute vindictam, in me expende omnem furorem tuum, vincta in me & quiesce: ego feci, ego luam, ego curabo & sanabo. Hunc fratres imitemur, hunc sequamur, si cum illo in aeternum regnare cupimus. Sed non omnis concordia bona est & iucunda: conuenerunt fratres Ioseph vt occiderent fratrem suum, aut venderent: conuenerunt principes sacerdotum in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius: conueniunt latrones vt faciant furta: conueniunt heretici vt perdant ecclesiam: non est bona pax ista fratres, non est iucunda sed detestanda & abominabilis. Ita dominus ait, pacem meam do vobis: non modo mundus dat, ego do vobis: inuenies quod erat alia pax mundi, quam ipse non dat, sed reprobat, odit eam. De hac pace propheta. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. In pace nanque hereticorum, tyrannorum amaritudo ecclesiae amarissima est. Illa ergo amabilis & iucunda concordia est, quae a Dei amore & caritate procedit, non quae ab iniquitate vel cupiditate est, sicut Hiero. ait. Vera necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non praesentia tantum corporis, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor & sacrarum scripturarum studia conciliant. Vnde aperte propheta cum dixisset in themate: ecce quam bonum & quam iucundum, &c. statim subiungit, sicut unguentum in capite, &c. Quasi dicat, fraternitas optima est, & iucunda, illa tamen quae ab unguen-

to caritatis procedit. Hoc est unguentum de quo in canticis, in odore unguentorum tuorum currimus. Et de quo in psalm. sicut adipe & pinguedine replebitur anima mea. Et de quo Ioannes, unctio docebit vos de omnibus. Et de quo Esaias, computrescet iugum a facie olei. Haec unctio quatuor situs habet, primum in capite, secundum in barba, tertium in veste, quartum in ora vestimenti: & ita quatuor facit maximas & singulares conformitates, siue concordias. Huius ergo unctiois abundantia maxima in capite est, caput Christi Deus, id est inter diuinas personas: diligunt enim se mutuo ex caritate, & inter eas infinita est dilectio. Nulla caritas huic comparari potest, sicut etiam nulla conformitas. Qualem putas esse concordiam in illa super benedicta Trinitate: vbi tres, vnus Deus, vna substantia, vna bonitas, vna voluntas, vnus amor sunt. Neque enim ibi concordia amorum est, sed vnus amor: non concordia voluntatum, sed vna voluntas in omnibus, imò omnes vna voluntas. Non potest imaginari maior concordia in mundo: nam sicut vnio infinita, ita & concordia infinita est. Vnde & Bernardus, lex est ergo, & lex domini caritas, quae Trinitatem in vnitatem quodammodo cohibet & colligat in vinculo pacis: nam vbi infinitus est amor, necesse est quoque infinitam esse concordiam, infinita autem concordia identitas est: nam infinitus ille amor quo pater diligit filium non satiaretur omnino, nisi cum ipso quem diligit vnus esset. Haec est enim amoris proprietates secundum Dionysium, transformare diligenter in dilectum: vbi ergo infinitus

DE FOEDERE PRINCIPVM CHRISTIANORVM.

infinitus amor, infinita est transformatio, infinita transformatio identitas est: hoc igitur quod amor in omnibus desiderat fieri vnum cum dilecto illum qui diligit, in diuinis solimodo obtinuit: ibi solum inuenit quod in omnibus perficere cupit. Sed nunquid in solo capite seruabitur unguentum istud, & balsamum odoriferum, & pretiosissimum? Non, sed a capite vtrique descendet: & primo in primum & altissimum fastigium totius creaturae, scilicet in barbam, barbam autem non cuiuslibet, sed Aaron summi illius Pontificis, qui se obrulit Deo hostiam pro mundo in odorem suauitatis, id est in humanitatem Christi. Post illam enim ineffabilem caritatem, qua tres personae diuinae se mutuo diligunt, secunda haec est, qua humanitas haec sacratissima a Deo diligitur: ipsum enim hominem Christum sicut super omnem potestatem & principatum constituit & exaltauit, ita & super omnes diligit. Nullus angelus, nullus archangelus, nullus cherubim, aut seraphim ita dilectus est. Vnde ait, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Vnde in canticis, merito repetito vocabulo, dilectus ex dilecto nuncupatur, id est primum dilectum, & prima ratio diligendi, quoniam in ipso electi & gratificati sumus omnes ante mundi constitutionem, sicut ait Apostolus. Et sicut haec secunda caritas est, ita etiam secunda concordia: nam in prima sunt tres amantes, & vnus amor, hic autem e contrario sunt duo amores, & vnus amans: in prima tres volentes, & vna voluntas, in secunda duae voluntates & vnus volens: in prima est concordia amantium in amore, in secunda concordia amorum in volente. Sed neque hic stetit unctio salutaris,

sed adhuc amplius descendit a barba in vestimentum, id est in supernos illos spiritus, & beatas mentes ciuitatis supernae. De his enim dixerat Esaias, viuit dominus quia omnibus his velut vestimento vestieris. In hac beata conformitate & amores & amantes distincti sunt, sed indissolubili nexu beatitudinis glutinati, vt distungi non possint, aut inuicem discordare. O pax, o vnitas admirabilis illius sanctissimae ciuitatis, o prodigium, o miraculum grande, vt in tanta multitudine & tam varia tam differentium personarum, angelorum, & hominum, nulla sit omnino discrepantia voluntatum, neque tantillum vnus discordet ab altero, sed quod vnus vult velint omnes. O beatam rempublicam tam vnanimem, tam concordem: vnde hoc nisi quia ibi non est proprietates voluntatum, sed quod Deus vult hoc omnes volunt? Diuina voluntas omnium voluntatum vna, & sola regula est, & ideo impossibile est discordare. Haec enim sanguifuga illa cum suis filiis de qua Salomon, id est propria voluntas, pacem tollit & discordiam parit. Tolle propriam voluntatem, & non erit dissensio, non erit scandalum in mundo. Non est & ibi cupiditas mater diuisionis, quoniam haereditas illa indiuisa ab omnibus possidetur haereditibus, sicut ait psal. Hierusalem quae aedificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum: id est cuius bonum ab omnibus simul possidetur, totum ab omnibus, & totum a quolibet illorum, ideo non est dissensio. Caritas quoque immensa, cuius est facere propria communia, & communia propria, omnem illam parit concordiam. O quando hac pace perfruemur fratres, sed adhuc

DE FOEDERE PRINCIPVM CHRISTIANORVM.

salutaris vnctio descendit à vestimēto ad oram vestimenti, id est ecclesiam militantē: descendit autem sicut ros Hermō, qui descendit in montem Sion. Augu. Hoc iuxta literam intelligi non potest, nam Hermon mons est valde distans à monte Siō, quomodo ros eius potest descendere in Sion? De monte illo superno loquitur, de quo in alio psal. Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis, mons in quo bene placitum est Deo habitare in eo, etenim habitabit in eo in finē, id est in fine ab illo monte, qui & vestimentum eius dictus est, mons Hermon qui interpretatur anathema mœroris, quia ibi non habet locum omnis mœror. Ab illo descendit hæc vnctio, sicut ros in monte Siō, quoniam in die Pentecostes distillauerunt cæli à facie Dei Sinai, super Apostolos in Sion congregatos pluuiam illam voluntariam, quæ inebriauit terram, & locupletauit eam, & in stillicidijs eius lætata est germinans. Hic est ros de quo Esaias. Ros lucis, ros tuus. Hæc autem sic distillata caritas, bone deus, quantam fecit in toto orbe concordiam, quantam peperit vnitatem? Græci, Latini, Barbari, Hebræi, aut Æthiopes, Indi, Hispani, & omnes aliæ orbis nationes, tam diuersis moribus, conditionibus, ritibus, in vnam fidem mirifico glutino ac vnctiōe copulatæ, & agglutinatæ sunt: sicut in Apocalypsi dicitur, ex omni gente, & populo, & natione fecisti nos Deo salutari nostro regnum. Illic ergo in isto monte distillauit dominus benedictionē & vitam, sed inde per totum orbē dispersa est in omnes gētes, & ab ortu vsq; ad occasum peruenit. Deniq;

quantā tunc tēporis concordia fecerit in fidelibus Lucā audiamus. Erat A. d. 4. f. cor vnū, & anima vna in dño, neq; quisquā dicebat aliquid proprium, &c. O principium ecclesie, quā longē fuisti ab eo quod nunc es? quāta tūc pax & cōcordia, quot nunc rixæ dissensiones, contropēsiæ, litigiæ: quā longē sumus ab illa vnitāte & pace, quā nobis moriens dominus sic cōmendauit? Tunc autem non sic, sed erat illis anima vna, & cor vnū in domino. Nulla quippe hodie religio tam sancta, tam vna, tam reformata est, sicut erat tunc omnis religio Christiana. Sed hostis generis humani nō dormit, sed more suo sicut à principio seminavit zizaniam in cælo & in mūdo, ita & nunc in ecclesia dei super bonum triticum doctri-næ, seminavit zizaniā multarū hæresum. Nam illico Cherintus, & Hebion, & Nicolaitæ, deinde Arrius, & Sabellius, Heluidius, Donatus, & alij hæretici magnā in Dei ecclesia discordiā & diuisionem fecerunt, præcipuè tēpore Arrij: quoniam ex vna parte cōcilia catholicorū, ex alia cōciliabula hæreticorū, ex vna parte principes, ex alia & principes, ex una episcopi & plebes, ex alia & episcopi & plebes cōtra se inuicem dissidebant, atq; certabāt. Denique tūc ecclesia orientalis ab occidentali sæpius dissidebat, atq; Alexādrin⁹ & Antiochen⁹ patriarche ab apostolica sede sæpius dissidebāt. Vnde quia omne regnū diuisum desolabitur, hæc discordia fecit vt Mahometica secta, ab ecclesia Orientali facile reciperetur: nec desistit multiplicari seminātū lolium inter ecclesiā Græcam & Latinam, quæ multo tempore durauit. Nam in multis Græci à sede Apostolica dissidebant,

vt

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN. 204

vt in processione spirit⁹ sancti, & in fermentato sacramenti, & in cælibatu clericorum, & alijs: nec omnino Patriarcha Cōstantinopolitanus Romano Pōtifici obediebat, donec ex hac discordia ecclesia Græca omnino perdita est, & per octoginta tres annos à Turcis Constantinopolis occupata. Mansit ergo sola ecclesia Latina in fide, perdita Orientali ecclesia Græca, neq; in hac cessat à zizaniæ seminatione, sed vt videtis, in Germania hæreses seminavit, & inter Hispaniā & Galliā bellum atrocissimum & lōgissimum: quæ discordia quantum detrimentū attulerit ecclesie, omnibus notum est, perditio Belgrado, & Buda, & magna parte Vngariæ, & Rhodo insula, quæ erat Christianitatis porta. Vnde enim ampliata est Turcarum potentia, vnde eius imperium sic sublimatum est, nisi ex discordia Christianorum? Videns itaque Christianissimus Imperator damnū maximū Christianæ religionis ex hac discordia proueniens, zelo fidei motus, cum summo Pontifice & Venetis pacem & concordiam procurauit, per quā Turcicæ potentie & exercitui posset obuiare: quam pacem speramus in maximam ecclesie vtilitatem profuturam. Funiculus enim triplex difficile rūpitur: triplex potestas tam magna non facile superabitur: & frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas munita. Et quia hæc concordia à Deo esse nō dubitam⁹, potestas enim & terror apud ipsum est qui facit concordiam in sublimibus suis, ideo præcepit vt in omnibus sui regni ecclesijs cat. hedrahibus huius tantæ concordie cōmemoratio & solennitas fiat, ad duo: ad dadas scilicet gratias omnipotēti Deo pro

tāto beneficio, & ad deuotē supplicā dum, vt confirmet hoc beneficium quod operatus est à templo sancto suo, & fixa & durabilis sit ista concordia. O si placeret Deo, vt reliqui principes Christiani in hoc fœdus coniungerentur, quā bonum, & quā iucū dum est habitare fratres, Principes vnus ecclesie filios, in vnum! Quis tunc ecclesie nocere posset? Non solū Turca, & reliqua Barbaries nō esset sufficiens cōtra eam, imò ipsa maximam partem dominij perdit recuperaret. Faciat hoc deus pius & misericors, respiciat hæreditatem suam, pro qua sanguinē suū fudit, & det pacem ecclesie suæ in vir tute sua: vt sic sit abundantia omnium bonorum in turribus suis, vt per hanc temporalem abūdantiā ad æternam gloriam transeamus: ad quam nos perducatur ipse Iesus Christus dominus noster. Amen.

DOMINICA XIX. POST Pentecosten. THEMA.

¶ Simile est regnū cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio, Matth. 12.

Ad Imperator em Carolum quintum.



Riplex est desponsatio, prima cū carne, secunda cū ecclesia, tertia cū anima: de qua Paulus, despondi enim vos: de hoc sermo. Vt ait Ber. 32. sermone super cantica, Deus multifariē tractat animas nras, & variē se ostēdit ad illas: quibusdā vt medicus, alijs vt dñs, alijs vt magister, alijs vt pater, alijs vt sponsus, secundum statum &

Cc 4 dispo-

dispositionem illarum. Et ita in domo eius quedam sunt quasi agrotæ, quedam quasi ancillæ, quedam vt discipulæ, quedam vt filiæ, quedam vt sponsæ. Harum statum exponamus. Quedam animæ vadunt ad dominum per viam contritionis, non sunt omnino sanæ, agnoscunt vlcera suorum peccatorum, dolent, anxiantur, plorant quotidie coram domino, dicentes cum propheta: miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea: sana me domine & sanabor. Hoc totum desiderium earum, hæc continua postulatio: quibus dominus aliquando post flentem & nimiam amaritudinē magnam præstat fiduciam & consolationem, vngens vlcera earū vnctione misericordiae suæ. Psal. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Bernardus, à quanta me amaritudine liberaſti, &c. quoties post flentem, &c. quoties oratio, &c. Anima quæ vlceribus plena est, nõ sponſum, sed medicum debet querere, non delicias, sed lachrymas. Aliæ animæ vadunt ad Deum per viam timoris: cogitant enim frequenter Dei maiestatem, & quam horredum sit incidere in manus Dei viuētis: & ita cum magno timore & tremore vigilant super se, vt custodiāt præcepta Dei, secundum illud Iob: verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Et iterum. Semper quasi tumentes super me fluctus, timui Deum. Istæ sũt ancillæ, bonus status, beatus est homo qui semper est pavidus, nã per timorē domini declinat omnis à malo. Aliæ autem vadunt ad Deū per viam contemplationis & sapientiæ, quærentes faciem eius semper, sicut

scriptum est: vultum tuum domine requiram: tenentur enim magno desiderio sapientiæ, scrutantes legem Dei die ac nocte, & profunda mysteria meditantur: sicut propheta ait, quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est, sedentes ad pedes domini semper cū Maria, vt audiant verbum eius: quibus propter maximum sapientiæ desiderium, dominus magnam cõcedit lucem, & magna secreta reuelat: sicut scriptum est, incerta & occulta sapientiæ tuæ, &c. Hæc sunt discipulæ in schola eius stantes, & habet se ad eas dominus, vt magister. Aliæ sunt animæ quæ vadunt ad Deum per viam orationis & laudis: hæc enim cognitis maximis beneficijs à domino præstitis, & magnam habentes spem de futura hæreditate sibi præstanda, testimonium illis perhibete spiritu Dei, quod filij Dei sunt, ideo relictis omnibus, tam pro præstitis quam pro præstandis, cū summa reuerentia filiali, diuinis laudibus & gratiarum actionibus intendunt. Istæ sunt filiæ, & dominus se eis vt beneuolus pater ostendit. Aliæ sunt animæ quæ vadunt ad deū per viam caritatis & amoris, quibus dominus tantam concessit vim caritatis, & incendium amoris sui, vt nihil magis optent quam dissolui & esse cum Christo, quibus absentia Dei intolerabilis est: quarū est illa vox, spera anima mea in domino, quado veniam & apparebo ante faciem dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c. Et illa, fulcite me floribus, stipate me malis, &c. Vnde sicut sponsa die ac nocte non potest obliuisci sponsi sui, semper habet eum præsentem, semper desiderat esse cum illo, & omnia quæ sunt sponsi, siue equum, siue

siue famulum, siue vestem, siue enses diligit propter sponſum: sic istæ semper Deum in præsentia, semper in desiderio: quicquid agant, quicquid intendant, & omnes homines & omnes creaturas diligunt propter sponſum, & spõsum in eis, omnino absorptæ in eius amore. O quam felices & beatæ, & sunt aliquæ tales? Sunt profectò vel rarissimæ. Mirares, illa anima quæ alium sponſum ante nouerat, sic ei agglutinatur, nõ potest ab se abijcere idolum sponsi sui die ac nocte, & ego creatus à te redemptus, à quo spero tanta, non si militer faciam? Istæ sunt sponsæ, hæc animarum differentia, quanuis sub alijs verbis tangitur in canticis, vbi dicitur. Sexaginta sunt reginæ, &c. Vna est perfecta mea, &c. Quia rarissima est quæ potest dici sponsa, & non nisi valde perfecta anima. Sicut ergo in illa cælesti domo patris mansiones multæ sunt, sic & in hac domo militante varius & multiplex est animarum fidelium status. Et sicut in illa domo quilibet est contentus suo statu, sic in ista domo nõ est nostrum eligere statum in domo domini: Dei est suum præstare unicuique, prout vult. Beatus qui manducatur panem in domo Dei, siue sit filia, siue ancilla, siue sponsa. Vnde sicut ibi angelus non inuidet archangelo, neque confessor apostolo, sic & hic nõ debet esse inuidia, sed gratiarum actio de statu perfectiorum, gaudentes de bono aliarum. Beatus domine qui tales habes ancillas, gratias tibi quia sunt aliqui in mundo qui diligunt te: hæc enim caritas & humilitas gratissima est apud Deū. Non quod nõ conemur proficere scriptum est: emulamini, optate, procurate, zelate meliora charismata, &

mutate statum si domino placuerit de ancilla in filiam. Sed sicut idem Apostolus ait, emulamini bonum semper in bono: est enim quedam æmulatio quæ nascitur ex odio, quedam ex superbia; quedam verò ex caritate. Qui videt excellentiam proximi, & tristatur quia illè habet, ex odio nascitur hæc æmulatio. Qui autem videns proximum qui sibi non erat infensus prosperari tristatur, eo quod quantum illi honoris tribuitur tantum sibi videatur detractum, inuidiæ peccatum comittit, quod propriè ex superbia nascitur, quæ est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ. Qui autem videns proximi excellentiam lætatur & gaudet de bono proximi, & cum humilitate imitatur, desiderans & ipse sic placere Deo, ex caritate nascitur hæc sancta æmulatio, & multo citius perueniet ad illam optatam gratiam per viam humilitatis & conformitatis cum diuina voluntate, quam si vanè se cruciet & affligat. Qualis debeat esse anima quæ meretur dici sponsa, & quales condiciones debeat habere, & qualem habeat cum sponso familiaritatem, quos fauores & blandimenta ab illo suscipiat, & quales suauitates spirituales intercedat in eos & amoris deliciæ, qualia desideria, quales amplexus, qualia oscula, & quales consolationes & gaudia, mirificè spiritus sanctus descripsit in illo libro què de isto cõnubio descripsit, per os Salomonis, qui dicitur Canticum canticorum; siue Epithalamium, & merito quia verè spiritualis est & super omnia cantica. Singula verba faces sunt incensæ & flamma ignis, sed non potest bene intelligi nisi ab expertis. O mira Dei iudicia! quis non timebit te o rex gentium? Filia

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

la illa caelestis per quam spiritus sanctus talia diuini amoris incedia personuit, ex alto illo contemplationis fastigio, vsque adeo lapsus est, ut idolum adoraret Moloch, & illi templum construeret, & sacrificium offerret, deceptus amore mulierum, quae illum ad tantum malum perduxerunt. Hiero. Nihil periculosius viro, quam femina: haec decepit Adam, haec sanctissimum David praecipit, haec sapientissimum Salomonem, haec fortissimum Sansonem, &c. Sed quonia liber ille nimium spiritualis est & obscurus, placuit nunc altitudinem vestrae aliud Epithalamium clarius & compendiosius exponere, quod spiritus sanctus ore patris eius David personauit in psalm. qui incipit, Eructauit, &c. In quo pater caelestis, secundum Aug. aut spiritus sanctus qui paranymphus est secundum Hierony. mirifice alloquitur & sponsam & sponsam, & instituit de agendis.

ps. 44. Ait ergo propheta, eructauit cor meum verbum bonum. Magna est canticum quod locutus sum, altissima doctrina. Facio vos attentos. dico ego opera mea regi, in cuius gloriam hoc Epithalamium cano, nec putetis quod a me ipso. Lingua mea calamus est scribae spiritus sancti velociter scribentis: quae ego scribo & loquor ipse dictat: & incipit materia, speciosus forma praefilijs hominum, imo praefilijs angelorum. Diffusa est gratia in labijs tuis, &c. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua, eloquia tua super mel & fauum. Accingere ergo gladio tuo acutissimo potetissime, vtere gladio tuo isto ancipiti, verbo tuo, specie tua, & pulchritudine tua, &c. Ostende faciem tuam, sonet vox tua, & sufficit ad mundi conuersionem: ostendit

de mundo pulchritudinem tuam, reucla maiestatem & diuinitatem tuam, & sufficit. Intende humiliter, procede prospere, regna feliciter, intende fortiter in passione, procede prospere in resurrectione, & regna feliciter in gentium conuersione propter veritatem doctrinae, & mutationem vitae, & iustitiam tui iudicij. Nec timeas aggredi tantum opus, nam deducet te mirabiliter dextera tua, diuinitas tua. Sagitte enim tuae acutae, verborum ignitorum, & acutissimarum inspirationum. Flecte arcum, & transige corda inimicorum, populi sub te cadent, sedes tua Deus, quam aperte ostendit splendorem illustrem huius sponsi. Ex quo loco maxime in veteri testamento concludi potest diuinitas Messiae, sicut Apostolus mirifice hunc locum citat ad probandum deitatem Christi ad Hebraeos. Propterea vnxit te deus Deus tuus. Quid apertius de Christi deitate & Trinitate personarum? Deus vnctor, Deus vnctus, Deus vnctio: spiritus domini super me eo quod vnxit me, &c. Praefilijs consortibus tuis. Quia non est illi datus spiritus ad mensuram, aut quia in alijs haec vnctio est per gratiam, in illo inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter & hypostaticae. Audistis sponsi pulchritudinem, potentiam, pulchritudinem, fortitudinem, nobilitatem, audite magnificentiam: myrrha, gutta, & casia, a vestimentis tuis, a domibus eburneis. Cum domos illas eburneas, & mansiones celestes purissimas conscenderis, mille dona, mille gratias per illas odoriferas species designatas a tuis vestimentis, ab illa sacra humanitate in mundum stillabis, sicut scriptum est, Ascendens in altum captiuam duxit

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN. 206

xit captiuitatem, &c. Ex quibus delectabuntur filiae regum ornatam a te gratijs, congregatam ab Apostolis in honore tuo, id est ecclesiae: hucusque ad sponsum. Placet nunc aliqualem facere parenthesis, & verba haec dirigere ad sublimem vestram altitudinem, haec enim lectio moraliter intellecta utilissima est, pro vestra altitudine. In hoc Epithalamio caelestis ille paranymphus ore propheti eo principem gloriae Iesum nouiter in mundo in carne regnantem instruit, & instituit, & formam illi regnandi tradidit, quam omnes principes imitentur. Non est talis instructio in tota Aristotelis politica, neque in Platonis republica, neque in omni libro composito de regimine principum. Speciosus forma praefilijs hominum: debet enim cunctos praecellere excellentia, virtute & claritate morum, qui omnes excellit dignitate: & quanto eminentior dignitate, tanto debet esse sublimior virtute super homines, & quodammodo plusquam homo esse debet qui praefilijs hominibus, qui positus est in regno quasi speculum, in quod omnes aspiciant, quasi in exemplar quod omnes imitentur, & quasi forma quam omnes sequantur. Vnus neuis vitij in principe plus videtur, & plus nocet, quam magnum vitium in alio quocumque. Diffusa est gratia in labijs tuis, oportet principem esse affabilem, & comem, humanum, hilarem, suauem, dulce in verbo, & placidum in conuersatione. Habeat hilaritatem seueram, & seueritatem hilarem sic mistam, ut & magnus timeat & reuereatur, & infimus audeat: attamen cum hoc debet esse animosus, fortissimus, magnanimus, ad casus occurrentes. Vnde sequitur.

Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, ut imitetur illum qui quasi agnus erat in conuersatione, & quasi leo in resurrectione. Vnde de illo Baptista ait, ecce agnus Dei: & de illo alter Ioanes ait: vicit leo de tribu Iuda. Sequitur, specie tua, &c. nihil est quod magis alliciat regnum, & subijciat populos quam virtus regis. Haec facit illum amabilem, & gratum omnibus: plus virtus potest, quam omnis terror mundi, vnde potius amari appetat quam timeri. Intende prospere, procede & regna. Faciat & impleat hoc Deus in vestra altitudine, ut semper proficiat, semper augeatur, & quale ostendit initium, talis sit & melior processus & finis. Sed quomodo fiet istud? propter veritatem (inquit) et mansuetudinem, et iustitiam. Ista sunt virtutes regiae, virtutes honorabiles, quae regem maxime decent. Omitto nunc religionem, et deuotionem, et fidem, quae regibus maxime necessaria est, tanto magis, quanto magis indiget Deo, quam alij: vnde tanto timidiore, tanto deuotiores, tanto humiliores, tanto Deo coniunctiores quam alij: sunt enim in maximo fastigio, & magnum possunt habere praecipitium: ille enim deponit potentes de sede, & exaltat humiles. Et sicut Iob ait, dissoluit balteum regum, & praecingit fune renes eorum. O quanta exempla audiimus. Omissa itaque hac religione et obedientia, & deuotione, et Christianismo, inter virtutes morales quae maxime decent regem, sunt istae tres: veritas, mansuetudo, iustitia. Debet diligere veritatem, odisse fraudes, technas, mendacia, & omnes seditiosos & hypocritas: secundo iustitiam, quae proxima est, et soror veritatis: debet esse amicus iustitiae

3. re. xi. a

ps. 44

Car. 4. c

ps. 118

Car. 2. d

Hebr.

Esa. 61. a

Ioan. 3. d

Col. 3. b

ps. 67.

xit

Ioan. 1. d

Ap. 5. b

ps. 44

Luc. 1. e

Iob. 12. c

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

iusitiae & zelator eius rectus, ut pro toto mundo non flectat eam. Vnde dicitur virga aequitatis virga regni tui. Et alibi, reges eos in virga ferrea inflexibili. De hoc Salomon, rex sedens in folio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Debet esse mansuetus ut eam conferuet, nam ira viri iustitiam Dei non operatur. Turbatus est (inquit) a furore oculus meus, non debet ex candescere facilliter aut indignari, sed sicut de Deo dicitur, tu autem cum tranquillitate iudicas omnia, oportet regem esse magni animi ad graues casus qui se offerunt sereniter perferendos. Vnde debet habere vultum serenum semper. Talis erat Moyses, quem Deus praefecit illi populo: talis Salomon de quo scriptum est, dedit ei Deus latitudinem cordis sicut arenam, quae est in littore maris. Sequitur dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit. & c. non ait propter temperantiam, modestiam, fortitudinem, non propter magnanimitatem, non propter liberalitatem: non propter castitatem, patientiam, benignitatem, clementiam: non propter hoc, licet haec omnia deceat regem te preposuit deus: sed quia dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Hoc in rege primum, maximum, et potissimum, amicus bonorum, iniquorum inimicus: magna nota inuritur regi, si quis eius amicus aut consiliarius malus est. Hoc est quod omnes malos fugat, & omnes subditos bonos facit. Omnes student placere regi, si amicus est bonorum, omnes student esse boni, aut saltem apparere: & quod non faciunt timore Dei, faciunt timore regis. O si sciuerit rex hoc, non me ultra aspiciet, non apparebo coram illo ultra. Omagnus praedicator rex,

ps. 2.

pro. 20
b

Iacob. 1
c

ps. 60.

Sap. 12.
c

3. re. 4. d

plus proficit verbo et exemplo, quam omnes mundi praedicatores. Quid autem de bello? oportet esse animosum et bellicosum: sed in quo? Attendite. Sagittae tuae acutae in corda inimicorum regis, in infideles, in inimicos fidei, semper zelans ampliare non regnum, non statum, sed fidem, & nomen domini sui: et sic prosperabitur, si hoc zelo faciat. Erga fideles autem oportet illud apostolicum seruare: quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Quantum in vobis est (inquit) nam interdum non potest hoc fieri, si inuadunt statum suum iniqui, nunquam tamen ipse moueat temere bellum, quod si mouerit, timere debet ne incurrat comminationem regis David. Dissipantes quae bella volunt. Debet esse quoque liberalis, magnificus. Vnde sequitur myrrha, & gutta, et castia a vestimentis tuis. Duci bono qui posuit vitam pro illo debet largiri, et equiti bono, qui in eius obsequio patrimonium consumpsit, et bono consiliario qui sine cupiditate illum in regimine adiuuat, et iudici recto qui terram pacificauit, et iustitiam seruauit, si aliud non habeat, vestem, torquem, annulum phialam auream, de suo praestet, non scurris, non histrionibus, non alijs superflue: nam si non det superflue, habebit pro necessarijs. Vnde hic dicitur, a vestimentis tuis, a domibus eburneis, id est regijs. Non spoliēt istum ut donet alteri, sed de suis redditibus quantum reditus sufficiunt. Domus regis unam portam debet habere, per quam intret pecunia, & aliam per quam exeat: sed illa per quam exit, debet esse minor, ut in stagnis aquarum angustiiori canali & orificio debet influere aqua, quam effluere alioqui

Ro. 12. d

ps. 67.

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN. 207

alioqui stagnum exsiccabitur. Dixi, diffusius forte quam oportuit, quoniam pluris aestimo soli vestrae altitudini praedicare, quam toti regno: ut quoties hunc psalm. recitauerit, toties meminerit huius institutionis, & eam sequatur. Quod si haec tu, o potentissime feceris, concupiscet rex decorem tuum, erisque ei amabilis & gratus. Quinq; sunt quae petuntur, ut audiat, ut videat, ut inclinet aurem, ut obliuiscatur populi, ut obliuiscatur patris, domus. Haec omnia debet obseruare anima, quae tanti sponsi sponsa est. Primum ergo audiat sermones, audiat inspirationes Dei, audiat voces cataractarum eam vocantium, deum. Ne obsurdescat, ne sit sicut aspis surda, & obturans aures suas, quae non audit vocem incantantis sapienter. Spiritus sanctus incantator sapiens anima: serpens incantatus non mordet, non habet virus, stat attonitus, videns & non videns, audiens & non audiens. Hoc facit spiritus sanctus in sanctis: non habent virus inuidiae & rancoris: non mordent detrahendo proximis: sic vident omnia huius mundi, quasi non videant, absorpti & rapti in caelum. Audi magnum incantatorem animarum Paulum, qui habent uxores quasi non habentes, qui emunt tanquam non possidentes. Magnum bonum animae habere apertum auditum: nam ille est prima ianua omnium bonorum spiritualium: fides ex auditu: per auditum conuersus est totus mundus ad Christum: vnde in nuptijs baptismi sacerdos positis digitis in auribus, ait epheta quod est aperire. O anima aperire ad caelestia, ne cludas aurem Christo. Sicut conchylium, quae aperta calore recipiunt caelestem rorem, & gelantur in visceribus, & replentur margaritis: sic tu quoque caelestem reci-

ps. 41.
ps. 57.

1. co. 7. d

Ro. 10. c

pe rorem lucis, quo omnibus diuitijs spiritualibus replearis. Ad hoc nos inuitat dominus per Esaiam. Audite audientes me, & comedite bonum, & letabitur sicut in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me, & feriam vobiscum pactum sempiternum. Scilicet ut sim ego dominus, & vos populus: ego pater, & vos filij: ego sponsus, & vos sponsa in sempiternum ex parte mea. Et vide: bonus ordo, audi ut videas, noli videre ut audias: crede ut intelligas, noli velle intelligere, ut credas: nam per fidem venit ad intelligentiam, teste propheta. Nisi credideritis, non intelligetis. Vnde sancti per fidem perueniunt ad notitiam Dei. Sed quid videre debes? Primum te ipsam: hoc enim praeter omnibus expedit tibi, ut semper te habeas in prospectu. Psalm. Anima mea in manibus meis semper. Vnde animalia Ezechielis coram facie sua ambulabant. Primum te, deinde deum. Aug. videam me, & videam te: vide & vitae breuitatem, & gloriae aeternitatem: vide mundi vanitatem, fraudem, deceptionem: vide errores hominum & stultitias: vide eternorum bonorum soliditatem: vide prauorum laborem & anorem, iustorum quietem & suauitatem: vide denique iustorum praemium, & malorum supplicium perpetuum. O si ista claris oculis videremus haec mali nostri summa est, habere lippietes oculos. Non videmus nisi quae prope sunt terrenalibus: aeterna longe posita non prospicimus, vitijs & peccatis, quasi nubibus, obscurantibus oculos nostros. Sicut ait propheta. Circumderunt me mala, quorum non est numerus, & non potui ut viderem. Vnde Apostolus hunc visum desiderans pro populo, ait. Non cesso gratias agens

Esa. 55. a

Esa. 7. b
ex ver-
sione 70

ps. 118.
Eze. 1. b
& sequē
tibus.

ps. 39.

ep. 1. d.

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

agens pro vobis, memoriam vestri
faciens in orationibus meis, vt deus
dñi nostri Iesu Christi pater glorię,
det vobis spiritum sapientię, & re-
uelationem in agnitionem eius, illu-
minatos oculos cordis vestri, vt scia-
tis quę sit spes vocationis eius: &
quę diuitię glorię hęreditatis eius
in sanctis: & quę sit supereminens
magnitudo virtutis eius in nos, qui
credimus. Vt scilicet ex visione pre-
sentium certa fieret expectatio futu-
rorum. Sed ad visionem Ezechielis
reuertamur. Animalibus illis sanctis
à propheta sanctus vir describitur.
In quibus Deus habitat, habet qua-
tuor facies: est homo, id est rationa-
lis in conuersatione: est aquila in cõ-
templatione: est leo in tolerando, &
vincendis aduersis: est vitulus in sa-
crificio carnis, id est, voluptatibus
mortificandis. Vnum quodque ple-
num oculis, quia circumspectus &
prouidus, ad omnia mandata imple-
da, & omnia peccata vitanda, intus
& foris oculatus. Intus ad moderan-
dos affectus, foris ad diiudicandos de-
fectus. Vnum quodque corã facie
sua ambulabat: seipsum se per habet
ante se, ne postea dicatur ei, arguã-
te & statuã te contra faciem suam:
vel quia consilio prouidet vim tuã,
vel quia in suo sensu abundat, & pro-
se sollicitus non scrutatur vias alio-
rum. Vbi erat impetus spiritus illuc
gradiebatur, quia qui spiritu Dei a-
guntur, hi sunt filij Dei: sanctus est
equus cui infidet spiritus reges eum
loro iustitię. Non reuertebantur cũ
ambularent, quia semper proficiunt,
quę retro sunt oblitus: nõ sicut vxor
Loth. Similitudo eorum sicut car-
bonum ignis ardentium per cari-
tatē ardorem & zelum dei, & anima-
rum, & sicut aspectus lampadarum

per doctrinam ardent amore, lucet
verbo, & opere. Ibant & reuertebã-
tur, vadunt per cognitionem Dei, re-
uertuntur per considerationē sui:
vadunt ascendentes per contempla-
tionem supernorum, reuertuntur
descendentes vtilitatibus proximo-
rum: vtrunque in similitudinē ful-
guris coruscantis: qui siue contem-
plentur cum Deo, siue negotientur
cum proximo, ex se scintillas emit-
tunt, quę videntes inflammant: si-
cut scintillę in arundinetis discun-
runt. Gloria hæc est omnibus san-
ctis eius, alas habent, & sub alis ma-
nus contēplatione suspensi & actio-
ne præcipui. Iunctę sunt alę alis, nõ
discordant in sensu, non discrepant
in intellectu diuino, &c. Vel ideo
iunctas habent alas, quia se mutuò
adiuuant ad volādum. Cũ sit vox su-
pra firmamentum submittunt alas
suas, quia verbo dei submittunt sen-
sus suos, captiuantes intellectum in
obsequiũ fidei: vel voce audita sub-
mittunt alas, quia superatur intelle-
ctus eorũ à luce secretorũ quę defu-
per reuelatur, scilicet verbo dei. Sub-
mittunt alas, propter summam re-
uerentiam, quã exhibent verbis di-
uinis. Super ipsos quasi similitudo
hominis, Christ⁹ regnās sedet in om-
nib⁹, & homo Christ⁹ est. Sed quasi
homo dicitur, quia sic est homo, q̄
est supra hominem. Vnde de illo Io-
sephus, si tamen homo dicendus est.
Nascitur vt homo, sed ex virgine
cõcipitur in vtero: est homo, sed ex
Spiritu sancto veram carnem ha-
bet vt homo, mortalem, passibile, fa-
mescentem, infirmam, sed mundam
à cõcupiscentia, & cõditionibus car-
nis. Caro miraculosa, caro sed nõ li-
cut caro: caro natura, sed argentum
purissimum conditione. Est igitur
homo

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN. 208

homo supra hominem: ecce homo,
si ad naturam respicias: homo est,
sed Deus est: sciētia eius quasi homi-
nis, sed super hominē voluntas eius:
similiter vita eius exteri⁹ humana,
sed diuina: quasi hominis loquela e-
i⁹, operatio eius quasi humana, sed
potens & diuina. Prosequitur Da-
uid suum epithalamium: & inclina
aurem tuam: per obedientiam sci-
licet. Parum nanq; prodest auditus,
& visus bonus, sine opere: non enim
auditores legis, sed factores iustifica-
buntur: vnde Habacuch, super custo-
diã meã stabo, &c. Dupliciter potest
intelligi hæc inclinatio auris, vno
modo referendo ad intellectũ, & sic
est, captiuare intellectum in obse-
quium fidei: quę renūciatio sensus
proprij, & subiectio intellectus, ma-
gnum est coram Deo sacrificium, &
maximè meritōrium. Nõ multum
est renunciare quę possides, renū-
ciare etiam sensualitatem carnis, sed
mentem Deo subijcere, quę est cul-
men in homine, illud magnum est:
quę renūciatio fit per fidē. Similis
est renūciatio proprię voluntatis,
quę fit per obedientiã caritatis: per
quam velle nostrum omnino Deo
subijcimus, vim facientes volūtati,
vt obediamus præceptis Dei. Prime
obedientię debetur visio, & secun-
dę fruitio. Sed quia non sufficit hæc
renūciatio, additur alia quę est re-
nūciatio mundi pomparum, hono-
rum, & vanitatum: Hęc designatur,
cũ dicitur. Obluiscere populum
tuum filia Babylonis. Nõ potest de-
sponderi cęlesti sponso, nili egredia-
tur de Babylone, & à seculari sua
conuersatione. Quę enim coniunctio
lucis ad tenebras? quis cõsensu tem-
plo Dei cum idolis auaritię. Abraę
præceptũ est, egredere de terra tua,

& de cognatione. Iacobus. Adulteri,
an nescitis quia amicitia huius mun-
di inimica est Deo? Vnde apostolis
dicebat Christus, ego vos elegi de
mundo, sed vos non estis de mudo.
Apostolus. Nostra cõuersatio in cę-
lis est. Oportet etiam renunciare do-
mum patris nostri, id est carni quam
de patre terreno habemus, quę est
animę domus: id est delicijs, volu-
ptatibus, gaudijs, concupiscentijs, &
cæteris vitijs carnis: purissimę debet
esse animę, quę purissimo spõso co-
pulantur. Apostolus, despondiemini
vos vni viro, &c. Vnde dicebat. Vos
non estis in carne. Hęc sunt sponsę
conditiones, scilicet fides, cõtempla-
tio, obedientia, mundi renunciatio,
& carnis mortificatio: quas si habet,
tunc concupiscet (inquit) rex deco-
rem tuum. Non ait, amabit sed con-
cupiscet. Magnus decor animę, quã
rex cęlestis vsque ad eò amat, vt con-
cupiscat illam. O anima si videres te
ipsam: o si agnosceres tuã excellen-
tiam & pulchritudinem: non ita te
deijceres ad amorem vilium terre-
norum. Quãm pudendum est, gene-
rosam creaturam luto voluptatum
foedari: & spõsam cęlestis regis vi-
lissimo Ethiopi copulari? Decorem
tuum; id est qui in te est, non qui à
te est. Non enim concupiscit deco-
rem, nisi quẽ ipse præstat. Sicut ait
psal. Domine in voluntate tua præ-
stitisti decori meo virtutem. Est au-
tem pulchritudo, debita proportio
membrorum cum suauitate coloris.
Vnde duo requiruntur ad pulchri-
tudinem, scilicet & congruetia mē-
bra & bonus color. Ambo hæc ha-
buit Adam in sua creatione, creatus
ad imaginem & similitudinem dei.
Imago in potentijs, similitudo in bo-
nis: primum est debita proportio.
poten-

ephe. 1.d
ps. 49.
Ro. 14.a
Phil. 3.c
Gn. 19.f

Sap. 3.b
ps. 149.
2. cor. 10
b

Ioã. 19a
rom. 2.b
Hab. 2.a
2. cor. 10
b
2. cor. 6.c
Gn. 22a

Iacob 4.
Ioã. 15.c
Phi. 3.d
2. cor. 11.a
Ro. 8.b
ps. 29.
Gn. 1.a

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

Thre.4
b
potentiarum, secundum ornatus gratiarum & virtutum. Sed heu deturpata est facies eius super carbones, & similitudo Dei in similitudinem peccatoris mutata est, manente primo, scilicet imagine & proportione: facies eius scedata, leprosa, vlcerosa, abominabilis. O quanta sudasti domine, vt eam decorares, & ad pristinum decorem reduceres! Ad curandas maculas balsamum pretiosissimum tui sanguinis dedisti: non enim aliter curari poterat. Vnde dominus, si laueris te nitro pœnitentiæ, & multiplicaueris tibi herbam borith, saponis mollitiem, id est orationis & lachrymarum abundantiam, tamen maculata es tu coram me. Id est, sine meo sanguine, non tibi sufficiunt ad munditiam. Dedit ergo balsamum sui sanguinis, ad vngenda vlcera pessima peccatorum. Mundauit eam aqua lauacro de suo latere in baptismo, vt exhiberet sibi eam sine macula, & sine ruga. Vnxit oleo lætitiæ suæ, & perfudit eam spiritu suo, vt genas eius purpuraret. Ornauit de cælo, donis & monilibus gratiarum, sicut nuptam quæ ducitur ad thalamum. O qualis ornatus ex illo ditissimo Dei thesauro! Audi oratum in Ezechiele pulcherrimum, & facta es mihi, & laui te aqua, & vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus. Vnde admirans pulchritudinem eius, ait. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Pulchra in naturalibus, pulchra in gratuitis, pulchra facies, pulcher ornatus. Sed licet pulchra facies, pulchrior est ornatus. Vnde ait. Quam pulchri sunt gressus tui filia principis, scilicet in calceamentis. Pedes animæ potètiæ, gressus actus earum, quibus deo appropinquamus, affectus desideria,

calceamenta dona spiritus sancti, quæ singulas potètiæ ornant, sapientia intellectum, pietas voluntatem, fortitudo irascibilem, &c. Pulchri sunt gressus animæ, id est actus, cogitationes, affectus, sed propter calceos gratiarum, non de se. Sequitur, omnis decor filia regis ab intus, in ps.44
fimbrijs aureis: in inflammatis desiderijs, & purissimis cogitationibus, non in auro & purpura, & gemmis: non in exterioribus ornamentis, sed in virtutibus. Quam bene hoc expressit Petrus apostolus dicens. Quarum non sit extrinsecus capillatura &c. in incorruptibilitate, quieti & modesti spiritus. Hæc est animæ pulchritudo, integritas à peccato mortali, modestia. August. summa perfectio, nulla cupiditas, quies id est pax quæ nascitur ex integritate, & modestia. Hunc animæ decorem sponsus concupiscit, quoniam eam non sustinet diu priuari sua præsentia, sed eam iuuat, in hoc exilio et sibi eam copulat in æterno thalamo, multo intimius, quam ipsa sibi: sicut ignis in ferro, sicut sol in nube ita vt iam non sint duo, sed vnus spiritus. Quæ suauitas quod gaudium referet ex illa coniunctione ineffabili, nec oculus vidit, neque auris audiuit. Vnde sequitur. Adducentur, scilicet ab angelis, in lætitia & exultatione. Si in desponsatione fit gaudium super vno peccatore, quid in connubio perpetuo?

DEO GRATIAS.

¶ Finis primi tomi.

SACRARVM CON
CIONVM ILLVSTRIS. ET REVEREN

dis. D. D. Thomæ à Villanoua ex ordine Eremitarū diui August. Archiepiscopi Valentini, & in sacra Theologia Magistri, quæ nunc primum in lucē eduntur.

ALTER TOMVS, QVO DIVORVM CELEBRitates continentur.

¶ DE NATIVITATE VIRGINIS MARIAE
Concio prima.

¶ THEMA.

Liber Generationis Iesu Christi. Matthæi. 1.



VINQVE libro- rum differentias legimus in sacra scriptura, scilicet librū vitæ, librū nature, librū scripturæ, librū exēpli & Ideæ,

librū conscientia: quos qui habuerit in sua bibliotheca, & frequenter eos legerit, beatus proculdubio erit. Primus liber est liber vitæ, qui secundū August. est præscientia siue prædestinatio electorū, qua eliguntur ad vitā, quorū nomina scripta sunt indelebiter in Dei notitia. Secundum illud apostoli. Nouit dñs qui sunt eius. Vnde de Casiodorus ait, liber vitæ est notitia eorum, qui eliguntur ad vitam. Et hæc conscriptio, hæc electio dicitur liber vitæ. Liber quia sunt in Dei memoria. vitæ quia solū est eorū, qui ordinantur ad vitā: et sic accipiendo, soli electi sunt scripti, in hoc libro. Et sic accipit apostolus, cum de quibusdā sanctis ait, quorū nomina scripta sunt in lib. vitæ. Alio modo accipitur generalius, et sic liber

Dei, siue liber vitæ, est diuina sapientia, siue verbū Dei, in quo sunt eminenter rationes Ideales, siue Ideæ omnium creaturarū: & in quo, sicut in speculo mūdo relucet omnium creaturarū forme. Et sic dicitur liber vitæ: liber, quia in eo omnia videtur: vitæ, quia omnia viuunt in ipso, etiā quæ secundū se nō habent vitam, vt lapis argentum, & aurū. Secundū illud, quod factū est in ipso vita erat. Et ideo licet lapis non viuat in se, tamen idea lapidis in verbo non solūm viuat, sed & vita est in Deo: atq; sicut res in verbo perfectiores sunt quā in seipsis, sic & perfectiores viuunt in verbo, quā in seipsis. Propter quod August. super Gene. ad litterā, cognitionē angelorū in verbo vocat matutinam, & cognitionē angelorum in proprio genere vocat vespertinā: quia prima notitia multo clarior, & perfectior & lucidior est quā secunda. Et sic accipitur liber vitæ in psalmo. In libro tuo omnes scribentur, non solūm boni, sed et mali. Et in Apocalypsi quādo dicitur, quod aperietur liber qui dicitur

De est vi

est vitę et iudicabuntur mortui, et nō solum boni, sed et mali, secundum ea quę in illo scripta sunt. In hoc libro soli angeli et beati legunt, quisque pro suo ingenio et facultate, vnde superiores illuminant inferiores. Felix schola tot et tantorum scholarium, sub vno magistro, et in vno libro. O quam innumeri, et quam subtiles et potentes intellectus, & omnes legunt ab initio in hoc libro, et legent in æternum, et nunquam finietur liber, semper inuenient quod discant in illo. In hoc libro leguntur secreta consilia diuinę sapientię, et profunda et altissima Dei iudicia. Legitur abyssus illa profunda diuinę prouidentię, et mirabilis ars, qua Deus mundum gubernat, et subtilissimę rationes omnium quę geruntur in mundo, quę nobis sunt impenetrabiles et inscrutabiles. Secundum illud Apostoli. O altitudo diuitiarum sapientię et Dei scientię, etc. Et dominus ad Iob. Nunquid nosti ordinem cęli? vt ponas rationem eius in terra? Id est nosti modum et artem diuinę prouidentię, vt possis ex ea dare rationem eorum, quę sunt in terra? In hoc quoque leguntur nomina predestinatorum, et imperscrutabilis illa abyssus diuinę predestinationis. Felices illi qui in hoc libro scribi non dico meruerunt, sed acceperunt: non enim ex meritis est illa predestinationis conscriptio, sed ex pura gratia, et dono Dei, quę prima et maxima est omnium gratiarum: non enim quia Deus prouidit sanctitatem et meritum, ideo elegit, vt ipsa prouisio meritorum ratio sit predestinationis et electionis, sed è contrario quia Deus predestinavit et elegit, ideo sancti erunt et boni. Te-

ste Apostolo ad Ephesi qui elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti et immaculati coram eo. Augustinus, nō quia futuri eramus sancti, ideo elegit, sed quia elegit vt essemus sancti. Electio causa est sanctitatis, non sanctitas electionis. Non in nobis, sed in Deo, non in merito, sed in gratia, primum fundamentum et origo est nostrę salutis. Quia quos predestinavit hos vocauit, hos iustificauit, hos magnificauit. Bernardus catena ista indissolubilis est, nō valet eam infringere totus mundus, neque totus infernus, quia qui ab æterno scriptus est in libro vitę, proculdubio non delebitur in æternū. Et quamuis psalm. dicat, deleantur de libro viventium, deletio ista intelligenda est secundum presentem. Dei iustitiā aut priuatiuē, sicut Deus dicitur odisse quos non amat, excęcare quos non illuminat, indurare quos non emollit, sic quoque dicitur radere quos non scripsit. Vnde quod sequitur expositio est, scilicet et cum iustis non scribatur, id est, deleantur priuatiuē non, posituē, id est non scribantur. Hęc predestinatio rarissimē reuelatur, nescit homo an odio vel amore dignus sit, sed apostolis fuit aperta. In hoc lib. sicut dixim⁹ null⁹ mortaliū leget, aut rarissimus, sed soli angeli. Legit ad modicum in eo Paulus in raptu, et descendit expauescens. Audiui (inquit) arcana verba &c. Nō sufficit intellectus, nec lingua ad explicandū ea. Legebat et in eo ad modicum in coenaculo discipulus dilectus dñi, et ex illa lectione in illud mirabile principium erupit. In principio erat verbū, &c. Liber iste primę classis discipulorum est, sed diuina prouidentia paruulis suis prouidit de alio libro,

bro, rudimenta continenti & elementa prima, in quo legeret mundo, scilicet isto sensibili, qui dicitur liber nature, in quo discerent literas vt cunque coniungere et efferre, et ratiocinando, et syllogizando. vt paruuli ex istorum sensibilibus cognitione ad sapientiam intelligibilium peruenirēt. Sicut apostolus ait. Inuisibilia Dei, etc. non sic à creatura cęli, quę legit in libro vitę. Vnde Bernardus optimē comparat mundum istum visibilem libro communi catenę appenso, qui solet esse in claustris ecclesiarū, ad hoc, vt oēs qui voluerint legant in eo: sic iste mundus omnibus gētibus, et nationibus, et populis obiectus est ad legendum, vt legant in eo sapientiam, potētiam, bonitatem, magnitudinem, pulchritudinem, eternitatē, perfectionem artificis, et vt dominum agnoscant, et adorent, et hoc quādiu durauerit hęc schola paruulorum, de qua Paulus. Cum eram paruulus, sapiebam vt paruulus. Nam veniet tempus, quando cęlum plicabitur sicut liber, et nullus iam in eo leget. Non quod plicandi sunt cęli sicut liber, sed quia tunc nullus leget in eo, ideo plicari dicitur: nam damnatis non dabitur locus, beati verò assumuntur ad librum maiorem, scilicet vitę & erunt omnes docibiles Dei. Vnde Augustinus. Non erunt tunc volubiles cogitationes nostrę, & quasi ex vno in aliud redeunt, sed vni co intuitu omnia videbimus, non iā Deum in creaturis, sed omnes creaturas in verbo. Interim felix, qui istū libellum elementarium legere nouit: non despiciamus eum quia pulcher est, & magnus, sapientia lucet in eo: O quā mirus & quā pulcher:

quos characteres habet tā pulchros: solem, lunam, stellas, cęlum, terrā, maria, & differentias animalium, & auium, & arborum, & florum. Sed nos quasi paruuli, attoniti admiramur pulchritudinem characterum, et nescimus legere neque intelligere: sicut paruuli et sicut rustici, videntes descriptiones pulchras in ecclesia. O si intelligeremus, o si legeremus, o si creaturas penetrarem, sicut iusti & sancti: quem gustum, quam sapientiam intra corticem inueniremus: quā magna Theologia et Philosophia latet in his rebus, si eas intelligeremus? Vnde de psalm. cęli enarrant, etc. Vnde sicut ait Bernardus et Chrysostomus. Mundus iste non solum in vsum et in ministerium, sed et in doctrinam et in magisterium datus est: nos autem vsum querimus, de magisterio non curamus. Quęso quid nobis seruiunt serpentes, dracones, aspides, crocodili, elephantes, leones, vrsi, lupi, vulpes, ciconę, grues, vespe, culices, formicę, pulices, et similia, quę tamen omnia propter hominem facta sunt? Non seruiunt ad vsum, sed proficiunt ad magisterium. Vnde dominus, estote prudentes, sicut serpentes. Et alibi, respicite volatilia cęli. Et Salomon, piger vade ad formicam. Et Iob interrogauit iumenta, et docebunt te. Non est minor fructus in illis, quā in alijs quę seruiunt ad vsum, si ea intelligeremus. Quid nāq; formica vilis? sed si attēdas agmen formicarum, et videas illam rempublicam ordinatissimā formicarum et apum, quā diligenter colligant, quo zelo in communi, quomodo se iuuant: magna philosophia reipublicę & religio-

gionum in illis. Quid culice vilius, qui nos inquietat? sed si consideres illam mirabilem structuram, iuncturamq; pedum, totamq; corpusculi compositionem, proboscidemq; illam ceu elephantis hiantem et perforatam, & qui vix videtur habet oculos, et nouit ambulare, volare, & custodire se: & qua auiditate deglutit sanguinem humanum, & quot in illo operationes & sensus quos cælum non habet, & prudentiam, & totum super debile fundamentum: si posueris digitum totus euanescit, quis non mirabitur sapientiam & potentiam artificis, qui super tam debili fundamento talem fabricam composuit? Magna itaque sapientia, & philosophia in his rebus latet, sed nescimus eam, neque intelligimus, quia non rerum visibilium significationes, et voces, vt rationales, sed solum vsum vt iumenta quarimus & attendimus. Vnde miror, cur cum tot libros philosophiæ Aristoteles, Plato, Theophrastus, Plinius, Dioscorides, Aui cenna, Galenus de rerum proprietatibus, & virtutibus herbarum, lapidum, & plantarum, de hac philosophia tam modicum scriptum est. Vix inuenimus, qui hoc munus obierit in scribendo, vt doceret nos legere hunc libellum. In Iob vltimis capitulis ad Iob de hac mystica philosophia Deus mirabiliter loquitur de rhinocerote, de equo, de gallo, de accipitre, de aquila, de bethemoth, quasi nobis aperiens modum ad philosophandum de rebus: sed hoc longum esset modò prosequi, opus hoc non sermonum, sed longioris voluminis est, ideo transeo. Audiamus nunc de his libris

Iob. 39.
b.c.d

Psalmistam mirabiliter personam. Cæli enarrant gloriam Dei, &c. Dies diei eructat verbum, id est, Deus angelo. Ecce primum librum, & primam scholam. Et nox, id est, creatura sensibilis, nocti, id est, homini mortali, indicat scientiam, ecce secundum librum, & secundam scholam. De hac prosequitur, non sunt loquelæ, etc. Omnibus loquitur, omnibus proponuntur gentibus et nationibus, ita vt sint inexcusabiles. In sole posuit tabernaculum suum, id est, imaginem suam est enim sol quasi Dei simulachrum quoddam depictum: nã quod est sol corporibus, est Deus ipsi soli et rebus omnibus vnus est, omnia viuificat, omnia generat, omnia sustentat, oia penetrat lux eius et virtus. A summo cælo vsque ad infimum, accedente sole, omnia generantur, recedente omnia corrumpuntur: neq; est qui se abscondat à calore eius: huiusmodi est Deus. Sed & incarnationis mysterium in eius cursu depictum est, ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo exultauit: à summo cælo egressio eius, &c. Quid similis verbo incarnato egresso de virgine? exiui à patre et veni in mundum: iterum relinquo mundum, et vado ad patrem. Fecit circulum suum, et compleuit triginta tribus annis, operando salutem in medio terræ. De quo psalm. benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Quam bene, quam luculenter loquutus est. Psal. De hac schola. Vide nunc tertium librum, et tertiam scholam. Lex domini immaculata, conuertens animas, etc. Hic est liber scripturæ: nõ enim sufficiebat homini ad vitam notitia naturalis, opus erat sapientiæ reuelata.

Nam

Nam sicut Apostolus ait, quod notum est Dei, manifestum est in illis, scilicet creaturis, sapientia, magnitudo, bonitas, eternitas, sed non sic trinitas, non sic incarnatio, non redemptio, non misericordia, non iustitia, non bonorum remuneratio, non malorum punitio, non iudicium, non denique via virtutum, fides, spes, charitas, patientia, &c, quæ necessarium est nosse viatori. Deus ergo ex pietate, videns quia non sufficeret ille libellus addidit reuelationem, vt esset magister qui fuerat creator, et voluit scribi ad mundi eruditionem, dilatans et explicans scientiam illam naturalem per legem scriptam. Vnde Iacobus. Suscipite in mansuetudine inlitum verbum: nam quod creando inseruerat naturæ, hoc docendo magis explicitè tradidit: quod per creaturas ingerit, hoc ipsum loquitur per scripturas. O quantum debitum, ò quam mira sapientia, ò in quantà veneratione habenda, non expectore Socratis, vel Platonis, sed ex illo fonte perenni, ex illaque abyssos diuinæ sapientiæ prodijt. Vnde qualis sit hæc sapientia attende. Lex domini immaculata, conuertens animas, testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis: præceptum domini lucidum illuminans oculos, &c. Nolo immorari singula explicando: sequitur, desiderabilia super aurum, et dulciora super mel et fauam. Alibi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: lætabor ego super eloquia tua, ignitum eloquium tuum vehementer, et seruus tuus dilexit illud. Mundanus animalis, non nouit quæ sunt spiritus Dei, ideo non gustat,

rom. i. b
ibide.
rom. i. c
psal. 18.
psal. 18.
psal. 118
1. Cor.
ad

et querit libros philosophorum, verba autem libri huius omni odio habet, quod est signum reprobationis in euangelio. Si ex Deo essetis, agnosceretis loquelam meam, quia ego ex Deo exiui: vos ex patre diabolo estis, non potestis audire sermonem meum. De hoc libro figura in ezechiele est et Apocalyp. de libro scripto intus et foris, dulci in ore et in vtero amaro, in quo scriptæ lamentationes, carmen et v. Clausus erat liber, et apertus est: beatus quætu crudieris. Dominus dedit illis sensum, vt intelligerent scripturas: deuora, et prædica. Quia qui non optime calle scripturas, non debet assumere officium prædicandi: liber iste sacra scriptura, scriptus intus propter mysticos sensus, foris propter literales: in literali sensu alij latent, quæ non est in alijs libris: in ore dulcissimus, propter agnitionem Dei bonitatis, et misericordie: est nanque sapientia iuxta nomen eius sapidissima: et in vtero amarus, quia qui addit scientiam addit laborem. Lætatur videns Dei clementiam, sed amaritudo grandis, videndo in gratitudinem contemptorum, mendacium, vilipendium filiorum hominum. Non est qui gratificet, amet, gratias agat pro tantis donis, et recognoscat, suscipimus dona Dei, oblatrantes et blasphemantes dantem dominum: in isto libro scriptæ sunt lamentationes, poenitentia: carmen, gaudium beatorum: v. damnatio malorum: luctus, cæsus, et plæctus. Tota ferè sacra scriptura ad huc finem tedit, et hoc prætedit mouere peccatores et ad poenitentiam, et ad hoc proponit hominibus gaudia cæli, et tormenta inferni. Hoc etiã nos in omnibus cõcionibus

Ioã. 8. f
Ezech. 2. d
Apo. 10
psal. 93.
Luc. 24.

Ecc. 1. d

nibus facere debemus, hæc utilissi-
ma scientia, excitare peccatores,
clamare, ostendere breuitatem vite,
et finem eius, vt homines respiciant
ab hac cupiditate seculi, et phrene-
si qua retinentur, et videant, et pro-
uideant futura. Vtinam saperent, et
intelligerent, et nouissima provide-
rent. Sed o magna Dei clementia, o
mira Dei providentia: agnouit do-
minus rusticitatem et hebetudinem
nostram, et ruditatem, et quod non
possumus neque eius dicta intelli-
gere, et sapientiam reuelatam capere
quia paruuli sumus: vnde motus
pietate, quæcunque docuerat in li-
bro naturæ, et in libro scripturæ
theoricè, practicè nobis descripsit
in alio libro exemplari, et ostensiuo
et Ideali: more eorum, qui cum ex-
primunt aliquam formam domus, vt
intelligatur, describunt et formant
eam in pergamena charta: et sic
Geometræ circino depingunt in char-
ta quod docent, vt videatur ocu-
lis quod aures non capiunt. Hic li-
ber est verbum incarnatum, in quo
nobis depicta est omnis vita spiritua-
lis et Christiana, quæ in euangelio
et alijs libris traditur, vt in eo lega-
mus caritatem, poenitentiam, hu-
militatem, mansuetudinem, casti-
tatem, contemptum mundi, et cæ-
teras virtutes. Hic est liber iusto-
rum, hoc respiciunt, hoc Enchiri-
dion semper in manibus et præ ocu-
lis habent. De quo Iob: *Quis mihi*
hi tribuat auditorem, et librum scri-
bat ipse qui iudicat id est, in seipso
iudex scientiam vitæ quam iubet
scribat, per singulos gradus meos
pronunciabo illum: siue comedens,
siue ambulans, siue negotians, sem-
per præ oculis habebō exemplar

Deute.
32. d

Iob. 31.
d

istud, et quali Principi offeram eū.
Erit mihi liber ad legendum, et
sacrificium ad offerendum. Scriba
huius libri Deus, calamus spiritus
sanctus, vterus virginalis pergame-
na charta, atramentum sanguis pu-
rissimus eius. In eius vtero scriptus,
compaginatus, compositus est hic
liber: ex illis sanguinibus forma-
tus est ille sacratissimus character
verbi diuini. De hoc psalm. *Eructa-*
uit cor meum verbum bonum, sed
angelus: et placuit scribere illud pro
mortalibus, et in vno eodemque li-
bro Angelus et homo legeret. Sic
solemus nos conceptus nostros inui-
sibiles ad memoriam, et ad erudi-
tionem aliorum, literis formare, et in
literis effigiaré, et quasi in vasculis
reponere seruandos. Sed quomodo
scriptus sit, attende. Lingua mea ca-
lamus scribæ facta est velociter scri-
bentis. Quæ est ista lingua? atten-
de. Non estis vos qui loquimini, sed
spiritus sanctus qui loquitur in vo-
bis. Et in simbolo. Et in spiritum
sanctum dominum, qui locutus est
per prophetas. Hæc lingua factus est
calamus, effigians & formans in
vtero virginis. Spiritus sanctus su-
perueniet in te. Velociter scriben-
tis, & quam velociter scribentis,
& quam velociter? in vno instan-
ti formatum est corpus, & orga-
nizatum, animatum, plenum gratia
& sapientia, et gloria, sicut mo-
do in celo nescit tarda molimina
spiritus sancti gratia. O præclaram
scripturam, o pulcherrimum cha-
racterem, in quo tale latet verbum
æternum. O scriptum egregium,
quomodo omnibus mortalibus pro-
ponitur ad legendum, in quo sunt oēs
thesauri sapientiæ & sciëntiæ Dei ab-
scoditi.

ps. 44.

Ibidē.
Matth.
10. c

Lucas

col. 2. a.

psal. 44. scoditi. Hæc scriptura tam pulchra,
quæ & qualis sit sequitur. Speciosus
forma, diffusa est gratia, &c. Hæc
(inquam) scriptura tam pulchra, in
quo libro, in qua papyro scripta est?
vtique in pergameno virgineo pu-
rissimo, sine nota & nœuo peccati.
Vnde bene et aptè in themate dici
potest, liber generationis Iesu Chri-
sti. Optima comparatio. duas opti-
mas comparationes legis de virgine
in scriptura, vnam qua comparatur
velleri, psalm. *descendet sicut pluuia*
in vellus: quam exponit Hierony.
Quoniam vellus de carne ortum nō
habet vitia carnis. Et sic virgo, licet
carnea sit, sic tamen carnea quasi ar-
gentea, sine omni macula & concupi-
scientia. In hoc vellere silenter se in-
fudit ros ille Dei, id est, verbū æter-
num, dum medium silentium teneret
omnia. Eam totam perfudit spiritus
sanctus, purpura excellenti tinxit, vt
ex illa fieret purpura regis caro illa
Christi sacratissima. Bona cōparatio
sed nō inferior ista, qua comparatur
pergamena charta purissimæ: in qua
& de qua scriptum est verbum æter-
num. Vnde de illa exponi potest figu-
ra illa de tiara Pontificis, quæ super
omnia ornamenta ponebatur in frō-
te Pontificis ex auro purissimo, in-
qua sculptum erat, sanctum domini.
Hæc virgo tota aurea, tota diuina,
super omnia vestimenta, super duo-
decim lapides, super tunicam tala-
rem, & rationale, & humerale in frō-
te Pontificis, super omnes apostolos,
martyres, doctores, patriarchas, pro-
phetas, per vestes illas designatos,
locatur: sicut ipsa ait. Ego in omni
gente, & in omni populo primatum
tenui. In qua opere cellario spiritus
sancti, sanctum illud domini scul-
ptum est, de quo Angelus. Quod in

psal. 71.
Hierō.
in ser-
mone cō-
assum-
pti. vir-
ginis, si
modo
Hierō.
ē illud
opus.
Sap. 18.
c

exo. 28.
f.
et infra

eccli.
24. a

mat. 1. c

ea natū est, de spiritu sancto est. Ac
propterea meritō omnibus sanctis
præponitur. O mirabilis scæmina,
in cuius vtero formatum est verbū,
quod sine tempore æternaliter in si-
nu patris tenebatur occultum, huius
virginis diem natalem colimus, o
cum quanto gaudio & reuerentia
tantæ reginæ natalitium diem cele-
brare debemus, per quam omnes re-
nati sumus ad æternam felicitatem.
De hoc libro satis: restat nunc quin-
tus liber, scilicet conscientiæ, de quo
in Apocalypsi dicitur. *Aperientur*
libri, & aperietur liber qui est vi-æ,
& iudicabuntur mortui. Hic liber
rationum est, idè ex libro Domini
& illo iudicabuntur in hoc libro
omnia quæ gessimus, & cogitauim-
us: quæ locuti sumus, omnes cogi-
tationes, & desideria, & verba,
& opera scripta apparebunt. Sunt
modo quasi obliterata, attamen
tunc apparebunt: sicut in papyro
scripta quibusdam succis malorum
medicorum non apparent caracte-
res literarum, sed ad ignem positi
tota apparet scriptura: sic in illo
igne omnia monstrabuntur abscon-
data tenebrarum, & manifestabun-
tur consilia cordium, quæ modò obli-
terata sunt. Vnde Bernardus loquēs
de conscientia, ait. Membrana sub-
tilis est, & atramento imbibita ra-
di non potest quicquid in ea scri-
ptum est, etsi non apareat mo-
dò scriptura illa. O cum quanta
circumspectione debemus vide-
re quid cogitamus, quid volumus
quid concupiscimus, quid scribi-
mus, scientes quia non prætereunt
non obliterantur. Danielis, iudicium
sedit, et libri aperti sunt: væ il-
lis, qui cum turpibus illis formis &
simulachris & lituris apparebunt
coram

apo. 20.
d

1. cor. 4.
a

Dan. 7.
c

coram tanta multitudine: ò quomodo confundentur. Curemus itaque bonam habere scripturam conscientia, vt cum apparuerit liber vitæ, ex hac schola puerorum transferri mereamur ad scholam angelorum, & cum illis legere Dei sapientiã in gloria. Ad quã nos perducatur Iesus Christus. Amen.

DEO GRATIAS.

CONCIO ALTERA ad Moniales virgines.

In natiuitate virginis Mariæ. De qua natus est Iesus. Matthæ. 1.



SOLENT regij historici in suis Chronicis ante omnia Principis describere genus, progenitorum antiquitatẽ, nobilitatem, potentiam: et non abs re, videtur enim communiter sensui non nihil facere ad Principis gloriã, antiqua parentum nobilitas: quasi iam nihil fœdum aut turpe sperandum sit ab eo, cui ab antiquo tam natiua, et tam ingenua nobilitas est.

Hoc nũc facit Euangelista Matthæ. Scripturus nanq; regis regum, Iesu Christi historiam, mores, actus, & opera, à progenitorum illius nobilitate & antiquitate sumpsit exordium, dicens. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahæ, &c. Vt videlicet ex hoc appareat, quàm nobilis secundum carnẽ extiterit, qui secundum diuinitatẽ suã

genus ducit ex Deo. Neque mirandum hoc in Euangelista, cum per omnes canonicas historias tam sedulo id agatur. Fuit enim hoc maxime curã spiritui sancto in scripturis sacris, ab initio seculi futuri Messia genus describere, lineamq; generationis eius vsque ad ipsum non interruptã protrahere, omnibus alijs lineis intactis penitus, aut relictis. Itaq; in Genesis libro ab Adã vsque ad Noe, & rursus à Noe, vsque ad Abrahã, Isaac, et Iacob lineam protrahit: in libro Exodi, et alijs quatuor legalibus, in Iosue, iudicum, et Ruth vsq; ad Dauid: in libris Regũ et paralipomenon à Dauid vsque ad transmigratiõẽ Babylonis generationem ducit, quam ad modicũ profecutus est Esdras scriba: à transmigratiõis autem loco vsque ad Christum per quater centum circiter annos Christi genealogia in libro alio Canonico non reperitur, præterquã in Matthæo, qui spiritu sancto afflatus eam ex Hebræorum annalibus verissimè collegit. Vnde obsecro tanta sollicitudo, aut quænam tanta cura sacris scriptoribus vtriusque testamenti, de Christi genere memorando enarrandoq; Nunquid Christus parentum gloria illustratur? aut putandum est, humano sensu scriptores istos à nobilitate generis, et antiquitate, Christũ illustrare voluisse? Sed cõtradicit ipsemet in euangelio, cum ait. Ego ab homine claritatem non accipio: non accipio (inquã) sed præsto. Clarifica me pater apud te metipsum, nam apud homines non curo: claritate quam habui prius quã mundus fieret, nã mundialis claritas me nõ tangit. A te (inquã) solo clarificari me confiteor, in hominibus autẽ, aut de hominibus non glorior. Non enim

enim mihi ex hoc gloria quòd filius sum Dauid, sed è conuerso ipsi Dauid gloria, quòd ex ipso sum ego. Si de genere gloriari libeat, filius Dei sum: meritò possum gloriari, filius Dei sum. Nũquid in hominibus gloriabor? Ego, inquit, sum radix, et genus Dauid. A me, non ab ipso genus denominatur, illustratur, nobilitaturq;: non enim in hac genealogia sicut in cæteris, à parentibus gloria descendit, sed ascendit: progenitores illustrantur à filio, non econtra. Vniuersa generis nobilitas, & gloria hæc est, quòd ex illo Christus originem ducit, & filius Dei carnem assumpsit. Quãtũ in hoc gloriatus est Abrahã, qui omnium laborũ suorũ, & asperimæ peregrinationis, & exilij sui, hanc vnicam repromissionẽ in præmium primus grater accepit, abũdantem existimans sibi à Deo laborum suorum retributionem, quòd ex ipso Christus nasceretur, & in semine suo omnes gentes benedictionem acciperent. Quid dicam de ipso Dauid? quàm gloriabundus in psalmo personat, dicens. Iurauit dominus Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, plus in genere isto, quàm in regni diademate glorians. Atque vt firmũ sit promissum, Deũ obtestans & deprecans, ait. Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. Ac si diceret, nõ obsecro pijsime Deus, non euacuent peccata Dauid promissionem tuam, quam pollicitus es illi: sed sicut illi iurasti, ita adimpleas in veritate tua. Hoc est quod dominus commonere veluit legis peritos, quando eos de genere Christi requirens, ait. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Et ille. Quo-

modo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens. Dixit dominus domino meo, si filius eius est? Ac si diceret. O cæci, agnoscite quia & filius, tamen dominus est, & nõ Christo gloria in Dauid, sed è conuerso Dauid gloria in Christo est. Ab ultimo igitur non à primo, in hac genealogia nobilitas ducitur. Non ergo hac ratione genealogia cõnectitur, vt ex progenitoribus Christus illustretur. Nam et apud seculares, si quis rex à communibus parentibus in regnum conscendit, non rex de genere, sed totũ genus de rege gloriatur: ita omnino in hac Christi genealogia existimandum esse censuerim. Est etiam aliud, propter quod non vulgari sensu generis ista descriptio æstimanda est, quod in omnibus de quibus gentes gloriatur, nihil inanius, nihil futilius, quàm genus. Quæ nam obsecro in parentibus gloria, aut in quo generis ista gloriatio fundamentum solidũ habere poterit? Quod si fundamento caret, inanis vtique est. Quæramus ergo ista radicibus, et æquo animo ferte, me alius hæc repetentem. Si enim in hominibus esset sicut in alijs naturis, verbi gratia, in plantis, in animalibus, in arbutis, in quibus eiusdem generis grandis varietas, & nimia multiplicitas est, vt in pomis, in pyris, in persicis: nam etsi omnia poma sunt, est tamen vnum pomorum genus alio præstantius, odore, decore, sapore, naturaliq; valore. Similiter in animalibus, vt in equis, leonibus, & canibus, grandis est à natura varietas: quosdã enim equos militares, alios cursores, alios cenerarios, natura produxit. Et canũ tantã nota est omnibus varietas, vt probatione non indigeat. Poterit igitur equus ad sui generis equum cõparari, Dd 5 leo

leo ad leonem, canis ad canem, merito gloriari, illi quæ præferri: quoniam habet à natura unde gloriatur & præstet: sed homo ad hominem comparatus ex stirpe quomodo gloriabitur? aut quænam est ista generis tam inanis ambitio? Est non humana natura una et simplex, in omnibus æqualis, nullam habens in se generis neque perfectionis varietatem. Neque enim distantes nos natura produxit, sed ingenium, doctrina, mores, dignitas, gradus diuersos in eodem hominum genere facit: vanitas autem fecit in simplicissima hominum natura generum varietatem. Dic mihi obsecro, quid habent isti præ alijs? aut in quo isti præstant alijs? Non ægrotant? non famescunt? non sitiunt? non frigent? non occumbunt sicut alijs? non patiuntur quæ alijs? non deficiunt, et lassant sicut alijs? nūquid sunt hi alterius modi aut sortis, quàm alijs homines? At robustiores, grãdiores, pulchriores, saniores, acutiores sunt, inquis: neque hoc ita est. Videmus enim in his vulgares homines sapius nobiles anteire. Neque si ita esset, adhuc generis esset ista diuersitas, sed conditionis: accidentia enim sunt hæc, non proprietates. Nunquid non ex ijsdem parentibus videmus filios prodire, corpore, & specie dissimiles: viribus & ingenio distantes: & tamè non potest esse generis diuersitas: vbi ijsdem parentes sunt. Quid: si in corporibus humanis esset tanta varietas, quanta est in canibus, adhuc homini non esset inde gloriandum, cum eius potissima portio animus sit, animorum autem omnium vnus est plasmator Deus. Vnde igitur intumescis homo? unde gloriaris? Iccirco enim (vt existimo) Deus hominum naturam vnã, imò vniformissimam fecit: neque in ho-

minibus, vt in angelis, varias species multiplicauit, vt non haberet homo unde à natura super hominẽ superbiret, prænoscens hominum arrogantiam & superbiam. Bone Deus, quis sustineret hominum ambitionem, si in eorum natura huiusmodi reperiretur diuersitas? Ecce modò cum æquales nos natura produxerit, homo hominem, non quasi hominem, sed quasi pecudem reputat, atque pessundat: quid tunc facturum existimas? Profectò & colloqui inferioribus illustriores despiceret, nec eorum consortio dignarentur. Atque vt magis atque magis concordie & pacis Deus homines admoneret, non solus eos natura pares condidit, sed etiam ab vno homine omnes, veluti ab vno trũco, traduxit & propagauit, & ab vno vtero deriuauit, vt dum se germanos esse conspiciunt, & se charius amplectantur, & se mutuò non contendant. Ostendam tibi ò homo genus de quo meritò glories, non vtique in carne & sanguine: quoniam caro & sanguis, et qui in eis gloriantur, regnum Dei non possidebunt: sed gloriare, quia potestatem dedit tibi Deus filium Dei fieri, si credis in nomine eius, ipsius enim genus sumus, sicut ait apostolus. Attendite de hoc Ioannem in epistola gloriantem. Videte fratres, qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus: magnam vtique Dei caritatem, grandem quoque hominis sublimitatem habet. Hæc gloriatio vera, quæ secundum spiritum est: nam omnis caro scenu. Vnde si huius, de qua prædiximus, generis gloriatio, in secularibus derisibilis est: quid in vobis virgines Deo dicatæ descendum est: quæ carnem vestram cum Christo crucifixistis, & veterem hominem cum actibus suis,

vt

Col. 3^l vt Christum indueremini, spoliastis? Spõsæ Christi estis, quid in hominibus gloriamini? Filij Dei estis, nolite in carnis parentibus gloriari. In hoc vos ad inuicem zelate, quænam huic sponso charior, quænam familiarior, quænam gratior existat: quæ humilior, quæ obedientior illi sit, cui magis se creta committat, cui loquatur amplius, & familiarius reuelet mysteria. Pro huiusmodi igitur si vultis gloriemini, pro vobis autem nihil. Sicut per apostolum scriptum est. Qui gloriatur, in domino gloriatur, sed iam ad propositum redeamus. Ostendimus (ni fallor) satis apertè, non vulgari sensu, in principio euangelij saluatoris genealogiam recitari, atque in libris sacris describi, quam timore secularium Christus in progenitoribus illustratur: hoc enim ipsa litterarum series ostendit. Cum enim in hoc genere saluatoris tot illustres matronæ, & sanctissimæ femine extiterint, euangelista solas eas commemorat (vt Hieronymus inquit) quas scriptura reprehendit, quas consulto prætereire debuerat, si de hac generis nobilitate curam habuisset: nihil enim ita genus obscurat, sicut infamis femina. Altiori ergo consilio id fieri putandum est, propter tria, scilicet propter veritatem Dei, propter fidem nostram, propter virginis gloriam. Propter veritatem Dei: vt appareat Deum impleuisse promissum, sicut iurauit patribus ex semine illorum descendere Christum. Quam fidem virgo magnificat in cantico, dicens. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordie sue. Sicut loquutus est ad patres nostros, Abraam, & femini eius in secula. Propter fidem nostram: vt cõstet Iesum quem nos Messiam profitemur, ex Abraam & David

semine generatum, sicut in prophetis olim fuerat prophetatum, vt non insultet nobis Iudeus, & opponat vt olim quæ Galilæa propheta non surrexit: & sicut Nathanael doctus in lege pronunciauit, antequam veritatem agnosceret, à Nazareth potest alius quid boni esse? Potest vtique, veni & vide. Veni Nathanael, lege Matthei euangelium, & vide quia non à Nazareth, sed à Bethlehem oriundus Christus, quem indicimus, ex Patriarcharum semine duxit originem. Lege genealogiam, & intelliges prophetiam. Tertio propter virginem, quam pius filius non solum apud angelos, sed etiam apud homines voluit esse illustrè. Ideoque licet pauperem et humilem matrem elegerit Deus, sed tamen genere illustrissimam, nobilissimam, generosissimamque multò amplius secundum carnem, quàm sic modò quæcunque illustris femina: nanque ab antiquo, multis seculis, longa progenie, à Patriarchis, & Regibus, & Sacerdotibus originem traxit. Recense nunc in toto orbe, quænam sit, quæ tot Regibus & Principibus polleat in origine. Nobilissima igitur fuit virgo Maria secundum progeniem, & illustrissima, qualem decuit esse matrem Dei futuram: neque enim decuit rusticam esse, aut vulgarem, ne aliqua obscuritatis & ignobilitatis nota redundaret in filium. Nam etsi in hominibus non sit illa generum varietas, quam exclusimus, non nihil tamen à bonis parentibus filij per generationem accipiunt: à bonis enim parentibus bonos nasci filios, id est, bene inclinatos, vt in pluribus videmus. Nam sicut colorem, et figuram, et habitum, et motum, & gritudinesque varias, filij ex parentibus per generationem mutuuntur, ita etiam

Ioã. 1. f

Ioã. 1. g

1. Cor. 15. c

Ioã. 1. b

A. 17. g

1. Ioã. 3. a

Esa. 40. b

Gal. 4. d

2. Cor. 10. d

roman. 15. b

Luc. 1. c

etiam mores, inclinationes, passionisque animæ ab eisdem traducunt. Ab iracundis enim parentibus, iracundos filios: & ex mitibus mites, & ex ingeniosis ingeniosos, et ex rusticis rusticos, ut plurimum nasci videmus. Itaque si homini gloriandum est, non in progenitorum potentia, vel statu, sed in eorum virtute & probitate potius gloriandum: quorum oppositum in seculo videmus. Decuit itaque eum qui rex et sacerdos futurus erat in populo Dei, ex regibus et sacerdotibus originem ducere: ut etiam secundum carnem, regnum et sacerdotium non usurpatum videretur, sed ei iure optimo conueniret. Neque te moueat, quia non ad virginem, sed ad Ioseph genealogia deducta sit. Seruatus est enim scripturarum mos ab euangelista, in quibus non per foeminas, sed per viros genealogia deducitur: et quia cognati erant virgo et Ioseph, deducto genere ad Ioseph, deducitur ad virginem. Hæc autem cognatio illo tempore nota erat omnibus, qui apud Iudæam fidem Christi susceperunt, ideo eam euangelista cõticuit. sed ut inquit Eusebius in ecclesiastica historia, ab ipsis qui de domini stirpe erant, quos tunc dominicos appellabant, satis aperte omnibus denunciabatur: quam Damascenus in quarto libro breuiter percurrit.

¶ Ad vos ò virgines nunc nostra conuertatur oratio, vos (inquam) obsecro & obtestor imitami virgines virginem: nobiles nobilem: imitami (inquã) vestre professionis unicã fundatricem: huius enim vite & professionis quam tenetis, institutrix et fundatrix ipsa est. Hæc enim prima docuit inter homines cælibatum, hæc vitam angelicam in carne adinuenit: huius exemplo tam numerosa virgi-

num multitudo candidata resplendet. Ante hæc in lege virginitas perpetua probro dabatur: lex enim sterilem maledicit. Vnde & filia septe virginitatem suam ante mortem longè defleuit; lamentata est virginitatem suam moritura, id est, quia virgo & sine fructu moreretur. O virgo beatissima, talia exempla tibi lex antiqua præbuerat: vnde didicisti, vbi legisti virginalem Deo esse placitam puritatem, ut prima omnium voto tuam Deo sacraueris pudicitiam? Neque solummodo sine exemplo virginitatem elegisti, sed etiam eam voto firmasti & ita firmasti, ut non prius angelo conceptum altissimi nunciante assensum præbueris, quam de seruanda virginitate ab illo rationem acceperis. Hoc autem vestrum sacrum collegium præ omnibus in Hispania hæc sacram virginem æmulatur: quippe quia non solum virgines ut aliæ, sed etiam omnes nobiles estis, quemadmodum ipsa nobilissima virgo fuit. Si ergo virginitatem sequimini, imitamini quoque humilitatem. Nulla in vobis nobilior, nulla illustrior genere est hac virgine, & tam quæ humilitatis fuerit attendite. Ecce virgo regia, domina mundi, mater Dei, non dedignatur sancto fabro seruire, parare cibum, & mensam, & quasi viro in omnibus obedire, qui tam in virginali matrimonio maritus erat: non igitur vos dedignemini alterutrum seruire. Quæ nobilior in vobis est, ipsa sit humilior, nobilitatemque suam humilitate demõstret. Nulla enim maior nobilitas est, quã seruire Christo. Si igitur, præ cæteris similiores estis, ita præ cæteris vos exhibete alacriores. Huius enim virginis hodie natalitia celebramus, illius natalitio debitum honorem repen-

pendimus. Hodie enim velut placidus lucifer, in medio caliginis, tenebrosa nocte repete mundo apparuit. Latantur angeli, festiuumque virginum carmen exoluunt: tripudiant, quia salus mundi iam instat, iamque nascencia primordia vident, quibus instauranda ciuitas sua est. O quanta lætitia, quale gaudium in cælestibus agitur. Virga enim illa de radice Iesse, in sanctis patribus tam longè prius seminata, hodie pullulat exorturque: de qua flos nasciturus, quo medicandus est orbis. flos cuius odore reuiuiscunt mortui: cuius sapore curantur ægroti: cuius decore lætantur angeli: flos candidus & rubicundus, in quem desiderant angeli prospicere. Lætare ò pater Adam, sed magis tu Eua mater exulta, qui sicut omnium parentes, ita omnium fuistis peremptores, & quod infelicius est, prius peremptores, quam progenitores: ambo igitur consolamini super filia, & tali filia. Quid dicebas ò Adam? Mulier quam dedi sti mihi dedit mihi de ligno, & comedi. Ecce redit tibi hodie foemina pro foemina, prudens pro factua, humilis pro superba: quæ pro ligno mortis, gustum tibi porrigat vite: & pro venenoso cibo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni. O admirandam & omni honore dignissimam virginem, ò foeminam singulariter venerandam, super omnes foeminas admirabilem, parentum reparatricem, posterum viuificatricem, ut Bernardus ait. Huius igitur sacre sobolis pedibus prouoluti, ouantibus animis preces fundamus, cordisque tripudio iubilemus. Sub eius nos protectione subdamus, viua voce clamantes. Eia ergo aduocata nostra, domina nostra, læti-

tia nostra, eia ergo, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, & Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. Ipsum inquirimus, ipsum anhelamus, ad ipsum properamus, illum toto cordis ardore concupiscimus. Tu virgo nos dirige, tu nos ad ipsum deducito, tu quod regnat nos perducito, tu ipsum nobis ostende gloria & honore coronatum, angelis stipatum, in dextera patris altissimo throno sedentem, cum ipso regnantem, totumque orbem cum ipso moderantem. Sed ad euangelicam historiam reuertamur.

¶ Cogitanti mihi ac diu hesitanti, quid causæ sit, quod cum euangelista de Iohanne Baptista, & alijs apostolis tam longum fecere tractatum, de virgine Maria, quæ vita & dignitate omnes antecedit, ita summatim percurrant historiam: cur (inquam) non traditum est memoriz quomodo concepta, quomodo nata, quomodo nutrita, quibus moribus decorata, quibus virtutibus ornata, quid cum filio in humanis egerit, quomodo cum illo cõuersata sit, quomodo post eius ascensionem cum apostolis vixerit. Magna erant hæc, & memoratu digna & quæ cum summa deuotione à fidelibus legerentur, à populis amplecterentur. O (inquã) ò euangelistæ, quare nos tanto gaudio vestro silentio priuastis? Cur hæc tam læta, tam desiderata, tam iucunda cõticuistis? Quis enim dubitat, quin in eius natiuitate & pueritia mira multa cõtigerint? & puella hæc in teneris annis stupendum seculis virtutum omnium monimentum extiterit? De his tam omnibus nihil in canonicis libris expressum legimus, præter libellum quendam apocryphum, quæ beatus Hieronymus ex Hebræo trãstulit: cuius (ut idem as-

serit)

ferit) dubia fides est. Hæc (inquam) mihi hesitanti, cur de actibus virginis, sicut de actibus Pauli non est cõpositus liber, nihil aliud occurrit (accusare enim Euangelistas negligentia, sicut impium, ita & temerarium iudico) quam ita placuisse spiritui sancto, eius que providentia Euangelistas filuisse, propterea quia virginis gloria sicut in psalm. legitur ^{ps. 44.} nis intuserat, & magis cogitari poterat quam describi: sufficit que ad eius plenam historiam quod scriptum est in themate, quia de illa nat^{us} est Iesus. Quid amplius queris? quid ultra requiris in virgine? Sufficit tibi, quod mater Dei est. Quenam obsecro pulchritudo, quenam virtus, que perfectio, que gra, que gloria matri Dei non congruit? Solue cogitationibus habenas, dilata intellectui fimbrias, & describe apud te in animo virginem quandam, purissimam, prudentissimam, pulcherrimam, deuotissimam, humillimam, mitissimam, omni gratia plenam, omni sanctitate polentem, omnibus virtutibus ornatam, omnibus charismatibus decoratam, Deo gratissimam: quantum potes tantum auge, quantum vales tantum adde, maior est ista virgo, excellentior est hæc virgo, superior est virgo ista. Non eam spiritus sanctus literis descripsit, sed tibi eam animo depingendam reliquit, vt intelligas nihil illi gratia, aut perfectionis, aut gloria, quam animus in pura creatura concipere possit, defuisse: imò re ipsa intellectum omnem superasse. Vbi ergo totum erat, pars scribenda non fuit, ne putares quod scriptum non fuerat, eidem forsitan defuisse. Si ancillas suas, & ministras domus suæ, potentissimus dominus ita mirifice decorauit, ita donis & gratijs ve-

nustauit, qualem existimas condidit matrem suam, vnicam sponsam suam, quam sibi ex omnibus elegit, & præ omnibus adamauit? Audi prophetam. ^{ps. 44.} Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate. & filie Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Adducentur Regi virginæ, sed post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia et exultatione. Omnis (inquam) virginum candidatus chorus huic laudes concinit, omnes vultum eius deprecantur, & eam veluti Reginam venerantur et colunt: omnibus eam altissimus preposuit, non solum virginæ, sed etiã angelicis choris, quia mater eius est, & matrem Dei decet omnis celsitudo. Quicquid igitur de virgine scire aut intelligere cupis, totum in hoc clauditur breuiloquio, de qua natus est Iesus: hæc longa et plenissima historia eius est. Anselmus. De virgine Maria solū dicere quod mater Dei est, superat totum quod sub Deo dici potest. Vnde beatus Thomas quandam ei dignitatis infinitatem attribuit, & meritò: si enim quoad altior est filius, dignior mater est, quis dubitat quin infiniti filij infinita quoque quodammodo sit matris autoritas dignitasque. Cuiuslibet enim cuius matrem esse dignitatis est, equitatis matrem esse maioris: Ducis maioris: Regis maioris, angeli, si matrem habere possit, maioris, archangeli maioris, seraphim multò maioris, filij Dei matrem esse, ita omnes has superat dignitate, sicut & Deus his omnibus maior est. O miram puellam sui creatoris matrem, o stupendam dignitatem, vt foemina habeat cū Deo cõmunem filiū, cui dicat vt pater, filius ^{heb. 1. b} meus es tu: & sit puella mater eius, cuius

^{ps. 109.} cuius Deus pater est. Sedet filius ad ^{& Mar} dexteram patris, sedet mater ad dexteram filij, mutuoque cõmunem filiū beatissimis oculis mediu conspicunt. Videt pater in filio personam quã ab æterno genuit: videt mater in eo naturam humanam quã in suis visceribus assumpsit in tempore. Cõplacet pater in filio, gaudet mater in filio: ait pater filio, ex vtero ante luciferum genuit te: ait mater eidem filio, ex vtero virgo genuit te. Stupet de sua gloria, neque suam valet ipsa cõprehendere celsitudinem: eo enim ipso quod mater creatoris effecta est, omniū creaturarum iure optimo dñã, reginaque constituta est. Verè fecit tibi magna qui potes est o Maria: verè ex hoc quod matrè suam te constituit, beatam te dicet omnes generationes seculorum, & natiatorum, & qui nascuntur ab illis. Fuit olim in principio nascens ecclesie nõ mediocris hesitatio & huius virginis nũcupatione: ex hereticis namque alij in Christo corpus nõ verum, sed phantasticum: alij corpus verum, sed nõ carneum, celeste tantum: alij corpus carneum, sed non de virgine sumptum: alij de virgine formatum, sed fine anima asserebant. Qui omnes & similes virgini matris Dei dignitatẽ auferebat: quos omnes hoc vnico verbo euangelista cõuincit. De qua natus est Iesus. Et apostolus Paul. alio cõsimili, factum (inquit) ex muliere. Et bene factum, in ea namque spiritus sanctus ipsum nõ genuit, sed ex ea vt artifex corpus eius effecit. Vnde nõ Christi pater, sed humanitatis eius cõditor est: Exclusis igitur hereticis, inter fideles adhuc disceptatio non modica erat; an propter veram & indubitam generationem temporalem virgo mater Christi, an mater humanitatis Christi dicenda esset, an audendum quoque eam matrè Dei nominare: donec pleno cõci-

lio definitum est, eam plenam (vt dicitur) buccis, theothochon, id est, matrè Dei ab omnibus fidelibus verè & sine scrupulo nominandam. atque vt veram Dei matrè ab omnibus venerandam. Quod nomẽ ex omnibus ipsa in lib. Ecclesiastici sibi delegerat, dicens: ego mater pulchre dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & sancte spei. Ac si diceret, quid me alijs nominibus nũcupatis? hoc solo nomine dignor, hoc solo cupio nũcupari vocabulo, in meam laudem hæc solum præ alijs personent voces, in his mihi supra modum cõplacet verbis, de qua natus est Iesus. Nihil me ita dlectat audire, quam cum dicitur mihi de qua natus est Iesus: & hoc verbum sepius replicetur in laudibus, sepius iteretur in canticis, audi pijsissima, audi clementissima, de qua natus est Iesus. Hoc est enim nomen ^{Phi. 2. b} super omne nomẽ puræ creaturæ, in quo nemo tecum participat o virgo. Cui enim aliquando, nõ dicam hominum, sed etiã angelorum dixit? mater mea es tu, filius tuus sum ego. Ad angelos quidem dicit, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem: ad virginem autem, vnica est columba mea, vna est perfecta mea, vna est genitrix mea, electa vna est: quia nec tibi similem visa es, neque habere sequentem. Nam etsi omnis qui fecerit voluntatem patris mei, mater mea, ^{Matth. 7. c} & frater meus est: non tamen vt tu mater, quæ animo & corpore verbum domini cõcepisti, peperisti, lactasti, nutristi, & toto vitæ tuæ tempore illi matris officium impeditisti. Hoc autem sicut summæ dignitatis, ita etiã perfectionis nomẽ est: summa enim humanæ creaturæ perfectio vitæ huius tota in amore Dei est: omnium autem amorum vitæ presentis, nullus est tantus, quantus matris ad filium: solent

solent enim matres etiam deformes filios tam ardentem amare, ut etiam seueræ matronæ, dum lactentibus in gremio infantibus garrunt, videantur sensum penitus amisisse præ amore. Quid non dicunt? quid non faciunt? aut quis scurra leuior est, quàm mater ad infantulum? Siquidem diuina prouidentia, quæ operibus suis nunquam deest, matrum præcordijs naturalem hæc amoris inferuit vim, ne pignoribus teneris & difficilis educationis lógi laboris tedió quid deesset ad vitam. Alias enim quis infantum molestias, vagitus, ægritudines, varias frequentesque immunditias, tamq; assiduas molestias, & tã longas æquo animo tolerare posset? Neque solum hominibus, sed cæteris etiam animantibus, huius amoris vis à naturæ conditore inserta est. Nónne gallinam vides pro suis pullis aquilam fieri? & mitissimam equam pro pullo suo equino in ferocissimã verti lænam? seque ipsam lupis animosè obijcere pro filio? vitamq; suã pro nihilo reputare & paruipendere, ut filium defendat, qui ab ipsa est? Mira vis amoris, & quæ nisi cerneretur, penitus esset incredibilis. Si igitur, ut diximus, tanta est vis amoris matrum erga filios sibi cum viris cõmunes, ut etiam deformes et inertes filios tam ardentem diligant: considerate virgines deuotæ, quo amore mater ista diligit filium suum unigenitum, & soligenitum, filiũ (inquam) tam speciosum, tam decorum, tam nobilem, & potentem, tam generosum & gloriosum: cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, cuius decor & gloria angelicos etiam retundit obtutus: filium in quem desiderant angeli conspiceret, de quo apertissimè nouerat

1. Pet. 1.
b

quia Deus & creator suus est? Dicite (inquam) quo ardore ardet, quando illum iam triennem vel quadriennem coram se ludentem conspicit: sibi que placido vultu arridentem, pioque lepore applaudentem, alludentemque videt: & in gremio suo pectoris sui lacte potatum, ac de sua substantia pastum cernit? O cor virgineum amoris igne succensum, ò sacra viscera velut cibus candentia, & ardentia velut seraphim: ò sacrum pectus quo ardore intus inflammari? ò tenerimũ corpus, quomodo tanto calore non dirumperis? Quis tuos ò virgo cordis ardore, mentis excessus, digno sufficiat explanare eloquio, aut comprehendere cogitatu? Nolite (inquit) nolite me considerare quod fusca- ^{Cant. 16} sim: quia decolorauit me sol. Sol ille flagrantissimus intus & foris ita me totam irradiavit, ut fusca appaream præ calore, fusca sum fateor, sed formosa filia Hierusalem. Ideo dilexit me rex. Vnde angelus huius flagrantissimi ardoris præsciũs ad virginem ait. Spiritus ^{Luc. 11} sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Noli ergo timere filia Hierusalem, noli expauescere: nam spiritus sanctus aderit, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ut tanti solis ardorem valeas sustinere: & qui alios solet illuminare, tibi obumbrabit, ut diuini luminis ardorem temperet & fulgorem. Hoc itaque matris honore sola virgo Gaudes, sola doctaris, tibi soli cum superno parente communis est filius, & quantum creaturæ fas est, simillimus amor. Amat angelus, sed ut dominum: amat virgo, sed ut filium: ac proinde angelus ab ipso redamatur, ut seruus,

seruus, sed virgo redamatur ut mater: in vtroque beata, & quia sic amat, & quia sic amatur ab illo. Huius ergo tantæ matris ortum dignissimum recolamus: huic pleno cordis gaudio iubilemus: est enim vnde apud ipsam quodammodo gloriemur, quia & nos illi tantæ celsitudinis aliquantulum occasio extitimus: nisi enim fuisset peccati morbus, non tantus è cælo medicus aduenisset. Vnde igitur nos effecti sumus rei, inde, sumpta occasione illa effecta est mater dei: nisi enim peccasset homo, Deus factus nõ fuisset homo. Neque tamen propterea nobis aliquo teneris debito, quia id non factum est nostro merito, sed potius demerito. Sed pro tua benignitate ò virgo, dum tuam celsitudinem inspicis, miseriam nostram recordaberis: verè enim peccatorum eris aduocata, quæ propter peccata in tantam celsitudinem sublimata. Verè enim etsi peccati nos multum penetrat, tua tamen sublimitas ò virgo multum nobis placet, & peccati nostri damna hac gloria tua compensamus. Vnde & de hac virgine per pulchrè psalmus personat dicens. Mater Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Mater (inquit) Sion dicet homo, quis homo? utiq; homo propter quem factus est in ea homo, qui fundauit eam altissimus. Mater ergo Sion dicet reus homo, dicit etiam altissimus homo, quia vtriusque hominis, Dei videlicet & rei mater est. Denique attende quis mater Sion dicet homo. Ecce (inquit) alienigenæ, & Tyrus, et populus Aethiopum, hifuerunt illic. Mater ergo Sion dicet Aethiops homo: Aethiopes non abiicit virgo decora, sed amplectitur ut paruulos, diligit ut filios, si ta

ps. 86.

men faciant quod subiungitur. Memor ero Raab, et Babylonis scientiũ me. Sciant ergo ipsam matrem. Sion dicet homo, homo (inquã) Aethiops per quem altissimus factus est homo: etenim quia altissimi mater est, Aethiopsis matrem nominari nõ dignatur. Matrem ergo Sion dicet Aethiops homo, et fiet quod scriptũ est. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Ibi lætabimur in ipsa, ^{Ibidem} ibi gaudebimus cum ipsa, ibi nobis veram fuisse matrem experiemur, quando sublato nigrore Aethiopi scuncti in candorem mutabimur, & uti filij matris similitudinem induemus: erit hoc, quando simul apparebimus cum ipsa in gloria: ad quã nos filius eius ac proinde frater et dominus noster Iesus Christus perducere dignetur, qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.

DE NATIVITATE VIRGINIS, Cõcio tertia, quo die supplicationes pro bello Turcico decernantur.

THEMA.

Ab æterno ordinata sum. Prouerb. 8.



Non videtur ad magnam virginis laudem pertinere quod dicitur in themate, hoc enim omnibus non modo sanctis, sed omnibus creaturis cõmune est: quicquid enim in tẽpore factũ est, ab æterno, in illo exẽplari & prototypo, verbo diuino ordinatum est, et sicut ordinatum

natum est ab æterno, sic ad extra in tẽ pore formatum. Stellæ cœli, & guttas maris & folia arboris, sicut ordinaverat, sic creavit: non enim quasi à casu & ex improviso mundum fecit, sed consilio æterno. Quid ergo magnum dicitur de virgine, ab æterno ordinata sum? Hoc ex dicendis magis patebit, sed pro nunc breviter dicimus, q̄ licet in Dei electione nõ sit ordo tẽporis, quia omnia ab æterno sunt electa, est tamẽ ordo dignitatis, nam quidã electi sunt ad maiore gradum & dignitatem quã aliij. Vnde virgo dicitur singulariter ordinata & electa, nõ quia sola, non quia prius fuit electa, sed quia electa est ad maximam & singularem dignitatem. Propter quod de illa canit ecclesia: elegit eam Deus, & prælegit eam. Vnde ad duo fuit electa: primo, vt sit mater Dei, secundò, vt sit mundo aduocata. de quibus dignitatib⁹ in præsentia tractabimus. Electio Dei multũ differt ab electione humana, vnde ipse ait. Non sicut cogitationes vestre cogitationes meę: &c. Differt in quatuor, Primò quia electio nostra (vt ait Aristoteles) regulatur consilio & prudentia, est enim actus præconsiliati, sed electio Dei licet sit conformis rationi æternę, non tamen regulatur diuina sapiẽtia, quia ipsa est prima lex, neq; habet rectitudinem formalem à lege æterna sicut in nobis: nam Dei voluntas in se ipsa est recta, & summa rectitudo, & summa bonitas. et licet omnia velit, vel agat cõformiter ad suam sapiẽtiam, sicut scriptum est, omnia in sapiẽtia fecisti domine, nõ tamen sapiẽtia regulatur, sed in se ipsa recta est, sicut ait psal. Iudicia Dei vera, iustificata in semet ipsa. Vnde propter hoc apostolus ait, operatur omnia secundum consiliũ voluntatis

sua. Nos autẽ non sic, sed secundum voluntatẽ consilij nostri, id est, nõ consilio regulatã. Hęc est summa illa libertas diuinę voluntatis, vt quicquid velit eo ipso q̄ ab ipsa volitum est, iustum sit & bonũ. Vnde Deus nõ vult aliquid, quia bonum, sed ideo bonũ quia volitum. Hęc secunda differentia, quia nos cum eligimus, attẽdimus perfectionem & sufficientiam rei quam eligimus, ad officium, vel dignitatẽ: exemplũ in duce, & in episcopo: sed Deus non sic, sed eligendo facit illum idoneum & dignum, et capacem officij. Vnde non elegit electos, quia futuri erant boni, sed eligẽdo fecit bonos, sicut apostol⁹ ait. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti. Aug. non quia futuri eramus sancti, sed vt essemus sancti coram eo. etc. Ex quo sequitur tertia differentia, quia electio Dei est infallibilis: nõ enim potest errare in eligẽdo, vt nos eligendo idoneũ, quia eligendo facit idoneũ quemcũq; eligat. Vnde ipse elegit pastore de postfœtantes ad regnũ, et qualis rex euasit: ipse elegit vellicantẽ sycómoros in propheta, et factus est magnus propheta: ipse elegit piscatores ad mundi subiectionem, et prædicationẽ, et quã idoneos fecit eos. Vnde apostol⁹, idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nõ quia idonei eramus elegit nos. Vnde dñs, non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ite, ecce ego mitto vos, nõ aspiciatis quales sitis, sufficit q̄ ego elegi vos, ego mitto vos: hoc sufficit. Et quidẽ si ad vestra sufficientiam attendissem, nõ bona fuisset electio: sed ego eligendo non attendo sufficientiã, sed præsto. Ex hoc patet quarta differentia, quod electio Dei est immutabilis, nostra autem est variabilis: ego Deus, & non mutator

Esa. 55. c. 1.

ps. 103.

psal. 18.

Ephes. 1. b

Ephes. 1. a

psal. 77.

Amos. 7. c.

Matth. 4. c.

2. cor. 3. b

Io. 154

Mala. 3

tor b

tor. Nõ est de⁹, vt homo, vt pœniteat eligẽdo: propter qd electio eius ab æterno immutabilis, & inuariabilis permanet. Vnde illud quod ait de Saule, pœnitet me quod elegerim eum in regem, non quia pœnituit Deum, sed quia ad modum pœnitẽtis se habuit reiiciẽdo ex regno. Ex istis colligitur, quod sicut Deus eligendo aliquem ad apostolatũ, vel prophetiam, facit dignum apostolũ, & idoneum prophetam: sic & eligẽdo virginem fecit eam idoneam matrem suam. Hęc enim est dignitas ad quam electa est, sicut Ioannes electus est vt sit præcursor: vnde & antequam conciperet filium Dei, iam idonea erat vt esset Mater Dei. Sed qualis est hæc dignitas: vtique habet quandã infinitatẽ esse matrem infiniti & omnipotentis. Quę autẽ excellẽtia, quę perfectio, quę magnitudo deicit eam, vt esset idonea mater Dei? Hic iam fileat lingua carnis, excedit enim intellectũ, & loquelam, virginis magnitudo, non modo nostram, imò fortẽ & suam. Fecit (inquit) mihi magna qui potens est: sed quã magna? Nescio an ipsamet valuit comprehendere suam magnitudinem. Vnde melius eam silentio veneramur: sicut scriptum est, tibi silentium, laus secundum translationem Chaldaicam, vbi dicimus, te decet hymnus Deus in Sion: quia verẽ omnis laus silentium est: & cum finierit homo laudare, tunc incipit, imò nec locutus est. Propter quod sancti euangelistæ de eius laudibus silent, quoniam ineffabilis est eius magnitudo: satis fuit de ea dicere, de qua nat⁹ est Iesus. Et in hodierno euãgelio Matth. vt hoc explicet, progeniem redemptoris exponit secundum carnem, dicẽs. Liber gene-

1. re. 15. c.

Luc. 1. c.

ps. 64.

Matth. 1. b

rationis Iesu Christi, &c. Ioannes vero altius in eo genus agnoscens, à diuinis cœpit, dicẽs. In principio erat verbum, &c. Vt ex duobus euangeliorũ principijs, Christus dñs verus filius Dei, & Abraę agnoscatur. In toto autẽ hodierno euãgelio nihil aliud scribitur, nisi sola genealogia saluatoris, concatenata & eodẽ filio traiecta. Vnde beatus Gregorius optime cõparat hanc genealogiã hamo, exponens illud Iob, numẽ extrahere poteris Leuiatham hamo? Non domine, non sunt mihi tantæ vires, non habeo brachium ita forte: vastior est piscis Leuiatham quã vt hamo capiatur. Cepit autẽ ipsum dominus hamo, dum ei escam manifestam humanitatis obiecit, sub qua ham⁹ diuinitatis latebat, quo suspensus est deglutiens escam. Huius tam mirabilis piscationis brachium, potentia est, virga sapientiã dei, seta genealogia, in cui⁹ sine ponitur ham⁹ de qua natus est Iesus. Nõ est religio nouiter inuenta religio nostra, antiquissimus est Christianism⁹ ab initio mundi. Tolle ritus & ceremonias quæ cũ tẽpore variatur, quoad substantia & essentialia fidei, Christianism⁹ ab initio fuit. Magn⁹ Christianus Abraam, magn⁹ Christian⁹ Moyses, magn⁹ Dauid, & omnes patriarchæ & propheta Christiani fuerunt. Eundẽ enim Deũ quẽ nos adoramus, adorabãt: quod credimus, crediderunt: gloriã quã expectamus, ipsi expectarunt: iudiciũ & resurrectionẽ quã nos cõfitemur, cõfitebãtur: & ipsis eadẽ præcepta moralia, ijdẽ mores, eadẽ fides, eadẽ spes, eadẽ propofita merces, idẽ affectus, eadẽ desideria, idẽ cogitatus, eadẽ viuẽdi ratio, idẽ mod⁹ vitæ, adeò vt si videres Abraam, Moysẽ, & Dauid, & Petrum,

Ioã. 1. a.

Iob. 40

d

& Andream, &c. & Augustinum, & Hieronymum, vna eademq; fide & vite serie, exceptis exterioribus, in eis iudicares: vnde recte Abraam pater fidei nostrae vocatur. Solu nomen deerat (vt ait Eusebius in ecclesiastica historia) & hoc non omnino, nam & ipsi Christiani vocabantur, sicut scriptum est, nolite tangere Christos meos. Et hoc quantum ad fidei agit firmitate? Quomodo potest esse falsa fides tam antiqua, quae cum ipso hominum genere orta est? Ita Eusebius. Sed ad te o virgo nostra se couertat oratio, cuius summa dignitas haec est; quod de te natus est Iesus, qui vocatur Christus. Filij imitatur parentes vt plurimum, & parentes transfundunt in filios non solu proprietates, & passionēs, & aegritudines corporales, figuram, colorem, formam, motus, habitus, sed & passionēs animorum, mores, ingenia, vitia & virtutes. Nam ex iracundis parentibus iracundos filios, ex mansuetis mansuetos, ex ingeniosis ingeniosos, ex rusticis rusticos, ex eloquentibus eloquentes, ex mutis mutos, vsque adeo vt ingenium, & virtus, & eloquentia hereditaria quodammodo videantur. Et si hoc in alijs, multo amplius in Christo. Nam cum in alijs patris & matris communes sint filij, aliquid accipiunt a patre, & aliquid a matre, & fit ex duobus tertia quaedam in filio mixtura & similitudo. Christus vero qui totus erat ex matre, non habes patrem in terris, totus fuit matri simillimus, non solum forma & vultu. Hoc enim qui viderunt vtriusq; imagines ad viuum, asserunt: nunquam fuisse sic filium matris simillimum vultu, & moribus, verbis & habitu. Illa humilis, ille humilis: illa mansuetas, ille mansuetus: illa

benigna, ille benignus: illa pauper, ille pauperrimus: illa purissima, ille purissimus: illa prudentissima, ille prudentissimus: illa pijsima, ille pijsimus: illa modesta & sobria, ille modestus & sobrius. Denique in omnibus mater, nihil fuit nisi filij adumbrata imago. & filius matris expressa figura. Nam etsi omnes sancti prout potuerunt, conati sunt a similiari Christo, & eum reddere & imitari (quia in hoc nostra perfectio consistit) nullus tamen potuit ex integro, sed ex parte: vnus in humilitate, alius in castitate, alius in mansuetudine, sola mater eum ex omni parte imitata est, eum reddens suis gratijs, & virtutibus, licet in filio perfectiores colores essent propter deitatem coniunctam. Vnde Hieronymus. Omnis plenitudo gratiarum quae fuit in Christo, fuit in virgine, quauis aliter. Fuit ergo perfecta adumbratio filij, sicut ipsa dicit in canticis. Nigra sum, sed formosa sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis. Quasi dicat, si naturalem conditionem consideratis, nigra sum sicut tabernacula Cedar, puella ex carne & ossibus, tenera filia Adae sicut aliae virgines: si gratiam attenditis, formosa sicut pelles Salomonis, in omnibus virtutes humanas Christi imitata: quas vocat pelles: nam virtutes diuinas solus habet cum patre communes, nemo neque angelorum eas attingit. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me sol: Soli comparata sum, sed omnibus angelis & astris lucidior sum. Fuit itaque Christus matri suae simillimus super omnes filios: vt sicut in caelo qualis pater talis filius, ita in terra qualis mater talis filius. Cum itaque mores, & proprie-

proprietates matris in filium transfundantur, qualis debuit esse mater illa ex qua forma illa caelestis & idea mundi, speculum illud lucidissimum, in quod omnes aspiceret, pulchritudo illa, quam omnes imitari debent, oriri & procedere debuit. Si Ioannes Baptista propter solum testimonium quod de Christo redditurus erat, ita perfectus fuit: virgo mater, quae eum sibi simile genitura erat, & mores & vitam suam in eum debebat transfundere, qualis esse debuit? Nolo ergo vt de caetero labores, vt mihi virginem per singulas eius virtutes describas, et virtutes eius, gratias & excellencias sigillatim exaggeres & magnifices: ad omnem eius excellentiam & magnitudinem, vnicum hoc thematis elogium sufficit, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Hoc breue eloquium eam optime quoad fieri potest circumscribit: hoc ad omnem historiam sufficit. Noli immorari per singula, noli vexari: hoc solum, plusquam si mille libros in eius laudem componas, virginem extollit, virginem describit, obijcit, magnificat & ostendit, de qua natus est Iesus. Quis Iesus? Filius Dei, splendor patris, candor lucis aeternae, mundi decus, mundi gloria, mundi pulchritudo, in quem desiderant angeli prospicere, quem totus orbis nititur imitari. Non opus est longiore historia, haec solum sufficit ad virginem exaltandam & extollendam: vnde & in euangelio rarus de ea sermo, quia hoc satis erat ad omnem eius commendationem. Quid enim vis dicere de virgine? quod humilis, quod pura, quod sancta, quod gratia & virtutibus plena: nunquid mater Dei superba, aut iracunda, aut impura futura erat? Quae gloria, quis decor, quis candor, quae virtus, quae gratia,

non decuit matrem Dei? Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Qualem ergo faceret artifex, qui elegit eam vt nasceretur ex ea? Vnde Anselmus. De virgine dicere solum, quod mater Dei est, excedit omnem celsitudinem quae sub Deo excogitari potest. Cogita ergo tu virginem quandam pulcherrimam, purissimam, humilissimam, sanctissimam, & perfectissimam, ex omni parte integram & consummatam, illa mater Dei est: & maior est quam excogitare potes, aut intuitu mentis describere. Vnde si Tullius, Demosthenes, Homerus, Virgilius, & alij omnes potentes in dicendo rhetores eam laudare per singula conarentur, non sufficerent vtiq; nec modicum eius excellentiam attingere. Vnde Fulgentius, quanam est ista foemina quae omnibus sanctis proponitur imitanda, & corona. 12. stellarum in capite eius: id est omnibus gratijs, & donis & virtutibus insignita & decorata: Caeteris enim virginibus per partes, Mariae vero tota se infudit plenitudo gratiae. Denique cuiuscumque virtutis secundum legem ordinariam est capax pura creatura, totum fuit in hac virgine gloriosa. Haec est quae hodie nascitur, haec hodie apparuit mundo, sicut aurora consurgens, fulgida, rubicunda, purpurea, laeta, non obtenebrata, non obnubilata, non maculata, sicut alij filij Adam: sed pulchra vt luna, electa vt sol. O virgo in hoc natali mundo illuminasti, caelos laetificasti, infernum exterruisti, lapsos subleuasti, infirmos & tristes in salutem & laetiam erexisti. Dicite obsecro o astrologi sapientes, qui caelestia contemplamini, dicite nobis o prophetae quanam puella ista erit, quae talis & tam clara prodijt in orbem?

orbē? & annunciate nobis eius natiuitatem. O propheta regalis, dicitis quid tibi videtur de hac filia tua, quæ nam puella ista erit? Erit (inquit) firmamentum in terra, super extolletur super Libanū fructus eius, & florēbūt, scilicet eius meritis ditabitur ecclesia, sicut fœnū terræ: Dic quoque rā Esaiās, quid sentis de hac virgine, qualis erit ista virgo? Super omnem (inquit) gloriam protectio, & tabernaculum erit in absconditionem à turbine & à pluuia. Id est iustorum erit custodia, & peccatorū suffugiū. Ita est o virgo in omnibus tēpestatibus; & pluijs, & aduersitatibus, si pestis si bellū, si fames, si tribulatio, omnes ad te currimus: tu nostra protectio, tu nostrum refugiū, tu nostrū vnicū remedium, subsidium, & asylum. Si cut pulli volitantib⁹ desuper miluis ad gallinæ alas accurrūt, ita nos sub velamento alarum tuarum abscondimur. Nescimus aliud refugiū, nisi te: tu sola es vnica spes nostra in qua confidimus: tu sola patrona nostra, ad quam omnes aspiciamus. Respice ergo nunc o pijsima certantis ecclesie filie tuæ tribulationem: attende familiam hanc, pro qua Christus filius tuus mortuus est, in afflictione positam, inimicis vallatam, à gentibus conculcatam, in angusto collocatam: attēde pusillum gregē, qui olim totum replebat orbem terrarum; nunc peccatis nostris interclusum, & in angustias redactū in finibus terræ. Inclina oculos pietatis tuæ, & vide quā malè eam tractat, quā malè eam lacerat aper iste desylua, draco iste furiosus, neque est qui ei valeat resistere, aut audeat vel oculos tollere contra eum. Heu quis dicere poterit stragem maximam, quam à multis annis fecit hic

nefandus Turcarum tyrannus in ecclesia Dei? Ecce non contentus rapuisse, & surpassasse Asiam, Ciliciam, Syriam, Palestinam, Ægyptū, sed à centum annis vniuersam Græciam, Macedoniā, Thraciā, & modò Rhodum, Budā, Belgradum, & magnam Vngariæ partem, sed & nunc totam vult deuorare Siciliam, & Italiā. Ab Iob. 40 forbuit fluuium, & nō miratur: & habet fiduciam quæ Iordanis, sedes Petri ecclesia Romana, caput orbis, influat in os eius. Sed nō faciet deus nec tale dedecus permittet in populo suo: auertet Deus tantam ignominiam, ab ecclesia sua. Nolite timere, habemus à Christo domino syngrapham super hoc: non faciet non faciet, nec permittet, nō erit istud. Sic dominus pollicitus est Petro, cum ait. Simon Ioannes satanas expetiuit vos, vt cribaret sicut triticum: sed ego pro te rogavi, vt non deficiat fides tua. Et quid potuit orare filius, quod non impetraret à patre? quid potuit orare tātus orator, quod non obtineret? Sciebā (inquit) quia semper me audis. Neque pro sola persona Petri orauit, nā ille vtiq; aliquo modo defecit in Chri passione, sed pro sede Petri: hæc enim ab initio nascētis ecclesie nūquā defecit à fide: sed sicut dñs dixit, cōuersa confirmavit fratres suos. Aliorū apostolorū sedes deficientes, aliæ sæpius in hæresim prolapsæ, aut à Barbaris captæ defecerunt, hæc fixa, & immobilis semper stetit, iuxta dñi vaticiniū, & stabit sicut Petro promisit. Cōplex⁹ est itaq; euāgelista omnia excellētis argumēta, dū de virgine ait. De qua natus est Iesus. In hoc clauditur quicquid dici de ea potest, si mille libri scriberētur. Vnde Anselm⁹, de virgine Maria solū dicere quæ mater dei est excedit

excedit omnem perfectionem, quæ sub Deo dici potest. Nec solū dici mus, quòd mater Dei est, sed quæ idonea, & competens mater Dei. Sed vt tibi eam breuiter describamus, vt possumus, imaginare virginē quandam pulcherrimam, gratiosissimā, ingeniosam, nobilem; optimè habitudinis quantum ad corpus, magni intellectus & integrè memoriæ, optimè compositam & proportionatam quo ad dona naturalia, optimè dotatam, quam voluit vt esset nobilissima Deus, adeò quòd nulla fœmina mundi fuit tam nobilis, tā lōnga serie auorum, ex regibus, ex principibus, ducibus & patriarchis nata. Recole principia omnium historiarum, & vide si in aliqua historia tā superbū principium legisti. Liber generationis Iesu Christi. Quæ genealogia Alexandri, vel Cæsaris reperitur tam illustris per tot secula? Non quòd Deus multum curēt de hac nobilitate: non enim ipse clarus est ex genealogia, sed ipsa clara ex ipso. Igo, inquit, sum genus & radix David: non mihi gloria quia habui talem patrē, sed illi gloria quia habuit talem filium. O filij hominum qui ista tam anxie curant: anima quæ potior pars est, non habet gen⁹, non est ex patre, sed ex Deo: solum corpus ex patre est, & hoc simile est in omnibus, subiectum in firmitatibus & ærumnis. Omnes ex vno Adā terreno, vnde ista generis gloriatio? Sed propter hoc posita est genealogia, vt dñs fidelis appareret in promissionibus quas promiserat: sicut ipsa virgo ait. Suscepit Israel, sicut locutus est, &c. Talis fuit virgo in naturalibus: decuit & matrē dei esse purissimā, sine labe, sine peccato. Vnde nō solū quādo puella, sed quādo

paruula, sanctissima, & in vtero sanctissima, & in cōceptione sanctissima. Nō enim decebat sanctuarium Dei, domū sapientiæ, reliquariū spiritus, vnam mannae celestis aliquā in se Heb. 9 a labē habere, propter quod antequā & Exo. 26. a. & anima illa sanctissima infunderetur, 36. a. plene fuit caro illa mūdara ab omni fœce & labe, & anima cū infusa est, nullam habuit ex carne neque cōtraxit labē peccati. Sicut scriptū est, factus est in pace locus eius. Id est domus diuinæ sapientiæ, sine omni fomite peccati formata est. Vnde sicut ait Aug. In paruulis licet nō statim appareat, magna iniquitatum & peccatorum labe seminata est: ibi est seminarium omnium malarū inclinationū, & quali sacculus iniquitātū. Vnde cum crescunt pædagogij, flagella, exhortationes, admonitiones, & postea iudices, cruces, tormenta, hoc agunt, vt praua illa semina non pullulent in eis: sarculi quidam sunt, praua illa semina ne pullulent prohibentes, & quæ pullularunt præcidentes. Nihil tale fuit in virgine, sed purissima fuit, sine omni mala inclinatione: vnde maxima in ea pax, quia nulla fuit in ea rebellio ad bonum. Factum est in ea (vt ait Bern.) illud psal. Iustitia & pax osculatæ ps. 84. sunt. In nobis iustitia non est sine bello, in ipsa fuit cum summa pace. Vnde caro eius sic imaginanda est, quali esset argentea, vel vitrea, vel crystallina, sine carnis vitijs, sed tota angelica in carne. Quod optimè tangit de ea sponsus in canticis dicēs. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauit: currus Pharaonis, caro mortalis: in carne itaque mortali equitatu angelico similis est in puritate. Sed iam ad dona, gratias, & virtutes transeamus. De his quid

dicere possumus, nisi quod illi datum est quantum capax est pura creatura. Unde sicut in creatione mundi in homine collecta est omnis creatura. Id est raris, ideo microcosmus, sic in reformatione mundi in virgine collecta est parvus mundus. omnis ecclesia, & sanctorum perfectio: unde microcosm⁹ ecclesie dici potest. Quicquid in quolibet sacro fuit illustre in illa fuit: in illa patientia Iob, mansuetudo Moyse, fides Abrahe, castitas Ioseph, humilitas Dauid, sapientia Salomonis, zelus Eliæ: in illa puritas virginum, fortitudo martyrum, deuotio confessorum, sapientia doctorum, contemptus mundi anachoritarum: in illa donum sapientie, scientie & intellectus, donum pietatis & fortitudinis, & omnia dona spiritus, & omnis gratia gratis data, quam ponit Apostolus. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium: id est, omnis virtus sanctorum, qua armati sunt contra vitia. Unde dominus, In plenitudine sanctorum detentio mea. Propter quod bene eam vidit Ioannes sole vestitam, & lunam sub pedibus habentem, & 12. stellis coronatam. Propter quod in canticis, quid (inquit) videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Talis est dilecta nostra charissimi, talis est mater domini nostri: imò nihil diximus, multò illustrior est, absque eo quod intrinsicus latet. Nam quales fuerint in ea reuelationum radij, ab illo sole que gestabat in utero, quæ inflammatio nes spiritus, qui gustus, qui sensus, quæ dulcedines, sola nouit ipsa, & qui dedit Deus: maior enim gloria filie regis & matris regis ab intus. Sed electa est, & ut esset aduocata nostra. Nam licet aduocatum habemus filium, ut ait Ioannes, opus etiã

fuit habere matrem aduocatam ad filium. Nam peccatis nostris non solus Deus offenditur, cuius præcepta violamus, sed & filius Dei, cui⁹ sanguinem peccando coculcamus, rursum crucifigentes filium Dei. Et ideo sicut apud patrem interpellat filij, sic apud filium interpellat mater. Unde Bernardus, filius ostendit patri latus, & vulnera: & mater ostendit filio peccatus, & vbera. Unde facta est idonea aduocata: idonea quia purissima: idonea, quia acceptissima: idonea, quia piissima: hæc enim omnia ad aduocatam requiruntur. O felix dies, o dies iucunda in qua talis ac tanta aduocata data est mundo: o dies omni gaudio celebranda, quando tantum donum accepimus. Ber. tolle solem, quid est in mundo nisi tenebræ: tolle Mariam ab ecclesia, quid restat nisi caligo? Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Ad te in nostris necessitatibus accurrim⁹, tuum officium imple, tuum opus exerce.

IN ANNUNCIATIONE Domini. Concio prima.

THEMA.

Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Lucæ. 1.



Dilectissima, dies magni nunciij est: si tacerimus sceleris arguemur. Grandis è cælo hodie ad terras legatio transmittitur, grandis omnino & cui

cui à seculo non est audita similis, neque audietur in posterum. Grandis qui mittitur, grandis qui mittit, grandis cui mittitur, grande negotium quod legatione tractatur. Gabriel vnus ex supremis principibus à Deo omnium conditore destinatur ad virginem, virginem mente, virginem carne, virginem professione, virginem nobilem; regali genere ortam, virginem denique qualem optat apostolus, mente & corpore sanctissimam: sed desponsatam viro. Cur desponsatam? Ne videlicet infamaretur, ne lapidaretur, ne diabolo mysterium proderetur. Maluit nanque dominus aliquos de suo ortu, quam de matris pudore dubitare: nec putauit fidem suam matris iniurijs astruendam: suum ergo matris pudori honorem non prætulit. Ad hanc ergo virginem legatio mandatur. Negotium verò quod agitur magnum est, & tali legatione dignissimum. Ruralem sibi sponsam delegit vnigenitus Dei filius, celestis glorie princeps eam adamauit, paranympus destinatur ad virginem ut assensum conubio præbeat: sic enim principes consueuerunt per nuncios desponsari. Ab illa ergo opulenta Hierusalem ciuitate, ad pagum nostrum celestis legatus hæc nunciaturus aduenit. Hoc est quod agitur, ad hoc angelus ad virginem mittitur. O felicem patriam, o fortunatam tali connubio profapiam, o diem mundo festiuam, perpetuo ritu, tota veneratione colendam. Soror nostra, os de osibus nostris, & caro de carne nostra cælorum principi nupsit, ad regalis glorie fastigium conscendit. Quis non gaudeat? quis non gaudio totus liquecat? Gaudeat vicus noster tanto hodie

subleuatus fastigio: gaudeat terra nostra tanto sublimata connubio: latentur cæli, exultet terra, orbis terrarum & plenitudo eius ante conspectum tanti domini: quia venit diues ad pauperes: potens ad ignobiles: & sublimis ad miseros: nostrum nobilitare genus, nostram honorare familiam. Decebat autem tantum mysterium virgini prænunciari propter multa: tum quia eius, ut matris, petebatur assensus: tum quia si ea inscia in eius utero incarnationis mysterium ageretur, turbaretur ad mortem virgo purissima, demonis suspicari mulierem, cum se virginem videret & gravidam: tum etiam quia tellem decebat fieri mysterij, quod agebatur in ea, non casu, sed legatione præuentam: magnumque ex hoc fidei nostre testimonium parabatur. Propter quod non in somnijs ei angelus apparuit, sicut Ioseph, sed palam, ne vilius tantæ rei relinqueretur scrupulus. Intrat ergo celestis paranympus virginis domicilium, orantemque virginem mira veneratione salutat. Intrat vultu rutilus, veste coruscus, celestisque torus cadore decorus: sternitur ad pedes, lætoque illam vultu salutat. Aue (inquit) gratia plena, dominus tecum. Stupet, hæret virgo, turbatur animo, eiusque vultus pallore mutatur. Prospicit obsequium, meditatatur verbum, milleque conscendunt res variæ mentem. Quid turbaris virgo? quid te meus aspectus immutat? Angelus sum non homo, è cælo tibi nuncius asto, pudoris custos, non inuasor, pudoris amator & cultor: non tales terra ciues, non tales nutrit accolas orbis. Turbata est (inquit) in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio

tatio. Per hoc quod dicitur in sermone eius, intelligimus non tam de visu, quam de salutatione turbata: licet non sit mirum eam tali fulgore commotam, quia etsi prius angelos viderat, tamen non tali maiestate fulgentes: turbabat autem illam nimia eius humilitas, & miranda angeli nouitas. Siquidem hucusque angelis in mundo apparentibus, patriarchas illos sanctissimos illis prostratos legerat, neque ab eis subleuatos à terra. Sic enim olim Abraam, Loth, Moyses, Ezechielé, Danielé, & alios quos antiquitas honorauit, pro nos in terra adorasse angelos, literis sacris didicerat. Vnde merito turbabatur, videns ad humilis puellæ pedes prostratum angelum salutatem: hæc igitur secum animo voluebat: hæc alta mente tractabat. Quid agis ò angele? quænam hæc mutatio rerum? Virginis ad pedes cælestis incola iaces: quæ ego sum obsecro, aut quæ patris mei profapia, vt tãto me digneris honore: tali me veneratione salutes? O celsam, ò nimium, ò terque quaterque beatam, ò Deo dilectam, ò fœminam super fœminas benedictã, ò si scires virgo quatum placuisti potenti, hoc te dignam colloquio aut obsequio non dubitares. Ne timeas Maria, audi legationem meam, & tanti honoris causã agnosces. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Hæc honoris causa, hic tibi celsitudo paratur. Agnoscamus fratres tanti legati prudentiam, qua modestia vtitur in prodendo mysterio: nouerat si-

Gn. 18 a
Gn. 19 a
Gn. 34 a
Dan. 10 c

quidem sapientissimus paronymus quantum erat sacramentum quod nunciabat: quo ex ore altissimi audito, & ipse quamuis angelus, quamuis beatus, quamuis cælesti gloria ditatus, obstupuerat nimis, summaque admiratione expauerat. Solicitabatur ne virginis fidei poneret offendiculum, teneramque puellã tanto scandalizaret sacramento: & quæ culpam ante non nouerat, incredulitatis: ex hoc noxam incurreret. Sic pridie minori oraculo hæsitasse viderat Zachariam. Miro igitur sapientiæ artificio vtitur in prodendo mysterio, non totum simul effundens, ne fidem illius obruat: sed paulatim circumscribendo, & per circumloquia declarando; ita pandit legationem, vt non ledat fidem. Vnde non ait, concipies Deum, & paries Dei filium: sed concipies filium, quod ipso dicto nihil mirabile portendebat: filium autem nõ statim Deum fore pronunciat, sed deitatem eius lógo sermone describit. Hoc est quod ait: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Vocabitur inquam, non dixit erit, ne fides succumberet sacramento, & dabit illi dominus Deus, sedem David patris eius. Attende prudentiam: terrenis cælestia temperantur, diuina humanis copulantur, ne mero inebrietur Maria mysterio. Vnde, nunc filium altissimi, nunc filium hominis nasciturum, appellat. Et quia sublimiter intonuerat, filius altissimi vocabitur, non statim adiunxit, & dabit illi dominus Deus gloriæ suæ solium, aut maiestatis suæ thronum, sed sedem David patris sui: vt videlicet humano addito genere, deitatis eloquium temperaret. Et regnabit in æternum. Hic iam apertius celsitudo

Luc. b

situdo monstratur. Quomodo enim regnabit in æternũ, si non esset æternus. Disertissimo ergo vsus temperamento, prudentique consilio sic Deum parituram pronunciat, vt fidem eius dicendo non obruat. Poterat hæc omnia vno verbo dixisse, si diceret: paries Deum, aut filium Dei vtero concipies tuo: sed ratione iam dicta, hoc magis vtitur circumloquio. Cælesti audita legatione, virgo regia obstupuit amplius quam prius timuerat, modicumque animo dicta reuoluens, siluit. Miratur supra modum Dei nutu ficti se matrẽ, quæ illi iam pridem virginitatem suam perpetuo deuouerat; Pro sua ergo virginitate sollicita, nõ quasi de oraculo dubitans, sed tantę rei modum inquirens, sic fatetur ad angelum. Quomodo fiet istud ò angele? quoniam virum non cognosco. Votum per hoc indicans, & propositũ perpetuò abstinenti coniugio. Cui angelus, ne me virgo interroges, nõ me de hoc factõ requiras, legatus nunciare tibi mysterium à Deo missus sum, tibi opus nuncio, modum quem requiris ignoro: spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Illius est perficere factum, meum est nunciare mysterium. Meam fateor mentem superat, meam facultatem excedit opus quod nuncio: ad omnipotentem te virgo remitto. Noli ergo timere Maria, noli pro tua virginitate formidare: conceptus hic virginitatem tuam non auferet, sed sacra-bit: pudorem non minuet, sed prole ditabit. Spiritus nanque opere, non virili concipies femine: virgo paries & puerpera virgo manebis: & vt tãti possis luminis sustinere fulgorẽ spiritus omnipotens sua te proteget

umbra. Non silentio prætereundum existimo, quod ad tantum opus non illuminandam, sed obumbrandam potius dixerit virginem: quia videlicet luminis potentis abyssum, vtero suo corporaliter infundendam, tenera virgo portare non posset, nisi desuper adumbraretur ad illam. Si enim: (vt propheta inquit) in conspectu domini montes vt cera fluxerunt, & ad aspectum eius rupes liquefcunt vt oleum, illapsam vtero deitatem qualiter poterit sufferre puella, si non eius splendor umbra temperetur ab ipso? Nisi fortẽ adumbrationem istam, dominici corporis formationem mauius intelligere: competenti nãque similitudine, Christi sanctissima caro deitatis umbra nuncupatur. Quia sicut umbra corporis motus, formamque insequitur, ita à deitatis nutibus facerrima humanitas illa neque ad modicum deuiauit, sed quocunque iret spiritus sequebatur & corpus: ut de rota olim propheta prædixerat. Consonant ad hoc prophetarum vaticinia multa, vt est illud: in umbra eius viuemus inter gentes. Et illud; sub umbra illius quem desiderabam sedi. Et apertius illud, solem nube regam. Quo huic incarnationis mysterio nihil aptius dici potuit. Quid enim aliud caro Christi, quam nebula pulchra potenti interiecta soli; ne feruoris sui calore arentem peccatis mundum adurat? Denique quanta hæc mortales nubes protexerit umbra, quantumque diuinam mundo temperauerit iram, temporum experientia monstrat. Quibusdam vero placuit, ideo spiritum obumbrasse Mariæ, quia sola tanti mysterij secreta nouit, & soli concessum experiri delicias, quas humanus nõ capit.

ps. 96.

Eze. 1. e

Thre. 4 d

Cat. 2. a

Eze. 32 b

capit animus. Dulcedines namque illas, potentesque deitatis gustus, excellentiusque metis, & illustrationis radios, quos concipiendo & pariendo pertulit virgo, nulli comperti sunt creaturæ. Ne tamen solius spiritus sancti, sed totius Trinitatis virtute hoc opus mirificum in eius utero parturandum agnosceret, sapienter adiecit. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Altissimus namque pater est, & virtus altissimi verbum est patris: quorum indiuisa virtute, non in tota Trinitate, sed in solo verbo perficienda erat incarnatio. Quia igitur non viri libidine, sed Dei virtute concipies, ideo inquit. Quod nascetur ex te sanctum vocabitur. Non filius Iudei, sed filius Dei. Quam aperte, quam commodè, sanctum, indefinitè foetum appellat, non virum aut hominem sanctum, sed absolute sanctum. Item non ait, qui nascetur ex te sanctus, sed quod nascetur ex te sanctum: ad naturam magis quam ad suppositum referens verbum: innuens per hoc, naturam non suppositum assumendam à Deo. Non enim proprio supposito, sed diuino, humanitas illa suppositanda erat, ut quidam homo nasceretur ex virgine sanctus, & ille assumeretur à verbo: sed sanctum quoddam assumendum ex virgine, propter cuius assumptionem filius Dei nasceretur ex ea. Rursus indefinitè sanctum appellat, quia non modò sanctus nascetur ex virgine præter communem nascentium legem, sed sanctum ipsum, id est sanctitudo ipsa, sanctitatis forma & sanctificatio tota, non modò vir sanctus, sed Deus sanctus, sanctitas ipsa, & sanctitatis idea: unde & vocabitur filius Dei. Meritò vocabitur, & verè vocabitur, quia & filius Dei

& filius virginis erit. Non quidem quia ad esse, vel dici filium Dei secundum carnem, hic generationi modus sufficiat (non enim quia ex spiritu sancto conceptus est, ideo spiritus sancti filius est) sed quia ex hoc generationis modo & ordine filius dei esse cognoscitur: propterea quia talis generatio neminem alium deceat nisi Deum. Communem ergo cum Deo filium habebis o virgo, & illius mater eris, cuius Deus pater est: filij mater, patris sponsa, spiritus sancti domicilium, totiusque Trinitatis sacrarium: creatoris tui mater eris, & factorem tuum ipsa concipies. Quod si mater creatoris, optimo iure totius creaturæ domina, cælorum terrarumque regina, omnium angelorum dignitati prælata. Hæc tua celsitudo Maria, hæc tibi dignitas paratur à domino, unde non immeritò tali te dignor honore, tali te veneratione saluto. Quod si difficilia creditu tibi ista videntur, illum qui memisit attendito, cuius tibi nomine hæc omnia legantur. Quid non potest Deus? aut quid Deo impossibile virgo: et si ex minoribus fidem facere licet, sterilis anus Elizabeth filio quoque donata est: ut dubitare non debeas, dare posse filium virginis, qui dedit sterili. Hæc sunt virgo regia quæ dicere me tibi madauit omnipotens. Audisti legationem, da fidem, & accipe prolem. Longiori vsu eloquio angelum suspicamur ad virginem (summam enim narrationis euangelista complectitur) multa alia dicta putamus, quæ scriptura non memorat. O dulce colloquium, o suauè dialogum, o gratam nimis confabulationem virginis & angeli! o qualis societas angelus & virgo! Semper est angelis amica virginitas, secretò

cretò angelus ad virginem loquitur, diutiusque loquendo moratur. Accede o homo propius, & per rimulas forium placidum susurrum aure percipito, sacrique oraculi verba rimator. Grande negotium agitur, multum ad te pertinet quod tanto silentio fabulantur. Longa protraxerat diu fabulatio nocte, mediūque cursu nox suo iter agebat; silentium tenebatur cuncta, cadentiaque suo labuntur hemisphærio astra, cum Deo sacra virgo spiritu succensa feruenti, solo flexis genibus, oculisque leuatis ad alta, assensum præbens numini diuini verbo concipit verbum. Celesti ergo legatione audita, sic fatur ad angelum. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Matrem me futuram: o angede dicis, ego ancillam me esse cognosco: & quia ancilla domini sum, eius voluntati non obsto. Fiat ergo mihi secundum verbum tuum. Vera ancilla, quæ neque dicto, neque facto, neque cogitatu, ynquam contradixit altissimo: verè ancilla, quæ perpetuo seruiuit mancipata seruitio: libero namque alia deo famulatur obsequio, hæc quasi mancipium Dei se totam famulatu mancipauit: nihil sibi libertatis reseruans, sed per omnia subdita Deo. Et bene ancilla, ex qua qui nascitur seruus est: nam secundum leges, filius non patris, sed matris conditionem insequitur. Ancillam se mater agnoscit, seruum se filius esse fatur. Ego (inquit) seruus tuus, & ego seruus tuus: & iure seruus, quia filius ancillæ tuæ. Grandi ergo mysterio, altissimoque deitatis instinctu, conceptura Deum sui meminit ancillatus, ut orientem à se filium, mundi obsequio manciparet. Fiat mihi ait, secundum verbum tuum: & ad verbum eius, statim in

utero incarnatum est verbum. O fiat potens, o fiat efficax, o fiat super omne fiat, perpetuo honore venerandum. Hoc verbo fiat, factus est mundus, hoc verbo cælestia, terrestriaque altissimus condidit: sed tale fiat non sonuit in orbe, quale tu nunc beata dixisti. Quid enim factum est? quis dicere potest quid factum est? Natura stupet, iudicium hæret, hebescit sensus, lingua mutescit, ratio deficit, intellectus non capit quod factum est in Maria, cum hoc protulit verbum: fiat mihi secundum verbum tuum. Statim namque ad huius verbi sonitum, verbum caro factum est: subito ex purissimis eius sanguinibus spiritus sancti opere sanctum comini fabricatum est corpus, subito organatum, subito animatum, subito Dei verbo unitum: statim omni gratia & virtute infans repletus, omnium charismatum donis insignitus, & clara Dei visione beatus: denique omni illa sapientia, gratia, & gloria qua nunc pollet in cælo, ditatus. Nescit enim tarda molimina spiritus sancti gratia, neque temporis indiget, tractu in suo opere artifex spiritus. O stupendam nimium conceptionem, o ventre sacrum, o uterum purissimum deitatis habitaculum, spiritus sacrarium, diuini verbi vehiculum, triumphale regis æterni currum, & veri Salomonis quadrigam: sicut scriptum est, equitui meo in curribus Pharaonis, assimilaui te amica mea. O uterum cælo capaciorum, empyrio illustriorem, paradiso fragrantiorum: hic enim prima hominis paradisi, in qua prius ab homine videri dignatus est Deus. Quid hoc ventre purius? quid sancti? quid locupletius? Unde in canticis, venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lijs,

Gn. 1. a.

Sap. 18 c.

Cant. 1. c.

psa. 122

Cant. 7. a.

IN ANNUNTIATIONE DOMINI

Ioā.6.e
Cāt.2 d
Cāt.2,b
lij: illius (inquā) tritici, quo angeli
saginatur, populi reficiuntur, & spi-
ritus satiatur: illi panis qui de caelo
descendit, quo qui pascitur nō mo-
rietur in aeternū. Vallatus lilijs, qui-
bus lilijs? nisi quib⁹ pulcher cibatur
hinnulus, qui pascitur inter lilia; li-
liū & ipse cōuallium: liliōrū mediō
vallatus lilijs pascitur inter lilia: nō
enim alio quā lilijs fetus virgineus
vtitur cibo. Lilia vernantia, lilia can-
dentia, castitas, puritas, caritas, pie-
tas, humilitas, benignitas, sanctitas,
his lilijs in vterō caelestis pascitur
hinnulus: his venter vallatur virgi-
neus: vallus nanque liliōrum in vir-
gine plenitudo virtutum. Et bene
vallatus lilijs vallante se Deo, vt ex
nulla parte peccato pateret aditus,
intus deitate plenus, foris virtutum
vallō munitus. Quis huius vteri va-
leat enarrare delicias: & ei⁹ diuitias
digno queat explicare sermone? Te
obsecro virgo, tu nobis enarra quo-
modo illibata conceperis, intacta ge-
neris. Dic nobis quid sentis, cū di-
uino tota nectareo sapore perfunde-
ris? cum immensum voluptatis pela-
gus tam modico vase concludis? cū
delicias humani generis intra te cō-
clusas esse non dubitas? Dic (inquā)
quo flagras ardore? quibus aestuas
flammis, cum Dei caminus tenero
illabitur venter, & abyssus dulcedi-
nis arctissima retruditur aluo? Dic
nobis beata, quos scaturit dulcedi-
nis globos fons ille perennis vteri ar-
ctatus angustia? quas mittit seintil-
las flagrantissimus ille rognus vela-
mine carnis opertus? quos mittit
radios sol hic lucidissimus tam leui
nubecula tectus? Dic virgo sacerrī-
ma, flos & ipsa, & virginum glo-
ria, qua virtute tantos voluptatis
sustines ictus? impetus quos portas?

quos portas ardore: O arca deifera,
grandi thesauro referta, o vna pul-
cherrima caelesti balsamo plena,
quibus te efferam laudibus? O quā
te memorem virgo? Meas fateor su-
perat vires, meum valde excedit e-
loquium dignitas tua, felicitas tua,
sublimitas tua, & gloria tua. Quic-
quid enim de te aut cogitari aut di-
ci potest, multum a tua deficit lau-
de, multum a tua vincitur beatitu-
dine. Vnico nanque volatu in tam
sublime euecta es dignitatis fasti-
gium, vt celsitudinem tuam neque
humanus, neque angelicus pertin-
gere possit obtutus. Subitō nanque
ex Adā filia, humilique puella,
māter creatoris, domina mundi,
regina caeli, & totius imperatrix fa-
cta es creatura. Vnde merito ex hoc
te omnis creatura collaudat, te o-
mnis generatio beat, quae est, & que
erit, & nati natorum, & qui na-
scentur ab illis. Intrat igitur artifex
omnium vteri virginalis angustias,
& qui omnia fecerat, hominem se
facit ex femina. Illabitur immen-
sus humani corpusculi vasculo, va-
stosque stricto praecingit cingulo si-
nus. Sic enim olim propheta prae-
dixerat. Decorem indutus induit do-
minus fortitudinem, & praecinxit
se. Vnitur humanae naturae diuini-
tas in hypostasi, mirandoque nexu
disparis formae in vno adunantur
supposito, in vnamque vtriusque, per
sonam mira arte vniuntur. Prodi-
gium nouum mirante natura, stu-
penteque caelo in mundo compa-
ruit: Deus homo, homo Deus:
Deus homine velatus, homo Deo
infertus. Prodigium prodigiorum, Iacob.1
maximū miraculum super omnia c.
mundi miracula, ad quod nihil est
in orbe mirandum. Siquidem in sa-
cra
cra

CONCIO PRIMA.

224

Ezec.1
b.&8.a
Ioā.1.c
Exo.3
b.&c
Esa.53
Lu.9.g
Ioā.19.c
cra virginis aluo, veluti conflu-
torio quodam fornace diuinitatis
auro, nostraeque humanitatis argen-
to pariter infusus, opere spiritus san-
cti & igne, vnus velut electreus
Christus conflatur. Talem illum o-
lim Ezechiel mystica visione prae-
derat. Hic agnus Dei, hic mundi sal-
uator et custos, hic spes nostra, ca-
put hic & gloria nostra, hic decus
nostrum, gentis hic nostrae corona:
hic lauat sordes, hic cuncta nobis bo-
na propinat. Quāto felicius nunc vir-
ginea in aluo agnus iste conflatur, q̄
olim ex inauribus vitulus in Oreb?
Illum adorantes vitulum prostrati
sunt in deserto, hunc qui adorant a-
gnum gloria potentur & caelo. Hęc
de historia. Sed ediffere nobis o an-
gele Dei, quomodo aut quando im-
pleta est promissio tua? Quando hic,
quem annuncias, virginis filius, se-
de David patris eius insedit? quando
regali potitus est gloria? quando in
domo Iacob regni moderamina te-
nuit? Vidimus eū nouissimū viro-
rum abiectum & pauperē, in labore & æ-
rūna vitā duxisse: vidimus (inquam)
illum persecutiones, insidias, odia, æ-
mulationes, famem, sitim, nuditatem
egestatem tota vita tolerasse, non do-
mū, non ancillam, non seruum, non
agrū, non vineam, aurū, argentū, sed
neq; vbi caput suum reclinet vnquā
habuisse, labore proprio & aliorum
elemosynis semper vixisse: vbi ergo
sedes? vbi regnū? vbi promissa maie-
stas? hocne regnare est? hoc est domui
Iacob imperare? Quomodo regnat
in domo Iacob, si domus Iacob non
obtemperat ei? nisi forsitan quispiā
sine regno rex esse potest. Præsidi Pi-
lato Iacob domus acelamat, non ha-
bemus regē nisi Casarem: ipse quoq;
eidem Pilato hoc ipsum fatetur, di-

Io. 18. 8
cens: regnum meum non est de hoc
mundo, & rursus regnum meum
non est hinc. Quomodo tu ipsum
asseris regnaturum, vbi ipse regna-
re se negat? & populus eius regno
dissentit? Quomodo (inquam) re-
gnat, qui non habet regnum? aut
quā regi David in paupere Chri-
sto successio? vt sedem David illum
asseris habiturum? Si patris aeterni
sedem dixisses, fateremur vtique:
quis nanque fidelium Christum Ie-
sum ad patris dexteram, in maiesta-
tis folio sedere nesciat, aut non cre-
dat? sed de sede David, & regno Ia-
cob non ita palam. Putasne, o an-
gele Dei, non se delusam virgo pu-
tasset, nisi diuino illustraretur spiri-
tu? expectans & ipsa temporalem
Israel redemptionem, cū illum,
quem regnaturum promiseras, egen-
tem, nudum, pauperem, solitarium,
famescentem videret: ortusque il-
lius principia, in stabulo, in praese-
Lu. 2. a
pi, in foeno: & post modicum illius
per desertā fugam, longamque inter
barbaros peregrinationem aspice-
Mat. 2.
ret? Putasne (inquam) tunc promi-
sionis tuae recordata non diceret?
Vbi est angele promissio tua? vbi
sedes & gloria regni? Si rex futurus
est puer, vbi aurum, vbi argentum,
vbi opes, vbi familia, vbi purpu-
ra, vbi decus & honor imperij?
Qualia sunt ista regnandi princi-
pia? Certē Angele Dei, cum filio
rege reginam me fore dixisti, vi-
deo me peregrinam: felicem me
tanto filio futuram praedixeras, vi-
deo me solam, afflictam, & exu-
lantem, proprioque labore victum
quarentem. Hoc ne est solum
David, hoc regnum, hic honos,
hic Regius apparatus, & fastus?
Quid cum illū videret patibulo sus-
pensum

pensum: clavis affixum, tormentis la-
cerum, veste nudatum, acerbissimam
mortem cum opprobrio tolerantem,
quo eiulatu clamasset? O angede ubi
sunt tua promissa? ubi decus & glo-
ria regni? ubi veritas? ubi fides? ubi
spes, et fiducia mea? Moriente in con-
uitio video, regnatum: quando ex-
pectabo? An licet post mortem spera-
re coronam? sed angelus ad hæc dice-
re posset: cesset tua quærimonia vir-
go: veritatis nuntius, dicere nisi vera
non possum: leua oculos tuos ad filiũ,
et vera me dixisse probato. Nũquid
non regia stemmata vides? nunquid
non regis vexillum attendis? Non a-
spicis caput diademate regis ornatũ?
titulum non conspicis regali throno
pendentem? Non audis multorum re-
gem acclamantium voces? sceptrum
non discernis potenti manui defixũ?
quid obsecro virgo: quid deest ad re-
gnũ? in præsidis domo coronatus
in regem, purpuram, et sceptrum, co-
ronam, et sedem accipit: ibi rex accla-
matus, ibi flexis genib⁹ adoratus, ibi
purpura indutus, regalia ibidem à mi-
litib⁹ iudicis accipit obsequia. Quid
refert ad regnum, serio hæc an ludi-
briofiant? Intellige Maria mysteriũ,
sacramentum magnum agnosce: ea
quæ perfidi homines opprobrio fa-
ciunt, apud Deum et angelos serio
fiunt, et quæ ludibrio dicuntur, veri-
tate complentur: Iniquorum iniuria,
vera regni gloria est, irrideri vide-
tur, sed in veritate rex coronatur. Co-
rona illa spinea, laurea reputatur à
Deo: pungit quidem, sed vngit: cru-
ciat, sed honorat: etsi vis nosse secre-
tum, crux illa crudelis regni David
sedes est. Hanc rex et propheta suc-
cessori Christo reliquit. Nunquid nõ
legisti, quia dominus regnavit à li-
gno? Pendens latro secum regiam ma-

iestatem implorat. hæc pensato vir-
go, et vera me dixisse sentito. Nou-
rat ergo secretum hoc in spiritu pro-
pheta regius, ac propterea nõ iudeis,
sed gentibus annunciari præcipit, di-
cens: Dicite in gentibus, quia domi-
nus regnavit à ligno. Relicto nanq;
repudiatoq; illo iudeorum populo,
ad gentes regnum et solum David
transferendum spiritu monstrante di-
dicerat, cum, s. rex Christus leuaretur
in ligno: ac propterea gentilem
præsidem commonet, ne regni sui ti-
tulum iudeorum malitia radi permit-
tat, videbat enim spiritu iudeorum
conatum ad radendum titulum, vo-
cesque importunas acclamantium au-
dierat, noli scribere regem iudeorũ,
sed quia ipse dixit, rex sum iudeorũ.
Pro sua ergo sede regnoq; sollicitus,
præsidem Pilatum admonet, ne illo-
rum obtemperet voluntati, propter
quod etiam ad Deum longas effude-
rat preces, orans ne disperdat David
in tituli inscriptione. Sic nãque plu-
rimi psalmorum tituli prænotantur.
Itaq; velut oraculo monitus præses,
in sententia firmus stetit, dicēs. Quod
scripsi, scripsi: nesciens vtiq; quid di-
ceret, sed magnũ proferens sacramen-
tum. Hęc igitur sedes David, quam
angel⁹ repromisit, cui, s. regni David
affixus est titulus: ab hac super domũ
Iacob, non illius carnalis et modici,
sed spiritualis, toto orbe diffusi, idest,
ecclesię sanctæ Dei in in æternũ fir-
mato regno regnaturus est Christus,
sicut fidei legatione prædixerat nun-
tius. Huius autem tam eximie lega-
tionis figuram gessit seruus ille fide-
lis Abrahæ, quem sanctus patriarcha
in suam patriam destinavit, quærere
filio suo vnico, vxorem, adiuratum
prius ne de filiabus Canaam vicinis
accipiat, qui pulcherrimam Re-
beccam

ps. 97.
ex pal-
terio Ro-
mano,
quo re-
spexit
author
hymni
ecclesia-
stici. Im-
pletasut
quæcõci-
nit Da-
uid fide-
lis car-
mine, di-
cens, in
nacioni-
bus re-
gnavit à
ligno de-
us. Sed
neque in
Græca,
neque
Hebræa,
neque
vulgata
editio-
ne habe-
tur à li-
gno.
Luc. 13
d.
Ioã. 19.
Titulus
psal. 57
Ne dis-
padas da-
uid in ti-
tuli ins-
criptione
& psal.
58. co-
de mō,
& psal.
59. in fi-
ne p. his
q. cõma-
tabũtur
in tituli
inscrip-
tionē Da-
uid. &c.
secũdũ.
Ioã. 19.
d.
Gẽ. 24.

Io. 19. d

mat. 27
d.

beccam ad fontem reperiens, acce-
pto prius connubij quod quærebat
indicio, q̄ eum & camelos libenter ad-
aquasset, eam in auribus & munus-
culis subarrhavit, & habito consen-
su parentis, filio domini sui copu-
landam adduxit. Quid huic cælesti
connubio similis? Non dignatur pa-
ter sublimis (hoc enim sonat Abraã)
filio suo vnico, de propinquis ange-
lorum cuneis quam libet desponsare
naturam, sed longius legatum fidelẽ
mittit ad terram, vt de cognata sibi
natura, & ad eius imaginem facta, ali-
quam filio suo accipiat vxorem: nus-
quam enim angelos apprehendit, Pau-
lo authore, sed semen Abrahæ apprehendit.
Venit ergo legatus ad mun-
dum, virginem ad fontem aquarum
reperit, idest, diuinas scripturas rimã-
tem, & de profunditate literæ miri-
ficos haurientem haustus. Miratur
cælestis Paranympus tantum puel-
læ decorem, & tam eximiam virgi-
nis pulchritudinem: qualis nanque
fuerit, scriptura cõmemorat. Puella
(inquit) decora nimis, virgoq; pul-
cherrima, & incognita virõ, descen-
derat ad fontem, et impleuerat hy-
driã aqua; & reuertebatur. Humilita-
te descenderat, virginitate placuerat,
hydriam suam aqua repleuerat: sic
nanq; eam angelus salutat. Aue gra-
tia plena. O plenam & plenissimam
hydriam, ex qua omnis potatur ratio-
nalis natura: bibit nuntius, bibunt in-
curui cameli: angelos & homines ex
tua plenitudine satiasti Maria: quis
enim ex hactua non potatur hydria?
Ex hac angelus gloriam, iustus gra-
tiam, peccator veniam, mœstus læti-
tiam, captiuus indulgentiam bibit.
Omnes bibunt ex ea, neque minuitur
hydria. Bibit quoque omnipotens ip-
se, & inebriatus amore, oblitus maie-

statis properat ad dilectam: ac velut
vnicornis filius, gremio virginis ca-
pitur, carnis nexibus irretitur: sicut
scriptum est. Dilectus quemadmodũ
filius vnicornium. Hãc ergo sacram.
virginem in auribus, argento vermi-
cularis, diuitis potentisq; domini nũ-
cius subarrhavit, virginis aurib⁹ mi-
randa ingerens sermone polito my-
stera, datoq; consensu filio domini
sui eam perpetuo connubio despon-
savit, vt in eius sacro vteri thalamo,
Deus & homo iam non sint duo, sed
vna caro, vna persona, vnus Deus &
homo, dominus noster Iesus Christus
Dei naturam, & hominis in seipso in-
dissolubili nexu copulans, hypostasi
beata. Cui cum patre & spiritu san-
cto, est honor et gloria, in secula secu-
lorum. Amen.

Psal. 28.
Cãt. 1. c.
Mar. 10
c. & 1.
cor. 6. d.

He. 2. d.

Gen. 24

DE ANNUNTIATIONE
virginis, Concio altera ad
virgines religiosas.
THEMA.
Missus est angelus. &c. Luc. 1.



Admirandam, omniq; vir-
tute præstantem genitri-
cem Dei Mariã, pro mei-
ingenij exiguitate, toto
animi desiderio laudare
desiderans, nullum ferè in sacris lite-
ris potui reperire præconium, quod
ad literam eius nobis gloriam, excel-
lentiamq; demonstret. Nam etsi de
illa per prophetas plurima mysticè
dicta factaq; passim legantur, vnde
possit virtutis eius magnitudo con-
stare, in euangelicis tamen aut apo-
stolicis scriptis, rarus de illa sermo, et
multò rarior laus inuenitur. Quãuis
vt verum fatear, non ita silentio tra-
dita sit, vt in eorum dictis, virtutum
eius claritas, tenuissimo radio, veluti
Ff per

per quasdam verborum rimulas, non eniteat. Sed vnde magis eius gloria, virtutes, dotesque animi poterimus auspicari, quam ex illo mirifico eius & angeli colloquio? in quo præter hoc quod angelico eloquio, gratia plenissima, & omnium foeminarum prima meritò prædicatur, ex gestis eius & dictis multa nimis præconiorum eius sylua emicuit. Neque enim id cuiquã dubio est, talem & tantam Dei genitricem fore decere, vt nulla ei in vniuersum ab initio valeat foemina comparari. Sed quomodo ita fit, cupimus non tam iudicio nostro, quam Dei eloquio demonstrare. Singula ergo euangelicę huius lectionis gesta percurramus, & quod dicimus luce clarius apparebit. Missus est (inquit) angelus Gabriel ad virginem. Qualem existimas virginem, cui ab altissimo angelus destinatur, quam puram, quam elegantem, quam decoram, quę ita conditori suo potuit cõplacere? In poetarum figmentis, legimus Pandoram quandam, mira sui pulchritudine etiam suis factoribus stupori fuisse: hæc nostra Pandora Deo suo non stupori, sed amoris magis fuit: placuit virginitate, placuit puritate, placuit humilitate, placuit denique omnigena morum virtute. Et ingressus angelus ad eam, non enim in propatulo erat, non in foro, non in publico, non eam in choreis & nundinis, non in ludis & cachinnis angelus inuenit, sed interiori domus cubiculo reclusam, libros sacros legentem, scripturę secreta riman-tem, suasque domino preces spiritu feruentissimo dedicantem. Hoc erat opus Marię, hæc vita, hoc otium, hoc officium, in hoc tota eius vita expen- debatur, in hoc dies noctesque in- omnes ducebat. Discite virgines non

Hesio.
in theo
gō. qua
si oium
rerū ge-
nere do-
nata.

per alienas discurrere domos, nõ pu- blicis oblectari colloquijs, non cursi- tare per vicos, non populi frequenta- re concursus: discite amare clausurã, vacare lectionibus, diligere solitudi- nem, horrere tumultum: cachinnis enim, lusibus, choreis, & ludis, casti- monię puritas periclitatur, animi vi- gor eneruatur, & constantia mentis amittitur. Ingressus igitur Angelus ad eam, quę viris fores claudere po- terat non angelis: ideo ingressus an- gelus, quia viro non patebat ingres- sus: est enim frequens angelorũ con- cursus, vbi hominum solitudo repe- ritur. Socios angelos habitura est foe- mina, quę virorum fugerit comita- tum. Ingressus ouanter, salutauit re- uerenter. Aue (inquit) gratia plena, dominus tecum. Plena gratia, implẽ da deitate, obumbranda virtute: gra- tia plena, de cuius plenitudine acci- piunt vniuersi: de cuius abundantia totus replẽdus est orbis. Et verè ple- na, in cuius animo nullus peccato re- lictus est locus, nullus iniquitati pa- tuit accessus. Dominus tecũ. Et quo- modo tecum? Non vtique sicut me- cum, sed sicut nullibi: tecum in cor- pore, tecum in mente, tecum in ani- mo, tecum in consilio, tecum in vte- ro, tecum in auxilio, tecum in ortu, tecum in exitu, tecum in fine, tecum sine fine. Ad primum autem angeli aspectum turbata est valde, vultusque eius palluit præ timore. Ecce pudici- tiam, ecce verecundiam, nihil pau- dius, nihil timidius virginibus ca- stis, vt pote quę pretiosum in vase fictili sciunt se possidere thesaurum. Maria ad angeli aspectũ erubuit, vt vos virgines virorum fugiatis con- sortium. Nolo virginem loquacẽ, no- lo vrbana, nolo facetam, sed verecũ- dã, tacitam, timidã, et quę inspicere etiam

10. a. b.

2. cor. 4

b

etiam

etiã virũ aut alloqui erubescat. Quid nunc dicã de nostri tẽporis virginibus: quibus solenne est procacitate sermonis, etiã dicacissimos & petu- lantissimos superare lenones. Oble- ctantur fabellis, verborũ lenocinia discunt, dies noctesque; viris confabu- lando consumunt: rustica est quę ve- recundiã monstrat, indignaque; habe- tur coniugio, quę non prius petulan- tia vitę prodiderit castitatem. Quę etsi virgines procedant ad thalamũ, mentis tamen pudicitia sepius prosti- tuta est. Audistis Marię verecundiã, audite prudentiã. Cogitabat (inquit) qualis esset ista salutatio. Cogitabat (inquã) vt prudentissima, vt disertis- sima, vt sapiētissima, ne fortè aliquo deluderetur præstigio, eloquium an- geli subtili mentis examine pondera- bat: ne aut facillẽ crederet, & illude- retur: aut cunctantius hereret, & cul- paretur. Non facillẽ credit angelo Ma- ria loquẽti, quia leuiter credit mater Eua serpenti. O bone Deus, foemina foemina quid præstat? Poterat nanque; Eua intentatę fraudis colubri com- monere figura, si mens non leua fuisset. Quid enim à serpente expecta- ri poterat nisi virus? Non agni aut ouis speciem diabolus assumere per- missus est, non vultu angeli splen- dere corusco, ne esset potestas in fraude, excusatio in credulitate. Competentem sibi figuram assum- pserat Zabulus, & quę intus laten- tis nequitia, exterius præberet in- dicia. Sed dum citò credidit foemi- na leuis, neque virulenta colubri verba discreuit, se ipsam, vniuersam quę generis sui posteritatẽ celerius prodidit. Neque enim difficile fuerat deprehendere fraudẽ, si profanum eius attendisset sermonem. Cur (in- quit) præcipit vobis Deus: &c. Imò

Gen. 3.
10. b.

cur non præcipiat Deus, o miser, qui omnium est dominus? Cur o ma- ledicte, non se dominum præcepto monstrat omnium Deus, quę con- didit verbo? Quid insolentius, quid procacius, quam ab omnium condi- tore domino dati præcepti rationem perquirere? Iusionis iniunctę cau- sam expetere? Non tale quidpiam an- gelus sonuerat virgini, sed gratiam præfatus, dominum adesse dicebat: & tamen virgo prudentissima, tam decoro aspectui, tam pio affatui, non facillẽ præbet assensum. Sed cogita- bat (inquit) qualis esset illa saluta- tio. Attendite virgines, vos (in- quam) quę sacro caput velamine te- gitis, vos quę vitam, & animum Dei obsequio dedicastis, vos ergo quę altis parietibus circumclusæ, non est cur viros pro corporis pudicitia paueatis, formidate demones, men- tis vestrę puritati caute. Vobis nanque illud apostolicum dicitur, timeo ne sicut serpens seduxit Eua astutia sua, ita et vos seducamini nõ à corporis integritate, sed ab ea sim- plicitate quę est in Christo Iesu. Videte ne angelus Satanę in ange- lum lucis se vobis insimulet, et de- ludat. Cum ergo spiritus quispiam ignotus affuerit, & sublimia vo- bis mysteria panderit, non facillẽ præbeat assensum, non celerrimẽ reddatis responsum: sistite animum, cohibete sermonem, cogitate et vos diu exemplo Marię, qualis est ser- mo qui dicitur, quanam loquentis effigies, quis modus affandi, quę ho- nestas in verbo, quę utilitas in ora- culo, quo tendat eloquium, quid intus efficiat, quid foris præten- dat, qua intentione dicatur, quo si- ne claudatur, quo vestro merito re- ueletur, quę ratio loquendi, quę infi-

2. cor. 11. a

Ibid. c

Ef 2 nuandi

nuãdi occasio, quæ necessitas reuelã di, quæ utilitas apparèdi? Pensate diutius qua ratione, qua causa vobis occulta pandantur. Si scripturæ sacræ consonat dictũ, si approbatus moribus congruat oraculum, si statui vestro conueniat opus iniunctũ: videte an elatio mentis præcesserit, an inspicendi huiusmodi visiones appetitus affecerit, an eas petieritis an quæseritis, an temerè vnquam affectaueritis eas, vnde sic deludi mereamini. Tandem orate Deũ, humiliare animum, consulite sapientes, spirituales requirite. Assensum, fidemque suspendite, donec veritas insinuetur, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Caute nedum angelico spiramine Deum animo concipere cũ Maria existimatis, serpentis afflatu peccati virus concipiatis in corde, & amaritudinis fructum pariat in opere. Sicut scriptum est, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Discernendi autem huiusmodi spiritus sufficiens ab homine documentum dari non potest: spiritus sancti magis expectanda est gratia, quæ discretio spiritus ab apostolo nuncupatur: ac propterea humiliter & deuotè spiritus obsecrandus assidue, ne vos deludi à demone patiat. Solet autem à doctis inter alia vnum vtriusque spiritus prænotari discrimen, quod angelus in principio terreat, & dulcescat in fine: diabolus è conuerso. Quod etiam in hac angelice apparitione accidisse reperimus, nam ad angeli aspectum virgo pertimuit quo recedente gaudio & dulcedine plena remansit. Vnde illi ab angelo dictum est, ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Deum. Agnouit enim sua præsentia virgini iniecisse pauorem, quem blando sermone statim mederi festinat. Sic etiã post

1. pet. 1.
d

Psal. 7

1. cor. 12.
b

modũ mulieres ad sepulchrũ aspectu angeli territas idẽ angelus verbo solatur, dicẽs. Nolite timere vos. Sed nunc cætera prosequamur. Plurima dixerat angelus, longoq; verborum ambitu suã plenè legationẽ expresse rat, & nedũ à virgine verbũ auditur. Attendite modestiã, cõsiderate silentiũ, quod decora taciturnitas in foemina. Quid in virgine pulchrius quod loquendi modestia? nõ intercipit loquentẽ, nõ præcipitat responsonẽ: sed velox ad audiendũ, tarda ad loquendũ, prius patienter audit, et postmodũ sapienter respondit. Longas angelo præfandi cõcessit inducias, sibi autem respondendi breuissimas methodos destinavit. Neq; prius silentiũ rupit, quod de pudore fieri sermonem agnouit. Sola hæc sollicitudo Marię potuit superare silentium. Quomodo (inquit) fiet istud, quoniã virũ non cognosco? O miram pudicitiz curã, o inestimabile castitatis amorẽ, mater Dei ab angelo prænunciabatur, et pro sua virginitate sollicitabatur, Deũ habitura est filiũ, & de suo pudore quæstionem facit: neq; tanto pignore puritatis damnã cõpensat: tanta erat in ea puritatis sanctimonizq; dilectio. Sed vnde obsecro hæc tã noua et insueta religio? Quis te docuit ò Maria sic Deo placere pudicitia? vnde seruandẽ virginitatis documenta pceperas? vt neq; Deũ, nisi virgo cõcipere nõ assentias? neq; enim huius rei lex tibi documentũ, neq; antiquitas præbuerat exẽplũ. Lex sterilem foeminã maledicit, virginitatis perpetuę dignitatem nõ plannè agnoscit antiquitas. Filia lepte ab occisore parente suam lugendi virginitatem inducias obtinuit, lugetq; diutius, non quia occiditur, sed quia absq; sobole moritur inuupta, acerbiorẽ ipsa morte filiorum reputans orbitatem

Mat. 16.
b.eccl. 1.
aexo. 21.
dIud. 11.
5

orbitatem. Deniq; in populo illo nihil optabilius, nihil beatius, quod abundare pignoribus, filios gignere, hæres habere, & sicut scriptũ est, vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: filij tui sicut nouellæ oliuarũ in circuitu mensæ tuę. Ecce sic benedicetur homo qui timet dñm. Vnde et multiplicandæ potius sobolis, quod seruandi pudoris ille populus à Deo monitionem acceperat. Vbi ergo legeras, vbi didiceras, Deo ita gratã esse virginitatẽ? nisi quia omnipotens Dei verbũ prius fuit tibi magister, quod filius: prius te habuit discipulã, quod matrem: prius tuã mentem, quod ventrẽ impleuit. Tu ergo virgo regia inter virgines primatũ tenes, tu virginũ prima dux & magistra, tu virginitatis forma, tu virginitatis inuentrix, institutrixq; tu religionis huius sacræ prima fundatrix. O virgines qualem habetis magistrã. Non pater August. non S. Benedictus, Franciscus, vel Dominicus, vel quiuis alius de numero sanctorũ patrũ, custodiendã virginitatis institutor extitit, sed virgo sacra, Dei mater, hanc prima inuenit viã, & eam Adã filijs demonstrauit, ipsa prima docuit homines calibatũ, & in carne angelicã vitam agere, & cęlestium spiritũ amulari puritatem: hæc prima virginitatem suã Deo vouit, & suo alias exẽplo id ipsum agere prouocauit. Sicut scriptũ est. Assitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Omnis gloria filię regis ab intus Adducentur regi virgines post eam. O virginẽ puram, virginẽ vnicã, virginẽ singularem, & verè singularem verè vnicã, ad quã nulla est alia virgo, ad cuius cõparationem omnis alia virginitas corruptio videri potest. Ceteris nãq; virginibus sat est incor-

ps. 127

psal. 44

ruptas esse corpore, intactas haberi carne: quoniam est enim aut fuit vnquã alia virgo, quæ cogitationis libidinẽ non senserit: carnis molestias nõ pertulerit? Sat est si vicit, sufficit si non succubuit. Maria tota & vndiquaq; virgo, virgo carne, virgo & mente, virgo aspectu, virgo cõtactu, virgo cogitatu, virgo affectu, virgo sermone, virgo opere, virgo spiritu, virgo sensu, virgo plenissima, virgo illibata, intacta corpore, intacta mente, intacta cogitatione, non solũ à libidine sed etiam ab omni peccatorũ forde, et vitiorũ contagio. Sacra pura, et immaculata virgo, cui etiã præ alijs hoc erat virginitatis insigne, vt inspectores suos (vt ita dixerim) virgini faceret. Erat enim in ea (vt prophete vt ar eloquio) virgines germinãs virginitas. Mira res & admiranda gratia: cũ esset sine cõparatione pulcherrima, et facie decora nimis, inspicientiũ oculos, nõ modo sua pulchritudine nõ legēbat, sed eos magis sua honestate et venustate honestabat, sanctificabatq;. Deniq; vt quod de hac virgine sentio, vno verbo dicã, ita corpus ei carneũ, quasi argenteũ aut crySTALLINũ intelligo. Tã longè ab eius mente et carne aberat omnis libidinis sensus, & labes: talis est Mariæ puritas, talis virginitas: talis est hæc quã recolim⁹ virgo: ideo cõplacuit altissimo, ideo super oēs dilecta, ideo Dei mater electa. Neq; in ceteris etiã virtutibus obsecratorior erat, sed vt luna plena, virtutibus vndiquaq; refulgēs, totã ecclesiã suo fulgore irradiabat. De fide. n. illius, quicquid dici potest pro merito minus est: vt potest quæ ipsi etiam angelo nũtiãti fuerit stupori: nõ. n. cõmunia & vñitata sunt, quæ solo dicto Maria credidit, sed inaudita penitus, & quæ omnem superant facultatem, omnem

zac. 9. d

eccl. 50

inimam intellectum excedunt, Deum fieri mortalem: hominem Deum de foemina nasciturum: virginem sine viro concepturam: Deum parituram, & virginem permansuram. Qualia sunt haec ut solo verbo credantur? Ecce nunc ab incunabilis huiusmodi mysteria didicimus & audiimus, & post tot miracula ac testimonia, cum haec pensulatius cogitantur, quotidie nobis noua fiunt, et praeter illorum magnitudine suspescimus, contremiscimusque. Quid putas cum sine hominis testimonijs, primum ab angelo dicta sunt, futurum in virgine, nisi eam Deus suo lumine & gratia praeruenisset? sicut eidem angelus dixerat, Dominus tecum. An non in illa dominus, quae ad tot & tanta mysteria capienda, intelligenda, credendaque solo angeli dicto praerualuit. O miram fidem, o stupendam credulitatem, cum tanta sunt quae dicuntur, neque exemplum petit, neque miraculum quaerit, neque rationem exposcit, neque testimonium postulat, neque rerum impossibilitatem causetur. Tanta facilitate credidit, ut ipse etiam angelus miraretur. Et hoc ipsum quod ad fidem eius astruenda de Elizabeth testimonium adduxerat, licet ab illo quod nunciabatur mysterio longe distantius, quia simile a seculo reperiri non potuit, fidei virginis superabundauit: sic in Dei obsequium suum redegerat intellectum, sic per omnia Deo subdita erat, ac Deum omnia quae voluerit posse sibi persuaserat. Confer nunc ad hanc virginis fidem omnem illam sanctorum patrum credulitatem, quam in illo fidei catalogo potest eloquio super astra effert Paulus, & inuenies hoc esse ad istam, quod stella ad solem, les ad montem, guttula ad oceanum.

2. cor. 10

Heb. 11. b. infra

num. Fidem Abrae praeter ceteris apostolus miratur, & merito, non enim fuit infecunda, sed obedientiae operibus plena, unde per eam iustificatus est, & repromissiones promeruit obtinere, sicut scriptum est: credidit Abraam Deo, et reputatum est illi ad iustitiam. Sed qualis est ista fides, si ad fidem virginis conferatur? Unde obsecro per fidem iustificatus est Abraam, unde amicus Dei constitutus est? Quia inquit contra spem, in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est: sic erit semen tuum, sicut stella caeli, et arena maris, et non est infirmatus in fide, neque considerauit corpus suum mortuum, cum iam fetere centum esset annorum, et mortuam vuluam Sarae: in repromissione etiam Dei non hesitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens quia quaecumque promisit Deus, potens est et facere: ideo et reputatum est illi ad iustitiam. Quam potenter, quam eleganter Abrae fides commendata est? sed quid hoc ad virginis fide? Abraam sterilem animum parituram credidit, Maria virginem: Abraam ex seculo viro, Maria sine viro: Abraam parum hominem, Maria Deum et hominem: Abraam visitato naturae modo, Maria praeter omnem naturae usum et modum: Abraam Deum posse etiam mortuum suscitare, ut impleatur promissio, Maria Deum nasci, et mori posse, ut in eo omnes promissiones impleantur, assensit. Vide nunc fidei ad fidem quantum interest, fides fidei quid praestat. Ecce quilibet et quanta sit ista foemina, quam sibi in matrem, et cunctis seculis in exemplum elegit altissimus. Sed cum talis ac tanta esset, nunquid superbiae vel modicum in ea vnquam vestigiū repertum est? Imo quod ceteris dignitate et gratia

tia sublimior, eodem propria aestimatione humilior inuenta est. Prodigiosa humilitas, tantae agglomeratae virtuti cum enim peccator pondere peccatorum oppressus humiliat se, haec non tantae humilitas, quam veritas dicenda est: sed gratia super gratiam, decor super decorem; humilitas in virtute. Unde in canticis. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Geminata pulchritudo, humilitas in puritate, puritas cum humilitate. Ceteros quosque etiam sanctissimos viros, & illustrissimas foeminas, humiles apud Deum fuisse nemo mirabitur, quia etsi iusti & recti, habebant tamen aliquid unde merito humiliari possent. Quis enim sanctorum ab omni peccatorum labe immunis penitus inuentus est? quis non aliquando defecit? quis non intra se aliquando inuenit quod dolere? unde lugeat? unde humilietur? unde sibi & alijs quandoque displiceat? quippe qui appendit aquas in mensura, sic eos virtutibus & infirmitatibus librauit, ut quantum illos virtus exaltat, tantum eos infirmitas deiciat. Unde & apostolo gemitum, ne reuelationum magnitudo eum extollat, stimulum satanae datus est, qui eum colaphizet & humiliet: propter quod gloriatur in infirmitatibus suis, apostolorum minimum, & abortiuum, nominans & reputans semetipsum. Non (inquam) valde miranda haec humilitas in Paulo, quem satanas colaphizat, quem tentatio deprimat, quem lex membrorum vehementer molestat & angit, adeo ut exclamare cogatur, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? At tibi unde obsecro humilitas, & tanta humilitas, o Maria? in qua non modo ni-

ecc. 26

Cat. 1. d

Iob. 28. d

2. cor. 12. b

Ro. 7. d

Ibidem

hil obscenum aut foedum, nihil deformae aut lubricum, sed heroicae omnia, splendida, candida, niuea, pura, & supra quam dici potest illustraria. Talem enim te nouerat qui dicebat: tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Haec (inquam) vera humilitas est, ex tam sublimi virtutum culmine deijcere semetipsum, & in tanto dignitatis fastigio exiguam se in suis oculis reputare. Gratis me, fateor, admiratio tenet, quoties huius virginis celsitudinem, humilitatemque respicio: portentum gloriosum, cunctis seculis admirandum, tam sublimi celsitudine non exaltari. Miserum me, qui si aliquid vel modicum deuotionis, scientiae, aut virtutis a domino videor suscepisse, iam me aliquid esse credo: iam in oculis meis magnus sum: peruolat in animo vanitatis innumeri cogitationum strepitus inuitus sustineo, & caecutientibus animae oculis vix me agnosco esse quod sum: dissoluitur inani laetitia vanissimum cor, & caeco de se iudicio miserabiliter animus intumescit: latentis vanitatis & superbiae foris panduntur indicia, & neque hominum pudore a propria me laude contineo: quid si res ipsa magnus essem? quid si propheta, apostolus, aut euangelista domini fierem? quid si purifici dignitate alijs in ecclesia praefessem? Quis mecum hominum posset arrogantiam sustinere? O virgo sacra, quomodo hoc tanto nuncio non tota praegaudio diruperis? quomodo hac dignitate tua praelatitia non tota dissolueris? quomodo non per vias & plateas felicitate hanc tuam proclamando discurras? O mira foeminae grauitate, sed seueritate, sed modestia, sed continentia, sed humilitate, sed prudentia,

Cat. 4. b

1. re. 156

Cat. 3. a

sed pudorem, sed honestatē, sed virtutem, sed animi vigorem, constantiamque. Quid de te dicam o virgo? Ecce mater Dei, domina mundi, cælorum terrarumque regina constituta erat, & in eius purissimo vtero tantum ac tale mysterium diuina virtute celebratum fuerat, & nemo ab ea nouit, nullus audiuit, nullus ab ea secretum didicit: tacuit semper, filii, donec prodente Deo, apud cognatam suam Elizabeth mysterium propalatum esse cognouit. Tunc primum spiritu feruens, silentium rupit: tunc oris & linguæ in Dei præconium fræna laxauit: tunc mirâ Deo cecinit cantilenam. Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quicquid tunc sacræ virginis animus à tanto silentij pondere, spiritu sancto reuelante mysterium reuelatur. Sed neque sponsus ipse Ioseph, cui mani festa signa conceptus grauissimâ suspicionis dolorem ingesserant, ab ea quicquam audiuit, donec reuelante angelo mysterium cognouit. Discite vos virgines occultare secreta, discite ostensa vobis celare mysteria. Si quid secretiore mentis cubiculo in aure cordis auditis, non statim effundere super recta: ad vos illud prophetæ verbum spectat, secretum meum mihi. Et quod alius propheta inquit, filii à bonis. Cultus enim iustitiæ silentiū: quia quod anima in occultandis spiritalibus theorijs continetior est, eò ad eas suscipiendas magis idonea & capaciore redditur. Vasa enim quæ citò effluunt, minus capiunt. Cõtine apud te o anima cæleste mysterium, quia non dirumpet te, sed Deo largitori gratiorem te reddet. Thesaurus qui à viatore insipienter in via proditur, furti periculo euidē

ter exponitur: quia vt Gregorius ait, deprædari desiderat, qui thesaurum publicè in via portat. Ezechias rex, thesauros regio & templi quos inconsultè legatis Babylonicis ostēdit, quia stultè propalauit, amittere promeruit. Æmulamini ergo virginis Mariæ taciturnitatem: emulamini humilitatem: hæc enim quæ in oculis Dei talis actata erat, quod magis angelica legatione exaltari se intellexit, eò in sua opinione profundius se deiecit. Cùm enim gratia plena, & super omnes scæminas benedicta ab angelo diceretur, ipsa e conuerso humilians se, quid de se sentiat, & quid respondeat audite. Ecce (inquit) ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. O felicè ancillam, cui ancillantur omnia: beatâ famulâ, cui omnia famulantur. Hæc imitamini ancillam o ancillæ Christi, huic famulæ toto mentis ardore famulamini, hæc sit vobis vitæ familiaris & quotidianum exemplar, hæc in oculis vestris semper & vbiq; versetur, hanc honorate, hanc diligite, hanc obsecrate, hæc sequimini, huic tota vos deuotione cõmittite, hunc puritatis librum digito Dei intus & foris scriptum assidue perlegite: legite in eo sanctimoniam, legite pudicitiam, legite prudentiam, legite caritatem, legite mansuetudinem, legite humilitatem, legite denique omnium virtutum plenissimâ plenitudinem: legite intus virtutem, foris legite honestatem: vt post eam in odorem vnguentorum sponsi currētes, & dramatis cantica personâtes, beato eiusdem sponsi consortio & conubio perfruamini in æterno illo beatitudinis & gloriæ thalamo: in quo cū patre & spiritu sancto viuit & regnat deus, in secula seculorum. amē

De

DE VISITATIONE VIRGINIS, Concio.

THEMA.

¶ Maria exurgens abiit in montana cum festinatione. Luc. 1.



Vid est hoc quod audiuius fratres: quid in auribus nostris insonuit? Rem profectò mirabile, & cui a seculo non est audita similis.

Ex secreto maternorum viscerum duo paruuli, totius mundi gaudia futura, præludunt: ante ortum gratulantur infantes, & prius norunt oblectari, quâ nasci. O tripudium natiuitate antiquius, ex matrum visceribus nondum editi paruuli, mutuo se salutant, & vnus gratiam infundit in alterum, alter infusam ab alio recognoscit: vnus dona largitur, alter pro donis gratias refert: certant inuicem donis, & gratia, ante cunabula pueri. Quis audiuit vnquam tale? quis vidit huic simile? Certates olim pueros in vtero Rebeccæ audiuius, & ante ortum inuicem contendentes: mirandam profectò monomachiam in arctissimo vteri campo, grandi futurorum mysterio: quoniã duorum populorum duo infantuli typum gerebant. Sed longè hoc tripudium illo duello mirabilius. Antiquior ibi pugna natali, hic amor: ibi certamen, hic gratia: ibi dissidiū, hic fœdus. Certabant in vtero illi, isti tripudiant. Sed longè præstat amicitia bello, quia illi quid agerent ignorabant, isti sciebant: non suo enim, sed solo spiritus sancti inlin-

ctu illi certabant: hi verò longè felicius, & multo prodigiosius festiuâ cordibus lætitiâ agunt, & amicitiam quam incunt optimè norunt. O cordatos pueros, o infantes discretissimos, pueros dixerim an viros? Certè ante cunabula viros: neque viros modò, sed insignes in vtero philosophos. O beatum Baptistam domini tali gloria decoratum: nam de Christo vero Deo & homine, quis mirabitur? De Christo longè prius vaticinatum fuerat, quia nouum esse facturus dominus super terram, vt scæmina circumdaret virum. Hoc vaticinium in Ioanne etiam impletum est, sed longè distantius: quia quod Christo perpetuum erat, Ioanni ad punctum datum est. Transeunte enim illo diuini luminis radio, ad infantem Ioannes redijt. Christus dominus infantiam non nouit: infantiã dico, non corporis, sed mentis: semper enim fuit mente qui est. Sed iam huius tam mirandi tripudij modum & causam penitus inquiramus, à radice (quod aiunt) mysteriū exordientes. Post infectam peccato protoplasti naturam, cõmuni lege nullus nascitur non infectus: seruituti addicti nascimur, & ante sumus iugulari quâ nati: primos generis nostri truncos prius habuimus occisores, quàm genitores. Hæc etiam peccati lege Ioannes tenebatur, hac cõmuni macula in vtero fœdabatur. Venit Deus in mundum, ouem quæ rere quam perdiderat, vtero virginis concipitur, tegmine carnis velatur, prospicit statim sub iugo pressum amicum, & cõmuni tabe fœdatum: dolet amici vicem amicus pius, festinat liberare dilectum: non in longum differt, non largas præbet inducias morbo, sed virgineo

Ff 5 vctus

Esa. 42. b

Luc. 1. c

Matth. 1. c

Matth. 10. b
Esa. 24. c
ps. 38. &
Esa. 42. b
Esa. 32. d

Ap. 5. a

Esa. 66. c

Gen. 25. c

Cat. 1. a

Luc. 15. b

vectus curru per montium culmina properat ad amicum. Sic enim Lucas euangelista festinabundam commemorat virginem per montana: & multò ante sapientissimus Salomon hoc ipsum in spiritu luculèter cecinerat, dicens. Ecce iste venit transfiliens in montibus; transfiliens colles. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloq; ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, en dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decorata. Nequeo satis mirari, tam lucidè & tam expressè huius mysterij prophetiam. Quid aptius dicere potuit, si vidisset: certè vidit, non corpore, sed spiritu. O celerè columbam, per culmina montium præuolantè virginem deiparam; ò festinabundum hinnulum, iuga collium transfilientem Christum dominum: ò faciem decoram, ò vocem dulcissimam, vocem potètem, vocem acutam, senis cognatè viscera penetrantem. Ecce (inquit) ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Illa enim voce sonora dum cognatè perculit aures, latenti intra viscera puero spiritum sanctificationis immisit. Hac voce potenti infans in utero parentis percussus excutitur, excitaturq; ignorantia somno sopitus oculos cordis aperuit, & latentem post parietem carnis, cælorum regem mira perspicacitate cognoscit: festinat exire obuiam maiestati, publicare latentè, inuadit vètris angusti lateribus prodire conatus, sed immaturo adhuc partu exitum negante natura. Mira res, genua flectit utero, &

quem verbis salutare nõ potuit, prophético gaudio recognouit. Adorat velut alter Ionas in vteri templo factorem suum: & quia suo nõ linitur, parentis euangelizat eloquio. ^{Jonas. b} Mirabilem præcursores, ò visum acutum, ò plusquã lynceos oculos, Dei maiestatem intra virginis viscera penetrantes: feruens nuncius, qui ante gestiuit nunciare, quàm viuere: impatiens dux, qui antequam perueniret ad ortum, peruenit ad regem: ante rapuit arma, quàm membra: ante acie petit, quàm lucem: & ut vinceret mundum, vincit ante naturã. Quid dicam fratres, Ioannes antequam Christum præcederet, seipsum præcessit. Hæc Augustinus. Cui comparabimus paruulos istos: aut cui assimilabimus eos? Similes profectò sunt musicis citharæ citharizantibus in citharis suis, qui conceptam animo harmoniam consonantibus citharis modulantur. Neq; enim aliter miro concentu temperate prophetat matres spiritu paruulorum, & intus distantibus pueris, sono resonant præfagientes amœno. Solet hoc naturali quodam prodigio in consonantibus citharis euenire, ut vnius chorda pulsata, alterius quæ eodem puncto conciniscit chorda, & nulla alia contremiscat. Cuius causam cum sepius inquirere inuenire non potui. Quis enim non miretur, quòd sola consonantia motum faciat? Quid enim agit concentus ad motum? Ita omnino contigit in proposito, còcines erant citharæ cælestium lyra: vna verbum, altera vocem gestat. Et quid verbo consonantius sua voce? Personat vna, contremiscit altera. Ut facta est (inquit) vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in utero meo. Quid

ni exultaret, quid ni contremisceret lyra, etsi non pari puncto, simili tamen temperata concentu? Sancto itaque spiritu afflatus Ioannes, non solum à contagio peccati mundatur, sed etiam accelerato iudicio præsentem inspicit redemptorem præcursoris officium ab utero inchoat: & prius officium nõ uult exercere, quàm vitam. Iniunctum sibi à Deo munus accelerat immaturus ortu, maturus officio, ne videlicet sibi datum quispiam subripiat honorem. Venit nanque in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. In hoc natus, in hoc missus à Deo, non patitur à quopiam eius testimonium præueniri, ne præcursorisei quisquam auferat dignitatem. Magna hæc Ioannis gloria, quòd post virginem sacram, primus verbum incarnatum agnouit, & primus omnium promulgauit. Neque enim virgo propalauerat ante: magnus deitatis præco missus est Ioannes, tantum sacramentum primus prodidit orbi, post hunc pia mater, deinde grauissimus pater, deinde Ioseph, deinde Angeli, Reges, pastores, etiam iumenta agnouerunt. Nouit Simeon, nouit prophetissa Anna, nouerunt alij: sed primum omnium Ioannes & nouit, & prodidit, hoc solus decoratus honore. Non ergo solummodo sanctificare amicum Christus accelerat, sed etiam honorare: sanctificare quippe absentem poterat, sed adesse festinat, ne dilecto concessum alius surripiat locum: tantum nanque incarnationis mysterium diu in mundo latere non poterat. Prius itaque in utero demonstrauit tripudio, quem postmodum in deser-

to ostensurus erat digito. O verum amicum Christum, cui est tanta sollicitudo pro amico, Discamus ab his amicitiam fratres, discamus ab eis necessitudinis iura: vera nanque illa necessitudo est, quæ non tam corporis, quàm animæ damna deplorat: quæ vulnera cordis plusquam corporis in amico sanare festinat: quæ nunc conflulendo, nunc corripiendo, nunc admonendo à iugo peccatorum exonerare conatur amicum. Væ adulatoribus amicis, qui consuunt puluillos sub amicorum cubito, ut quietè dormiant in peccato. Væ palpantibus vitia, qui fuscum litiunt parietem sine temperamento, ut non appareat peccati macula, & grauius inualescat. Pensate fratres qualia sunt vlcera peccatorum. Si ab alieno enim maculæ originalis contagio mundare amicum sic festinat Christus, à proprio mortalis criminis reatu quanta celeritate nobis festinandum est? Væ qui protrahunt iniquitates suas, trahentes iniquitatem in funiculis, & quasi vinculum plaustrum peccatorum: quibus dum securiores sunt, repentinus superueniet interitus, & non effugient. Sed ad historiam redeamus. Postquam igitur virgo regia vteri sui mysterium propalatum vidit, exultans animo, plena spiritu, repleta gaudio, feruore spiritus inflammata, suauem domino cecinit cantilenam: virgo (inquam) illa cui etiam loqui rarissimum erat, præ magnitudine spiritus voce sonora cantare compellitur. O nimiam spiritus redundantiam, o feruorem cordis immensum: beatæ aures quæ ab ore virgineo festiuum canticum

Ioã. 1. d
Ioã. 3. d

Ezec. 13

ibidè &
c. 22. f.

Esa. 5. e

1. Thef.
5. a

audire

Cã. 2. b.
& infraheb. 5. a
Ioã. 1. a

Ap. 1. 4

Lu. 2. b
Esa. 1. a

Ap. 3. b

ni

audire meruerunt. Non est auditum simile canticum ab initio, vnde merito canticorum canticum veniet nuncupandum, quia videlicet & authoris maiestate, & materię dignitate, & styli acrimonia, omnia sanctorum cantica exuperat. Plures namque olim matronas, vt viros omittamus, cantica edidisse scriptura commemorat. Cecinit Delbora victoriam à Sisara, Judith Olofernem extinctum: Moyfi soror Pharaonem submersum: Anna quoque pro filio Samuele longiores Deo gratias edidit: sed non sic hebræas illas audire canentes, vt prophetissam nostram delectat. Magnum illum citharcedum agnosco sua cithara personantem, & virtute harmonica demones expellentem: notam omnibus figuram edissero, David cithara personante Saulis obsessum animum, diabolus deserebat. Mira res, musica fugatur zabelus: & qui iuxta sententiam Iob, sagittas reputat quasi paleas, & lapides fundæ velut stipulas spernit, deridet etiam vibrantem hastam, & durissimos malos pro nihilo pendit, ad citharæ sonitum tremefactus recedit: & quem nulla vis superat, superat harmonia. Latet pro certo in cithara illa mysterium: figura illa erat, hæc veritas, hic impletur quod ibi signatur. Hoc est illud dulcissimum decachordum, quo citharista propheticus toties gloriatur: hoc dæmon expellitur, præcursor sanctificatur, puer exultat, mater prophetat. Hoc decachordo etiam nunc cum deuotè concinitur, iniquas cordis suggestiones propulsari, lubricas carnis tentationes emolliri, dæmones pessimos effugari merito crediderim. Vnde non abs re à cunctis

fidelibus hoc canticum maximè celebratur, & summa deuotione recolitur. Denario itaque versuum numero completur, vt decachordi teneat veritatem. Ecce authorem catici, ecce harmonię cęlestis modulatorem, Christus intus dicat, virgo foris personat. Ab huiusmodi compositore & cantatrice qualem reputas prodire cantionem? Sed res ipsa quæ concinitur, etiam altissima est, & cui omnis laus nequeat adæquari. Non modo insignes principum victorias, nõ acies hostium leuiter profligatas, non currus Pharaonis pondo submersos, non sicco per vndas fvestigio transeuntem populum virgo commemorat: grandius hæc personat femina, altior illi causa canendi. Mystera magna canit, ineffabilia dona recenset, pro filio non propheta solum, sed Deo prophetarum domino gratias refert, & quia (mirabile dictu) suum & omnium genuit conditorem, quia diuinam vtero progeniem gestat, quia diuinum verbū ventre recondit, numen in carne pãgit, viscera diuinæ pietatis extollit, deiectos superos inferosque leuatos, diuites exclusos, pauperesque ditatos, potentiam magnam nimis inæstimabile pondus amoris, mundi reparationem, diaboli deiectionem, peccati euerfionem potenti sermone describit. Non tali Sappho carmine fuit, non lyricus sic poeta demulcet, consonat mysterio stylus, mirificus, dulcis, succinctus, floridus, lenis, placidus, fluidus, plenus, ornatus, venustus, spiritu & deuotione refertus: nescias elegantię an sapientiæ cui tribuas palmam. Mira vtrinque venustas, arcta sermonis methodo numerosos sensus includit, exiguo metrorum ambitu, grauissimas sententias

sententias claudit: nunquam sic foemina locuta est, nunquam sic cecinit virgo. Sileant omnes musæ, sileant Gentilium celebratæ camœnæ, sileat Sibylla furens, sileat laciniosa poësis, sileat Sirena dulcis, garrula etiam Philomena conticeat: sileat omnis hominum auiumque harmonica laus. Cithara regis sonat, deipara virgo canit: sed iam ipsam virginem canentem audiamus. Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, &c. Quàm venustè, quàm pulchrè senioris cognatæ paludoniam canit? quã piè, quàm humiliter impensas sibi laudes in honorum omnium largitorem Deum detorquet, ac si dicat. Tu me ò Elizabeth cognata magnificas, sed ego non magnifico me ipsam, sed pro his omnibus quæ dixi, Magnificat anima mea dominum. Exultauit etiam (vt ais) ad vocem meam infans in vtero tuo. Sed & spiritus meus supra modum præ gaudio exultat in Deo salutari meo. Tu me beatam dicis, nimium, quia nequè prima, nequè solâ, ex hoc enim beatam me dicent omnes generationes, et nati natorum, et qui nascentur ab illis. Sed vnde beatam? merito meo? imò respectu diuino. Nam quia respexit altissimus humilitatem ancillæ suæ, ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes: sed merito, sed iustè. Fecit enim mihi magna qui potens est. Agnosco gratiam, magnitudinem non vsurpo: magna sum fateor, sed non ex me ipsa magna sum, sed quia fecit mihi magna qui potens potuit, & fecit: & fecit, quia voluit: ideo sanctum nomen eius, benedictum, & gloriosum.

Quanta mihi fecerit, quantam in me potentiam ostenderit, solus nouit, ego dicere non sufficio: sed pro his nomen eius ex intimis visceribus benedico. Sed nunquid mihi soli? imò toti hoc beneficium impenditur orbi. Nam misericordia eius à progenie & in progenies, omnibus quo ad sufficientiam, sed timentibus eum quo ad efficaciam. Sed quam misericordiam? quia à peccati seruitute potenti eius virtute homines liberati, & regni cęlestis participes effecti sunt. Ex generationibus nanque humanis opere suo redemptis, angelorum ruinas reparauit: illos potenter deiecit, hos misericorditer subleuauit. Fecit nanque potentiam in brachio suo, verbo suo, filio suo: dispersit superbos, & angelos & homines, mente cordis sui. Nam & angelos potentes, & de sua potentia gloriantes deposuit de sede cęlesti, & illuc exaltauit à terra humiliatos homines. Esurientes quoque Gentiles populos gratiæ suæ bonis impleuit, diuites Iudæos propter superbiam suam dimittens inanes. Hæc (inquam) omnia tam potenter quàm misericorditer operatus est, ex quo in oculis eius inueni gratiam, vt fierem mater eius. Suscepit enim in vtero meo Israel puerum suum, non alicuius merito, sed recordatus misericordiæ suæ: recordatus etiam veritatis suæ: quia sic promiserat ad patres nostros, specialiter Abraam & semini eius, non ad tempus, sed vsque in secula: quod enim semel assumpsit, in perpetuum non dimittet. Quàm mirè quàm succinctè verbi incarnationem expressit? Suscepit (inquit) non enim conuersione diuinitatis in carnem,

non

non substantiarum confusione, non mixtione, aut compositione aliqua vtriusque naturæ, sed assumptione mirifica humanitatis in Deum. Deus homo factus est. Illum autem benedictissimum diuinæ, humanæque naturæ suppositum Iesum, puerum nuncupat, & Israel: aptissimè quidem vtrumque, & conuenientissimè: quia & ab omni peccati labe purissimum, & ab vtero comprehensorem, deitatisque oculatissimum nouerat inspectorem. Rationem quoque huius tam admirandæ vnionis sapienter exprimit, cum ait: recordatus misericordiae suæ. Id est, non alicuius meritis, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed ex misericordia sua, & gratia sua pura. Quis enim tantum donum vnquam potuisset promereri? & aliam quoque rationem subiungens, ait. Sicut locutus est ad patres nostros, id est propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Sed de tempore quoque, si dubitas quandiu hæc tam pia hominis susceptio, hæc Dei hominisque tam mira coniunctio duratura est, vsque in secula, inquit: & ita concludit. Audisti vnquam disertio-rem, suauio-rem, elegantio-rem cantilenam? Quid hac virgine sapientius? quid elegantius? quid prudentius? quàm breui eulogio modum, proprietatem, rationem, vtilitatem, & tempus tam admirandi operis circumscripsit? quàm peritè, quàm succinctè ea definiuit, quæ neque longo potuissent explicari sermone. Hanc audire gestiebat in spiritu sapientissimus ille Salomon, qui cum nulli sapientia cederet, huic soli cedere non erube-

Tit. 3. b

Rom. 15 b

scit. Hanc ad canendum prouocabat, cum ait. Quæ habitas in hortis, id est, o deliciarum hortus, amici auscultant te, fac me audire vocem tuam. auscultant te (inquit) amici, id est sponsus & amicus eius Ioannes, sic enim se ipse Ioannes nominare solebat: auscultant te (inquam) maximi illi citharædi, auscultant te Angeli, auscultat te omnis cælestis illa maiestas. O sceminarum pulcherrimam, fac me audire vocem tuam. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora nimis. Expletis ergo tribus mensibus, postquam cognata Elizabeth filium suum peperit, & virgo cum manibus tenens benedixit, ad propria redijt, sicut aduenerat lætabunda. Hæc de historia. Aemulamini vos quoque o virgines hanc virginem, & celeri post eam gressu virtutum montana conscendite: peruolate perfectionis culmina, & ardua euangelicæ institutionis iuga transilite: ipsæ namque scitis quia in hoc posite estis, & hoc ipsum à primo vestræ religionis ingressu sedulo destinatis. Quid enim aliud hæc vestra religio gestit? quid aliud ista professio ambit? nisi volatum, nisi cursum, nisi ascensum? Ardua est perfectio virtutis via, difficilis ascensus ad vitam, et poenitentiae rigor vigore animi superandus: pertinaci opus est labore, ut perfectionis fastigia pertingamus: nullus desidiosus hanc arripiat viam, nullus lubricus hoc iter assumat. Sunt enim qui seruentur incipiunt, sed post modicum itineris asperitate perterriti, aut sistunt, aut desistunt, & cum opprobrio ad inferiora relabuntur. Quibus procul

Cæt. 8. d

Ioã. 3. d

Cæt. 2. d

Luc. 14

ps. 90.

Matth. 11. d

proculdubio melius fuerat non inchoasse quod nequeunt. Hos illa euangelij derisio perculit, qua dicitur. Hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare. quare non prius sedens sumptus computauit huiusmodi? Nulla autem vos instituti asperitas deterreat ab incepto, perseuerate instanter, alacriter ceptis insistite: labor improbus omnia vincit. Timorem hunc nocturnum à cordibus vestris repellite, hic enim degeneres animos arguit, & fascinat allucinantes oculos, ut non videant veritatem: hic exiguos cumulos in montes altos, & culices paruos in grades magnificat elephantos. O si daretur rem ipsam ut est, & non per speculum intueri. Iugum fateor est quod imponitis, sed suaue onus quod assumitis, sed leue: non premit, sed fulcit: non deijcit, sed reficit: non onerat, sed leuat. Nolite religiosi itineris foueas admirari, nolite prærupta perfectionis expauescere: sunt in eisdem passim prærata virentia, fontes dulcissimi, amœna virgulta, quibus viator amplius reficitur quàm ex via lassatur. Superatis autem huiusmodi iugis, aridet sursum ampla planities, aspectus placidus, deliciofa mansio, quæ est iucunda, quò dum celerius peruenitur, omnis præteritus labor penitus traditur obliuioni: breuis namque labor, & incnarrabile solatium. State ergo, & rebus vos seruate secundis: veniet ecce tempus, quando huius vos non pigebit meminisse laboris. Scio tamen vnde quibusdam accrescere soleat progrediendi difficultas, nempe ex carnalium passionum et desyderiorum temporalium, & curarum pondere: huiusmodi namque ponderibus pressi, & talibus pedicis irretiti pedes animæ, id est, affectus, lentius va-

dunt. Vnde non tam via difficilis, quàm pes grauis: non ascensus arduus, sed magis ligatus est gressus. Soluite ergo huiusmodi peccatorum nexus, & infelices has passionum sarcinas procul abijcite, & peruia vobis erunt montana virtutis. Exurgite cum Maria, ut festinetis: festinate ut perueniatis. Quæ enim in peccatis iacet anima, quomodo festinabit? quæ præ tædio non festinat, quando perueniet? Pellatur ergo culpa, pellatur & desidia: pollutus enim gemmatum pavimentum, & ciuitatem auream ingredi non permittitur: & regnum cælorum nisi violentus, nullus arripit. Non ergo frustra dictum est, quòd Maria exurrexerit, & quòd festinauerit in montana, sed proficiendi modus in Deipara virgine nobis est definitus. Sed dicetis forsitan. Quomodo tu nos in montana festinare compellis, cum id aperte Psalmographus interdicit? Exprobrat enim quibusdam id suadentibus, dicens. In domino confido. Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Et alius propheta clarius. Qui crediderit non festinet. Ecce festinationem & cursum quem tu indicis, veritas interdicit. Sed verè non obuiat dictis elogium sacrum, hæc enim verba scripturæ propter quosdam imbecilles et inconstantes introducta sunt, qui præ nimia pusillanimitate & impatientia, si eodem mense vel anno, quo viam religionis arripiunt, quò volunt perfectionis aut deuotionis, non attingunt, labascunt illico, & deficiunt, diffidentisque omnino, à sancto vitæ proposito pueriliter desistunt, impossibilem sibi existimantes propositam perfectionem. Quibus diabolus sepius

mat. 11. d

ps. 10.

cl. 28 d

sepius suggerit illud. Vt quid vexaris? ut quid frustra cōtendis? ut quid inani labore consumaris? Ecce tādū conatus nihil profuisti, quid adhuc perstas? Ardua est perfectionis via, & non poteris ad eam: letare et quiesce, melius est tibi videre q̄ cupias, q̄ desiderare quod nescias. Huic ergo tam perniciosę suggestioni feruidus religiosus et constans ingenuę respōdens ait. In domino confido. O perfidi, o mendaces, quomodo dicitis animę meę, transmigrare in mōtem sicut passer. Transmigrare non possum, sufficit ire. Passer ille solitarius quem dicitis, quia pondus non habuit peccatorum, celeriter potuit transmigrare, et virtutum culmina transilire: mihi peccatori sat est pedestrem sequi.

ps. 88. Quis enim in filiis Dei similis erit Deo? Etsi ergo remoror, etsi detineor, in proposito tamen persistam: et non meis viribus, sed de illius gratia et virtute confisus, non diffidam.

isa. 28. d. Qui ergo crediderit, non sic festinet ut deficiat: sed sic festinet, ut perueniat. Habet suos gradus perfectio, quos non facit exiguo tempore liceat transilire. Nā semen in fatis primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica fructificat vltro. Et teste euangelio, tale est regnum Dei. Quid acceleras, quid festinas, quid anxialis, quia non obtinisti, quia non peruenisti, quia nō comprehendisti? Paulus post penetratos celos, et lustratam Dei paradysum, non putat se comprehendisse, et tu hesternus frater vel monialis, iam obtinuisse gliscis? Expecta dominum, vir liter age, confortetur cor tuum, et sustine dominum. Perfectio nis via non peruolanda, sed perambulanda est. Multa patientia et longanimitate opus est ut peruenias: diu

tino labore perueniendum est, quod festinas. Quauis si bene aduertas, psalmographus non festinationem, sed transmigrationem reprehendit: non enim ait, quare dicitis animę meę festina: sed transmigra. Transilire non festinare refugit: quidam enim conuersi ad dominum, picarum more salientes, omisissis medijs ad vltima perfectionis statim transiliunt: quibus huiusmodi saltus sæpius vertitur in ruinam. In ipso quippe religionis introitu, et primis foribus, cum deberent sollicitē conscientiam suam discutere, vitam præteritam et annos malē consumptos cum animi contritione cogitare, commissa diu scelera deplorare, humilitatis et obedientię exercitijs fideliter desudare, sacris lectionibus et meditationibus indefinenter insistere: omisissis his, ea quæ perfectorum sunt insolenter arripiunt, scripturas sacras discutunt, prædicationibus publicis insistunt, præsidere melioribus gestiunt: et qui religiosiores videntur, gaudia spiritus, et cælestes theorias ante cordis munditiā avidissimē perquirunt. Huiusmodi autē celerones sicut præposterē conscendunt, ita celeriter cadunt. Vos itaque virgines post Mariam in montana virtutum festinate, sed patienter, sed longanimiter, sed humiliter. Humilem sequimini humiles: modestam modeitę, et Christo gravidam, vos quoque Christo foecundatę, neque enim in alta properare potest, quæ Christo gruida non est. Festinat Maria in montana accelerante se foetu, et vos proculdubio cum gaudio festinabitis, si Christum mentis vtero concepistis, si ipsum cordis aluo gestatis. Christus in vtero non oneri est, sed leuamini: prægnantem animam non oner

psal. 76

2. cor. 3. d
heb. 6. b

ps. 33.

Ap. 1. 4. a

ps. 44

1. pet. 5. a

DE PURIFICATIONE virginis, Concio.

THEMA.

Tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum domino: Lucæ. 2.



Vltum est ut intelligamus quod colimus: tanto enim erit omnib⁹ celebrior, quanto fuerit singulis magis intelle-

ta festiuitas. Celebrat igitur hodie sancta mater ecclesia virginis purificationem, & pueri Iesu præsentationem in templo. Ac propterea festiuitas hæc, quia duplici fulget mysterio, duplici est nobis gaudio celebranda, duplici deuotione colenda: filio namq; & matri vna die festum agimus. Ad plenam igitur huius festiuitatis intelligētiam, aduertendū: quod fuit olim in lege Moysi duplex erga puerperas statutum: vnum vniuersale statutum erat, ut mulier post partum abstinere a sacris, id est nō tangeret sacrum quid, neque domini sanctuarium vel tēplum introiret, siquidem peperit masculum, per quadraginta: si foeminam, per octoginta dies. Duplicabatur tempus in foemina, quia ut physicorum est sententia, duplo tempore corpus foeminae in vtero formatur, quā viri: unde in hoc lex applaudebat naturæ. Quibus peractis, mulier cum suo foetu præsentabatur in templo, & offererebat domino in templo, si diues erat, agnum, & turturam: si pauper, duos turtures, vel pullos colūbarū: vnum in holocaustum, alterum pro peccato: agebatque Deo gratias

Leu. 12. a

tias pro pignore dato, & pro conferuata salute, & infantem domino comendabat. Hæc consuetudo hodie partim in ecclesia seruatur, quia laudabilis est, & meo consilio sicut in lege offerebatur agnus, ita in ecclesia agnus immaculatus Christus illo die pro matre & paruulo, in gratiarum actionem domino offerendus esset. Particulare autem statutum de primogenitis erat: nam quia dominus in Aegypto inimicorum primogenitos occiderat, primogenitos illius populi voluit esse suos. Vnde mulier pariens primogenitum ipsum domino in templo hac die in manus sacerdotis offerebat: & si primogenitus ille erat de tribu Leui, manebat domino: si autem de alia tribu à matre quinque siclis redimebatur, & reportabatur. Hic erat mos illius populi, & ritus parientium. Itaque cum puer Iesus esset primogenitus, & vnigenitus matri suæ, hodie à matre iuxta legem domino præsentatus est: ad hoc quippe statutum particulare virgo præ cæteris tenebatur, quia vt postea declarabimus, maxime pro ipsa conditum fuerat statutum. Ad aliud autem generale non tenebatur, duplici ratione: primo quia partus eius mundissimus & sanctissimus fuit, & procul ab omni illa foeditate parientium. Nam sicut flos mittit odorem, ita virgo edidit saluatorem. Nihil ergo ibi erat purificandum, per quod omnia purificantur. Secundo, quia lex ipsa virginem exceperat: ait enim, mulier si suscepto semine peperit masculum, immunda erit, &c. Quare à Moyse addidisti, si suscepto semine, nunquid est aliqua mulier quæ aliter pariat filios? Erit utique virgo regia, quæ absit

Exo. 13.

a

Exo. 13b

Num. 3.

g.

Exo. 34

c

vt hac lege teneatur. Tam igitur ex partu ipso, quam ex lege, virgo ad hanc purificationem non tenebatur: voluit tamen legem implere, tum propter exemplum, tum propter scandalum. Sicut enim filius sine necessitate aliqua circumciscus, voluit cæteris paruulis conformari, ita & mater sine necessitate purificationis voluit cæteris mulieribus ritu purificationis associari: & quoniam sacri partus mysterium adhuc latebat, nisi seruasset legem, præuaricationis rea apud alios haberetur. Ne ergo alijs præberet scandalum lege non obseruata, voluntarie seruauit legem: multa enim propter aliorum scandalum facienda sunt: multa etiam bona omittere: neque tibi sufficit bona conscientia, sed oportet te etiam sollicitum esse de aliena. Puritatis igitur totius domicilium hodie purificatur, redemptor redimitur. Hoc est quod celebramus, huic mysterio debitum honorem rependimus, prout possumus. Hodie namque virgo sacra, ex illo Bethlehem humili tugurio, primo templum ingreditur, vt domino secundum legem offerat sacrificium, & primogenitum suum offerat coram domino: sicut euangelista commemorat, dicens. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, vt offerrent eum domino. &c. Sed propter quid hodie tam festiua solennitas? Nempe quia magna sunt ibidem celebrata mysteria. Vir namque erat in Hierusalem nomine Simeon, iustus & timoratus, & spiritus sanctus erat in eo. Quid nisi spiritus sanctus habitaret in eo, quem timor domini repleuerat? talia enim sibi habitacula Spiritus sanctus semper

per

per delegit: sicut apud Esaiam legimus. Super quem quiescet spiritus meus, nisi super humilem; & quietum, & trementem sermones meos? Eiam si sapientia polleas, intellectu vigeas; pluribusque donis & gratis decoreris, si Deum non times, si mandata eius contempnis, non te inhabitat spiritus sanctus, nec plaris te facit Deus, quæ tu facis ipsum. Acceperat hic responsum à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Venit ergo in spiritu in templum: quo gaudio, quæ alacritate cor illius intra viscera palpitabat! & senile iam pectus iuuenilis feruor exagitabat! Ex te ipso argumentum assumpto, si de videndo in ecclesia Christo modò tibi simile præberetur oraculum. Accipit puerum ouanter, tripudiat animo; fitque cum puero puer, sacros deosculatur pannos, & benedicta velamina, lachrymisque subortis, miras illi in hunc modum cecinit laudes. Aduenisti tandem cunctis gentibus desiderate; aduenisti seculorum lætitia, aduenisti tandiu ab omnibus expectate: gratias tibi domine, gratias tibi, quia visitasti plebem tuam, & sicut promisisti, ita implesti: sicut à patribus audiimus, ita nunc oculis impletum cernimus. O quot reges & prophætæ desiderauerunt te videre, sicut ego nunc video, & non viderunt. Gratias tibi domine, pro tanto hoc munere tuo: implesti promissum tuum, implesti desiderium meum, lætus iam mortali vita decedo. Nunc dimitte domine seruum tuum in pacem: in abyssum descendere non formido, quia viderunt oculi mei salutare tuum, à quo citius me inde liberandum spe-

Esa. 66a

Luo. d

ro. Vadam igitur legatus ad inferos, & nuntiabo patribus nostris magnum lætitiæ nuntium, vt gaudeat ipsi; sicut & ego gauisus sum. Tu domine in mundum intras, & ego exco: tu venis, & ego vado. O quis hodie nasceretur! quam felix ille qui nunc prima intraret limina vitæ! O quis videret quæ factururus es mirabilia magna in mundo! o felicia secula, o felices oculi, quibus tam præclara gesta videre licebit. Talia feruentissimo spiritu sacro sene declamante, ecce subito venerabilis anus filia Phaniel prophetissa, eodem spiritu agitata, properans ad Christum, laudibus & præconijs totum replebat templum, omnibus acclamando: venite pontifices, venite sacerdotes, venite populi, venite, & in terram procidentes hunc adorare paruulum. Hic ille Messias in lege promissus, hic mundi saluator tam longo prophetarum ordine nunciatus, hic ille à patribus tam optatus & expectatus. Credite mihi hic est. Quod si fortè quæritis vnde id sciam, spiritus mihi dixit, spiritus reuelauit: & hæc dicens, sicut mater in diu expectatum & dilectum vnicum filium, tunc maxime cum de vita eius dubitauerat ante, rapido fertur cursu aduenienti obuiam, ita & ipsa rapido spiritu ferebatur in Christum. Stupent omnes, accurrunt, mirantur, & quia prophetissam omnes agnouerant verbis eius fidem adhibent. Cónsonant prophetissæ dictis matris pulchritudo inæstimabilis, venustas, & gratia: fitque non modica in populo his dictis turbatio. Talia namque erant vtriusque senis prophetatis præconia, vt ipsum Ioseph, imò & virginem ipsam in admirationem adduceret,

Gg 2 sicut

Luc. 23 sicut Euangelista inquit. Erant pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Fit solennis processio à porta templi vsque ad altare, non numero personarum, sed dignitate celebris. Præcedunt duo senes Simeon & Ioseph: sequuntur virgo mater cum infante Iesu, & Anna prophetissa præco infantis. Hanc hodie processionem toto orbe sancta celebrat ecclesia, incensos deferens in manibus cereos, in typum domini saluatoris. Sicut enim in cæreo triplex est natura, scilicet ignis, cera, & lychnus: ita in Christo triplex est substantia, diuinitas scilicet designata per lumen, caro designata per ceram, anima designata per lychnum. Ac propterea cæreus hic meritò à fidelibus in deuotione habetur, tum propter Christi representationem, tum propter solennem illius à sacerdote benedictionem. Postquam igitur ad altare ventum est, virgo sacra genibus flexis, diuino inflammata spiritu, plusquàm seraphim, filium manibus tenens, ipsum offert domino, munus & oblationem acceptabilem Deo, in hunc modum orans. Suscipe pater omnipotens, suscipe oblationem hanc, quam tibi offero pro toto orbe ancilla tuæ: suscipe communem filium, tuum ab æterno, meum ex tempore. Gratiâs tibi immensas, quia sic me sublimare dignatus es, vt sim mater cuius tu es pater: Suscipe nunc de manibus ancillæ tuæ sacrosanctum hoc sacrificium matutinum, tibi quondam in crucis brachijs offerendum in sacrificium vespertinum. Respice pater pijsime quod offero, & attende pro quo offero. Quid obsecro tetantum potuit of-

Numc.
28. a.
ps. 140.

fendere mundus, aut quod tam immane piaculum, quod non hoc tanto expietur sacrificio? Respicit ex alto plaudentibus oculis, vultu sereno, pijsimus pater filium dilectissimum, virgineis manibus oblatum: stupent cælestia agmina super tam mirabili sacrificio. Donat igitur mater filium sacerdoti, quem sacerdos Deum Deo suscipit, mysticumque offert, sed non pro illo, sed pro mûdo sacrificium, columbinum scilicet, vel turturem: vnum in holocaustum, alterum pro peccato, sicut in lege præceptum fuerat, quod geminæ supradictæ oblationis Christi haberet typum. Deinde pia mater quinque sicis filium à sacerdote redimit, & quem spiritu genuit, nunc illum mundo pretio emit. O emptionem singularem, ô mirabilem redemptionem. O si scires sacerdos quis est ipse quem vendis, non illum pro toto mundi auro, & omnibus pretiosis margaritis dares. Ignosce virgo pijsima, nam si ego essem ille sacerdos, non tibi fortè talem venundarem filium: vade dicerem virgo pijsima reuertere in domum tuam, redi in patriam tuam: puer iste secundum legem domini est, quia primogenitus est. Talem primogenitum ego non vendo, in hoc lex venditionis locum non habet: et si lex violanda est, pro tali infante violanda est. Sed quis te ô gloria nostra, quis te ô lætitia nostra sic contristare sustineret? quis auderet huiusmodi verba proferre? Emitur ergo redemptor quinque sicis à virgine, qui quinque plagis totum erat mundum redempturus. Quinq; (inquâ) sicis deus & homo comparatur, quis vnquam sic

1. co. 6 d sic emit? quis tam exiguo tales sibi vnquam merces comparauit? O quam minoris emisti virgo, quam filius! magna certè illa emptio, quam proclamat Apostolus, empti enim estis pretio magno. Sed audeo dicere, ista quodammodo maior est, qua non mundus, sed dominus & creator mundi, non magno, sed exiguo pretio comparatur. Felicitior virgo cuius est Deus. Quid tu misera synagoga, quid cæca & male cupida, cum proditore agis? vt ab eo compares redemptorem? Vendere alienum ille non potest, virginis Christus est, illa prior emit, secunda non valet emptio: de duabus namque venditionibus prior iure valida est. Vnde & venditor ille videns, quia incassum vendiderat, ne iudicio astaret, suspendio se finiuit: agnouit nanque, quia damnatus esset, quoniam vendiderat alienum. O bone Iesu iam noster & duplici iure es: te nobis pater dedit, te nobis mater emit. Noster es quia datus, noster es quia emptus: duplici te iure possidemus. Cum iudicaturus orbem adueneris, memento quia nobis emptus es: iustus es domine, redde cuique quod suum est, redde te ipsum nobis, quia duplici vt dixi titulo noster es. Quod si tu noster es, omnia quoque tua nostra sunt: cuius enim est persona; eius quoque sunt omnia bona personæ. Nostra igitur sunt merita tua, nostra sunt vulnera tua, nostri vagitus infantis, nostri labores docentis, nostri dolores morientis: quicquid in mundo egisti, quicquid laborasti, quicquid sustinuisti, quicquid meruisti, optimo iure nostrum est, quia tu noster es. O me diuitè tantis meritis: exag-

mat. 26
b

matth.
27. a

psal. 118

gera nunc crimina, aggraua peccata, repete ad integrum debita, maiora sunt merita mea, maior est satisfactio mea, maiora sunt seruitia mea: mea (inquam) mea, non mea quæ ego feci, sed mea quæ à te suscepi: mea quia mei audebo dicere serui: quæ mihi hodie virgo emit. Domine ste mus simul, iudicemur simul: nolo me domine seorsum iudices à te, sic enim verè damnatus sum. Si debita computas mea, meam quoque recipe solutionem: non me separe à te domine in iudicio, & scio quia ad victoriam perueniet iudicium meum: nam etsi grauiora sunt criminum onera, hæc tamen mea satisfactio quasi arena maris grauior apparebit. O filium Dei seruum, ô principem gloriæ mancipium, seruus emptitius factus est dominus orbis: ô inæstimabilis humiliatio, ô ineffabilis exinanitio. Clamat ipse ad patrem, ô domine, quia ego seruus tuus, & ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Seruus, inquam, quia seruus natus sum: seruus iterum, quia in tuum seruitium emptus sum. An non seruus filius ancillæ tuæ, qui formam induit serui? an non seruus, qui à sacerdote hodie venundatus est in seruitium? Ego igitur domine, ego vnicus filius tuus, tibi coæternus, tibi consubstantialis & coequalis, qui tecum vnus Deus, ego (inquam) ego propter hominem, ex vtero matris meæ seruus tuus, & nunc iterum seruus tuus, & filius ancillæ tuæ: imò & seruus ancillæ tuæ, quia ab illa emptus sum. Vnde hoc sciens, non dedignatur esse subditus illi, vt ait Euangelista, neque solum illi, sed & omnibus ministravit, Gg 3 omnibus

Iob. 6 a

ps. 115

Phi. 2 a

psal. 104

psal. 115

Luc. 2 g

omnibus factus seruus, ut eius seruitus omnibus fieret vera libertas: non enim venit (sicut ipse inquit) ministrari, sed ministrare. Mat. 20 d. ps. 104. Die venundatur Christus, ut ad eius merita titulum habeat vniuersum: in hoc enim lex illa primogenitorum tendebat, & propter hoc lex illa condita est. O magnum & mirabile sacramentum, o mirum sapientiae Dei consilium: lex pro omnibus primogenitis fertur, sed in vno solo intentio legis impletur: statutum est veluti decreto, ut omnis primogenitus venderetur, ut cum ille virginis primogenitus nasceretur, ipse quoque emeretur a matre, non sibi soli, sed mundo: & per hanc eius emptionem, in omnia illius opera mundus actionem sortiretur & ius, & ita in mundi redemptione fieret iustitia misericordiae permixta, sicut scriptum est. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Ex hoc igitur iam Christus non sibi viuit sed mundo, cui a patre donatus est, & cui a matre emptus est. Nunquid non omni celebritate digna festiuitas, in qua tot & tantis meritis mundus ditatur, & ad nostrae redemptionis opus ius acquiritur. Bernardus, totus es meus bone Iesu, totus es meus, & in meos usus expensus. Ecce fratres festum quod agimus, ecce celebritatem quam celebramus: venite nunc o cupidi, venite ad nundinas fideles, venalis hodie Deus in templo proponitur, astat super gradus sacerdos, omni volenti emere Christum vendens, properate, emite: non magnum est pretium quinque siclis hodie salus & vita compara-

tur: non de marsupio, sed de corde hos siclos expetit ut donentur. Da igitur quinque siclos, & accipe Deum: da pro peccatis dolorem, pro beneficijs gratitudinem, pro mysterijs laudem, pro teipso timorem, pro seipso amorem, & in perpetuam hereditatem accipe Deum: accipe, posside, tene, neque dimittas eum, donec introducas eum, Cat. 3, b imò introducaris ab eo in cubiculum genitricis tuæ, illius inquam caelestis Hierusalem, quæ est mater nostra. Sed neque obiter omitendum, quomodo gradatim filius Dei pro nobis humiliatus est: nam ecce in die natiuitatis cum esset Luc. 2, a & c. Deus, apparuit inter homines factus homo: in die circumcisionis homo peccator apparuit, cauterio peccatoris adustus: hodie homo peccator, seruus apparet, venundatus ad altare: in die parasceue homo peccator, seruus iniquus apparebit, inter latrones suspensus, & cum iniquis reputatus. O quantum tibi debeo bone Iesu, quantum tibi debeo. Cum igitur hæc omnia sacramenta ad altare peraguntur, venerabilis senex Simeon magno intus agitatur desiderio, voluens ac reuoluens animo opera quæ facturus est puer, & beatificans eos qui talia visuri essent, dicens sapius intra se. O quis ista videret, o quis hodie nasceretur! Audit pius dominus senis desiderium, & qui eum videnti Christum fecerat dignum, hoc quoque minus desiderium eius impleuit, spiritu illi reuelans quæcunque facturus est Christus. Agnouit igitur diuino illustratus lumine, illius populi cecitatem & ingratitude, futuramque eius passionem &

& mortem, quam persecutiones maxime, & labores innumeri præcessuri erant, resurrectionem quoque, & populi Iudaici repulsam, gentiumque vocationem. Vidit ergo oculis cordis, quæ non erat visurus corporeis oculis: & subito turbatus vultu, alta e pectore mittit suspiria. Fluunt ab oculis per canam barbam lachrymarum imbres, omnisque illa prior lætitia in contrariam mœstitudinem permutatur. Aspicit virgo deipara pij vatis perturbatum vultum, & subitam admirans permutationem, quid (inquit) o venerande Simeon, quare concidit vultus tuus? quænam ista tam subita permutatio? vnde tibi tanta turbatio? quid vidisti? quid sensisti? noli celare, pandito mihi obsecro te, & obtestor per ipsum quem colimus communem Deum. O virgo regia, noli me cogere, quare sic adiurasti me? Nollem tibi talia nunciare, sed audi. Nimum nunc pro isto infante lætaris, & merito lætaris, quia super omnes foeminas benedicta tu, sed veniet ecce tempus, quando dolores, quos in partu non sensisti, duplicatos cum gemitu reddes. Ecce enim infans iste positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum: multi in illo impingent & corruent, multi quoque lapsi subleuabuntur. Positus est hic infans in signum cui contradicetur a multis, contradicetur a principibus populi, a sacerdotibus, a Regibus & Imperatoribus gentium. Omnes gentes, omnes populi, omnes nationes, & vniuersus orbis huic puero contradicet, & ipse calcabit eos. O quot millia hominum pro isto puero laniabuntur, assabuntur, iugulabuntur! O grandem rerum

permutationem, o miram mundi renouationem, o quanta latet intus virtus in hoc puero. Sed etsi omnes patiantur in corpore, tu virgo amplius animo patieris: tuam enim ipsius animam, mortis dure gladius pertransibit. Aliorum corpora ferro laniabuntur, sed anima tua multo acerbius passionis eius gladio transfuerberabitur. Nolo domine, nolo videre contradictionem istam, nolo populi huius ingratitude & ruinam inspicere, nolo tuos videre dolores, passiones, & angustias: nolo te videre flagellis lacerum, sputis illitum, clavis transfixum, spinis acerbissimis coronatum. Nunc dimitte domine seruum tuum in pace. Grâtiâs tibi quia in pace exeo. Et hæc dicens, salutata virgine recedit: & virgo cum infante & Ioseph vadit in ciuitatem suam Nazareth. Augustinus. Hæc sunt testimonia tua domine Iesu, antequam tibi sternerentur fluctus maris, antequam matth. 14. c. ventus te iubente siluisset, mortui te vocante surrexissent, sol te moriente palluisset, terra te surgente tremuisset, cælum te ascendente patuisset: adhuc in manibus matris portabaris, & iam dominus orbis agnoscebaris. Omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio, omnis status, tuæ maiestati præbuit testimonium. Virgo Luc. 1. c. generat, sterilis prophetat, d. e. f. & mutus loquitur, Magus adorat, Luc. 2. e. vtero clausus Ioannes exultat, vidua confitetur, iustus expectat. Tibi reges, tibi pastores, tibi senes, tibi infantes, tibi vidua, tibi vxorata, tibi homines, tibi angeli, tibi iumenta, tibi cæli, tibi terra, tibi astra perhibent testimonium:

vt qui tuam nō adorauerit maiestatem, iusto iudicio cōdemnetur. Nō latuerunt ista (vt existimo) tyrannum crudelissimum Herodem: sed duorum senum vaticinio Magorum legatio amplius confirmatur: tunc perpendit se à Magis illusum, & vsque ad insaniam perturbatus, tantam adhibet in perquirendo puero diligentiam, vt totum oportuerit relinquere regnum, & fugere in Ægyptum. Hæc de historia. Sed hæc eadē mysteria ad nostros vsus, nostræq; institutionem vitæ cōuertamus. Geminam itaq; redemptoris nostri venditionem cōtemplemur: venundatur hic quasi seruus (vt dicebamus) vt eius seruitus esset nobis plena libertas. Sicut accepit maledictionem crucis, vt nos in illo essemus benedicti: accepit mortē, vt nos in illo viueremus: ita etiam accepit seruitutem, vt nobis tribueret libertatem. Hanc rationem tãgit apostolus cum ait. Factus sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum Dei reciperem. Ecce causas & rationes huius sacræ venditionis: fuit nanq; hæc venditio pia, & sacra, & sine iniuria. Quia qui vendit pater est, quæ emit mater, & finis est vt eum perpetuò mundus possideat, & illa margarita cæleste regnum emat. Fuit autē alia venditio sacrilega, impia, qua eum vedit proditor Iudas, & eum emit nouerca synagoga 30. argenteis, nō vt possideat, sed vt occidat. O malus venditor Iudas, tam exiguo vendis filium Dei? quod mancipium non venderes maiori pretio? Vnde ipse dominus conquirit de hoc per prophetam. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis: decorum pretiū quo appetiatus sum ab eis.

Matth. 2 a. et in fra.

Gal. 3. c.

Gal. 4 a

Matth. 13. f.

Matth. 26. b

Zach. 11 e

Nunquid dederunt pro me triginta talenta auri vel argenti? Et quia impia fuit ista venditio, ideo emptrix synagoga destructa & dispersa est, & vendita, & venditor sacrilegus crepuit medius, & dispersa sunt viscera eius in terra. In ecclesia Dei duplex est veditio siue emptio, quædam est impia & mala, qua peccator vendit Christum leuissimo pretio. O quam parui te facimus domine, pro argenteo nummo, pro momento delectationis, pro modica voluptate oblata à damone, facile te tradimus: accusamus Iudam, & idem facinus committimus quotidie. Non mirandum si eum grauissimis tormentis, aut pro magno regno victi cupiditate venderemus: malum esset, excusatio tamen aliqua. Quid dicere possumus, qui pro nihilo te tradimus ex contemptu? Heu heu aperta tui venditio in templo est, & à tuis sacerdotibus Christus hodie venalis est in ecclesia: venduntur beneficia, venduntur dignitates, venduntur etiam ferè sacramenta: licet mercedem postulare pro administratione fas sit. Vnde tantum malum: quia non resident beneficiarij, sed substituunt mercenarios, & vnus habet decem beneficia pingua, & in nullo residet, sed mittit decem pauperes mercenarios, & non dat sustentationem congruentem. Ex auaritia illi vendunt Christum, & sacramenta, vt comedant. Contra hos inuehitur propheta. Vt vobis qui opulenti estis in Sion, oprimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israel. Qui dormitis in lectis eburneis, & laciuitis in stratis vestris. Qui comeditis agnum de grege. &c. Et nihil compatiabantur super cōtritione

Act. 1. c.

Amos. 6. a.

ne Ioseph, id est populi. Qui separati estis in diem malum, si non creditis. Iuravit dominus in anima sua. &c. Alia est emptio pia & sancta, qua Christus emitur à sanctis bonis operibus, de qua in Apoc. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, &c. Hoc Greg. exponit, id est sapientiã: Aug. martyrium, alij caritatē, gloriã interli. id est me ipsum. Nam de Christo ait sponsa, caput eius aurum optimū. Hoc auro tota illa cælestis Hierusalem deaurata est. Vnde Ioannes in Apoc. & tota ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. Nam tota deificata est, tota deiformis & eleuata ad esse diuinum. Vnde quauis sint tot differentie angelorum, ibi totum apparet Deus: quia omnes illo lumine gloriæ eleuati sunt ad esse diuinum, & ideo tota aurū ignitū: nam omnes sunt inflammati ab illo igne. De quo propheta. Cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalē. Vnde psal. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Hoc aurum ignitum non gratis datur, sed emendum est à Deo: Sed quo pretio? Quinque siclis spiritalibus. Primus siclus est fides, si ne qua impossibile est placere deo, cum accedentē ad Deum oporteat credere, &c. Hic siclus generalis est, & communis omnium Christianorum, & facile habetur. Secundus siclus est timor Dei: non sufficit ad vitam credere, sed oportet seruare mādā, hoc fit per timorem Dei: nam per timorem Dei declinat omnis à malo. Hic reprimat praua desideria, & malos appetitus, & coercet manū à prauis operibus, & retrahit hominem ab iniquitate. Vnde Aug. de matre sua Monica, erat (inquit) timor castus in corde eius, tanquā fascia pectoralis, qua cogitationes asfringeret: in ore, tanquam frænū quo linguam deprimeret: in opere tanquam stimulus, ne pigritia torperet: in cunctis, tanquam regula, ne modum excederet. De Simeone dicitur, quod erat iustus & timoratus: & de Iob similiter. O pretiosus siclus, beatus qui te possidet, sicut ait psal. Beatus vir qui timet dominum. Vnde de tanta mala in mūdo, nisi quia nō est timor Dei? Solo hominum timore multi arcentur à malis: si non esset iudex, quorū mala fierent? O hominum stultissime, times alium hominem, tui similem, qui fortē nescit peccatum tuum, aut si sciuerit poteris fortē fugere eum, aut decipere, vel placare, & qui totum quod potest facere, est auferre à te vitam temporale, quam aliquando relicturū est: & nō times Deum, qui totum quod agis videt, neque potes ab eo fugere, vel decipere eum, quia quotidie potest tibi reddere mille retributiones, & postea infernum? Vnde dominus in euangelio. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & non habent amplius quid faciant, sed eum timete qui potest, &c. Ita dico vobis, hunc timere: sed quia quantumuis homo sit timoratus, in multis tamen offendimus omnes, ideo necessarius est tertius siclus doloris ad placandum Deum. Timore præferuamur, ne amittamus eum, dolore ipsum recuperamus postquam amissimus. Hoc dolore Petrus, Paulus, David, Magdalena, & alij sancti ipsū amissum recuperarunt: vnde etiam valde pretiosus siclus est. Sed super omnes pretiosissimus est siclus quartus amoris, sine hoc enim alij nihil valent: nam fides sine amore mortua est. Sine hoc, vt Apostolus

scia pectoralis, qua cogitationes asfringeret: in ore, tanquam frænū quo linguam deprimeret: in opere tanquam stimulus, ne pigritia torperet: in cunctis, tanquam regula, ne modum excederet. De Simeone dicitur, quod erat iustus & timoratus: & de Iob similiter. O pretiosus siclus, beatus qui te possidet, sicut ait psal. Beatus vir qui timet dominum. Vnde de tanta mala in mūdo, nisi quia nō est timor Dei? Solo hominum timore multi arcentur à malis: si non esset iudex, quorū mala fierent? O hominum stultissime, times alium hominem, tui similem, qui fortē nescit peccatum tuum, aut si sciuerit poteris fortē fugere eum, aut decipere, vel placare, & qui totum quod potest facere, est auferre à te vitam temporale, quam aliquando relicturū est: & nō times Deum, qui totum quod agis videt, neque potes ab eo fugere, vel decipere eum, quia quotidie potest tibi reddere mille retributiones, & postea infernum? Vnde dominus in euangelio. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & non habent amplius quid faciant, sed eum timete qui potest, &c. Ita dico vobis, hunc timere: sed quia quantumuis homo sit timoratus, in multis tamen offendimus omnes, ideo necessarius est tertius siclus doloris ad placandum Deum. Timore præferuamur, ne amittamus eum, dolore ipsum recuperamus postquam amissimus. Hoc dolore Petrus, Paulus, David, Magdalena, & alij sancti ipsū amissum recuperarunt: vnde etiam valde pretiosus siclus est. Sed super omnes pretiosissimus est siclus quartus amoris, sine hoc enim alij nihil valent: nam fides sine amore mortua est. Sine hoc, vt Apostolus

Ap. 3. d

Cat. 5. c

Apoca. 21. d

isa. 31. d

heb. 1. b. et ps. 103

heb. 11. b

pro. 15. d

Aug. li. bro. 9. confes. sionum

Lit. 2. d

Iob. 1. a

ps. 111.

Matth. 10. c

Iacob 3. a

matth. 26. g.

Act. 9. a. 2. re. 12. c

Luc. 7. e

Iacob 2. d

1. cor. 13 a ait, nulla virtus, nec martirium ali-
quid valet: totum pretium & va-
lor nostrorum operum ab hoc su-
mitur. Nam (vt ait Gregorius) non
aspicit Deus quantum offeras, sed
ex quanto, Vidua plus omnibus mi-
sit, quia plus amauit. Vnde in Leui-
tico dicitur, omnis æstimatione scilicet
sanctuarij ponderabitur, id est a-
more: quia ab hoc omne donum va-
lorem & æstimationem accipit. Hic
scelus perfectorum est. A timore in-
cipimus, & in amore finimus: initiũ
sapientiæ timor domini. Nam iustus
incipiens, etsi fiat ei graue quod pre-
cipitur, seruat tamen ex timore ne
offendat, sed qui iam sanctus est, &
perfectus, non ex timore, sed ex a-
more seruat. Nam non solum custo-
dit, sed & diligit supra modum man-
data Dei. Sicut ait psal. Ideo dilexi
mandata tua super aurum & topa-
zyon. Nam condlectatur legi Dei
secundum interiorem hominem, &
odio habet omnem viam iniquita-
tis: & iustitia, & sanctitas, & boni
mores iam quasi in naturam versi
sunt. Vnde iusto tali non est imposi-
ta lex, quia est illi voluntaria & cõ-
naturalis ex consuetudine & exer-
citatione. Huic quid restat, nisi lau-
dare Deum, & benedicere vespere,
mane, & meridie: Quia dedit illi fi-
dem, vt agnosceret: timorem, vt mã-
data eius custodiret: dolorem, quo
ad ipsum post peccatum rediret: a-
morem, quo via mandatorum cum
suauitate percurreret. Hic est quin-
tus scelus, scilicet laus, gratitudo, de-
uotio: his emittit aurum ignitum.
Vnde psal. Sacrificium laudis hono-
rificabit me: & illic iter, quo osten-
dam illi salutare Dei. Nimirum in
beatitudinis gloria, ad quam nos
perducat ipse Iesus, qui se pro no-

bis pretium obtulit patri æterno.
Amen.

DE ASSUMPTIONE
Virginis, Concio prima.

THEMA.

¶ Maria optimam partem ele-
git. Luca. 10.



Alde mirũ est quor-
sum in die tantæ so-
lennitatis ecclesia
concinat duarũ so-
rorum euangelium:
quomodo intravit
Iesus in quoddam
castellum: quomodo Martha mini-
strat, Maria sedet: Martha conque-
ritur, Iesus respondet pro Maria.
Quid hoc ad virginis assumptionem?
Sed si alterum sensum mysticũ quẽ
ecclesia intendit, attenderis, inue-
nies, euangelicam lectionem breui
cõpendio totã virginis vitã descri-
bere: summamq; vniuersam virgi-
nis historiam texere: atq; nihil in to-
to euangelio vacare à mysterio &
proposito hodierno: vt planius pate-
bit, sigillatim singulas eius partes
exponendo. Intravit Iesus in quod-
dam castellum, &c. Quod castellum
fortius, quod firmũ, quod pulchriũ,
quã virgo sacratissima? cuius ani-
mam sic Deus gratia firmavit, vt ne
quẽ dicto, nec factõ, nec cogitatu, à
Deo vnquam declinauerit. O quã
fortissima turris anima illa sacratis-
sima, quam nullis fraudibus, nullis
impulsibus, dæmon valuit expugna-
re: imò nec illam interius ausus est
impugnare: huius enim castelli nũ-
quam vel vnã pinnam dæmon po-
tuit

tuit obtinere. Castrum non solum
inuincibile, sed etiam inexpugna-
bile: licet enim ab hoste persecutio-
nem passa sit, non tamen tentatio-
nem à carne: sicut scriptum est. Non
tetigit eam Abimelech. Considera
à principio seculi, & discurre per
omnes filios Adam, nihil stabilius,
nihil immobilius, nihil firmitus hac
sacra virgine reperies. Turris fun-
data supra firmam petram in monti-
bus sanctis, immobili fundamento:
siquidem Deus in medio eius non
commouebitur. De hac virgine in
canticis legitur. Sicut turris David,
quæ ædificata est cum propugnacu-
lis: mille clypei pendent ex ea, om-
nis armatura fortium. Verè turris
David, illius (inquam) David qui
superbum Goliath quinque lapidi-
bus de torrente, id est quinque vul-
neribus, & crucis baculo, gloriantẽ
in Caluarie monte prostravit. Fa-
cta est hæc turris ecclesie propu-
gnaculum, & peccatorum vnicum
refugium, vt ad ipsam confugiant
omnes rei, omnes mæsti, omnes af-
flikti, & ea protegente liberentur ab
hoste. O homo, in quacunque tribu-
latione ad Mariam fuge, siue pecca-
tis afflictus, siue persecutionibus at-
tritus, siue tentationibus turbatus,
hanc turrim petito, ad Mariam con-
fugito. Mille enim clypei pendet ex
ea, & contra omnem estum tribu-
lantis, & ad omnem faciem perse-
quentis dæmonis, tutissimum in ea
clypeum inuenies quo te protegas:
Ibi est enim omnis fortium armatu-
ra, ibi fides apostolorum, ibi fortitu-
do martyrum, ibi puritas virginum,
doctorum sapientia, anachoritarũ
paupertas, deuotio confessorũ: ibi
denique omnium sanctorum virtus
agglomerata reperitur. Nihil enim

vsquam alicui sanctorum speciali
priuilegio concessum est, quod non
à principio vitæ accumulatus per-
fulgeat in Maria. Ecce castellũ for-
tissimum, ecce turrim inexpugnabi-
lem, quæ nunquam diabolo præsti-
tit tributum aut fidem: Hanc intra-
uit Iesus, quando verbum caro fa-
ctum est, & habitauit in nobis, inde
inimicos expugnaturus, & regnum
suum recuperaturus, in quo ab ini-
tio dæmon fuerat intrusus. Sic enim
solent reges terræ, quotiescunque
rebellante regno tyrannus domi-
natur, occupare castrum aliquod in
regno, vnde possint totum domi-
nium suum recuperare. Hic est ille
tyrannus, cuius opera Christus ve-
nit dissoluere, & à regno suo expel-
lere. Sicut scriptum est. Nunc iudi-
cium est mundi, nunc princeps hu-
ius mundi eiicietur foras. Rebella-
uerant enim sui contra eum, dicen-
tes: nolimus hunc regnare super
nos. Et sic in psalmo scriptum est.
Dirumpamus uincula eorũ, & pro-
ijciamus à nobis iugum ipsoꝝ. Sed
ignorantibus illis, intravit Iesus quod-
dam castellum, id est virginis vte-
rum, vnde totum mundum ditioni
sue subiugauit. Statim enim vt de
castello hoc egressus est, viriliter a-
gẽre cõcepit, mundum scilicet inua-
dere, tyrannum excludere, & pro-
prium hæreditatem spoliato dæmo-
ne ad se reducere, pastores à proxi-
mo, reges à longinquo ad sui obe-
dientiam celerrimè trahens. Vnde
& spoliatoris nomẽ fortitus est, si-
cut apud Esaiam legimus. Voca no-
men eius, accelera, spolia detrahe:
quia antequam sciat puer vocare pa-
trem suum, & matrem suam, auferre-
tur fortitudo Damasci, & spolia Sa-
marie. Venit igitur cælestis ille pa-
stor

Lu. 15. b flor querere ouem que perierat, dra-
 chmā quam perdiderat. In propria
 venit, & sui eum non receperunt:
 sed mulier quaedam Martha nomi-
 ne excepit illum in domum suam.
 O felix mulier, o beatissima mu-
 lier quaedam super omnes mulie-
 res, mulierum corona, mulierū glo-
 ria, mulier admirabilis, mulier stu-
 penda, mulier de qua Ioannes in A-
 pocalypsi admiratus, expauit dicēs.
 Signum magnum apparuit in celo,
 mulier amicta sole, & luna sub pedi-
 bus eius. In mundo erat, & mundus
 per ipsum factus est, & mūdus eum
 non cognouit: latentem enim sub
 homine Deum, quis cognosceret?
 Deum (inquam) in homine quis au-
 deat suspicari? Sola ista prudentissi-
 ma mulier, sola cognouit, sola rece-
 pit, sola adorauit, vestiuit, vnxit, pa-
 uit, fouit, & vt Martha fidelissima
 ministravit: excepit illum in domū
 suam, in vterum suum, intra viscera
 sua, & in virgineo thalamo peregrin-
 antem in terris regem gloriae hos-
 pitauit, & velut altera Suna mitis, sū-
 mo prophetae, prophetarum domi-
 no, mensam, candelabrum, lectulū-
 que parauit. Lectulum in vtero, mē-
 sam in pectore, candelabrum in in-
 tellectu. In vtero illius quieuit, in
 pectore passus est, & ab intellectu
 illius creditus est. Non est extincta
 in nocte candela eius, id est fides in
 passione: Mulier ergo hec beata ex-
 cepit illum in domum suam, nec so-
 lum recepit, sed vt dictum est, vesti-
 uit, & paut: & ait Anselmus, omnia
 misericordiae opera in ipsum exer-
 cuit. Et vt haec diffusius persequa-
 mur, singula misericordiae opera si-
 gillatim numeremus. Primo igitur
 recepit peregrinum & hospitaui,
 peregrinum (inquam) qui de scripto

per prophetam dicit, quoniam ad-
 uena & peregrinus ego sum, sicut
 omnes patres mei. Et de quo alius
 propheta, quare (inquit) sicut colo-
 nus futurus es in terra, & sicut via-
 tor declinaus ad manendum. Cui
 etiam discipuli dixerunt, tu solus
 peregrinus es in Hierusalem? Hūc igitur
 tur caelestem peregrinum beatissi-
 ma haec mulier excepit, & stricta ve-
 ste, indumentoque paupere atque le-
 uissimo vestiuit, ne videlicet vestis
 longitudine a mortalis vitae cursu
 praepediretur, ad quem currendum
 exultauit vt gigas, vsque ad lignū
 crucis. Veste paupere vestiuit eum,
 sed munda atque purissima, de qua
 Salomon in prouerbis, sindonem fe-
 cit, & vendidit, & cingulum tradi-
 dit Cananaeo, sindonem hoc est mū-
 dissimam texuit telam, nitidissimā
 purissimamque sacrosanctam illā
 carnem, quam sapientissimus arti-
 fex spiritus sanctus ex virginis san-
 guinibus, veluti ex staminibus, in vi-
 sceribus illius, vt in textorio sine virili
 opere intexuit. Illā telam qua si pro-
 priam, & ex carne eius intextam, sa-
 piens mulier vendidit Deo patri, vt
 inde talarem tunicam & polymitā
 filio suo faciat. Et quo pretio vendi-
 dit o bone Deus, quo pretio vendidit
 telam istam? quid pro illa tunica da-
 tum est ei? Quis numerare valebit,
 quis audebit enarrare? quis cogita-
 re sufficet? omnium gratiarum ple-
 nitudo, omnium virtutum, & bono-
 rum plena possessio, caelestiumque
 gemmarum & margaritarum in-
 estimabilis thesaurus datus est ei. Ve-
 stita est ab eo gloria & decore, celo-
 rum terrarumque regina constitu-
 ta est, & in ministerium data est illi
 omnis creatura quae sub Deo est. Ec-
 ce sindonis pretium, ecce quanti
 tela

tela vendita est. Sed ad quid? Vt vi-
 delicet inde fieret cingulum Cana-
 naeo. O pulcherrimum Cananaeum
 diuino splendore indutum, & virgi-
 neo cingulo cinctum, qui immuta-
 bilis manens forma Dei non amif-
 sa, in hominis formam veluti muta-
 tus apparuit. Habebat ab initio Can-
 naeus hic amplissimas vestes a pa-
 tre, solo cingulo indigebat, quo im-
 mensos illos exuberantesque sinus
 amplissimorum vestimetorum col-
 ligeret, ad currendam viam. Sicut
 scriptum est. Dominus regnauit, de-
 corem indutus est: induit dominus
 fortitudinem, & praecinxit se. Ecce
 vestes, ecce cingulum. Vestes a pa-
 tre, cingulum a matre: vestes ab æ-
 terno, cingulum ex tempore. Quā-
 les vestes, decor & fortitudo: sicut
 & alibi scriptum est. Fortitudo &
 decor indumentum eius. Audi deco-
 rem: domine Deus meus magnifica-
 tus es vehementer, confessionem &
 decorem induisti, amictus lumine si-
 cut vestimēto. Audi fortitudinem:
 qui fundasti terram super stabilita-
 tem suam, non inclinabitur in secu-
 lum seculi. Ecce vestes. Audi cingu-
 lum: exinaniuit semetipsum, formā
 serui accipiens. O quam praecincta
 eternitas sub vnus diei puero! quā
 praecincta sapientia in infante, po-
 tentia in tenero, fortitudo in paruo-
 lo, maiestas in paupere, diuinitas in
 homine, angelorum decus in vagie-
 tis corpusculo! O quā collectos sinus
 gestas sub cingulo carnis, bone Iesu
 in praesepio! adoratus ab angelis,
 comitatus a bestiis! quāta maiestas,
 quanta humilitas, quae amplitudo,
 quae arctitudo! Accepit igitur pere-
 grinum, induit Cananaeum, paut
 quoque famelicum abundantem pe-
 ctoris sui lacte. Panem de caelo ipsa

paut, angelorum panem ipsa satia-
 uit vberem de caelo pleno. Neque so-
 lum hoc, sed etiam captiuum rede-
 mit. Sed quomodo hoc fecerit au-
 diamus. Humanum genus quoddā
 magnum debitum ex peccato con-
 traxerat, quod cum Deo persolvere
 non posset, captiuitatem incurrit:
 miserus filius regis, pro captiuo spo-
 pondit patri, factusque est fideius-
 sor illius, cuius erat conditor: neq;
 tamen habebat unde solueret. Instat
 pater, fili spopodisti pro amico tuo,
 defixisti manum tuam: discurre, fe-
 stina, suscita amicum tuum, redde
 debitum: Quid fideiussor faceret,
 qui unde solueret pro serui peccato
 non habebat? Stipendia enim pec-
 cati mors, & peccati retributio poe-
 na est: poenas verò impassibilis pati
 non poterat. Venit igitur ad virgi-
 nis mensam, & inde numerosam pe-
 cuniam accepit, quam redderet cre-
 ditori: accepit nanque carnem, vn-
 de patri redderet pro amico quem
 sibi fecerat ex seruo, tot pretia pec-
 catorum. O quam plene solutum est
 ab eo peccati debitum! o quam be-
 ne numeratam pecuniam creditori
 dedit super crucis mensam! quot fla-
 gella, quot alapas, quot punctiones,
 quot vulnera, quot iniurias, quot la-
 chrymas, quot tormenta, demum
 atrocissimam mortem. Ecce captiuo
 pretium quo solutus est ab ergastu-
 lo. Pretium igitur redemptionis Chri-
 stus persoluit, sed haec mulier illi
 dedit unde solueret: ipse redemptor
 est, sed ab ipsa accepit unde redime-
 ret. O quantum tibi tenemur virgo
 beata, quid tibi pro tanto beneficio
 retribuemus? Visitauit quoque agro-
 rum in arctissimo crucis lectulo re-
 cumbentem: stabat enim iuxta cru-
 cem Iesu mater eius, pallebat ille,
 post

Luc. 2^a
mat. 2^d

plorabat ipsa : defunctum quoque post modicum sepeliuit. Quid ergo pietatis? quid officij non impleuit in filio? aut quando ab obsequio destitit: Nunquid non tibi videtur mulier hæc, quæ tam sollicitè, tã anxie ministravit Martha nomine? O Martha Martha, nunquam fuit ab initio talis Martha. A principio diligenter recense huius virginis ministerium, & primò considera ipsam in vilissimo tugurio parientem, in alieno domicilio, in alieno oppido, sine famula, sine lecto, sine foco, sine aliquo famulatu, puerperam: aspice illam fugientem post modicum in Ægyptũ, in tempesta nocte, hyeme, per desertam inuia & arenosa, quæ vix camelis peruia sunt, solo vno sene comitam. Considera ipsam in Ægypto sexennio inter Barbaros, ignotos, crudeles, idolatras, exulantem: suo labore & sudore victum vestitumq; parantem. Attende ex Ægypto redeuntem, pro filio que timentè, nutrientem, seruientem, & postea prædicationis tempore vbique sequentem. Sequebatur eum tenerrima virgo, per vias & castella, non sine magno labore & corporis detrimento, quocunque ibat, vbicunque prædicabat: neque enim ab eo per diem abesse poterat. Quid dicam anxietates, sollicitudines, timoresque quotidianos, quos pro filio quotidie timebat? Timebat enim quod aliquando futurum non ignorabat. O quos cruciatus, quos dolores tam acerrimos in sine perpeffa est! ò virgo quis vnquam pro aliquo sustinuit, quãra tu pro dei filio in hac vita perpeffa es? Quænam ancilla sic seruiuit vnquã domino suo, sicut tu filio tuo? tam liberaliter, tam diligenter, tam placido vultu, tam læto animo, tam con-

tinuo seruitio? O Martha Martha, Martha hospitio, Martha nascenti, Martha viuenti, Martha morienti: quã bene implesti quod in principio promiseras. Ecce ancilla domini. ^{Lu. 11. d} Mulier (inquit) Martha nomine excepit illum in domum suam, sed huic erat soror nomine Maria. Bernardus, distingue (inquit) in illa suprema Maria duplicem portionem: Martham in corpore, Mariã in spiritu: Martham in ministerio, Mariam in otio: Martham in officio, Mariam in iubilo: Martham corpori domini ministrantem, Mariam ad pedes domini sedentem. Agnouisti iam Martham, discè nunc Mariam, sorores nanque sunt: Martha & Maria in uirgine non sibi dissonant, nec discordant. ~~Fuit~~ enim hoc mirabile in uirgine, quod cum in vtraque vita, actiua scilicet & contemplatiua, omnes excederet, ambas tamen in se ipsa felicissimè copulauit. Neque enim actio contemplationi, neq; contemplatio actioni aduersabatur, sed mirifico quodam sancti spiritus artificio, ita assidue seruebat, vt semper oraret: ita semper orabat, vt assidue seruiret. Martha seruebat vt domino, Maria vacabat, vt Deo. Audisti Marthæ huius sollicitudinem, audi nunc Mariæ vacationem. Sedens (inquit) secus pedes domini, audiebat verbum illius. Ad illos utiq; pedes, de quibus psal. vt intingat ^{psal. 67} pes tuus in sanguine: ante quos (teste propheta) egreditur diabolus, ^{Hab. 3^d} pedes domini humanitas eius, nam caput Christi Deus, vt apostolus in ^{1. cor. 11.}quit, ad hos beatos pedes continue sedens Maria, audiebat verbum illius. O pijsime Deus, quis enarrare sufficiat inter ipsam seruiendi sollicitudinem, ad hos pedes, quo seruire, qua

qua dulcedine, quo gaudio, spiritus huius virginis agebatur? Quãto mentis ardore hæc virgo intus inflamatur? quãto iubilo illi animus quotidie replebatur, quãdo Deũ Sio oculis cernebat, & amplexibus applaudebat? die noctuque beatissimis vlnis sustinens eum, qui sustinet orbem? O quibus radijs sol ille infinitus, nebula carnis opertus, purissimam huius virginis mentem irradiabat, decorabat, purpurabatque? O quos fauores in corde illius ex gremio imprimebat? O quali nectare intus potabatur, cū eum lacte potabat. Qualis nubes lucida, cū purpureis coloribus sole irradiante coruscat, talis huius virginis anima Deo illuminante fulgebat. Quid dicam de illa tam longa conuersatione cum puero, cum adolescente, cum iuuenè, cum viro: Quæ verba, quæ colloquia, quæ responsa, quæ mysteria, quæ secreta, quæ oracula? O felicem scholam vbi Deus & filius magister est, & mater & virgo discipula. Tam longo tempore, tam continuo auditu, tam frequenti magisterio, quid à tanto magistro non didicisti? quid à tanto domino non impetrasti? Quid obsecro tunc temporis cogitabas ò virgo? quid in animo sentiebas? quid in illo tuo sacratissimo pectore agebatur? Existimo enim (neque me fallit opinio) tenerrimum huius virginis corpusculum mentemque delicatissimã, irruentis luminis voluptatisque torrentes, ex illo viuo fonte ructãtes, tolerare nõ potuisse, nisi eam spiritus sanctus desuper obumbrasset, intusq; virtute nimia solidasset: in mortali etenim corpore, gustus huiusmodi, nisi miraculo solidata sentire nõ posset, & viuere. Vnde miraculosè factũ exi-

stimo, vt aut omnino non deficeret, aut non continue esset in raptu: sed sustentabat eam spiritus sanctus inter tot splendores & delicias, ne raperetur ecstasi, vt Dei filio necessarium Marthæ ministerium nõ desisset. Si enim in vnum coaceruaueris quicquid omnes apostoli, prophete martyres, virgines, & alij sancti de Deo gustauerunt, & ad huius virginis gloriosæ gustum sensumq; cõparaueris, erit velut granum ad montem: gutta ad Oceanum: stella ad solem. Quodammodo enim huius virginis caro spiritualis erat, tum propter maiorem illius puritatem, tum propter feruentes diuinorum influentias, tum propter frequetes suauitates, quas ferè continue degustabat. Ecce magnam illam Mariam, ecce maximam beatarum Mariarum, ecce maximam sceminarum: sed inter hæc omnia, Martha satagebat circa frequens ministerium. Spiritus cælestia peruolabat, corpus verò in obsequio satagebat. Audiebat quicquid ministrabat sollicita. Sed quando obsecro Martha de Maria conquesta est? Hoc nobis restat exponendũ, sed facile intelligimus, si aduertimò duplicem in Maria, sicut in Christo, portionem: superiorem, inferiorẽq; & secundum superiorem portionem, sicut & filius, passionem Christi acceptare: secundum verò inferiorem, cū filio recusare. Prænouerat enim ipsa aut ex scripturis, quas præ omnibus capiebat, aut ex Simeonis dicto, quo monita fuerat, aut ex filij relatu, à quo fuerat edocta, vt præsentem mitius sustineret. Non enim apostolis suis eam prædixit, & matri occultauit, quæ omnium secretorum eius erat maximè conscia. Nouerat ergo etiam ab incarnationis

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

nationis initio, ad quid Deus incarnatus, ad quid natus, ad quid inter homines conuersatus esset: & cū do mini voluntate suam voluntatem conformabat, filijque mortem, quā pater volebat, mater non recuabat. Sed mater erat, & vt mater filij mortem secundum sensum vehementer abhorrebat. Pugnabant igitur in virginis corde, vt in campo plano duo illi gigantes amores, amor filij, & amor mundi, sensumque virginis in diuersa trahebant. Et licet ante passionem, quotiescunque filij passio menti occurrebat, grauissimè tristaretur: tamen ipsa redemptionis mundi consideratio, & filij exaltatio, & eximius fructus inde venturus, Deique patris agnita voluntas, huiusmodi mœstitudinem leniebant, doloremque temperabant. Sed postmodum quando adueniente die, filium suum dilectissimum speciosissimumque vidit lacerum, pallidum, turgidum, nudum, plagatum, cruentum, & inter latrones patibulo affixum, quando (inquam) ipsum tam atrociter laniatū aspexit, tunc non remansit in ea sensus, neque vigor: nulla tunc tēporis consideratio tam acerrimum potuit lenire dolorem: sed vt penitus à portione superiore destituta, inferior portio clamabat. Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Eratque mirum spectaculum, & durum, videre filium in cruce pendētem, de suo pijsimo patre pia querimonia conquerentem, & clamantem. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et matrem amarissimam, ad crucis pedem penè exanimem, itidem ad filium ac-

Matth.
27. c. &
ps. 21.

clamantem. Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Non attendis amantissime fili, acerrimos mei quos patior cordis dolores? non consideras quòd ad pedes tuos præ tristitia morior, omni spiritali solatio destituta? Nullum ibi amoris vocabulum sonat: filius patrem, nō patrem, sed Deum: & mater filium, non filium, sed dominum dicit. Vtrobique etiam de eodem est querimonia: filius ad patrem, vt quid dereliquisti me: mater ad filium, quòd soror reliquit me solam. In horto nanque cū oraret, patris vocabulum iteravit dicens, Pater mi, si forte ipsum posset ad misericordiam inclinare: iam verò in medio tribulationis afflictus & destitutus, clamat Deus meus Deus me. Ac si diceret, non te mihi iam patrem exhibes piū, sed Deum seuerissimum, quem pro vilis vernaculi piaculo tam atrocibus tormentis exposuisti: neque hoc conqueror, quòd me ipse qui genuisti crucifigis, tu enim me crucifigis, cū isti nullam haberent in me potestatem, nisi illis desuper datum esset: propter tuam obedientiam morior, fiat voluntas tua: mors mea mundo necessaria est, fiat quòd vis: sed vt quid dereliquisti me? Non est patris obedientem filium in tali agone derelinquere. Ad te clamarunt patres nostri, clamauerunt & liberaſti eos: in te sperauerunt, & non sunt confusi: solus ego despicior, solus relinquer, solus quasi pro nihilo apud te computor: omnibus misericordem te exhibes, soli filio obsequentissimo seuerum te præstas. Talibus filius querimonia patrem pulsat, talibus & ipse pulsat

Lu. 22. c.

Io. 19. b.

ps. 21.

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

pulsatur à matre. Domine non est tibi curæ. Semper tibi fuit cura mei, nunc cū magis indigeo, nunc cū præ amaritudine penitus deficio, non est tibi curæ. Cui filius eisdem (vt dicitur) consonantibus respondit, matrem non matrem, sed mulierem vocans. Mulier ecce filius tuus. Quasi dicat Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: scio & video dolorem tuum, turbationem tuam, & amaritudinem tuam: & me ista tua afflictio magis cruciat, quàm crux ista in qua pendeo. Sed quid faciam tibi Martha? quid faciam tibi amantissima mater? Porro vnū est necessariū: necessaria est mors quàm patior, & multipliciter necessaria. Necessarium est vnū mori pro populo, ne tota gens pereat: necessarium est vnū mori, vt tota gens viuificetur: necessarium est, & curari non potest. Necessarium propter patris obedientiam, necessarium propter scripturarum veritatē, necessarium propter mundi salutem. Sed audi mater mea amantissima solatium, ne te penitus à me destitutam conqueraris: licet modò vexetur, licet turbetur Martha, sed pars ista Marthæ, citò transibit, citò cessabit: Maria enim optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Cessabit dolor, cessabit gemitus, lachrymæ siccabuntur, non iam amplius insultabit Iudæus, non improperebit Phariseus, non demorabitur Pilatus, non erit vltra crux, non mors, non vltra Marthæ huius ministerio indigebit, cui angeli famulantur: non Marthæ huius hospitio claudetur, qui ad patris dexteram seorsus est. Sed Mariæ

Io. 19. c.

Io. 11. g.

Phi. 2. b.

Io. 19. c.

heb. 11. a.
Mar. 16.
g. & ps.
109

pars nō auferetur ab ea in æternū: id est resurrectionis gaudium, redemptionis fructus, huius tantæ certaminis corona, & reparati mundi lætitia, quàm Maria prospicit, & quam præterdit, hæc in seculum seculi permanebit in æterna gloria. Hæc de Euangelio dicta sunt, vt appareat, quàm opportunè in virginis laudem illud concinat ecclesia. Cæterum quod ad præsentem festiuitatem spectat, vltima Euangelij pars quam protitulo posui, ita vniuersa complectitur, vt nihil supra. Cū enim tres sint electorum decedentium partes, bona eorum qui ad purgatorium vadunt: melior eorum qui statim euolant ad cælum, receptaque vna stola ad futuram resurrectionem aliā præstolantur: optima illorum est, qui statim vtranque recipiunt, corpore & animo beati. Hæc pars post Christum, soli (vt creditur) Mariæ obtigit: quanuis de illis qui cum Christo surrexerunt, non incongruè Hieronymus dubitauerit. Neque solum in hoc optimam partem beata possidet, sed discurre per omnia virtutum, charismatum, gratiarum genera, & vide si non in omnibus Maria optimam partem elegerit.

Amen.

DE ASSUMPTIONE virginis, Cōcio secunda.

THEMA.

Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluēs, innixa super dilectū suum? Cāt. 8.

Hh De



ps. 83.

Esa. 26c

Esa. 10d

1. Tit. 1. d

DE duplici ascensione, altera nostra, & altera virginis sacrae, futurus est nobis sermo: Propheta ille psalmodigraphus spiritualis ascensionis animae nostrae principium, formam, & terminum describens, ita pronunciat. Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit. Verè beatus cui dominus auxiliatur: nam sine eius auxilio, mortalium animus ad omnia bona penitus inutilis est. Auxilium autem Dei omni volenti praesto est, ad omne opus bonum paratum, nostra est culpa si bona facere negligimus: cum autem boni quippiam operamur, nostrum est opus, sed non omnino nostrum est, sed sicut scriptum est: omnia opera nostra operatus est nobis. Videat nunc humana superbia, quis sibi locus gloriandi relinquatur. Nunquid obsecro, gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut calamus contra eum qui scribit in eo? Sic de operibus nostris verè & iuste, nisi in Deo, gloriari non possumus: sed sicut scriptum est, soli Deo honor & gloria. Quicquid enim boni facimus, instrumenta Dei sumus, libera quidem, tamen eius virtute & motu omnia bona perficimus. Ecce ergo omnium bonorum principium, scilicet auxilium Dei. Quod etsi cunctis non desit (ut supra diximus) speciali tamen modo cooperatur sanctis, & inde beati. Quid autem in viro sancto ex hoc Dei auxilio se-

quatur attende. Ascensiones (inquit) in corde suo disposuit, id est in corde suo scalam posuit, per quam conscendat in Deum. Neque enim aliunde melius ascenditur quam in corde: inuisibilia quippe Dei, per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur. Sed si noveris inhabitare te ipsum, intus inuenies faciliorem scalam: quia profecto altior est scala affectuum creaturarum: imago enim Dei est anima nostra, & in seipsa Deum clarius inspicit quam in rebus. Radix nostri profectus in corde est, hinc oritur exterior hominis compositio, & vitae reformatio. Sed nunquid semper proficere possumus & augeri? Non utique, sed in valle lachrymarum, quoad valelem istam incolimus, crescere in nostra potestate est: veniet autem nox, quando nemo poterit augeri: tunc enim ubicumque ceciderit lignum, siue ad austrum, siue ad aquilonem, ibi manebit. O miseranda hominum cecitatem, breuissimum tempus nobis concessum est ad augmentum, & qualiter in fine illius reperti fuerimus tales actanti erimus in aeternum, & tantae opportunitatis obliti. Profundi dormimus? Quanta ubique mortalibus sitis, quantus ardor & desiderium in honoribus facultatibus, dignitatibus crescendi? Quae omnia post modicum evanescere nemo ambigit: & perpetuam obtinere celsitudinem tam omnes possunt, quam omnes contemnunt. Non tamen qualibet celsitudine, sed ut ait, in loco quem posuit, id est usque ad terminum praefinitum a Deo. Omnium enim natura constantium in corpore certus est terminus augmenti & decrementi: ita & animorum magnitudinis & augmenti,

Ro. 12. b ti, a Deo praefinitus est status. Ipse enim dedit quosdam Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores & doctores, in ministerium, in aedificationem corporis Christi: neque omnium membrorum eadem magnitudo est, sed alia oculorum, alia aurium, alia brachiorum. Quale ergo quisque a Deo in Christi corpore sortitus est ministerium, talem ab eo gratiam accipit. Neque utique dicit vas figulo, cur me fecisti sic. Satis proficies, si ad functionis tuae destinata gratiam bonis operibus satagis peruenire. Hoc agamus omnes, vna cunctis haec sit & praecipua cura profectus: nemo se satis profecisse putet, quantumcumque profecerit. Quid enim? Christus (ut evangelista ait) proficiebat aetate, sapientia & gratia coram Deo, & hominibus, & tu satis profecisse te iactas? Paulus non se putat comprehendisse aut perfectum esse, sed de seipso ait. Vnum autem quae retro sum obliuiscens, & ad ea quae priora sunt extedens meipsum, persequor ad brauium superne uocationis, &c. & tu quasi iam perfectus & consummatus, ais: satis profeci. Si perfectus es, perfectis Paulus indicit, ut ita faciant, videlicet se nondum esse perfectos: quoniam viae perfectio in perfici, est non in perfecto esse, sicut in patria. Vnde in canticis statura sponsae assimilata est palmae, propter hoc absque dubio, quia palma contra omnium aliarum arborum more quod altius crescit, eo amplius in trunco turgescit. Talis profectio est omnium animarum iusta, quae in omnibus, quaecumque agit, semper prosperatur & crescit. Non sic impij, non sic, sed sicut Paulus ait, mali homines

& seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Videas eos feruere quae bona sunt inchoare, sed deficiunt statim, & in bono incepto continue exiliores fiunt: non est enim in eis virtus, quae bene ceptis incrementum praestet, & eos augeat. Felix ille, qui retro non redijt, sed interius renouatus, de die in diem peruenit ad senectam vberem: in qua Dei beneplacito consummatus, occurrat in virum perfectum, in mensuram aetatis, plenitudinis Christi. Sed iam spiritualis scale gradus, per quos anima ex deserto peccatorum in perfectionis culmen conscendere possit, in euangelica lectione perdamus. Intrauit Iesus in quoddam castrum. Firmissima castra Iesus inhabitat, animas vero mobiles & instabiles introire minime dignatur. Noueris itaque, quicumque Deo te in religione vouisti, castrum domini esse, & assiduis inuasionibus oppugnandum. Quid miraris si ingresso Iesu cordis tui hospitium, interius exteriusque concutitur. An non legisti? Fili, accedens ad seruiturem Dei, prepara animam tuam ad tentationem: Et quod itaquam aurum in fornace probauit electos dominus: Et rursus in Apostolo, omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Sustine ergo inimicorum impulsus, & constantiter resiste: quoniam eximia tibi hoc conflictu corona paratur. Hic sane primus scale gradus est, & totius structure fortissima basis, ut noueris te esse castellum: si enim robur animi & constantia desit, quicquid superextruitur debili fundamento, construitur ad ruinam. Grandis virtus perseverantia est, qua sola

Hh 2 bene

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS

bene ceptis consummatio præstatur. Vnde Apostolus. Optimum est (inquit) gratia stabilire cor: animi modeterminato, & gratia stabilito, nihil permanentius, nihil fortius. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Fortissimi castri conditiones optime nosti. Si bene munitum, si bene vallatum vndique, si profundissima fouea vndiquaque circumdatum, si ingressus arduus, si ianitor ferus, alijsque pluribus munitionibus firmatum est: has & ipse habere curato, ut diutius hospitem Iesum tibi possis ab hostibus vendicare. Sed hoc vnum agnoscito, nunquam hospitium cordis tui dominum Iesum intraturum, nisi hospitam animam intus inueneris. Vnde sequitur, & mulier quædam Martha nomine excepit eum in domum suam. Nō hospitatur Iesus in cuiusquam domicilio sine hospitis beneplacito: si anima foris vagatur, ingressum differt donec hospita redeat. Si ergo ipsum hospitari desideras, noueris & ipse inhabitare te ipsum. Hic est secundus gradus scæ, quo anima proficit ad virtutem. Est enim silentium iustitiæ cultus, & collectio hæc animæ omnis virtutis initium, sine qua impossibile est quæpiam in bono augeri diutius. Vnde & filio suo magnus quidam patriarcha dicebat effusus es sicut aqua, nō crescas. Et psalmus, ædificans Hierusalem dominus, dispersiones Israelis congregabit. Et adhuc apertius, qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Anima quæ in domo sua diutius residere curat, etiam si sterilis prius fuerit, & sine fructu, fiet profecto Dei gratia fertilis & fœcun-

da. Quò ergo magis in seipsa vires suas colligit, eò amplius & in statura sua crescit, & in fructu operis proficit. Sed nunquid expectauit hæc mulier, ut Iesus veniret in castrum? An non obuiam ei extra processit? & pia cum deuotione suscepit? Occurre & tu ò anima hospiti Christo, noli expectare ut pulset. Nonne vidisti eam quæ sæpius rogata aperire distulit, quomodo postea sublato pessulo delusa remansit? quia enim non statim receptus fuerat abscessit. An non merito super tanta eius proteruita eam dignaretur, cum tam dulciter & pie roganti, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, tam durè & tam ingraterè respondetur ab illa? spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? quasi non per hoc amplius mundaretur, si citius aperiret. Tertius hic spiritualis scæ gradus est, lætitia scilicet & bona voluntas, sine qua quicquid Deo offeras, placitum esse nequit. De his psalmus. Seruite domino in lætitia. Et iterum, voluntariè sacrificabo tibi. Hilarum datorem diligit Deus, & voluntarium seruitorem acceptat. Ab initio enim non placuerunt ei coacta seruitia. Monachus qui regnis & principatibus, si liceret, monachatum cōmutaret, nondū est affectus quā pretiosus thesaurus sit ibi absconditus. Exeamus itaq; ad eū extra castra, ut ait Apostolus, & veniēti domino tota mētis exultatione occurramus, scientes utiq; vberem apud eum hospitij esse mercedē. Nō dormiamus in aduentu eius, ne cum a fatuis virginibus excludamur: sed sicut psalmographus ait, psallam & intelli-

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

intelligam in via immaculata, quādo venies ad me. Christo domino cum ramis & floribus obuiam exit, qui sanctas eius inspirationes & deuotè suscipit, & cum gaudio implet. Sed otiosum esse non puto, quòd Domino non Maria, sed Martha prior occurrit: quia videlicet teste Gregorio, qui contemplationis arcem tenere desiderat, ut prius in actionis campo se exerceat necesse est. Nemo repente fit summus. Exerce te ipsum prius ad pietatem, qui spiritus desideras obtinere dulcedinem: actio enim pia contemplationem non repellit, sed aduocat. Sic enim dominus ad Martham ait. Voca sororem tuam. Vnde & apud sanctos sæpius comperitur, inter ipsas medias pietatis functiones, diuinæ sapientiæ radium splendescere clariorem. Spiritus sancti dulcedo, bonis operibus quàm precibus facilius obtinetur. Nam & apud iustum principem, promerenti quàm roganti, dignitatis & honoris præmia citius dantur. Noli ergo otiosa petitione contendere: studiosa actione citius obtinebis. Quartus hic gradus scæ est, sine quo quisquis sursum contendit, frustra nititur ad ruinam. Sed qualis hæc pietatis actio esse debeat, ex sequentibus aduerte. Martha (inquit) satagebat circa frequens ministerium. Non remisit, non tepidè, sed cum omni seruore & diligentia opus domini & ministerium explendū est: Pudeat in hoc à secularibus vinci, utinam utinam eo seruore, & ea sollicitudine, spiritualia & æterna, quo ista temporalia faceremus. Fœtidum lutum sedulò aggregamus, & obryzum aurum stultè negligi-

mus. Et hoc quale malum est? Studiosos in minimis ad maiora prouehere vsitatum est. Vnde fidelis seruo dominus ait. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Huic quinto gradui sextus iungatur, deuota petitio, ut ea quæ seruido operis ministerio promeremur, assidua oris postulatione petamus: ipse enim qui ad operandum inuitat, prouocat etiam ad petendum, dicens. Petite, & accipietis: pulsate, & aperietur vobis. Vide ut Martha sollicita, inter sua ministeria huius postulationis oblita non sit, sed ad dominum conuersa ait. Domine non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Ita & nos frequenter in afflictione clamemus. Domine non est tibi curæ? ubi pietas? ubi misericordia? quæ nā obliuio hæc? non est tibi curæ quia petimus? Sed ò si sciremus quanta est illi cura pro nobis: utinam vel tanta esset nobis cura de nobis. Vnde Petrus, omnem sollicitudinem vestrā (inquit) proiecientes in eum, quia ipsi cura est de vobis. Et propheta, dominus sollicitus est mei. Placita Deo querela est, ubi Martha conqueritur de Maria: sic namque temporalium administrationi insistere debemus, ut cælestium contemplationi ardentius inhiemus. Sic continuè audiendo verbo Dei intenta sit nostra Maria, ut Martha de illa iustam habeat querimoniam. Hi sunt gradus eburnei, ex quibus delectauerunt te filiæ regum, in honore tuo. Hi sunt gradus purpurei, per quos in ferculū magni Salomonis cōscenditur: quos pius rex caritate constrauit, propter filias Hierusalem. Eburnei sunt, propter puritatem

tem: purpurei, propter caritatem. Non ascendet per eos anima coinquinata, quia eburnei sunt: neque anima tepida, quia purpurei sunt: sed quæ iam vitiorum sordibus expiata, toto mentis desiderio ad superna festinat, poterit his gradibus ad veri Salomonis reclinatorium peruenire: vbi non iam de temporali ministerio sollicitetur, vt Martha, sed iucundissimo otio perfruat cum Maria. De qua in Evangelio legimus, quia sedens iuxta pedes domini audiebat verbum illius. Si quis ergo Christi suavissimo colloquio frui desiderat, ad pedes sedeat, quietem teneat, inquirat pacem, & persequatur eam. Inter curarum & negotiorum strepitus, impossibile est audire Iesum: in secreto loquitur ad cor, & nisi silenter & attentè audiatur, non percipitur eius sermo. Quam bene hoc nouerat qui dicebat. Ad me dictum est verbum absconditum, & quali furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. Sedeat igitur, sed ad pedes, non temerariè festinet ad caput. Nam & Maria non prius caput vinxit vnguentum, quam lachrymis rigauerit pedes eius. Contemplationis hic relictus est ordo, vt iustus in principio accusator sit sui, & postmodum laudator sit Dei: prius studeat ad pedes Iesu, contritionis & doloris lachrymas fundere, peccatorum suorum sordes abluere, & postmodum accepta fiducia, vnguentum deuotionis in vertice fundat. Ianua spiritus afflictio est, & per dolorem cordis ad spiritus gaudia peruenitur: frustra enim queritur spiritus vinctio, si non prius fiat peccatorum ablutio. Vnde in Ecclesiaste. Omni tempore vestimenta tua candida sint: & sic oleum de capite tuo nunquam deficiet. O sacrum oleum, o vnguentum nardi spicati pistici pretiosum, beatus qui te inuenit, felix qui possidet te: omne aurum & argentum, & quicquid in vita desideratur, huic balsamo suavissimo comparari non valet: omnes delicias & dulcedines exuperat huius vnguenti suauitas ineffabilis: ideoque non pedibus, sed capiti saluatoris infunditur, sed variè. Quibusdam enim sat est guttatim stillare dulcedinem, neque enim vnctionem hanc sacram in abundantia possident, quia quò pretiosior eò rarior inuenitur. Alijs autem tanta vnguenti plenitudo donatur, vt fracto cordis alabastro, abundantissimè effundant super caput Iesu. Felix anima, quæ vnguenti huius plenitudinem & fortitudinem ferre non valens, tota effunditur in Iesum. Quid enim aliud ecclasiim animæ dixerim, nisi vasculi cordis rupturam: & plenissimam spiritus effusionem? De qua propheta. Effunde (inquit) sicut aquam cor tuum in conspectu domini. Sed siue ad pedes, siue ad caput steterit, intenta sit anima non ad loquendum, sed ad audiendum dilecti sui verbum: vt quid enim loquetur in præsentia Salomonis, simplex & indocta iuuenicula? Exemplum sit tibi Maria, quæ vtrobique silentium tenuit, & gratiam inuenit. Denique sedens secus pedes Domini, non loquebatur quidem, sed audiebat verbum illius. Et in psalmo legimus. Audi filia, & vide. Non ait, loquere. Verboſas & loquaces animas,

non

non tã exaudit altissimus quã eas quæ verbis carent, affectibus abundat. Ad quid enim verbositas hæc apud scientem omnia? Orantes (inquit) nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt: putant enim quòd in multiloquio exaudiantur. Nolite assimilari eis: scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Tu ergo, si quandoque datum tibi fuerit ad pedes domini Iesu sedere, silentium tene, auditum paratum, non verbum: non enim loqui venisti, sed audire. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, ait propheta. Et tu similiter audi intra te, quid dicatur tibi. O mira et ineffabilis locutio, cū eructat cor meum non à se ipso, sed à Deo verbum bonum: & lingua mea fit calamus scribæ velociter scribentis. Mea me ipsum alloquitur lingua, & intellectus meus ipse est lingua spiritus, quò loquitur mihi. O verbum dulce, o verbum suaue, non à me inuentum, sed à plenitudine spiritus eructatum: verbum nõ sonans, sed penetrans: non loquax, sed effcax: non obstrepens auribus, sed affectibus blandiens. Verè domine ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Inflamat animam, adurit viscera, incendit cor, concutit animum, excitat affectum, prouocat desiderium: terrorem incutit, amorem elicit, vigorem tribuit: denique sicut quidam experti sunt, cor nostrum ardens exarat dum nobis loqueretur in via. Omni melle dulcior, & omni dulcedine suauior sermo tuus domine: fauus distillans labia tua: mel & lac sub lingua tua. Nouerat hoc qui dicebat: quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Denique anima mea liquefacta est, postquam dilectus locutus est. In exodo legimus, quòd ex consortio diuini sermonis Moyſi facies rutilabat, vsque adeò vt non possent intendere in eum filij Israel, propter gloriam vultus eius. Putasne, & modo huiusmodi splendor deest mentibus alloquentibus Deum? imò (vt existimo) ob hoc maximè fulgorille in facie Moyſi exterius respandit, vt interiorrem animæ, quam Deus alloquitur, demonstraret decorem, ac per hoc ad sui colloquium nos amplius inuitaret. Proh nostram insaniam miserandam, qui tantam pulchritudinem sponte oblatam negligimus & contempnimus, temporalibus commodis & negotijs secularibus indefessè, die noctuque desudamus: & vnum illud necessarium & optimum pro nihilo pendimus, in quo solam vitam omnem, & annos nostros expendere debuissimus. Ad inutilia negotia breuis est annus, & ad domini colloquium quæuis hora longissima est. Si qua ergo vobis fratres cura salutis, si qua spiritus & amoris scintilla, si quod cælestis desiderij vestigium in corde est, obtestor in domino Iesu, quiescite iam à temporalibus curis, vacate modicum à secularibus negotijs. Vacate (inquàm) & videte quoniam suauis est dominus. Nolite negligere gratiam quam vobis offert, sedete vel ad modicum cum Maria ad pedes Iesu: intrate quotidie vel ad horam cubiculum cordis vestri: et clauso ostio orate patrem vestrum. Audite magistrum vestrum, alloquimini Deum vestrum: erit enim profectò hoc otium vobis omni negotio maius, omni lucro vtili, omni solatio suauius. Hæc de nostra ascensione, et spiritali animæ scala, dicta sufficiant.

Hh 4 ¶ Ad

Ad virginem sacram nunc verba ver-
tamus: cuius magnitudinem, pulchritudi-
nem, dignitatem, splendorem, angeli
qui in occursum ascendenti venerant
admirantes, hæc verba profantur.
Quæ est ista quæ ascendit de deserto,
delicijs affluens, innixa super dile-
ctum suum? Multa sunt quæ miran-
tur in ea: primum quod de huius seculi
spinoso & areni deserto talis rosa le-
gatur, cui in toto Dei cælesti virida-
rio similis non est alia. Quam bene
eam dilectus suus in canticis comparat,
sicut liliū inter spinas, sic amica mea
inter filias. O rosa vernans, olilium
candidissimum, & purissimum, quæ
ta hodie fragrantia & læticia, cælestē
Hierusalem specie tua, & pulchritu-
dine perfudisti? Qua suavitate, quo
gaudio angelorum cuneos tuo aspe-
ctu & decora præsentia, oblectasti? quæ
verè de te scriptum fuerat? sicut sol
oriens mundo, in altissimis Dei, sic
sanctæ mulieris species in ornament-
um domus eius. Quia sicut regis po-
tētis curiam regina pulcherrima sua
specie & honestate ornat, implet, et
venustat: ita regis æterni curiam vir-
go decora, tua præsentia decorasti.
Quis hodie tui cordis delicias dicere
sufficiat: quis explicare queat, o vir-
go? Quid sentis, quæ sole pulchrior,
& luna candidior, de sepulchro sur-
ges, dilecti tui brachijs, ad amplexus
& oscula ridentibus oculis, suscipe-
ris, & manibus eius sacris ad alta pro-
ueheris: cum inter angelorum canen-
tium tripudia, & animarum ouantiū
crepundia, filij Dei, & tui dilectissi-
mi, dulcia oscula suscipis, & ad cæle-
stia regna eius sinu læta conscendis?
Feliciter prorsus oscula labijs impres-
sa lactētis: verum feliciora profecto,
quæ hodie ab ore suscipis in throno
sedentis. Quid de tuis delicijs dicā,

o Maria? Si oculus non vidit, neque
auris audiuit, neque in cor hominis
ascendit, quæ præparauit Deus dili-
gentibus se, quod præparauit gigen-
ti se, & proculdubio præ omnibus di-
ligenti, quis loquatur? Hæc Bernar-
dus. Hanc deliciarum & gaudiorum
affluētiam, inter alia, cælorum ciues
mirantur in virgine. Admirantur
quoque dignitatem, & sublimitatem
eius nimiam: cum enim cæteris qui-
busque, quantumuis dilectis & fan-
ctis, ad honoris & dignitatis culmē
fatis sit, quod angelorum aut archan-
gelorum manibus deferantur ad glo-
riam: hæc regina potens non angeli,
aut archangeli, non etiam cherubim
aut seraphim alicuius manibus, sed
innixa super filium Dei, & principē
cæli dilectum suum, cum incredibili
pompa et triumpho supernam ciuita-
tem ouanter ingreditur. Quantus ho-
nor, quanta celsitudo, quanta mai-
estas. Omnis militia cælestis, omnis an-
gelorum cæditus & decorus senatus,
omnis illa potestatum & dominatio-
num cælestium celsitudo, cum Dei fi-
lio virgini Deiparæ obuiam venit,
& coram arcâ testamenti tripudiat,
cum in templum deducitur, Dei sui
aspectibus præsentanda. Bis namque
in veteri testamento legimus arcam
domini cum gaudio fuisse receptam:
semel à Dauid in domum suam, &
iterum à filio Salomone in templum
domini: in quarum vtraque solemnitate
omnia genera musicorum, cantorum-
que numerosa varietas, Deo in
excelsis laudes, et gloriā personabāt.
Quæ quidem arcæ geminata festiui-
tas, duplicem aliam designauit solen-
nitatem: alteram quam fecit pater fi-
lio suo Iesu, dum arca illa sacra, in qua
sunt omnes thesauri sapientiæ et scien-
tiæ Dei absconditi, id est, humanitas
eius

eius defertur in cælum: alteram quæ
fecit filius matri suæ, dum in tem-
plum Dei arca illa Deifera introduci-
tur, cum Deo suo perpetuò regnatura.
Quis ibi fuerit angelorum iubilā-
tium concentus, quis etiam cælestiū
instrumentorum et citharædorum
strepitus, quis iubilus, quæ musica,
quæ harmonia, dicere quis sufficiat?
Sed ex ipsa figura coniectari fas est,
vbi dicitur. Tam leuitæ, quam can-
tores, id est, et qui sub asaph erant, et
qui sub herman, et qui sub idithum,
filij et fratres eorum vestiti bysini-
s cymbalis et psalterijs, et citharis cō-
crepabant, stantes ad orientalem pla-
gam altaris, et cum eis cantores cen-
tum viginti canentes tubis. Igitur cū
ctis pariter et tubis, et voce, et cym-
balis, et organis, et diuersi generis
musicorum concinentibus, et vocem
in sublime tollentibus, longè soni-
tus audiebatur: rex autem Salomon
et omnis multitudo Israel gradieba-
tur ante arcam. Per quos quidem sa-
cerdotes et leuitas concrepantes, om-
nis illa cælestium cantorum multitu-
do designatur, quæ in hac sacra solē-
nitate mirificam reginæ cæli musicā
personauerunt. Astant ergo beatę
virginis tumulo circum circa aposto-
licus coetus, et desuper angeli in enar-
rabili læticia cū dilectio cantica dra-
matis frequentantes. Eorum voces in
canticis attende. Intonat primò dile-
ctus ad eā voce suauis, surge, propera
amica mea, colūbamea, formosa mea
et veni. Iam enim hyems transijt, im-
ber abiit et recessit. Transijt clamor
insultantium iudeorum, transijt tem-
pestas inuadentium tribulationum:
flores apparuerunt in terra nostra, hu-
manitate mea, quæ de vtero tuo sum-
pta vineæ florentes, id est ecclesiæ de-
derunt odorem suum, sicut vidisti, si-

cut audisti. Surge ergo, propera ami-
ca mea et veni. Columba mea in fora-
minibus petra, ostende mihi faciem
tuam: sonet vox tua in auribus meis.
Nō enim decet vt putrescat in sepul-
chro corpus, quod non maculatum est
vitio, aut redigatur in puluerem ca-
ro, quæ totius nesciuit peccati labē.
Veni ergo de Libano sponsa mea,
veni de Libano, veni coronaberis
de capite amana, de vertice sanir et
hermon, de cubilibus leonum, de
montibus pardorū, id est, de omnium mó-
tium, et collium cælestium rosis, et
floribus vernantibus coronaberis.
Ad hanc vocem dilecti, quasi à so-
mno excitata virgo, exultās clamat.
Vox dilecti mei, anima mea liquefa-
cta est, vt dilectus locutus est. Sur-
gitque de tumulo sole clarior, luna
candidior. Qualis sponsa cum pro-
cedit de thalamo gemmis et monili-
bus ornata, sponsi sui aspectibus præ-
sentanda. Leuatur ergo super aera,
vndique concrepantibus angelis.
Quid agitis apostoli, cur non post
tergum abeuntis clamatis, dicentes.
Virgo prudentissima, quo progre-
deris, quasi aurora valde rutilans? Fi-
lia Siō pulchra vt luna, electa vt sol,
quæ pulchri sunt gressus tui in cal-
ciamentis. Filia principis reuertere,
reuertere. Sünamitis, reuertere, reuer-
tere, vt intueamur te. Iam cælōs læta
contigerat manibus delata potentis,
cū ecce obuiam ei occurrit angelo-
rum innumera multitudo, decorem
illius et gloriā admirantium, voceque
iucunda percussantium. Quæ est ista
quæ ascendit per desertum, sicut vir-
gula sumi, ex aromatibus myrrhae et
thuris, et vniuersi pulueris pigmenta-
rij. Alij verò dicebant. Quæ est ista
quæ ascendit sicut aurora confurgēs,
pulchra vt luna, electa vt sol? Alij
autem

Cāt. 4. c

Cāt. 5. c

psal. 44

Cāt. 6. d

Ca. 7. a

Cāt. 7. d

Cāt. 4. c

Cāt. 6. d

Cāt. 2. a

ecc. 26

c

Esa. 64.

b. & l.

cor. 2. c

2. reg. 6.

d.

ibid. c.

3. reg. 8.

a.

colosa.

a.

c.

Cāt. 2. c

ibid. d

Cat. 2. a autē, quę est ista, quę ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Quibus ista mirabilis nignitate respondit. Ego flos campi: & lilium conuallium. Ego murus, & vbera mea sicut turris: ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperis. Sic breuiter de se quęretibus satisfacta virgo beata. Sed non facillē interrogatio soluitur, non leuiter quęstio ista concluditur. Quis vobis o angeli respondebit, quis dicere poterit, quę est ista? Non mihi si linguę centum, si ora centum, si ferrea vox, si centum (inquam) ora darentur, dicere non sufficerem quę est ista. Hęc rubus ille ardens & incombustus, cui dominus impressus. Hęc vellus madidum in area sicca, cui se placidus e celo imber infudit. Hęc scala cęli per quam ascendunt & descendunt angeli, in cuius medio affixus est Christus. Hęc porta orientalis clausa, per quam solus intrat, & egreditur princeps. Hęc virga Aaron nullo humano opere florida, super cuius florem spiritus domini requieuit. Hęc mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius: cuius partum obseruat serpens antiquus. Quę est ista? Tęplum dei est, spiritus sacrarium est, filij Dei thalamus est, Trinitatis domicilium est, purpura regis est. Hęc propiciatorium, hęc arca, hęc vrna, manna, hęc arca testamenti, hęc cithara pōtificis aurea, cui sacrum Dei nomen insculptum. O angeli quid dicā vobis? Quę est ista? Mater Dei est, sponsa Dei est, filia Dei est, paradus Dei est, regina cęli est, columna mundi est, ianua paradisi est: per hanc Deus ingressus est mundum, vt reus quondā ingrediatur cęlum: per hęc Deus est humanatus, vt sic homo redemptus, diabolus superatus, & infernus

spoliatus: hanc prophetę pronunciauerunt, patriarchę p̄signauerunt, vaticinia promiserunt: hanc cęlum colit, mundus honorat, infernus pauet, angeli venerantur, homines deprecantur: hęc omnes generationes seculorum p̄dicant, & beatam dicunt, & qui sunt, & qui fuerunt, et nati natorum, & qui nascentur ex illis. Talis est dilecta nostra charissimi, talis est soror nostra. Sed quid noscam vobis p̄dicamus? vos potius nobis dicite quę est ista, qui eius decore & venustate, qui eius splendore & claritate fruimini: vobis nunc melius innotescit quę est ista. Sic ergo virgo sacra, filij sui vnigeniti manibus delata, patris omnipotentis conspectibus p̄sentatur, & super cherubim ad dexterā suā in solio regio collocatur: in quo cū eodē filio suo viuuit, & per illum regnat felix & gloriosa, in secula seculorum. Amen.

DE ASSUMPTIONE virginis Marię.

Concio tertia.

THEMA.

¶ Martha Martha sollicita es, & tr̄baris erga plurima, porro vnum est necessarium. Luca. 10.



QUOTIES profunda meditatione, irradiante deo, veluti ex alta specula studia hominum, cogitatus, & operadiligentius intueor, quoties vagos corū discursus, & super-

perfluos labores attentius inspicio, vix me contineo a lachrymis p̄ dolore, videns filiorum Adam errorem, cęcitatem, tenebras, & inutile vexationem. Quis enim nō doleat, quis non misereatur tantam hominum multitudinem, tam impię delulam, atque frustratam, vt sine causa conditi fuisse videantur? Cuius (inquam) viscera non rumpantur, & cor mœrens sanguinis guttas nō effundat, cū ingenuam creaturam, propter quam astra, cęli, maria, elementa, & cętera omnia orbis huius corpora condita sunt, viderit densissimis tenebris inuolutam, penitus nescire quō vadat? Qmittito nunc Paganorum, Iudæorū, Indorum, hæreticorum gentem innumeram, quibus æterna damnatio reseruatur: quibus vtique melius fuisset non nasci, cū ad nihil aliud nati videantur, nisi in combustionē perpetuam, & cibum ignis: ex his quos sacra fides instituit, & illuminavit ad vitam, perraros vbique reperies, qui veri & æterni boni desiderio teneantur, qui vtili officio vitam expendant: sed alios acquirendis diuitijs, alios ampliandis honoribus, alios perfruedis voluptatibus implicatos, vanitatibus deditos, luisse vitam, impensam & operam perdidisse. Quam improbo labore, quanta cura & anxietate, vmbrales istas honorum formas, fictasque rerum imagines & phantasmata persequuntur! quam ardenti cupidine & desiderio viles carduorum lanugines, insensatorum puerorū more per aëra volitantes insectantur! & super his, obtinendis, inueniendis, acquirēdis quam stultē miserabiliterq; vexantur! O curas hominum, o quantum est in rebus ina-

ne! Filij hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatē & quæritis mendacium? vsquequo (inquam) paruuli diligitis infantiam; & stulti ea quę sibi sunt noxia cupient? Quam pulchrē de his Esaias propheta p̄dixerat olim, opera eorum, opera inutilia, telas araneę texuerunt. Telę eorum non erunt in vestimentum; neque operientur operibus suis. Videmus araneas euiscerari & exinaniri, vt telam faciant: quam cū multo labore & assidua opera ordite fuerint, a modico vento dissipatę, in nihilum diuturnus illę labor euānit: quę tamē etsi diu permaneat, ad nihil aliud vtilis sunt, nisi ad capiendas muscas. Talia sunt mortaliū opera, huiusmodi sunt istorū labores: non erunt illis telę eorum in vestimentum, sed in confusionē & nuditatem; & exitium sempiternum. Cui comparabimus homines istos, aut cui assimilabimus eos? Similes sunt profectō propellentibus p̄grandem scopulum, & multo cum sudore illum euellere conantibus: aut ciuitati populosę; quę multis expensis & indefesso labore, montem altissimum, frustra & sine causa scrobibus planare conatur: quos si quispiam vjator sensatus viderit inutiliter desudantes, aut miseratione commotus lachrymas fūdet, aut risu percitus in cachinnos erumpet. Talis est vita hominum fratres, similes sunt hi quos mundus potentes, cordatos, & sapientes vocat. Dicientes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Proh dolor, corrupti sūt & abominabiles facti sūt in studijs suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Dominus de cęlo prospexit super filios hominum, vt

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

vt videat si est intelligens aut qui
rens Deum. Omnes declinauerunt
simul inutiles facti sunt: contritio &
infelicitas in vijs eorum, & viâ pa-
cis non cognouerunt. Felix cui deus
aperuit oculos, vt videat veritatem,
& fugiat vanitatem. Conatur Salo-
mon in Ecclesiaste reducere homi-
nes ad cor, vt intelligant fallaciam
quam sequuntur, ne videlicet fru-
stra laborent sub sole, & breuissimo
vitæ suæ tempore inaniter conterā-
tur. Proposuit in corde suo diligen-
ter inquirere rationes & causas re-
rum, & inuestigare sapienter quid
expediat homini sub sole, quo facto
opus sit omnibus diebus vitæ suæ:
qui cum ingenio & sapiētia omnes
mūdi homines antecelleret, omni-
bus seculi bonis quæ homines desi-
derare possunt solerti experientia
perlustratis, cū vacua omnia reperit
eccles. 12 set, clamar ad cæteros. Vanitas vani-
tatum filij Adam, vanitas vanita-
tum, & omnia vanitas. Quid miseri
fallaces has bonorum vmbas tam
anxiè amplectimini? Credite sapiē-
ti, credite experto, credite deluso.
Vidi omnia, probaui omnia, & ni-
hil in eis reperi præter laborem, an-
xietatem, amaritudinem, & dolo-
rem. Quis vnquam ab initio cūctis
opibus abundauit, vt ego? nemo
sic honoratus, nemo sic ditatus, ne-
mo sic dilectus, nullus vnquam sic
in orbe celebratus, nullus à gētibus
cum tanta reuerentia & admiratio-
ne cultus. Abundauit delicijs, ma-
gnificauit opera mea, edificauit mihi
domos, & plantaui vineas, feci hor-
tos & pomeria, & conserui ea cuncti
generis arboribus, & extruxi mihi
piscinas aquarum, vt irrigarem syl-
uam lignorum germinantium, pos-
tuli seruos & ancillas, multamq; fa-

miliam habui, armē ta quoq; & ma-
gnos ouiu greges, vltra omnes qui
fuerunt ante me in Hierusalē, coa-
ceruauit mihi argentum & aurū, sub-
stantiam regum & prouinciarum,
feci mihi cantores & cantatrices, &
delicias filiorum hominū, scyphos
& vrceolos in ministerio ad vina
fundenda, denique omnia quæ desi-
derauerunt oculi mei non negaui
eis, neq; prohibui cor meum, quin
omnino voluptate frueretur, qua-
draginta millia equorum in stabu-
lo meo habui, & plusquam trecen-
tas fœminas in delicijs. Quis ita vo-
rauit delicijs affluens vt ego? Rex
potens, pacificus, sapiēs, gloriolus,
& tamē quid dicam vobis ò filij ho-
minum? Vanitas vanitatum, & omnia
vanitas. Omnia quæ desideratis ha-
bui, omnia quæ cōcupiscitis exper-
tus sum, nolite decipi, noli errare,
credite mihi, nulla in eis felicitas,
nulla satietas, nihil est in eis nisi va-
nitas, & afflictio spiritus. Quod si sa-
pienti & experto fides adhibēda est,
dicam tibi ò homo quid expediat ti-
bi sub sole: Deum time, & mandata
eius obserua. Hoc est omnis homo, d
hoc solum vtile iudicauit: cætera om-
nia vanitas, & afflictio spiritus.
Sed non leuiter pertransendū est,
quia non dixerit, hoc homini con-
ducibile fore, sed hoc est (inquā) o-
mnis homo: quia videlicet hoc pro-
prium hominis munus, & officium
sit. Habent omnia sub sole destina-
ta & propria officia quibus exer-
ceantur, & nihil penitus in toto or-
be otiosum: cælum voluitur, astra
lucent, sol irradiat, terra germinat,
plantæ pullulant, arbores fructifi-
cant: bruta quoque destinatis offi-
cijs homini deseruiunt, alia portan-
dis oneribus, alia colēdis agris, alia
culto-

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

custodiendis hereditatibus, alia de-
ferendis hominibus: sicut cuique à
natura donata est habilitas, ita ser-
uit: nunquid homo solus sine offi-
cio erit? nunquid domine, vanè con-
stituisi filios hominum? Absit vt
ps. 38. homo solus vanus sit, propter quē
cætera omnia vana non sunt. Quæ-
ramus ergo quid sit hominis officiū
proprium, quid opus illud in quod
conditum est, hoc enim scire maxi-
mè hominē decet, vt illud exequa-
tur & impleat: qui enim iumentis
propriis actiones adaptat, suā ipse
ignorare non debet. Discurremus
ergo per omnia officia, quæ homi-
nes exercere solent, & quæram⁹ in
eis quod sit hominis propriū. Ara-
re, seminare, plantare, texere, ædifi-
care, & quicquid aliud est artis me-
chanicæ, opus hominis proprium ef-
se non potest. Neque enim homo
propter illa, sed illa omnia propter
hominē: non hoc à principio Deus
instituit, sed necessitas adinuenit
ad fulciendam & sustinendam ho-
minis vitam: omnes illæ artes reper-
tæ sunt, vt homo fulciatur & viuat,
nos autem inquirimus illius vitæ
propriam functionem. Exemplo id
notius fiet. Da mihi hominem satū-
rum & vestitum, qui cibo, potu, do-
mo, vestimento non indigeat, qua-
lem in principio Deus plasmavit
Adam, de isto quæro ad quid fact⁹
Gn. 1. c. est, quid agere debeat, & in quo se
exercere oporteat: neque enim
(vt diximus) frustra conditus est, vt
otiosus sit. Eadem ratione magistra-
tus, militia, imperia, regna, & quic-
quid aliud ad reipublicæ guberna-
tionem spectat, propria hominis
actio esse non possunt: cum hæc o-
mnia propter hominem sint, & nō
homo sit propter illa. Sed neque vt

comedat & bibat, & delicijs per-
fruat homo conditus est. Maior
sum, & ad maiora sum natus, ait Se-
neca, quàm vt vile mancipium sim
sensuum meorum. An non hæc o-
mnia brutis conueniunt? & huius-
modi voluptatibus sapius ab eis
vincimur? quomodo proprium est
hominis munus, quod illi cum be-
stijs commune est? Arctamur vn-
dique, & confiteri compellimur cū
Augustino, quod homo creatus sit,
vt summum bonum intelligeret, in-
telligendo amaret, & amando eo
frueretur: & sicut Apostolus ait, vt
Eph. 1. b
simus in laudem gloriæ eius, & no-
tas nobis faceret diuitias gloriæ suæ,
& magnitudo eius nobis innotes-
ceret: vt sic diè ac nocte laudemus,
benedicamus, glorificemus, & exal-
temus nomē eius in secula. Hoc est
Dañ. 3.
e. & in-
fra.
hominis officiū, hoc opus in quod
conditus est. Omnia faciunt officiū
suum, homo, fac tu quoque tuum.
Quid alienis operibus implicaris,
opere tuo relicto: Cū Deum lau-
das, homo es: cū plantas, ædificas,
seminas, deficis ab homine; quoniā
non in hoc, & propter hoc conditus
es, vt illa faceres, in quibus tamen
tu ferè omnem tuam vitam expen-
dis. Vides quanta hominum multi-
tudo frustra viuit ab humano ope-
re & vsu alienata, qui more pecorū
ignorantes seipos, ita sunt quasi nō
sint, quia frustra sunt. De his pro-
pheta. Alienati sunt peccatores à
vulua, errauerunt ab vtero, locuti
ps. 57.
sunt falsa. Omnes enim (sicut dixi-
mus) declinauerunt, inutiles facti
ps. 13.
sunt. Non est qui faciat bonum, nō
est vsque ad vnum. Non est (inquā)
qui bonum illud vnum necessariū
perquirat & exequatur, in quo solo
salus & vita hominis posita est. O-
mnes

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS

omnes circa multa distrahantur & occupantur, in quibus non est nisi vexatio, & dolor, & afflictio spiritus. Neque tamen idcirco dixerim hoc, quia opera quæ sunt vitæ necessaria damno: non sunt illa opera mala, sed à malo sunt. Nam si peccatum non fuisset, hæc omnia homines non occupassent. Non esset fames, neque frigus, neque nuditas, neque aliæ necessitates innumeræ, quibus tollendis vniuersa hominum multitudo defudat. Ex peccato Adæ inutilis hæc occupatio hominibus superadita est, qua sublata officio suo homines incumberent, & opus suum exercerent. Felices vos o fratres mei, quibus datum est Deo vacare, die ac nocte in Dei laudibus insudare: vos homines estis, vos quod hominis est facitis: sic viuitis quasi in vobis non peccasset Adâ: quia id ipsum soli facitis post peccatum, quod si non peccasset omnes homines facturi essent. Optimam partem cum Maria elegistis, sollicitudines Martiæ cæteris relinquentes. Verè fu-

Psal. 15. nes ceciderunt vobis in præclaris, & porrio ista vestra præclara est vobis. *Mat. 5.* Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

Labor modicus, & copiosa merces: hoc vnum necessarium amplectimini, hoc vnum exequimini, in hoc tota vita versamini, semper memoria retinentes, quia in hoc solū conditi estis. Agite (inquam) in terris, quod semper in cælo facturi estis: neque enim ibi aliud opus est, nisi laus.

Psal. 121. Ad quid enim ascenderunt illuc tribus, tribus domini, testimonium Israel? Non utriusque ad aliud, nisi ad cõfitendum nomini domini. Vnde ait.

Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum lauda-

bunt te. Hoc vnum propheta cupiebat, dicens. Vnam petij à domino, *psal. 26.* hanc requiram: ut inhabitem in domo domini, omnibus diebus vitæ meæ. Hoc vnum etiam Apostolus desiderabat, dicens. Vnum autem *phi. 3. c.* quæ retro sunt obliuiscens, & ad priora extendens me ipsum, ad brauium supernæ vocationis persequor. Hoc est vnum illud necessarium optimum, quod sancti patres in eremo requirebant: qui relictiis omnibus quæ desiderari possunt, huic soli operi tam sedulo & tam sollicitè vacabant, ut grandem iacturam facere viderentur, si vel per horam ab eo cessarent. Defixis nanque in cælum oculis, eos ad ista terrena deflectere ultra nolebant: sed nunc legedo, nunc orando, nunc meditando, nunc contemplando, velut à diuersis locis in vnum signum cordis sui sagittas dirigebant. Hæc est illa vna pretiosa margarita, pro qua sapiens negotiator libenter dedit omnia sua, & emit eam. Hic thesaurus absconditus, quæ qui reperit in cordis sui agro, beatus & diues est. Sedete fratres ad pedes Iesu cum Maria, ut audiat in silentio verbum eius, & impleamini ab vberibus cõsolationis eius. In hac schola frequentes vitæ magistrum audite, scientes quia in hoc solo positi estis, & ad hoc solū religionis claustrum introistis, nihil aliud vobis incumbit, aliud vobis officium non iniungitur. Prophetam super hoc audite. Bonū est (inquit) viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius: & tacebit, quia leuabit se super se. Hoc monachi opus, hoc officium est, hæc pars illorum qui iugum domini cum gaudio susceperunt. Felix vita, quæ tali expeditur ministerio:

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

rio: cui pro labore quies: pro opere otium: pro negotio silentium indicitur. Cæteris dicitur, in labore vultus tui vesceris pane tuo: labores manuum tuarum quia maducabis. Monacho nullus labor imponitur, nisi ut non laboret, imò ut quiescat cum Deo suo, & tota die delectetur in eo. O præclaram sortem, o vitam dulcissimam, o paradysum amoenam, cui dulcior alia promittitur paradysus. Labor sine labore, opus sine opere, otium omni negotio maius: hæc partem optimam sibi elegit Maria, Maria illa felix, maxima beatarum Mariarum, maxima sceminarum, Maria (inquam) illa quæ neque similem visa est, nec habere sequentem. Non de te o virgo beata aliud opus legimus, nisi hoc: non erant tibi amplissimæ facultates vnde famelicos aleres, nudos vestires, infirmos curares, indigentibus necessaria ministrares: non de te miracula & portenta mirifica legimus nisi post mortem tuam. Euangelium autem nulla de te scribit miracula, quibus vita tua in populis magnificaretur, & in oculis gentium illustraretur. *ps. 44.* Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis, in purissimis cogitationibus, in ardentibus desiderijs, in ineffabilibus gaudijs, in cælestibus virtutum spiritualibus infusionibus, & lucidissimis theorijs. Hæc erat vitæ Mariæ, vni soli necessario vacare, illi soli intendere, circa multa non sollicitari. Quæ est omnis cõtemplatio, si ad eius ecstasim, quæ est omnis deuotio si ad eius spiritum comparatur? Quis vnquam anachoritarum tam viuax & potens visu, ut irreuerberata acie solem lucidissimum specularetur, sicut aquila *Ap. 12a* hæc perspicacissima, amicta sole, &

luna sub pedibus eius? Qualis fuit oculorum eius pulchritudo, & venustas aspectus, quæ regem maiestatis solo intuitu vulnerauit? Vnde ait: Vulnerasti cor meum soror mea in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui: & quasi non valens aspectum pulcherrimum sustinere, vulneratus clamat: Auerte oculos tuos à me: ipsi me auolare fecerunt. Vnde auolare: nisi à sinu dei patris, in vterum virginis matris? Et iterum. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Quoties oculorum repetit pulchritudinem? quoties vilis decorem exaggerat? ut in illis se maxime captum, & delectatum ostendat. Verè pulchra, & bis pulchra: pulchra facie, pulchrior fide, pulchra in corpore, pulchra in mente, pulchra interiori gaudio, pulchra exteriori obsequio, pulchra cum gignitur, pulchra cum genuit, pulchra in Aegypti exilio, pulchra in cælesti regno. Oculi tui columbarum. Propter quid columbarum? Columba cum in terra pascuntur, oculos in terram non figunt, sed raptim videtes, granum statim visum in cælum attollunt. Tales sunt Mariæ oculi, cuius obtutus raptim terrena transiens, cælestia frequentius perlustrabat. Sic enim filij sui & spõsi Ioseph ministerio incubebat, ut cælestia semper intueri non desineret. Columbinos oculos Maria habet: coruinos habent, de quibus scriptum est: oculos suos statuerunt declinare in terram. Iam verò interiorem quam diximus pulchritudinem, quoniã sermo explicare non sufficit, tacendo magis laudat, cum ait: absque eo quod intrinsecus latet. Quasi dicat, quid in

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS

in te soror mea foris eniteat, homines utique videre possunt, quid intus lateat, soli Deo perspicuum est, tantorum munerum largitori. Solus quippe nouit sacratae mentis secreta, gaudiorum excessus, amores ecstasicos, virtutum omnium diuitias ineffabiles, quas speciali quadam prerogatiua in ea accumulatae dignatus est. Propter quod spiritus Mariae exultat, non in hominum gloria, non in omnium generationum laude, sed in Deo salutari suo, cui solummodo exaltationis eius ratio & causa nota erat. Vnde secundum Bernardum, propterea spiritus sanctus illi obumbrasse dicitur, quia factus quicquid in ea gestum est, sic in suo secretissimo consilio spiritus obumbrando celauit, quatenus sibi tantummodo notum esset & virgini, cui soli datum est nosse, quod soli datum est experiri. Haec est igitur praecleara illa saluatoris discipula, quae non ad horam aut per diem, sicut Magdalena, sed triginta tribus annis in schola illius, ad pedes eius sedens, audiebat verbum illius, & conseruabat omnia verba haec, conferens in corde suo. Cui propter singularem & excellentem eruditionem, caelestis magister ad patrem vnde venerat rediturus, scholam & cathedram suam reliquit: non quidem ut oues suas regeret sicut Petrus, sed ut discipulos suos caelesti sapientia, quam ab eo dederat, erudiret: quoniam & propter ingenij viuacitatem, & diuturnioris scholae assiduitatem, ceteris omnibus condiscipulis sapientior & doctior habebatur. Quam quidem scholam duodecim annis (ut fertur) rexit ac tenuit, apostolorum omnium, & discipulorum Christi, ecclesiarumque magistra: vnde

& cunctas haereses solam interemisset, in ecclesia Dei merito decantatur. Quis huius tam familiaris & dilectae discipulae lectiones quas audiuit, enarrat? quis sacramenta quae nouit intelligat? Ediffere nobis o virgo beata, dulcissimos illos dialogos, familiares locutiones, & arcana colloquia quae habuisti cum filio, quando in gremio tuo recubens, caelestia tibi secreta pandebat, & dulcia illi in doctrinae premium oscula referebas. Quid tunc differebat? quid docebat? quid illum percontabaris? quid tibi respondebat? Noueras enim optime cum quis esset: noueras diuinae sapientiae in eo latere thesauros, noueras abyssum luminis profundissimam, intra tenerimi pectoris angustias latitantem, omniaque eius verba, sicut dei omnipotentis oracula conseruabas. O felicem foeminam, quae nec tunc illo diuinae sapientiae poculo tandiu potata es. Cur nos obsecro virgo, histantis diuitijs defraudasti? cur thesauros istos desiderabiles a tuis seruatoribus abscondisti? cur dialogos illos dulcissimos ad eruditionem & consolationem nostram scripturae non mandasti? Quid nobis nunc gratius, quid dulcius, quid utilius dari posset, quam ut colloquiorum huiusmodi sapientissimo & salutari pabulo frueremur? interrogante matrem, & filium respondentem de caelestibus audiremus? Sed non decuit margaritas pretiosas omnibus palam fieri, & sacramenta caelestia, quae non licet homini loqui, coram omnibus publicari, ac propterea non edita sunt. Quae enim nobis edidit saluatorem, quando si deceret, utilem populo celaret sermonem? Sicut ergo in vita praecunctis dilectis,

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

ps. 17. sta, super omnes sapientia & deuotione volauit, ita hodie in caelum assumpta super omnes gloria & honore sublimata est. Ascendit namque super cherubim, & volauit super pennas ventorum. Vbi enim arca deifera, nisi super cherubim locanda erat? Quanta gloria, quanta maiestas omnibus caeli principatibus & potestatibus anteferri, ab omnibus coli, & sicut reginam caelorum, & dominam toti caelesti curiae praesidere? Haec tua pars virgo beata, hic honor haec gloria. Quod enim de nullo sanctorum credere fas est, hoc de te sancta canit ecclesia, quod exaltata sis super choros angelorum ad caelestia regna: vbi cum filio tuo viuis & regnas felix & gloriosa in secula seculorum. Amen.

DE ASSUMPTIONE virginis, Concio quarta. THEMA.

¶ Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea.

Luc. 10.



Vo mihi hodierna celebritate tractanda se offerunt, ac proinde in duas concionem hanc diuidam partes, priorimorale expositionem euangelicae historiae expediemus atque eas exponemus proprietates, quas Deus requirit magnopere in eo, quae velut hospes inhabitat. Posteriori vero parte diuinae virgini tribuemus, ostendemusque iuxta thema propositum, quae optimam partem elegerit sibi Maria. Intrauit Iesus in quoddam castellum. Esto & tu castellum, ut intret in te Iesus: nam domos vilibus

correctas paleis, & tuguria quae igne concupiscentiae facile inflamantur, & domos fragiles, veteres, ruinosas, quae leuissimo tetationis vento cito prosternuntur, non intrat Iesus: sed domos stabili fundamento subnixas, firmas, constantes, perseverantes in bono: quae omni impulsui tetationum & persecutionum resistunt. Qualis est illa de qua in euangelio. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram. Castellum itaque fortissimum debet esse anima, quam inhabitat Iesus. Nostis bene conditiones castri optimi: nam debet esse constructum in alto supra firmam petram, & muro fortissimo, & ante murali, & cauea profundissima vallatum. Debet habere etiam pontem eleuabilem sublicium, portam ferream, ianitorum rigidum, qui nemini parcat, sed fortiter custodiat ingressum, multam comestus provisionem, & machinarum munitionem, vigiliam diligentissimam, & alia similia: quae omnia spiritualiter debet habere castrum Christi. Habebat in alto fundamentum, non in terra: sicut Apostolus ait, nostra conuersatio in caelis est. Sit firmum & firmatum fortiter supra firmam petram fidei: sit caritate vallatum: fortis enim est ut mors dilectio. Habeat antemurale patientiae, in quo recipiat ictus persecutionum, & tetationum: & foueam humilitatis profundam, pontem eleuabilem cogitationis, id est dominium cordis: portam consensu ferream & difficilem, ut scilicet pro toto mundo non consuetat peccatis, sed potius mori eligat quam peccare.

Habeat

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS

Habeat quoque rigidum ianitorum, timorem domini, qui omnes violentos appetitus etiā sensuales in hoc ostium irrumpētes facillē iugulet & disperdat: & verbi Dei & spiritalis doctrinæ abundantissimū cōmeatum, & omnium virtutum moralium copiosam munitionē, & vigiliā diligentissimā super cor, quod est huius castris arx principalis: sicut scriptum est, omni custodia, custodi cor tuū, quia ex ipso vita & mors. Si talis fuerit anima intrabit in eam Iesus. Heu fratres mei, vallati sumus vndiq; inimicis, & die ac nocte non cessat conflictus: multa fortitudine opus est vt euadere possimus. Huic animæ castello præfecit nos Deus, Christo fidē dedimus in baptismo, videamus vt cum venerit ad iudicium, non vt scēdifragi & proditores arguamur, semper coram oculis habētes verbum apostoli. O Timothee depositum custodi. Quid ergo? Ad modum castrorum cordis nostri arcem defendamus. Si quis à longe apparuerit hostis, id est carnalis appetitus, illico rationis telō confodiat, & verbi Dei iaculo configatur. Et si coacto agmine malarum cogitationum, & stultorum desideriorum, acies violēta irruerit, tolle potētem: diuerte cogitationem: occupa to imaginationem: & frustrata resistit. Nihil enim vtilius, nihil melius, ad vitandos irruentium tētationum conflictus, quā occupare animum, & in aliud ipsam cogitationem diuertere. Hūc imaginationis pontem si quā celeriter leuaueris, omnis tētationis impetus (vt dixi) frustratus euanesceat. Quōd si aliūde impetū fecerint, & muri ostio proximauerint, vide vt fortiter obstitas: ibi enim totū pōdus certaminis

est, quoniam rupto caritatis muro, aut cōfracto voluntatis ostio, actū est de castro. Quantūuis enim foris inimicorum acies perstrepat & inuadat, quādiu ostiū consensus steterit, in tuto res est: propter quod in huiusmodi ostio conseruādo maxima cura adhibenda est. Iuuat multū ad hoc ostiarij fortitudo. Vide ne sicut Isboseth filius Saul, huic ostio mulierculam ostiariam præficias, & ab inimicis in inguine confossus intereas. Noli salutē tuā verecundiæ seculari cōmittere: debilis quippe ac fragilis hæc ostiaria est, & quæ facillē decipiatur aut superetur: leuiter nāque aut passioni cedit, aut fraudi succumbit huiusmodi custodia, & irruenti voluptati aditum præbet. Quid trepidas (ait) quid times? secretō fiet: nemo sciet: parietes sunt vndique, nemo videbit: et si casus res cuipiā innotuerit, prouidebitur, ne fiat in publicum: & si publicata fuerit, citō euanesceat: & in obliuionē tradetur. Quāta quotidie fiunt grauiora, & post modicū sic obliuioni sunt tradita, ac si nunquā fuissent? Omnia cū tempore transeunt, & labuntur, neq; solus es: nemo est qui non aliquando desipiat: nullus mirabitur, quia nemo sine crimine uiuit. His & similibus suasionib; facillē cedit victa verecundia, & ianuā hosti tradit. Nō sic timor Dei fortis & rigidus, non sic facillē suadetur, non sic leuiter superatur. Videt nāque quā stultum sit, pro modica & leuissima voluptate, & gaudio temporali; Deum offendere: eius gratiam & amicitiam amittere: gloriam sempiternam perdere: gehennam interminabilem incurere: & quōd Deus non sit vt homo, vt vel decipi, vel vitari, vel

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

vel obliuisci, vel superari possit. Vnde ait. Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris strauile stulum meum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis, arreptoq; verbi Dei gladio, omnes illos procaeces appetitus violēter irrumpentis iugulat & discerpit. Hunc ostio cordis custodem adhibete fratres, ita dico vobis hunc præfice: nam per timorem domini declinat omnis à malo. Audistis quale debet esse Christi hospitium, nunc habitatores eius attendite: quos nisi ibi Christus repererit, in eo vtiq; non introibit. Mulier (inquit) Martha nomine recepit eum in domū suam: & huic erat soror nomine Maria. Erat etiam ibi forsan & Lazarus, quanuis de illo taceat euangelium. Sint ergo ibi Martha, Maria, Lazarus, & fraterna concordia Christū dominum in mentis hospitio suscipiant. Sit in corde actio diligentissima, contemplatio feruentissima, cura vigilantissima: apud has enim libet hospitari Christus. Sit huiusmodi anima pia in proximū, deuota in Deum, sollicita in seipsam: qualis erat illa cui dicitur. Surge, propera amica mea, formosa mea, columba mea. Tribus eam nominibus pro tribus officijs nuncupauit: amica in proximorum obsequio, formosa in diuinę contēplationis otio, columba in proprię cōscientię scrutinio. Nam quæ amicū videt in suo fideli paupere famescētem, indigentem, afflictum, & plagatum, & non ei succurrit, quomodo amica est? Christus in sua persona nullo nostro obsequio indiget, eget in paupere, famescit in mendico. Quenam ergo hæc amicitia, quæ caritas est: fulgere auro, splendere margarita,

et Christo in paupere famescēti neq; frustum panis porrigere? Si amica es, in hoc Christi pauperum subsidio amicum te esse monstrato. In contemplatione formosa, ibi enim omnis animę decor, & pulchritudo est: ibi nāque anima feruore purificatur, spiritu decoratur, igne cælesti innouatur, lachrymis abluatur, & super niuem dealbatur. Deniq; facies Moyse ex Dei colloquio rutilabat, vnde psal. Audi filia & vide, & inclina aurem tuā. Obliuiscere populum tuum, & concupiscet rex decorem tuum. In sui verō solitudine columba nō potest ei desesse gemitus, si se inspexerit carne grauari, & nolentem repugnātemque trahi in sensum peccati, & non bonum quod vult, sed malum quod odit quotidie agere. Quōd si vel ad modicū se viderit vitijs sordidari, non solū gemit, sed & rugiet à gemitu cordis sui, donec gemitibus purgetur à culpa. Tales igitur habitatores in mentis hospitio Christus inueniat, huiusmodi ei ad ostium foris occurrant, & dicāt. Mane nobiscum domine, quoniam aduersa sperascit. Sed aduerte, quōd ex his sola Martha prior occurrit, & illa ad Christum Mariam sororem adduxit. Non existimes quōd ad cōtemplationis culmē subitō debeas peruenire: oportet illam prius in proximorum obsequio promereri. Exerce te ipsum ad pietatem, & per hanc peruenies ad desideratam contemplationem: pietas enim promissionem habet vitæ præsentis pariter & futuræ, hic & ibi remuneratur: hic contemplationis dulcedine, ibi visionis fruitione. Vnde Gregorius. Qui ad contēplationis culmē peruenire desiderat, prius in cāpo actionis

seipsum exerceat: nam & Iacob cū
 Gn. 29. diu seruisset pro Rachele, Liā prius
 accepit, ex qua cum filios plurimos
 procreasset, iterum seruiēdo perue-
 nit ad Rachelā. Cū ergo in vita acti-
 ua proximis seruiēdo, multos bono-
 rum operū fructus edideris, in labo-
 ris præmiū optata cōtēplationis dul-
 cedine perfrueris: tātum vide ne de-
 ficias, ne desistas, sed cum multa pa-
 tiētia & lōganimitate, si opus est e-
 tiam quatuordecim annis, vt bonus
 Iacob, lippientē Liā sustine, vt optā-
 tē Rachelis pulchritudine potiaris.
 Martha ergo excepit illū in domū
 prior, & huic erat soror nomine Ma-
 ria. Martha sine Maria parum pro-
 dest: exercitatio enim corporalis
 per se sine feruore & deuotione, ad
 modicum utilis est. Nō aspicit deus,
 1. Ti. 4. b. c. & quātum, sed ex quāto: non manum,
 2. Ti. 3b & Tit. sed affectum: non quātum labores,
 3. c. sed quātum ames. Vidua quæ duo
 Lu. 21. a. era misit in gazophylacium iudicio
 domini plus omnibus misit, quia
 plus dilexit. Maria sine Martha pla-
 cere potest, sed Martha sine Maria
 nequaquā. Illud maximum & egre-
 gium, vt tranq; vitā in vnā eādēq;
 personā cōuenire: vt scilicet exulta-
 ps. 149. tiones Dei sint in faucib⁹ eius, & gla-
 dij ancipites in manib⁹ eius: & neq;
 cordis exultatio sollicitā manum in
 opere retardet, neq; manus sollicita
 feruentē exultationem in laude re-
 stinguat. Quā gloriosus apparuit il-
 le propheta regius, quā spectabilis
 & admirādus, qui sic pugnavit vt
 nunquā orasse, sic oravit, vt nūquā
 pugnassee videatur. Quid dicam de
 Paulo apostolo: qui iter agēdo, præ-
 dicādo, corripiendo, differendo, cū
 2. Co. 12a. toto orbe pugnavit: & tamē paradi-
 sum, quā semel iustrauerat, animo
 nunquā deseruit. Sic pleriq; in ec-

clesia doctores & pōtiffices, viri vn-
 dique perfecti & cōsummāti, quos
 neq; pondus regiminis grauauit in
 scribendo, neq; nimia scribēdi soli-
 citudo occupauit in regendo: nā vt
 strenui ambidestri, & otio & officio
 plurimum valuerunt. Sed in hac
 spiritali domo semper Martha gra-
 uatur, semper cōqueritur de sorore:
 anima enim quæ aliquādo bonum
 Dei verbū, & virtutes seculi futuri
 gustauit, quæ introducta in cellam
 vinariā, vino illo spiritus suauissi-
 mo potata, & balsamo illo deuotio-
 nis suauissimo delibuta est, vix po-
 test vlla causa, vllāue ratione ab il-
 la suauitate separari. Quod si cogēte
 necessitate, aut vrgente fraterna ca-
 ritate ad tempus diuellitur, non fa-
 tiatur, nō quiescit, donec redeat ad
 pedes Iesu, & verbi eius pabulo sagi-
 netur. Neq; eam vel fratrum utilita-
 tas, vel bonorum operū fructus, vel
 multorum meritorū pondus conso-
 lari potest in exequēdo officio: quā
 expertē suauitatis memoria totā ra-
 pit, & absorbet in dulcissimi sponsi
 amplexus, & osculi desideriu. Quā
 multa super hoc in sanctis exempla
 reperimus, qui licet viri misericor-
 dia, & animarū veri zelatores exi-
 stent, ne tamē a Rachelis amplexi-
 bus sciungerentur, solitudinis late-
 bras sollicitē perquirebāt, & quā lō-
 gē poterant a populis fugiebāt, totis
 viribus id agentes, vt animarum cu-
 ram, & prælationis onus euaderēt.
 Sic beatus Gregorius, sic diuus Au-
 gust. sic sctus Hieronym⁹, viri tam
 insignis sapiētiae & eloquētiae, tā exi-
 mię sanctitatis & gratiē, vt plurimū
 verbo & exemplo ecclesiae Dei in
 episcopali dignitate profuturos, ne
 que ipsi qui eam declinabāt dubita-
 re possēt, omnia tamē illi suauissimo
 &

& dulcissimo otio postponēbāt. Cō-
 templare modo beatū illū Hierony-
 mum, sapiētiae & eloquētiae miracu-
 lum, in linguis Græca, Latina, He-
 braica, & in sacris literis peritissimū,
 cōsilio & prudētia disertissimū, san-
 ctitate cōspicuum, vita & moribus
 probatissimum, cōsidera (inquā) ec-
 clesie Dei sydus fulgētissimum, vi-
 rū populo Dei tam vtilē & necessa-
 riū, inter bestias & trigrades in solitu-
 dine cōmorantē, sibi soli vacantē, si
 bi viuentem. Nunquid nō rationa-
 biliter ecclesia apud Christū de illo
 cōqueri poterat: nunquid nō meritō
 cū Martha dñm interpellauit? do-
 mine nō est tibi curæ, q̄ soror mea
 reliquit me solam ministrare? Quo-
 ties ab omnibus mūdi partibus ad
 ipsum episcoporū epistolę directæ
 & delatæ sunt, hęc ipsā querimoniā
 cōtinentes? quid agis cū bestiis? quid
 tibi & solitudini? quousq; latitabis?
 quousq; otiaberis? ad quid ista tua
 sapiētia? ad quid scripturarum tāta
 peritia? ad quid tāta gratiarū moles
 in te vno cōgesta? quid dñi tui talē-
 tum in solitudine perfodis? quid ful-
 gentē lucernā sub eremi modio ab-
 scōdis? vt quid perditio ista vnguenti
 facta est? poterat vnguentū istud
 venundari multo, & dari pauperi-
 bus. Quibus dñs, quid molesti estis
 huic mulieri: sinite illā: bonū opus
 operata est in me. Sinite vt implea-
 tur, postea effūdēt: sinite vt ditetur,
 postea erogabit: sinite vt audiat mo-
 do in aure, quod postmodū prædi-
 cet super tecta. Quā cōcinnē in cāti-
 cis adolescētulas tumultuātēs deter-
 ret idē sponsus, ne dilectā suā a dul-
 cissimo sopore audeant excitare!
 quā vno ore loquitur in epithala-
 mio pro dilecta, in euāgelio pro Ma-
 ria, cū ait. Adiuro vos filię Hierusa-

lę, ne suscitatis, neq; cui gilare facia-
 tis dilectā, doneq; ipsa velit. Ac si di-
 cat. Sinite illam, vt dormiat quantū
 vult: ipsa melius nouit quando de-
 beat excitari, quæ in sui spōsi sacro
 pectore quiescit. Sinite, nolite ex-
 citare: caritas enim quæ illā sopora-
 uit, illā opportuno tempore suscita-
 bit: & quæ eam ad tēpus in eremo
 abscondit, illam commodē populis
 publicabit. Idem ipse nunc quoque
 tacente Maria, increpātī sorori pro
 illa respondit: & ipse eius factus est
 aduocatus, qui iudex fuerat inter-
 pellatus. Defendit a pharisæo, de-
 fendit ab apostolo, defendit a foro.
 Quid ni taceat, quæ talem ac tan-
 tum se nouerat habere defensorē?
 Martha Martha sollicita es (inquit)
 & turbaris erga plurima, porrō v-
 num est necessarium. Maria opti-
 mam partem elegit. Non tu malam,
 sed illa meliorem: tu turbaris, il-
 la quiescit: tu fatigaris, illa oblecta-
 tur: tu intendis multitudini, illa va-
 cat vnitati: porrō vnum est necessa-
 rium. Vnum illud optimum & eter-
 num tuæ praualet multitudini: v-
 na margarita pluribus argenteis
 anteponitur: vna gemma pluri-
 bus aureis antefertur: vnus filius
 Rachelis pluribus Liæ filijs præ-
 larus est. Laudo tuam sollicitudi-
 nem, sed Mariæ pacem magis com-
 mendo. Maria optimam partem
 elegit, quæ non auferetur ab ea: &
 idēo optima, quia non auferetur.
 Nam tua auferetur, & bono tuo
 auferetur: ista quæ optima est, non
 in æternum cessabit, non cum vita
 finietur, sed manebit & permane-
 bit in æternum: & cū vita de-
 fuerit, tunc ipsa magis incipiet. Non
 ergo sorori succenseas, non eam iu-
 dicēs, non velut vacantem & otio-

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS

fam accusas: crede mihi, ne dubites: Maria optimam partem elegit. Ve
 re ita est bone Iesu, optima hæc por
 tio est, beatus qui tenuerit eam: &
 qui eam expertus est, in verbis tuis
 ambigere nullo modo potest. An
 non optima pars, in pace & quiete,
 sine labore & anxietate, sine tædio
 & grauedine: parum est hoc, imò
 cum multo gaudio & iucunditate,
 cum incredibili suauitate & dulce
 dine, perpetuam sibi gloriam pro
 mereri? & temporali gaudio æter
 nã sibi acquirere paradysum? Quis
 nõ eligat talẽ partem? A gaudio ad
 gaudia, à delicijs ad delicias, à pa
 ce in pacẽ, à paradiso in paradysum
 trãfire. Vt quod sufficere nobis po
 terat, ad laboris & certaminis præ
 mium, id promerẽdã beatitudinis,
 & cõsequendẽ felicitatis reputetur
 ad meritũ. Quis audiuit vnquã tale?
 quis vidit huic simile? O immẽsam
 bonitatẽ, ò magnificentiã singula
 rem, vt Dei maxima & præclarissi
 ma dona, velut eximia nostra meri
 ta remunerentur. Quis tam immen
 sã largitatis, & munificentiã pòdus,
 gratiã pro gratia, & donũ pro dono
 reddẽtis, valeat æstimare? Cõsidera
 te fratres, si cuipiã mercenario dare
 tur optio, & ab eo qui eum cõduxe
 rat, diceretur ei: ecce ligonẽ excole
 vineã, per fõditõ terram, & dabitur
 tibi argenteus: vel certẽ si magis pla
 cet, ecce mẽsam omnib⁹ auibus, fru
 ctibus, & obsonijs refertissimã, sede
 & ad libitũ manduca: lude quiesce,
 oblectare, & vesperẽ itidẽ accipies.
 Quis (inquã) ita fatuus esset, ac men
 tis inops, vt non potius iucunditatẽ
 eligat, quã laborẽ? Ita omnino, certẽ
 ita est in proposito: quiescere in
 Christo nõ minoris meriti est, quã
 laborare pro Christo. Gaudiũ in spi

ritu sãcto, crucis trophæo in merce
 de equiparatur: latari in Christo, &
 pati pro Christo equa læce appendũ
 tur. Nemo dicere hoc auderet, nisi
 quiescentẽ Mariã laborãti Marthæ
 officio & merito dñs prætulisset. Ma
 ria optimã partẽ elegit. Vnde Au
 gu. Otiũ sanctum quærit caritas ve
 ritatis, negotiũ iustũ suscipit neces
 sitas caritatis. Hanc sarcinã si nullus
 imponit, vacãdum est veritati: si im
 ponitur, suscipienda est propter ne
 cessitatem caritatis. Sed dices forsi
 tã, cur igitur nõ omnes hanc partẽ
 eligimus? ad quid proximorũ neces
 sitatibus subleuãdis incubimus? O
 prima pars optimẽ eligitur, nulla
 sit Martha in mũdo; orationi & cõ
 tẽplationi omnes vacemus, omnes
 Mariæ partẽ optimã prosequamur.
 Vtinã fratres, vtinã: erit aliquando
 hoc, sed nõ in hoc exilio: nũc pauci
 quos equus amauit Christo, hoc pos
 sunt: nõ omnibus datũ est adire Co
 rinthũ. Vnusquisque propriũ donũ
 habet ex deo, alius sic, alius verò sic.
 Virginitas coniugio pretiosior est,
 nullus autẽ sanẽ mētis hoc dubitat,
 nõ tamen omnibus datũ est vt virgi
 nes sint. Pro vna Maria centũ repe
 ries Marthas in ecclesia. Balsamũ il
 lud pretiosum, & nectar dulcissimũ,
 non cuiquẽq; vasi à Deo infunditur.
 Purissimã debet esse anima, quẽ dei
 spiritu repletur, & speciosissima,
 quã celestis sponsus ad osculum &
 cubiculum dignatur assumere. Nul
 lum cum terra debet habere cõmer
 ciũ, quã cõlorũ regi in contẽplatio
 nis thalamo copulatur. Vnde Bern.
 Delicata nimis est spiritualis cõsola
 tio, & nõ dabitur admittẽtib⁹ alic
 nã. Sit ergo quisq; sua sorte conten
 tus, quã diu ad altiora non vocatur,
 aut prouehitur. Quod si vocat, si ido
 neus

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

neus est, optimum proculdubio
 præeligendum est. Noli dicere, sa
 tis est, sufficit mihi hæc pars bona:
 sic saluari possum, sic possum ad
 gloriam peruenire: abiecti & infi
 mi animi verbum hoc est. Cur si
 præuales, non ascends? cur non
 eris quicquid esse poteris? Datur
 aurum, cur sufficet argentum? Se
 mel duntaxat hæc viuatur vita,
 quod hic amiseris, in æternum nõ
 recuperabis. Denique Paulum a
 postolum audiamus, qui cum plu
 rima Dei dona, & multiplices gra
 tias ecclesiæ à Deo collatas recen
 suisset, dicens: alij per spiritũ datur
 sermo sapientiæ, alij sermo scienti
 æ secundum eundem spiritum, al
 teri fides in eodem spiritu, alij gra
 tia sanctorum in vno spiritu, alij o
 peratio virtutum, alij prophetia,
 alij discretio spirituum, alij genera
 linguarum, alij interpretatio ser
 monum, post hæc quasi consulens
 adiungit: æmulamini meliora cha
 rismata. Quod si vnum illud neces
 sarium & optimum, maxime eli
 gendum, & maxime prosequendũ
 scire vultis, attendite quod sequi
 tur. Adhuc altiore viam vobis
 demonstro. Si linguis hominum
 loquar & angelorum, caritatẽ
 autem non habuero, nihil sum.
 Nam sicut aurũ omnibus metallis,
 ita caritas omnibus Dei gratijs &
 muneribus antefertur. Non est in
 tota domo Dei iocale aliquod præ
 tiosius caritate: hæc omnium bono
 rum, virtutum, & charismatum ma
 ximum & potissimum: hæc est illa
 pretiosa margarita, quã qui inuenit
 dedit omnia sua, & cõparauit eam:
 hic ille thesaurus in agro abscondi
 tus, quẽ qui inuenit, dedit omnia
 sua, & emit agrũ illum: quinimo si

dederit homo omnem substantiam
 domus suæ pro dilectione, quasi
 arena exigua reputabitur. Hæc
 est via illa altior, via amplior, via
 securior, planior & breuior perue
 niendi ad Deum: per hanc si quis
 iuerit perueniet ad Deum quẽ desi
 derat: omnis via quæ à caritate nõ
 procedit, circuitus est. Heu nos mi
 seros & cæcos, qui tam breui com
 pendio & tam certo relicto, amba
 ges quærimus, & vias longas & dif
 ficiles ambulamus. O si omnem o
 peram & industriam, quam in æ
 quirendis scientijs, & veluti effo
 dienda sapientia consumimus, in
 hac sola margarita perquirenda,
 emenda, possidenda, impendere
 mus. O si hanc exhiberemus in
 dustriam & diligentiam, excitãdo
 inflammandoque affectui, & viscã
 de voluntati, quam ornando intel
 lectui, & sensui illustrando impen
 dimus: quantò meliores, & beatio
 res essemus. Sed stulti nimium &
 sine sensu, pascimus sterilem, &
 quæ non parit, & viduã non bene
 facimus: infantem scientiam ma
 gnificamus, & ædificantem carita
 tem negligimus. Non autem si quis
 multum sapit, sed si quis diligit
 Deum, hic cognitus est ab eo. Vnde
 prudenter satis quidam hunc no
 strum miserandum errorem deplo
 rans, & coarguens ait. Amare Deũ
 dum sumus in corpore plus possu
 mus, quã vel eloqui vel agnoscere.
 Amãdo plus nobis proficimus, mi
 nus laboramus, illi magis obsequi
 mur. Malumus tamen semper quẽ
 rendo, per cognitionem nunquam
 inuenire quod quærimus, quã amã
 do possidere, quod non amãdo fru
 stra etiam inueniretur. Eligamus
 ergo fratres, de cætero hoc optimũ

& necessariū, hoc inquiramus, hoc prosequamur, in hoc inueniēdo & possidendo omnem vitam, & operam expendamus, vt scilicet in corde nostro hunc caritatis ignem accendamus, & accensum ne deficiat, deuotionis oleo foueamus, ne cum sponſus aduenerit, extinctas lampades nostras inueniat, & foris relinquat. Recordemur semper illius dominici eulogij: igne veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Ac si dicat, hoc volo, hoc iubeo, hoc super omnia mihi gratissimum erit, vt ignis hic facer semper ardeat in pectore vestro, altari meo sicut in lege præceptum est: quod si defecerit, nutriat eum sacerdos, mane subiiciens ligna, hoc est sacris litteris & exēplis. Hæc enim maxima & potissima debet esse cura sacerdotum, Dei amorem & spiritus feruorē, in populo quotidiana exhortatione, & frequenti doctrina excitare, excitatumq; nutrire: ne cōtra apostolicam admonitiōē, ex defectu doctrinæ, spiritus extinguatur. Ligna in ecclesia non defunt, vnde sustentetur hic ignis: sunt multa & densissima syluæ vnde quotidie præscindantur: & tanta est condensitas, vt nequeant exhauriri. Est grādis sylua creaturarum, magna etiā scripturarum, neque minor beneficiorum & exemplorū, quotidie in ecclesia pullulantium. Sed pro dolor, deest ignis, quid prodest igni extincto superiacere ligna? Ignem hunc præstare non est nostrum, sed eius qui venit illum mittere in terram, qui in die Pentecostes super apostolorum vertices flammantes linguas de cælo pluit: sicut scriptū est, de excelso misit ignem in ossibus meis, & crudiuit me. Væ mūdo

à tanta frigiditate: non est hodie amoris Dei scintilla in terris: nam quoniam abundauit iniquitas, refrixit caritas multorum. Impletum est apostolicum vaticiniū, quod in vltimis diebus erunt homines amatores voluptatis, magis quā Dei. Rogemus ergo instanter, & totis præcordijs deprecemur dominum, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem, vt ab illo cælesti incendio demittat in terram fulgurantes scintillas, quæ corda nostra algētia & frigida excitent, & inflammēt: per quas ad illum veniamus caminum, in quo cum beatis illis spiritibus inflammati, & incensi, in eius imaginem transformemur, & transformati eius claritate & gloria perfruamur. Ad quam nos perducatur ipse dominus noster Iesus Christus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria, in secula seculorū. Amen.

¶ Exposita sit hæc hactenus allegoria historiarum, nunc iuxta prothematis sententiam ostendendum, quomodo Maria illud sibi non solū elegerit, sed prælegerit: quod satis erit in aperto, si totum vitæ eius discursum præ oculis habeamus. Quid enim aliud fuit vita Mariæ, nisi iugis & cōtinua cōtemplatio? feruor deuotionis perpetuus, & spiritus incendiū interruptum? Non lego de te o virgo beata miracula, & prodigia multa: non longas in expeditione euangelica peregrinationes: nō eleemosynas copiosas, quia vnde eas faceres non habebas: non egrotorum curas, & captiuorū redemptiones: non amplissimas templorum struēturas, & cœnobiorum ditissimas dotationes: omnis gloria filiæ regis ab intus, in corde feruido, in sim-

brijs aureis: hoc est in purissimis cogitationibus, in ardentissimis desiderijs, in omnium virtutum omnigena & multiplici varietate: sicut in canticis dicitur. Quid videtis in Sunamite, nisi choros castrorum? id est castra virtutum? Non quod illi deessent eximia Marthæ officia, rāto vtique nostris clariora & excellentiora, quāto præstat Deo in sua persona, quā in famulis deseruire: sed hæc Marthæ occupatio, ad partes Mariæ prosequendas, nullū erat sacræ virgini impedimentum: sicut de ipsa scriptum est. Ego dormio, & cor meum vigilat. Ac si dicat, exterius quidem dormio officijs occupata, sed interi⁹ vigilo semper orationi intenta. Ex quo enim in clarissimum diuinitatis iubar, hæc aquila perspicax & sublimis, oculos suos defixit, nunquam eos amplius ad terrena deflexit. Prius enim quā verbum Dei sacro vterogestaret, triēnis in templo a patribus præsentata, in aliarum virginum cōmitatu, diebus ac noctibus orationi & cōtemplationi vacabat. Ante quippe Deū nouerat quā seipsam: & infans adhuc eloquio, animo iam orabat. Postquam verò angelo nunciante, mater Dei effecta est, eorū quæ in ea impleta sunt mysteriorum magnitudine absorpta, & immenso illi claritatis pelago tota mente immersa, veluti continua quadā ecstasi interius raptā, sicut euangelicā nobis lectio patefecit, conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Quid enim? si nos tepidos & ignaros, quæ in ea facta sunt mysteria, dum ea contemplanur, sic rapiunt & afficiūt, quid de ipsa sentiendum est, quæ hæc omnia & animo viderat, & corpore

experta est? Nos sola cogitatione deficiamus, quomodo illa tantorum sacramentorum pondus, & gustus, & æstus valuit sustinere? aut quomodo obliuisci poterat Deum, quæ vteroprius, gremio postea, manibus, pectore quæ gestabat? Nunquid obliuisci poterat mater filij vteri sui, & talis ac tanti filij? Post ascensionem verò filij in cælum, nihil de illa legimus, nisi quod (vt fertur) oratorio clausa, mysteria omnia quæ viderat, & audierat, animo retractabat, assidua mente percurrēs, quomodo eum concepit, quomodo peperit, quid in templo ei dictū sit a Simeone, quid cum illo sustinuit in Aegypto, verba, miracula, doctrinam, conuersationem, mortem, resurrectionem, ascensionem, & cætera omnia quæ virgo prudentissima & sapientissima, in corde suo assidue conferebat, & prout optime nouerat, discipulos edocebat. Hæc omnis virginis vita. Hæc totius peregrinationis eius breuissima summa. Cæterum quos in hac tam sublimi & cælesti vita gaudiorum motus pertulerit, quos spiritus sancti afflatus persenserit, nemini mortaliū cognitum est: sola nouit, quæ sola filio irradiante, & spiritu obumbrante meruit experiri. Ac proinde de quauis de virgine sacra nihil ferē aliud in euangelio referatur, nisi quod filium Dei spiritu sancto conceperit, & aluerit: ex hoc tamen vnicuius fastigio, tam ampla & immensa cogitandi & enarrandi nobis insurgit historia, vt tot sanctorū voluminibus non modò nequeat exhauriri, sed neque pro merito attingi: maiora enim & sublimiora fuerunt, quā vt humano sensu valeant comprehendi. Vnde cum fi-

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS

nierit homo de ea loqui, tunc incipit: imò nec dum se incepsisse cognoscit, & cum nunquam ab eius laude cessauerit, nihil aliud inuenit nisi voluisse dicere. *Mor^o cordis tui ò virgo, nostrá superant facultatè, nostros conatus excedunt: altius volasti, quã noster sustineat intuitus: vita tua non debuit scribi, sed cogitari: quia quò nò pertingit animus, quomodo perueniet calamus? Quis enim obsecro ardore illos, & æstus animi tui plusquam seraphicos, exprimat, quos in ruminandis scrutandisque tot tantisque mysterijs, in te ipsa celebratis & peractis, persensisti: Quis ignem illum ardentissimæ caritatis in visceribus tuis æstuantem, quo in eum qui talem ac tantã te fecerat, vt in suam te matrem eligeret, incessanter ardebas, enarrabit? Verè si optimùm & maximè necessarium caritas est, sicut diximus: in hoc non solù homines, sed & angelicos spiritus superasti. Triplex nanque vt doctores sancti asserunt, est amor Dei: scilicet naturalis, acquisitus, & infusus. Amore naturali, omnis creatura suum magis quàm se ipsam diligit creatorem: nã cum omnibus creaturis non solum animatis, sed etiam inanimatis naturaliter insitum sit, conseruare se ipsas, & omni se studio custodire: maior tamen est huiusmodi inclinatio & fortior, ad esse illud diuinũ æternũ & immensum, à quo omnes dependent, quàm ad propriam: vsque adeò, vt si per impossibile, deus aliquod in se detrimetum pati posset, potius totus orbis permetteret se perire. Ex qua naturali in Deum dilectione, in fine mundi, omnis creatura contra rebelles eius & pertinaces, qui cum dictis & factis exacer-*

bauerunt, in debitam vltionem & vindictam armabitur. Amor acquisitus est, qui spiritualibus exercitijs, & orationis frequentatione nobis acquiritur. Huc bonis operibus excitamus, nutrimus, augeamus aspirante diuina gratia. Atq; hoc est quod dicit, in meditatione mea exardescit ignis. Amor infusus est, de quo dicit Apostolus ad Romanos. *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hoc triplici amore, quantum omnes sanctos & electos Dei beata virgo superauerit, facile est videre. Et de naturali quidem, præter communem illum & vniuersalem totius creaturæ amorem, specialem alium sibi proprium ac peculiarem, qui omnium naturalium maximus est, sola in Deum habuit: quo nullus neque in cælo, neque in terra potuit gloriari, quoniam nulli alteri concessus est. Quis nanque hominum, vel angelorũ dicere potuit Deo? Filius meus es tu, ego hodie genui te, præter ipsam? Iam verò quàm potes sit hic amor in filios, vel in ipsis brutis & aibus agnoscamus. In mulieribus nanque vsque adeò matern^o hic amor exardescit, vt in gnatos quos lactant ludicris gestulationibus sæpius debacchetur: nulla est enim sine insania mater in filium. Solent quippe matres deformes & ignauos, imò fœdissimos & abominabiles filios, in quibus nulla apparet dilectionis occasio, vi quadam naturæ diligere: neque quauis turpitudine filiorum offenduntur: nam ex suis visceribus genitos, nimio prosequuntur amore. Quomodo ergo putatis virgo illa pijsissima vnicum amabat filium, speciosissimum, pulcherrimum, sapientis-*

DE ASSUMPTIONE VIRGINIS.

piensissimum, obedientissimum, optimum, omnibus donis & gratijs plenissimum, omni virtute & sapientia clarissimum, & plusquã dici potest, omnibus bonis quæ desiderari possunt in homine, perfectissimũ quem vltra omnia hæc apertissimè nouerat, & suum, & omnium verũ Deum, & potentissimum conditorem? Cum (inquam) talem filium gremio gestabat, vbere lactabat, quos æstus, quas flammæ, natiuus ille ignis in eius visceribus emittebat? Neque sicut aliæ matres, communem cum virò habebat filium, sola quippe eum conceperat, sola genuerat, totus vndique suus erat, totus ex visceribus eius progenit^o: nullum habebat ille in terris patrẽ, nullum illa nouerat in filio participem: sola soli, & soli solus erat. Non cum homine, sed cum Deo communem habebat filiũ: illius mater erat in terris, cui Deus pater erat in cælis. O inestimabilem virginis caritatem, ò incomprehensibilem puellæ teneræ celsitudinem. De amore autem acquisito, si vllis exercitijs hic amor acquiri potest, ipsa sibi cum præ omnibus cõparauit. Quæ enim triginta tribus annis die ac nocte cum ipso conuersata est, quæ à latere eius nõquam discessit, quæ illum in infantia fouit, in pueritia aluit, in adolescentia paut, quæ semper vt fidelissima famula illi vsque ad mortem ministravit, & omnia sui cordis secreta cum illo cõtulit, dicite obsecro, ex tam longa cõuersatione, ex tam frequẽti colloquio, ex tam assiduo comitatu, quantus illi in corde amoris ignis congestus est? Infusi verò amoris quãta fuerit magnitudine dotata, quis nõ videat? quæ in gratia concepta, gratiã quã

semel acceperat, semper bonis operibus adauxit, & peccatis nõquam amisit: quæ in verbi Dei cõceptione ab angelo gratia plena salutata, *Luc. 1. a* postea spiritus sancti obumbratione super adimpletur, vt ex plenitudine eius per filium recipiant vniuersi. Et post hæc omnia, in die Pentecostes, spiritu sancto iam plenissima, iterum eundem spiritum sanctum per amplius & plenius quam apostolicus ille cõetus acceperit, vt esset in ea abundans & superabundans gratia: cui non per partes vt cæteris, sed tota se infudit gratiæ plenitudo. Cum itaque amor, infusus nihil aliud sit, quàm ipsa gratia, aut ipsi gratiæ appendix sit, vbi tantã fuit gratiæ plenitudo, quantum fuit infusi quoque pondus amoris? Denique in cuius vtero nouem mensibus sol ille diuinitatis ardētissimus, veluti in quadam nubecula corporaliter latuit, quibus existimas eam fulgoribus & ardoribus inflammavit? O viscera virginæ, tot ac tantis æstibus inflammata, ò pectus sacrũ, in quo triplex hic amoris caminus tam potentissime ardebat: quomodo sustinuisti, quomodo non defecisti, quomodo tam immenso amoris calore solutum non fuisti? Iam ex hoc fratres coniectari poteritis, quã grauis illi fuerit post ascensionem filij absentia, quã dura & intolerabilis hæc vitæ mortalis peregrinatio, quibus desiderijs, quibus lachrymis, optauerit & æstuaerit exire ab hoc seculo, & esse cum filio. Quo cruciabat^o amore, quo feruebat desiderio, quo æstuaerit affectu, vt cum illo esset, quem suis oculis viderat cum mirabili triumpho, cælestia penetrãtem, quem nouerat angelicis spiritibus præsidetẽ, a pud quem

quem tantam gloriam, & lætitiã sibi paratam nõ ignorabat! O quomodo exardescerat in eius pectore hoc desiderium, quoties videbat viros illos factos & deuotas fœminas secum commorantes, effusis lachrymis magistri sui absentiam deplorare, præsentiam desiderare, & nõ tam vocibus quã affectibus ei acclamantes. Quò abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierũ; quò abiit dilectus tuus? & quæremus cum tecum. Quibus tunc existimas singulibus & suspirijs, quã inenarrabilibus gemitibus & clamoribus, spiritus eius cœlestes illos spiritus interpellabat: adiuro vos filiã Hierusalem, si inueneritis dilectum, vt nõ cietis ei, quia amore languo: quia deficio præ amore, quia tota amore liquefco. Mitigate flammã obsecro, temperate incendiũ, fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo: neque enim fortitudo lapidum fortitudo mea, neq; caro mea ænea est. Vnde non immerito crediderim, hoc toto exilij sui tempore, ad sustinendos ecstáticos illos amoris impetus, odoriferis eam paradisi floribus, & purpurantibus malis, id est lucidissimis e cœlo reuelationibus, & dulcissimis suauitatibus ab angelis fuisse fulcitam, ne deficeret præ amore: & sic ros illis candentibus, atque lilijs vernantibus pastam, donec aspiraret dies, & inclinarentur vmbra. Erat etiam illi non modò temperamento, sed etiã solatio, Dei, filij sui, quem sic diligebat volũtas, qua detinebatur in terris, à qua neque ad momentum vnquam, neq; ad modicum deuiant. Erat quoque ecclesię nouellę necessitas, quam suo magisterio statuebat: erat etiam sanctorum & fidelium

omnium consolatio, ad eam vndiq; confluentium, quos veluti pullos Matth. 23. d. sub alis sua præsentia confouebat. Ab omnibus siquidem mundi partibus innumera conuerforum fidelium multitudo confluebat in Hierusalem, ad videndum magnum illud orbis miraculum, diuinum illud & cœlestē oraculum, & sacrosanctum illud tabernaculum, in quo dignatus est Dei filius incarnari. Et res ipsa opinione maior erat, visaq; expectationem aduentantium superabat. Tantus erat vndiq; ad eam fidelium concursus, vt plenis iretur ad eam vijs. Pensate fratres quid nũc fieret, si eam haberemus in terris. Quis in tota ecclesia non ad tantum spectaculum properaret? Et certè multò nobis feliiores, & feruentiores erant primi illi fideles, qui in fundamento ecclesię positi sunt, vt immensum illud sanguinis pelagus, pro Christo illis temporibus effusum, satis ostendit. Mansit igitur non modò dies aliquot, sed & annos plurimos virgo sacra in terris, Deo pro sua ecclesia providente, vt eius doctrina & moribus fundaretur, Venit ergo dies illa tam amabilis & desiderata, quando placuit Deo eam ab hoc exilio reuocare: & vt fertur, oranti, & id ipsum cum lachrymis ex postulanti, Gabriel ille familiaris eius apparuit, quã sic affatur. Gaude, & lætare virgo pura, exaudita est oratio tua, impletum est desiderium tuum: sicut desiderasti gloriosa peruenies, & sicut promeruisti cœlesti gloria coronaberis. O quantum hoc nuncio gauisa est, quomodo exultauit spiritus eius in deo salutari suo. Congregatis ergo vndique apostolis, & sanctis omnibus, qui tunc erant in Hierusalem, astantibus

tibus & orantibus sicut Dionysius in libro de diuinis nominibus refert, flexis genibus, oculis in cœlum suspensis, sine febre, sine ægritudine, sine anxietate, sine dolore; imò cū immenso gaudio & tripudio, beatissimũ filio spiritũ tradidit, & pretiosissimas corporis sui reliquias ecclesię dereliquit. Sed ad modicum tempus, non enim digna erat terra tantum possidere thesaurum: non decebat vt sacrariũ illud, vnde deus carnem assumpserat, verteretur in cineres: neque iustum videbatur, vt caro quæ peccati corruptionem nõ nouerat, corrumperetur in puluerem. Eadem ergo trãsitus sui die, vel sicut quibusdam placet, post triiduum, veniens filius eius cum tota cœlesti curia, sacrosanctam illã animam corpori suo infudit, & in momento suscitata, gloriosam & immortalem, cum incredibili gaudio & honore, lætantibus angelis, & exultantibus cœlestis curiæ potestatibus, eam in cœlum leuauit; & super omnes angelorum beatissimos choros suis manibus collocauit. Triplicem itaque hodie festiuitatẽ colimus, transitum scilicet virginis, quo migravit à vita: resurrectionẽ eius, qua immortalis gloria vestita est: & gloriosam eius assumptionẽ, qua corpore & anima felix in cœlestia cõuolauit. Quarum omnium cū quælibet per se celeberrima sit, vnita & coadunata sollemnitas quãta erit ueneratione colenda? Quid verò in illo eius beatissimo trãsitu actum sit, quæ vltima verba recedens dixerit, quid apostolis cõmendauerit, quidue sanctis quæ aderãt mulieribus loquuta sit, quasue ab eis recommẽdationes, quas preces, vel laudes abiens acceperit, penitus

nescimus: quanuis in quibusdã apocryphis libellis, nonnulla de virginis transitu memorantur: quorum multa parum verisimilia sunt, ac propterea pro nunc omittuntur. De gaudio autem & exultatione angelorum, & magnifico eius in cœlis ingressu, quicquid dici potest minus est à vero. Si enim cuiuscunq; animæ e corpore migranti, cū regna cœlestia ingreditur, grandis sit ab angelis, & tota illa ciuitate sollemnitas, de regis cœlorum matre quid putandum est? Etsi vt diuis Hieronymus refert, in aliquorum sanctorũ exitu, angelorum multitudo exultantium & concinentium in terris audita est, quanto id amplius hodierna die in deiparæ virginis assumptione credendum est? Qui sic honorat famulos, quomodo matrẽ suam ampliori non dignaretur honore? Proculdubio igitur, sicut idẽ Hieronymus ait, filius eius cum omni cœlesti curia hodie descendit, & proprijs eam manibus suscipiens, eam in cœlestibus supra angelorum vertices collocauit, obstupentibus, & tam sublimem eius dignitatẽ admirantibus angelis, & acclamantibus: quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Quid ni admirẽtur tam sublimem fœminę cellitudinẽ, vt non angelico subsidio, sed vni geniti filij Dei sinu deportetur in cœlum? Iam o beata dic nobis quid sensisti, quando luna clarior, dilecti filij tui amplexibus suscepta es? quãdo te tot millium angelorum occurrentium frequentia salutauit, & mirificis laudibus & canticis sublimauit. Vnde Bernardus. Felicia prorsus oscula labijs impressa lactetis, cui virgineo mater applaudebat

DE DIVO MICHAELE ARCHANGELO:

in gremio: verum feliciora quae hodie suscipit ab ore in throno sedentis. Qualis tunc fuit mutua utriusque collocutio, & salutatio? quid tunc mater dixit filio? quid filius matri respondit? Quomodo putas fulgent in caelo duo illa luminaria splendidissima? quomodo laetificat civitatem Dei, regis & reginae tam iucunda praesentia? Laetamini fratres, & gaudete, quia citò videbimus, citò aderimus, citò exultabimus, & dicemus: sicut audiimus, ita & vidimus in civitate Dei nostri, in monte sancto eius. Sic ergo tota illa caelestis curia ouante & exultante, manibus sapientissimi illius, ac potentissimi Salomonis, arca deifera in templum illud caeleste, non manufactum, hodie introducit, & cherubim expandentibus alas, & eam velatibus, honorificentissime in paradisi gloria collocatur. Ad quam nos perducit ipse Iesus filius eius, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DE DIVO MICHAELE Archangelo, Concio.

THEMA.

¶ Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me vsque in idumaeam. Psal. 107.



Eri & legitimi filij, cuiusque clarissimi supernae civitatis Hierusalé verba sunt, ex exilio & peregrinatione in caelestem patriam anhelantis, & in concivium suorū

gloriam suspirantis. Attendit mala quae patitur, considerat bona quibus priuatur, & cupiens carere istis, frui illis, anhelò spiritu exclamat. Quis deducet me in civitatem munitam? civitatem fortem, muratam, securam, pacificam, tranquillam, quietam? ubi nullus timor, nulla anxietas, nulla afflictio, nulla turbatio, nulla sollicitudo? Quis deducet me vsque in idumaeam illam felicem, rubeam, purpuream, empyream, igneam, flammeam? cuius omnes ciues sunt veluti carbones ardentes, & aspectus eorum quasi aspectus lapidarum? omnes deificae caritatis igne succensi, & potentissimo illo incendio diuini amoris inflammati, ab illo utique cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalé: ille enim est qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Duo autem sunt, quae inter caetera prophetae animū ad illius civitatis desiderium promouent, & quod munita, & quod idumaea est, id est tranquillitas, & pulchritudo: de quibus in praesenti sermone, iuxta ingenioli nostri vires, tractabimus: vos autem fratres, non quid de tam praecleara civitate dicamus, sed quid dicere gestiamus, attendite. Sicut beatus Augustinus ait in meditationibus, de Deo quidem creatore omnium, qui est incomprehensibilis & ineffabilis, excelsa & mirabilia omni remota ambiguitate legimus, loquimur, & scribimus: de angelis autem quicquid dicimus, non tam euidenter probamus. Cuius ratio est, nam Deum & eius gloriam, pulchritudinem, & aeternitatem eius opera, tum scriptura sancta ab illo reuelata, tum interior eius gustus & inspiratio satis aperte nobis

DE SANCTO MICHAELE ARCHANGELO. 256

obijciunt & demonstrant: angelorum autem, & inuisibilibus illarum potestatum, nullum exterius opus videmus, nullum interiore gustum sentimus, nullum inspirationis vestigium experimur. Scriptura quoque de eis adeo succintè & aenigmaticè loquitur, ut quantumvis doctus & peritus, nihil ferè aliud certum & indubitatum de eis asseuerare audeat, nisi quod sunt, & quod multi sunt, & quod domini creatoris sui ministerio deputati sunt. Qualis autem sit illa caelestis respublica, quibus regatur legibus, quibus ritibus disponatur, quibus vltibus adornetur, qui mores, quae officia, quae exercitia in ea sint, quomodo viuant, quomodo intelligant, quomodo loquantur, quomodo inter se conuersentur, videre oculis, si Deo propitio nobis datum fuerit, aliquando poterimus, intelligere certè modò ex libris minimè sufficimus. Sed neque de eorum creatione, cum de omnibus alijs sensibilibus late loquatur, neque vnum quidem verbum in libro Geneseos scriptura commemorat: quando scilicet creati sunt, ubi creati sunt, quales creati sunt, aut quomodo creati sunt. Nomina quoque eorum, exceptis tribus, Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis, vix vquam in scripturis legimus: neque seraphim vsquam nomen, nisi tantum semel in Esaia, in tota scriptura positum inuenimus. Propter quod natura illa angelica sublimis & excelsa, sicut à sensu & intuitu nostro, sic quoque ab intellectu & iudicio longè remota est: neque de illius gloria & celsitudine quidpiam affirmare possumus, quod aut ratione certa, aut firmo scripturae testimonio roboretur. Si qui in hac pe-

reginatione de angelis aliquid attingunt, hi sunt qui puritatis & innocentiae candore illis assimilati, orationi & contemplationi vacantes, à mundi strepitu & tumultu sequestrati, in abscondito vultus Dei à conturbatione hominum absconsi, illorum aliquale commercium & colloquium meruerunt: quorum etsi caro in terris, tamen conuersatio in caelis est. Sed neque hi quod de eis nouerunt, nobis quouis modo indicare possunt, sicut neque apostolus Paulus, cum in tertium caelum raptus, beatas illas paradisi mansiones felici intuitu perlustrasset, mundo reditus, aliud renunciare potuit, nisi quod audiuit arcana verba, quae non licet homini loqui. Nobis autem qui à felici illorum commercio, propter mundi sollicitudines, & lubricam vitam longè sumus, nulla relinquitur via, per quam in eorum aliqualem notitiam conscendamus, nisi per animam nostram: quae & naturae conditione, & intelligentiae vigore, & arbitrii libertate, illis quam proxima & quam simillima est. Habemus enim thesaurum istum in vasis fictilibus carnis absconditum, & praeclearissimam margaritam luteo ergastulo impressam, depositum certè pretiosum & inestimabile, nobis à Deo commissum, suo tempore reddendum: de quo clamat Apostolus ad suum discipulum. O Timothee depositum custodi. Haec est decima drachma perdita, quam diuina sapientia, euerfa domo, et accessu lucerna, sollicitè quaesuit, & reperit: quae angelicis ordinibus annumerata, decimum constituit chororum, et caelestem illam civitatem denario numero perficit, et decorat. Vnde licet natura, iuxta propheti-

ps. 45.

ps. 47.

3. re. 8. a
heb. 9. c

Eze. ad

Esa. 31 d

ps. 102

Esa. 6. b

ps. 30.

Phi. 3. d

2. cor. 12

a

2. cor. 4.

b

2. Ti. 1. d

Luc. 15 c

ticum

DE DIVO MICHAELE ARCHANGELO.

Psal. 8. ticum vaticinium, paulominus ab angelis minorata sit, sed æqualem cum eis sortitur gratiam & gloriã, sicut in Apocalypsi legimus. Vna est mensura hominis & angeli: propter quam genuinam similitudinẽ, in ea quasi in quodam simulachro effigiata angelicam celsitudinem possumus intueri. Sed quo nam modo hoc fiat, latius ostẽdamus. Vulgata est satis illa philosophi sententia, quod species rerum sunt sicut numeri: quoniam sicut superaddita vnitate in numeris, noua fit species numeri: sic quoq; superaddita perfectione, noua fit species rei. Est enim in rebus lapis, & cetera insensibilia, quasi vnitas, solummodo habens essendi subsistentiam: cui si superaddatur vita, fit plãta: quæ quasi binarius, esse habet & vitam: cui rursus sensus superadditus, reddit brutum: quod quasi ternarius, triplici vnitate, esse, vita, sensuque potitur: huic si superaddas rationem, fit homo quadruplici vnitate constans, esse, vita, sensu, ratione. Iam huic quaternario inquirimus, quam vnitatem addat angelus, vt in quinario numero, quasi natura superior collocetur: qua reperta facilẽ haberi poterit angeli diffinitio, sed hanc quanuis diu in ea quærenda desudes, non inuenies. Quicquid enim in angelo perfectionis agnoscitur hoc in rationali anima reperitur, licet perfectiori modo sit in angelo quam in anima. Est enim anima rationalis, natura quẽdam spiritualis, incorporea, incorruptibilis, immortalis, intellectualis, libera capax dei habens intellectum & voluntatem sicut angelus, sed non ita perfecte sicut angelus: propter quod paulominus dicitur ab angelis minorata,

psal. 8

quia videlicet nullam vt in ceteris superaddat angelus vnitatem, sicut planta lapidi vitam, iumentum plãtæ sensum, homo iumento rationẽ superaddit. Ac perinde multum distat à lapide planta, quasi viuens à non viuente: multum quoque planta à iumento, quasi sentiens à non sentiente: multum à iumento homo, quasi rationale ab irrationali. Sed non eodem modo de angelo & homine, vel eius anima dicere poterimus, eo quod omnino easdẽ angelus & anima rationalis habeat vnitates. Quid enim habet angelus præter intellectum, memoriam, & voluntatem? Has omnes potentias etiam habet anima, sed nõ ita perfecte eis vtitur sicut angelus, maxime in hac vita, in qua intellectus rudis, memoria labilis, & voluntas mobilis est. Cum labore intelligimus, cū lubricitate memoramur, cum instabilitate diligimus. Quantus labor in addiscendo, quanta obliuio in memorando, quanta varietas in amando? Non nisi longo & laborioso discursu, ueluti canis olfactu lepores, cęcutiendo inquirimus veritatem: ad quam vix vnquam post diutinam meditationis & rationationis inquisitionem, cum animi vexatione & afflictione pertingimus. Nam anima rationalis quãdiu corpori est alligata, mendicat à sensu, & rerum egena ad phantasmata corporea sese conuertit: estque forma naturalis corporis, qua ignobilitate ingenuitas angeli libera est. De nobis aiebat Salomon hæc ob rem, qui addit scientiam, addit & laborẽ. Et cuncta quę sunt inuenimus cum labore, nam exempli gratia, hũc sermonem quem vobis prædico, non subito intuitu percepi, sed cū multa anxie-

ecclesi. d

Sap. 9. d

DE DIVO MICHAELE ARCHANGELO. 257

anxietate, multis horis, hac & illac animo discurrendo, collegi. Quid etiam dicã de voluntatis, nostrę mobilitate, & instabilitate? Quid diu placuit in hoc seculo. Ecce quod modo placet, postea displicet: quod nũc summo desiderio cõcupiscimus, post modicum summo fastidio horremus. Grauißimum certẽ iugũ super filios Adam à die ortus sui, vsq; in diem sepulturę suę, nunquam in eodẽ statu permanere, nullã animo firmitatem habere. Quoties toto animi conatu proposuisti Deo seruire à secularibus blanditijs & tumultibus sequestrari, peccata abijcere, Deo vacare, solis æternis & cęlestibus inhiare, & vix cępisti cum iam in oppositam affectionẽ totus omnino permutatus es. O durissimã sortem, & acerbissimã cõditionem, cõtinuẽ volui, semper agitari, semper mutari, nõquam idem esse, semper à seipso dissentire, quando fiet istud? quando erimus, vbi sicut non erunt volubiles cogitationes nostrę, neque ex vno in aliud euntes & redeuntes, sed vnico intuitu omnia videbimus, sic quoque non erunt mutabiles affectus nostrę, vnũ post aliud finientes, sed vnico gaudio plene replebimur, & integre satiabimur: Erit vtique hoc, quando erit Deus omnia in omnibus, quando sicut scriptum est, æquales erimus angelis Dei: Magna felicitas angelici intellectus non discurrit, neque laborat, neque inquiet, sed vnico intuitu omnia, quorũ naturaliter est capax, perspicit & cognoscit sicut & nunc apertis oculis quę in prospectu sunt, sine discurrũ & labore, clarẽ & aperte intueor, & cognosco. Quicquid etiam intelligendo percipit, nunquam la-

Ecclesi.

40. a.

Iob. 13. d

Matth.

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

Iob. 13. d

bitur à memoria, fixum & immobile in eo perseverat quod semel impressum est: volũtas quoq; illius omnino inuertibilis est, tenaciter tenet omnẽ affectum quẽ suscepit, nõ potest ei displicere quod placuit neq; valet à semel placito resilire, fixa & immobilis perseverat in eo quod diligit. Vnde beati angeli deo in principio suę creationis adherẽtes, in eius gratia & charitate statim confirmati sunt: dæmones verò per oppositũ ab eo auersi in sua nequitia illico obstinati sunt: propter quod erunt illi semper beati, & isti seper miseri. Vides certẽ in quo præstat angelus animæ rationali: da mihi intellectum creatum, simplici intuitu naturaliter vidẽte omnia quacunque intelligit, & voluntatem creatam immobiliter secundum naturã tenentẽ omnẽ quod amat, hic est angelus: quod si paululum pertransieris, inuenies quæ diligit anima tua. Sed de hoc alias. Effigiam vobis angelũ vt potui, qui secundũ ea quæ dicta sunt, spiritus quidã est creatus, incorporeus, & incorruptibilis, nõ vnibilis corpori vt forma, simplicis intellectus, & inuertibilis voluntatis: simplicem intellectum voco, qui suapte natura non discurrit, neque ratiocinatur ex cognitis ad ignota. Sed quanta sit horum spirituum potentia, magnitudo, sublimitas, sapientia, pulchritudo, nobilitas, claritas, quis in eis ordo, quæ vita, quoniam à sensu lögẽ semoti sunt penitus ignoramus, nisi ea solũ quæ de his spiritus sanctus in sacris libris typico eloquio, & sub anigmate sensibilibus quasi cęcutientibus paruulis insinuare dignatus est. Vnde si quid in rebus sensibilibus, pulchrum, pretiosum, Kk fulgidum,

Cat. 3. b

fulgidum, insigne, decorum, hoc ad effigiendam nobis angelicam celsitudinem, teste Dionysio aptatur & sumitur. Ad insinuandam enim eorum claritatem & multitudinem, comparatur stellis, sicut apud Iob legimus, *Iob. 38.* ubi eras quando me laudabat astra *a* *ps. 146.* matutina? & in psal. qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Ad ostendendum verò eorum pulchritudinem & nobilitatem comparantur gemis, sicut apud Ezechielé legimus, *Eze. 28* novem gemarum differentias in Luciferi ornatu, novem angelorum ordines, quibus prapostitus fuerat designantes: quorum lapidum virtutes si plenius nosceremus, & angelicas illas potestates clarè vidissemus, quã apta esset illa cõparatio, & quã cõueniens similitudo, utriusque nosceremus. Ad ostendendam verò eorum potentiam & virtutem, sub specie multorum curruum ignitorum in monte apud Eliseum apparuerunt, ut in quarto libro regum legimus: quoniam in tota natura sensibili nihil actius, nihil est potètius igne. Ad explicandum verò eorum obedientiam & subiectionem, qua Deo presidenti in omnibus & per omnia sine vlla contradictione obediunt, apud Zachariam in similitudine gradis exercitus eorum alborum, & variorum, vno solo scilicet visum sunt. Sunt etenim & potèntissimi, & obedièntissimi, iuxta illud. Benedicite dñm omnes angeli eius, potèntes virtutem, faciètes verbum illius, ad audiendam vocem, sermonem eius. Et illud, sub quo curruatur qui portat orbem. Ad insinuandam quoque intellectus eorum altitudinem & sublimitatem ad. Esaias sexualis alati conspicitur, quorum preperit volatu creata cuncta transcendunt. Ad ostendendam

etiam eorum fortitudinem & impermutabilem ordinem in specie castrorum à patriarcha profugo visi sunt. *Gn. 32a* Vnde cum vidisset eos protinus ait, castra Dei sunt hæc. His & alijs multis, per sensibilem formas celestium illarum potestatum pulchritudo, virtus, & excellentia, nobis à spiritu sancto in sacris eloquijs, prout capere poteramus, variè descripta est: quæ etiã ex gestis eorum, & operibus mirificis, in scriptura sacra relatis, euidèntius & apertius poterunt innotescere. Quatam enim virtutis & potestatis fuit, omnes Aegyptiorum primogenitos vna nocte occidere? maris fluctus siccare? currus & exercitum Pharaonis submergere? tot gentes & tam robustas evertere? & populum Israel in terram eorum introducere? Quæ tamè omnia vnus angelus, cui populus à Deo commissus est, qui eundem populum in deserto in columna ignis per noctem præcedebat, operatus est: cuius tanta fuit potentia & maiestas in datione legis, toto illo monte, in quem descenderat, tonante atque coruscante, ut non solum ille populus, & seniores populi, sed etiã ipse Moyses, qui facie ad faciem cum domino loquebatur perterritus accedere pertimesceret. Neque minus admiranda illorum trium angelorum potentia, qui Sodomam & Gomorram cum confinibus civitatibus, sulphureis ignibus incendunt, totamque illam regionem incendijs & fulminibus absorptam, in lacum bituminis redegerunt. Quid etiã dicam de illo angelo, qui vna nocte in exercitu Sennacherib, plusquam octoginta millia hominum suffocavit? Et de illo qui in area Iebusæ, stricto gladio apparuit, tot hominum

hominum millia, non gladio sed peste consumpsit? Non valde mirabimur hæc, si orbem illos caelestes, tam vastos & amplos, singulos à singulis spiritibus, tanta velocitate & vniformitate, tot seculis sine vlllo velocitatis aut tarditatis augmento, vel decremento, moveri cõsiderauerim. Bone deus, quanta est virtus, quæ talè molè, tali velocitate, sine fatigatione vlla tanto tempore circungirat, & voluit? Denique ad vocem archangeli, cum terribili tuba insonuerit, totus suscitabitur mundus: totum terrarum orbem, à summo vsque deorsum, à cõuexu celi vsque ad infimum abyssi, penetrabit illa vox. Quanta virtus, quanta potestas, sed neque minor est eorum decor & pulchritudo. Abunde nobis sufficeret ad hoc probandum, decor ille domus caelestis quæ inhabitat, pulchritudine certè domiciliu huiusmodi habitatoribus dignum, ut ex habitaculi specie, quales sint qui intus lateat liceat cõiectari. Veluti si quis ex papilione holoserico & purpureo, latentè intelligat regiã & imperatoriam maiestatem. Quid in rebus corporalibus pulchrius caelo, tot astris, tot luminariibus insignito? ac veluti seminato? Sed neque omnimodam eius pulchritudinem videmus, multo certè pulchrius est quæ apparet. Nam si astronomia credit, omnis stella quæ visu discerni potest, maior est tota terra, sed propter distantiam incredibilem modicè lucernæ similis apparet. Cogitãtunc quanta est magnitudo orbis, in quo tam innumera multitudo luminarium tam ingentium spargunt, quorum tam immensa vastitas, ad tam exiguam propter nimiam altitudinem in aspectu videtium redigitur paruitatem. O potèntiam conditoris, o artificis maiestatem: quomodo lætabimur, quo-

modo oblectabimur fratres, cum hanc fulgidam & splendentem aulam beatissimis oculis lustrabimus, & felicibus gressibus inambulabimus? Hæc modo incolunt caelestes illi spiritus beati, qui summo desiderio nostrum præstolant aduentum. Qualis aula, tales aulici, imò multo pulchriores & speciosiores: omnis enim corporalis pulchritudo, ad illam immaterialè eorum specie cõparata, deformitas quædam & turpitudine est. Quid enim? artifex ille qui ex deformi terra, & vilissimo fimo, pulcherrimas & odoriferas educit rosas, ardentes gemas, & speciosissimas plantas producit, ex tam nobili & excelsa natura quales depinget flores: quas pulchritudines effigiabit? Videamus nunc si cõsonat his rationibus scriptura. Loquebatur Moyses cum angelo in monte Sinai diebus quadraginta ut susciperet legem: descendens de monte, ex illius colloquio tam immenso fulgore facies eius resplenduit, ut non possent intendere in eum filij Israel, sed imposito velamine super oculos cum eis loqueretur. Admirandum certè stupendumque miraculum: pensate fratres, quæ erant fulgor in angelo, qui talem impressit splendorem in vultu. Virgo etiam illa sacra super omnes foeminas benedicta, dum archangelum Gabrielem celestia secreta nunciantem subito aspexit intuitu, turbata est in sermone eius: sed non de sermone tantum, sed etiam de aspectu: erat enim (sicut ait Augusti.) facie rutilans, veste coruscans, ingressu mirabilis, aspectu terribilis. Quem obsecro non turbaret, quem non deieceret inspectus ille fulgor, si ex visu eius virgo deifera perterrita est? angelus qui ad Redemptoris sepulchrum in die

Matth. 28. a resurrectionis apparuit solo aspectu
feroces custodes nō solū perterruit,
sed solo prostravit, ac propemodum
exanimavit: erat enim aspectus eius si-
cut fulgur, & vestimenta eius sicut
nix: Ioānes ille dilectus dñi, qui supra
pectus eius in cena recubuit, & ex
sacro dñici pectoris fonte euangelij
fluēta potavit, qui velut aquila gran-
dis sublimi volatū celestia secreta ri-
matus, mudo redditus, sublime illud
euāgelij exordium, in principio erat
verbū, & verbum erat apud deū, ple-
nis faucibus eructavit, & potentissi-
mo eloquio pertonuit; viso angelo
eū illo loquebatur, & pulchritudinē
eius admiratus, sic vehemēter ex-
pauit, vt nisi prohiberet, solo prostra-
tus illū adorasset, Deū proculdubio
suspicatus, quia nihil in orbe illa
pulchritudine quam videbat manus
aut speciosius reperiri posse putabat:
sed prohibuit eum angelus dicens, vi-
de si feceris, cōseruus tuus sum, & fra-
trum tuorū habētium testimoniū. Ie-
su: nō sum ego deus tuus: d. Ioānes. O
quāto pulchrior & speciosior est illa
maiestas quā diligis, quā susceperis
aridū, sic est hęc pulchritudo quā mi-
raris ad illā: opus eius, & factura eius
sum, sicut & tu: deū adora: Et ille, qui
dē ex inferioribus angelis erat, quid
si vnū ex principibus glorię, quid si
aliquē cherubim aut seraphim vidis-
set: quāto ampli⁹ stuperet: Libet nūc
modicum speculari, quanta erit illa
celestis & admiratio animę sanctę,
quādo ex hoc ergastulo carnis egres-
sa, subito omnē illā celestem militiā
intuebitur: quādo in tabernaculū il-
lud admirabile intra facta: factorum
ingressa, tā innumerā multitudinē,
& tam variā potētissimarum & pul-
cherriimarū creaturarum, corā Deo
lætantium & orantium, beatīs oculis

inspexerit. O quā immēsa iucūditas,
cū tali societati seipsam perpetuo af-
fociandā agnouerit. O quomodo ad-
mirabit, quomodo expauescet, quo-
modo affluet & dilatabit cor eius, et
tota penitus deficiet prę lætitiā! Re-
gina Saba venit olim à finib⁹ terrę
audire sapiētīā Salomonis, & ingres-
sa Hierusalē, cū vidisset domū am-
plissimā, diuitias, & potētīā, & ordi-
nē, & ornatum ministrorū, pulchri-
tudinē pincernarum, & principū af-
fistētium, expauit, & nō remansit in
ea spiritus prę stupore. Sic admirata
est mortalis mortalē: quid putas fa-
ciet anima: quę ex captiuitate Baby-
lonis subito in celestis Hierusalem
opulentīā rapitur: non principis cu-
iuspiā terreni, sed omnipotētis dei do-
mum, potētīā, ministrorū, diuitias,
delicias, ornatū, & principum mini-
stratium pulchritudinē, multitudi-
nē, gloriā intuitura? Clamat prophe-
ta huius cōtēplationis admiratione
cōmorus, d. Israel quā magna est do-
mus Dei, & quā ingēs locus possessio-
nis eius. Verē magna, quia magnus
est dñs deus noster: deniq; talis qua-
lē decet omnipotentiā maiestatis.
Quis huius domus amplitudinē, mi-
nistrorūq; multitudinē cogitare suf-
ficiet? Milia milliū ministrabāt ei,
decies centena millia assistebant ei:
Imò sicut ait Iob, nō est numer⁹ mi-
litam eius, trāscendit nāq; sicut ait
Dionysius; supernarū metium mul-
tudo; infirmā atq; cōstitam mate-
rialiū numerorū cōmensurationē:
Vnde propheta. Currus Dei decem
millibus multiplex; milia latantiū
dñs in eis. Et eū sit tā innumera mul-
tudo, nulla ibi cōfusio, nulla dissen-
sio, nulla inquietudo, sed sūma pax
& tranquillitas, & mirificus ordo. Iob
qui facit cōcordiā in sublimib⁹ suis:
Pul-

Pulchritudo verō & ornatus eorū,
qualis decet domesticos Dei, tantę
cellitudinis seruitores. Vnde pphe-
ta inuitās peregrinantē ecclesiā ad
superne illius ciuitatis amplitudinē
cōtemplandā, respice (inquit) Siō ci-
uitatē solennitatis nrę: oculi tui vi-
debunt Hierusalē habitationē opu-
lentā, tabernaculū quod nequaquā
trāsferri poterit, neq; auferētur cla-
ui eius in sempiternū, & omnes funi-
culi eius nō rumpētur: & solū mo-
do ibi magnificus dñs Deus noster.
Populū imprudentē nō videbis, po-
pulū alti sermonis, ita vt non possis
intelligere disertitudinē linguę ei⁹,
in quo nulla est sapiētia. Quā pul-
chrē quā disertē, amplissimā illius
celestis rei publicę felicitatē descri-
psit. Oculi tui videbunt Hierusalē,
habitationē opulentā, id est omnib⁹
diuitijs & delicijs refertā, omnibus
gaudijs & suauitatibus plenā, omni-
bus deniq; bonis, quę desiderari pos-
sunt, abūdātissimē supereffluentē:
tali vtiq; affluentia, qualē suspicari
vel intelligere possum⁹, in tali prin-
cipis cellario, cui præsto est omne
quod placet. O quā saturos, quā pin-
gues & refertos, domesticos suos ha-
bet illa domus! quā multa & quā va-
ria ferculorū opiparorū abūdātia,
voraces illos spiritus tā innumeros
replet & satiat illa mēsa. Inebriabun-
tur (inquit ali⁹ ppheeta) ab vbertate
dom⁹ tuę, & torrēte voluptatis tuę
potabis eos: ita vt extēdatur, æstuet,
& eructēt à nimia satietate. Mira af-
fluētia, quę tantū exercitū tantorū
principū, tot seculis, imò in seculo-
rū secula affluētissimē pascit & refi-
cit, neq; vnquam deficit, sed semper
abūdat, & superabūdat. Et nō mirū,
quia ibi potētissimū magnificus ostē-
ditur dñs deus noster. In terra enim

miseriordia ei⁹, in inferno iustitia,
in cælo magnificētia mōstratur: ibi
diuitiarū eius inexhauribilis thesau-
rus, infinita maiestas, & imperialis
municētia palam sit: quis sit Deus,
quid possit & valeat, & quā amplē
retribuatur his qui diligunt illū. Sed
qualis est ille populus, quod idioma
tā elegans & sublime, vt nō possim⁹
intelligere disertitudinē linguę ei⁹?
quis inter eos velut hebes, & nullius
sapiētīę iudicatur? Nūquid loquun-
tur Gręcē, Latine, vel Hebraicē? Nō
certē, nō tale est idioma cæli, sed v-
nusquisq; alteri viscera sua pādīt, &
quicquid intus latet oculis inspecto-
ris obijcit. Nō ibi fraus, nō hypocri-
sis, nō dolus, & simulata dilectio, vt
decipiāt de vanitate in idipsū, sicut
hic: sed ibi intima cordis patent, vt
sunt. Propter quod ciuitas illa auro
mūdo, similis vitro mūdo describit̃
à Ioanne: quia ciuiū celestiuū corda
& claritate fulgēt, & puritate trās-
lucēt. Sed quā velox & diserta lingua,
quę nō tēporis interuallo syllaba-
tim loquitur, sed lōgissimā oratio-
nē mente cōscriptam, simul totam
obijcit intuētī, vt subito intuitu vi-
deat, qđ multis horis nō posset ore
proferri? Neq; in tota illa ciuitate
aliud officiū reperitur, nisi laus &
benedictio creatoris. Omne opus ei⁹
ius iucunditas & lætitiā: huic operi
omnes intēdunt. Vidēt & mirantur,
mirant & exultant, exultant & lau-
dant: & quia laudare nō sufficiūt, se-
per laudant: nūquam deest materia
laudis, quia nunquam sufficit copia
laudatoris. Illuc enim ascēderūt tri-
bus, trib⁹ dñi: nō certē ad aliud, nisi
ad cōfitendū nomini dñi. O qualis
musica, d. quā dulcis & suavis har-
monia, quis tantorum cantorū mo-
dularas cātilenas valeat explicare?

Si nos in hac vita vocū humanarū, aut chordarū, aut organorū concen- tus ab hominibus inuētus, & exqui- situs, sic delectat & rapit, quid faciet illa musica, quā nō humana peritia, sed angelica format industria? quæ nō corporeis vocibus foris perstre- pit, sed interioribus affectibus inte- rius dulcescit? tāto utique suauius, quāto intimius? Talis est fratres cæ- lestis illa Hierusalē, talis est angelo- rū patria, ad quā properamus: imò multò pulchrior & perfectior est populus ille beatus, cui cōiuuemus. Nō lætamini? nō oblectamini? nō rū- pimini præ gaudio? quia tā citò hu- iusmodi ciuibus an numerādi estis, perpetuò cū eis & cum dño regna- turi? O infelix nimiū & misera ani- ma, vt quid terrenis cōsolationibus inhias? cur vilissimis huius carnis voluptatibus oblectaris? cur mūdā libus curis & perituris sollicitudinibus tota distēderis? ciuis Hierusalē, & cælestis regni particeps mox futu- ra? Quid vanā & vacua gaudia cu- ras, cui tāta iucūditas & lætitia post modicum præstāda est? Quid tibi & mūdō? quid ad te de seculi diuitijs, & delicijs? cui tātū dignitatis & glo- rię fastigiū reseruatur? Credim⁹ ista fratres? certè credim⁹: at si credim⁹ & speramus, cur nō insequimur? nā si vera in nobis fides, & certa spes, vnde tā lethalis obliuio, tāta segni- ties? rerū tēporalium tā anxia sitis, & æternorū bonorum tā lenta cupi- do? O si vel tenuissimo lucis suę ra- dio, mētis nostrę oculos, illi cælestis glorię quo tēdimus immarcesibili- bus claritas, vel quasi subitū fulgur raptim perstringeret, quomodo ra- peret ad se animas nostras? quāto il- lius desiderio flagrarem⁹? quib⁹ vo- cibus & affectibus cū propheta cla-

marem? Quis deducet me in ciuita- tē munitā? quis deducet me vsq; in Idumæā? Sic æstuuabat illē, qui illius desiderio totus absorptus, dicebat, Ingrēdiatur putredo in ossib⁹ meis, & subtus me scateat, vt requiescā in die tribulationis, & ascendā ad pop- ulū accinctum nostrū: populū ful- gidū, decorum, nobile, beatū, & glo- riosum: populū hilarē, festiuū, & iu- cundū: cuius est dñs Deus eius. Sic quoq; alius ardebat, qui profusis la- chrymis, & gemitibus inenarrabi- libus, iucundā illā societate sitienti- bus, attenuatis oculis suspiciētibus in excelsum, & quotidie cælestes il- las māfiones à longe salutātibus, & gliscētibus, sicut pullus hirundinis sic clamabat. Educ de carcere Deus animā meā, ad cōfitendum nomini tuo: ad vidēdum in bonitate electo- rū tuorum: ad lætādum in lætitia gē- tis tuę: ad laudādum cum hæredita- te tua. A te enim quid aliud volui super terrā? Vnā solā petij à te, hanc requirā, vt inhabitē in domo tua, o- mnibus diebus vitæ meę: vt videā voluntatē tuā, & faciem tuā, & visi- tem tēplum tuum: vt placeā corā te in lumine viuētium: vt hac felici & iucunda societate fruuar tecum in æternum, in tua perpetua & immar- cesibili gloria. Erat filius legitim⁹ & ciuis verus Hierusalē, & ideo sitit venire ad eam. Bern. Filios Babylo- nis nō delectant cātica Siō: qui plā- rati in terra, ex exilio patriā, & ciui- tates fecerūt, nō nouerunt ista suspi- ria. O quā rarus hodie, qui optet dis- solui & esse cum Christo: qui dicat, heu mihi quia incolatus meus pro- longatus est: imò qui vocatus ad cæ- lum non exeat cum tristitia. Vn- de tanta tepiditas in orando, tan- ta negligentia in operando, tam modica

modica resistētia in resistendo, nisi ex hac obliuione? psalm. Si oblitus fuero tui Hierusalem, &c. Ita est, & lingua adhæret in orando, & ma- nus torpet in operando, si adest o- bliuio præmij ad excitandum desi- deriū, & torpētes affectus. Sed quis de hac superna ciuitate & de eius ci- uibus idoneus concionator? si Pau- lus qui vidit & lustrauit, audiuit ar- cana, quid nos qui neque vidimus, neque lustrauimus? nouo lumine & gratia opus est petamus eam, vt ad illam ciuitatem nos perducatur Iesus Christus dominus noster. Amen.

DE DIVO MICHAELE
Archangelo, Concio
altera.

THEMA.

¶ Dico enim vobis, quia angeli eorū semper vident faciē pa- tris mei, qui in cælis est. Matthæi. 18.



ecclesi. 3.
c

Ltiora te ne quæsieris, fortiora te ne scrutatus fueris, ait Sapiens. Quid enim opus est homini, maiora se querere? cū sint tot cōmunia & vtilia, quæ scire magis expediat, & minore acquirā tur labore? Sapiens mercator vbi pretiosiores inuenerit merces, ibi abundantiores sumptus expendit: ita est omnis scriba doctus in re- gno cælorum. Hæc ideo dixi, quia natura angelica, quò perfectior est, eò à nostra cognitione amplius au- fertur, est enim vaide à sensibus nostris remota, vnde omnis cog- nitio nostra originem ducit. Quid ergo de angelis discernere possu- mus, quos nunquam vidimus, & quorum nullam experientiam ha-

Matth.
13. f.

bemus? Sed neque scriptura de eis nisi succincte loquitur. Scio pluri- mos de illis longum ordiri tracta- tum; sermonemque protrahere: sed vbi de scriptura non habetur testimonium, diuinare mihi magis videntur, quā demonstrata trade- re. Superuacuum igitur; ne dicam temerarium, modò videbitur, to- ram populo de angelis disputare, quomodo sunt, quomodo operan- tur, quomodo distinguuntur, quo- modo intelligunt, quomodo loquū- tur adinuicem, quomodo mittuntur ad nos, quomodo nos instrunt, & similia quæ in scholis dubiè & va- riè tractari solent, omniaque opi- nionibus plena sunt. Satius iudico ad nostram eruditionem euange- licam lætionē exponere, in qua plu- rimū est doctrinæ: & ne de angelis omninò taceamus, eorū sollicitudi- nē erga nos, & quo erga eos debito teneamur, breui sermone percur- remus, angelorū reginē & auxilio, & fauore, prius more solito implora- to, mēte pia dicētes. Aue Maria.

Quærūt discipuli à magistro veri- tatis, in veritate, quæstionem satis curiosam, sed minus vtilē. Quis pu- tas maior est in regno cælorum? Ex tot patribus sanctis qui nos præcesse- rūt, dic nobis magister optime, qui omnia nosti, quis meritis & sanctita- te præcedit? Abraam, Dauid, Moy- ses, Iob, vel alius ex prophetis? Talis modo curiositas nōnullos ex Chri- stianis solet exercere, vsq; ad rixam & contentionem: videlicet quis in- ter discipulos maior? Baptista an Euangelista? & inter prophetas quis doctior, Moyses an Dauid? quo- rū dicta scire melius esset, quā de eo- rū meritis disputare. Habuit tamen ortū hæc quæstio ex quadā præuia

DE SANCTO MICHAELE ARCHANGELO.

contentione, vt narrat Matthæus: nam iter agente domino, apostoli inter se conferebant, quis eorum videretur esse maior, postea verò cū domi essent, qui præsens ad omnia semper est, quasiuit ab eis, de quo in via contenderent, quid inter se tractassent. Illi autem deprehensū domino in sermone ambitionis, erubescens primo tacuerunt, dein de respōdere compulsi, mutato eloquio, quasi de alijs quærent. Quis putas maior est in regno cælorum? Quia verò idēd quæsierat ab eis disceptationem, vt curaret ambitionem, ita quæstionem soluit, vt morbum magis curret. Aduocato igitur paruulo, cui Martialis (vt fertur) nomen erat, statuit illum in medio eorum, & ait. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cælorum. Ac si diceret, disceptatis inter vos quis vestrū maior sit futurus in regno cælorū, ego dico vobis, vt videatis an illuc ingrediemini: hæc enim disputatio vestra longē est ab ingressu regni cælorum, quod per humilitatem tenditur. Exclusa igitur ambitione, soluit quæstionem dicens. Quicumque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Vt dicunt quidam, more suo dum vnū innuit, aliud loquitur dominus: sicut quando de templo corporis sui locutus est: ita nunc non de paruulo illo, sed de seipso loquitur: qui cū esset dominus omnium, pro nobis paruulus factus est: cui conformari oportet quicumque regnū cælorum ingressurus est: & qui similior est illi, hic maior est in regno cælorum. Cui quia præ omnibus similior virgo fuit, idēd procul

dubio ipsa maior est in regno cælorum: illa enim humiliauerit se sicut paruulus iste. Nam ille cū in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens: illa cū mater Dei esset, semetipsam humiliauerit, fabro sancto deseruiens. Inde de seipsa ait. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes: generationes (inquā) cæli & terræ: et si omnes beatam dicent, super omnes vtique erit. Sed quanuis hæc ita sint, quod ad propositum spectat, ex domini responso hoc aperte colligitur, quod quātō quisque apud seipsum humilior extiterit, eō apud Deum maior erit: & ille in regno cælorum erit maximus, qui in exilio terreno fuerit humillimus: & quō in oculis proprijs quisque magis vilescit, eō amplius in oculis Dei magis splendet. O præclarissima virtus humilitas, quæ tuū ita possessorem exaltas. Nouerant hoc sancti Dei homines, qui seruentiori studio seipsos humiliare studuerunt, quā solcant mūdani homines ad gloriam anhelare: amplius in despectu sui, quā seculares in honore gloriantur. Vnde & de beato Francisco legitur, nimis zelare, & speciali inuidia inuidere, si quē despectiorem contempribilioremque seipso, pannosiorēque videret, statimque quo ad eius fieri poterat, conari ne in hoc ab aliquo vinceretur. Qui enim seipsum per omnia deiecit, secum quoque omnia permutabat: sicut scriptum est, ad huc modicum & ego mouebo cælū & terram, & veniet desideratus cūctis gentibus: quo ex fastigio deitatis humiliato, permutata sunt omnia cū illo: paupertas in diuitias, fletus

DE SANCTO MICHAELE ARCHANGELO. 261

fletus in gaudium, abiectio in honorem, labor in quietem, tribulatio in prosperitatem, dolor in delicias, ac proinde humilitas in altitudinem commutata est: ipseque descensus permutatus est in ascensum. Nulla ergo maior altitudo est, quā propter Deum profunda humiliatio. Vnde sicut iure optimo paupertati cælestes diuitiæ, & fletui lætitia, & esurie saturitas, & labori quies, & persecutioni gloria promittitur: ita quoque contraponendo, in fine humilitati suprema debetur altitudo: ac proinde qui se amplius humiliauerit, amplius exaltabitur. O via domini quā abscondita es, & quā a mortaliū sensibus abstracta. Quomodo ad Deum miseri mortales pertingeris, qui per viam superbiæ semper inceditis? Quorū omne studium est, vt in hoc mundo semper sublimiores appareatis, honoribus fulgeatis, & cæteris omnibus imperio, & dignitate superiores efficiamini. Si enim qui despectior fuerit, maior erit in regno cælorū: qui gloriosior fuerit in hoc mūdo, despectior erit, non in regno cælorum, sed in barathro tartarorū. Sed ponderandum est verbum domini, qui se humiliauerit sicut paruulus iste. Non inquit, qui humiliatus fuerit, sed qui seipsum humiliauerit: neque quolibet modo, sed sicut paruulus iste: sunt enim quos propria facinora humiliant etiam inuitos: de quibus psal. In veritate tua humiliasti me: sunt etiam quos inopia rerū abiectos hominibus facit, non voluntate sed vi: hos ego humiliatos dixirim, non humiles, quos peccatorum sarcina premit, inopia deiecit: non exaltabuntur isti, quia non se humiliant, sed humiliantur. Si quid enim

de se humile sentire videtur, aut dicere, teste Chrysolomo, non illud humilitas, sed veritas est: sicut fuit illa oratio publicani accusantis se. Vera enim humilitas est de culmine se deicere, & in suprema gloria ingloriū se præbere. Sunt etiā vt ait Sapiens, qui nequiter se humiliant in hypocrisi & dolo, vt humiles videantur: quorum ironia despicibilis est. Isti etiam si operibus polleant, quia pro eistemporalem gloriam quærent, non exaltabuntur in regno cælorum: non enim se humiliant vt paruulus iste, verè & simpliciter, sed falso, fictè, & malitiosè. Non ergo illis promittitur exaltatio, sed veris humilibus: qui cū magni sint, in veritate tamen exinaniunt semetipsos, in veritate & simplicitate cordis omnium se seruos exhibentes, omnium se vltimos reputantes, & crucem domini in suo corpore iugiter circumferentes. Propter quod & Deus exaltabit illos, sicut exaltauit paruulum istum, & donabit eis nomen super omne nomen seculi huius, vt videlicet filij Dei nominentur, & sint, qui inter filios Adam vltimos se locauerunt: Sed valde terribile est quod dicitur: Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cælorum. Durus est sermo iste, & quis potest eum audire: Nostis fratres puerorū mores, nostis paruulorum condiciones & ingenium, quanta in eis innocentia, quanta simplicitas, quanta puritas, quanta sit & veritas, & humilitas: non sunt in eis concupiscentiæ turpes, non ambitiones, non cupiditates, non temporalium diuitiarum curæ, non anxietates solitudines, non malitiæ, non fraudes, non suspiciones, non odia, non iurgia, non omnia

denique vitia, quæ cū adultis adoleſcunt. Filius Imperatoris ludit cū filio paſtoris, non eſt ibi dedignatio, non ambitio, non apud eos quiſum ego, & quis tu? nō aliud corde aliud ore monſtrant, omnia vera, omnia ſancta, omnia pura, qua de re & ipſi pueri nominantur. O felicem ſtatum puerorum, d'etatem auream infantilem: adde intellectum pueris, & quid erunt pueri niſi humanati angeli: Vigent nanq; in eis ſenſus, nitet color, ſplendet vultus, nativaque hilaritas arridet, puritas redolet. Adde (inquam) illis intellectum, & quid erit puerulus, niſi effigiatus angelus? O quoties dum eos video, acclamare ſoleo, & imprecarī, non vt eorum corpus creſcat, ſed vt ipſorum creſcat intellectus. Verè bonum erat eis ſic eſſe, donec veniat Chriſtus. Hunc igitur puerorū ſtatum poſt caniciem quis imitabitur? O quàm difficile, ne dicam impoſſibile eſt, vt ad pueri innocentiam iterū redeat homo, cū iam in malis ſenuerit, & in vitijs ſuis cōſenuerit, & cor amurea peccatorum tabidum in priſtinam reduci puritatē difficile eſt, facilius vtique reſci poterit quàm reduci. Vnde pſal. Cor mundum crea in me Deus. Crea (inquit) nam creare facilius eſt, quàm mundare: reſcere quàm reſtituere. Facilius dixerim proſecto, in illa puerorum ſimplicitate & puritate permanere, quàm poſt corruptam & inueteratam naturam, in illam redire: & citius inuenies qui in ea à principio permanſerint, quàm qui ad illam poſt malitiam redierint. Et tamen clamat dominus. Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. O tremendam ſententiam, d' dictum formidā-

dum. Reduc me domine in virtute tua, & in potentia tua, redige me in priſtinam illam pueritiam: nā hæc mutatio verè non meæ virtutis eſt, ſed dexteræ excelsi. Vnde non ait. ^{pſ. 76.} Niſi efficiatis vos, ſed niſi efficiamini vt paruuli: quia ab alio, videlicet non à nobis, hæc repueratio in nobis implenda eſt: non enim noſtri arbitrij ſolius opus eſt, ſed etiam diuinę gratiæ munus. Et propterea licet impoſſibile videatur, non tamen de illo diffidendum, apud quē non erit impoſſibile omne verbū. ^{Luc. 14.} Sequitur in litera. Et qui ſuſcipit vnum paruulum talem, ſcilicet qui propter me ſeipſum paruulū fecit, me ſuſcipit: qui autē ſcandalizaue- rit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei vt ſuspendatur mola aſinaria in collo ei⁹, & demergatur in profundum maris. Terribilis cōminatio: omitto nunc ſpiritua- lem beati Gregorij ſenſum, quo literam iſtam ad religioſos deuoluit, dicens melius illis fuiſſe in ſeculo curarum mola comminui, & ſollicitudinum anxietate premi, quàm poſt aſſumptum religionis habitū, taliter viuere, vt ſimplicibus diſſolutionis & turpitudinis ſcandalum præbeant. In ſeculo nanque non ita eorum diſſolutio notaretur, nec in aliorum vergeret detrimentum, ſicut cū ex habitu & religione auctoritatem habet & honorem: ſimplex enim malum eſſet quòd malè viuerent, nunc rurem dupliciter rei ſunt, & quia ſub ſpecie ſanctitatis mali ſunt, & quia eorum exemplo alij mutantur ad malum. Omiſſo igitur iſto ſenſu, ad literam verbum domini exponamus. Verè etenim cuiuslibet ſcandalizanti melius eſſet, quanlibet & quantumcunque du-
ram

ram & atrocem mortem oppetere, quàm proximum ſcandalizare: id eſt quàm peccati mortalis & æternę damnationis proximo cauſam exiſtere. Si enim arripere pallium vel tunicam alicuius malum eſt, vxorē verò peius, & vitam deterius, quan- tō omnium horum peſſimum eſt eius animam interficere, eam æternis ignibus perpetuò torrendā adigere? quis enim damnationis alteri⁹ reus eſſe ſuſtineat? Væ igitur qui deuorat plebem domini ſicut eſcā panis: quibus pro buccella eſt ſimplices quoſque offendere, & in odium & ſcandalum mittere. Væ qui ſeminant doctrinas falſas, & in errorem mittunt ſimplices, & à fide eos faciunt aberrare. Væ mulieribus ſe- fucātibus, vt ſua pulchritudine pel- liciant oculos ad peccatum. Væ alea- toribus, qui domos ſuas quaſi muſcipulas inſipientiū pedibus parant. Væ prælatis, quorum vita ſubditis exemplum peccandi eſt, quibus deberēt eſſe forma virtutis. De quibus beatus Gregorius ita ait. Scire prælati debent, quòd ſi peruerſa perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Væ diſcolis religioſis, quorum exemplo viuificādi erant ſimplices, & perduntur. Vnde hodie in eccleſia tanta tepiditas & iniquitas? vnde tanta in omnibus auaritia & cupiditas? niſi quia in maioribus & proceribus illius, vnde fulgere debuit ſanctitas, viget iniquitas: minores verò maiorum veſtigia ſequuntur. Vnde cū paſtorum venerit paſtor, ouium ſuarum ſanguinem de manu eorum ſeueriſſimè requiret. Væ demum omnib⁹ iſtis & ſimilibus, qui infernum animabus ſimplicibus repleuerunt, &

portæ inferi ſunt, per quos multi in ^{Matth.} perditionem eunt. Nunquid nō melius ^{16. c.} illis fuiſſet mille mortes ſubiſſe, quàm tanti reos criminis eſſe: O quàm horrendum tibi eſſe deberet, vt propter te aliquis perpetuò ardeat in inferno. Mallem vtique fratres centum homines corporaliter peremiſſe, quàm vnā animam perpetuo incendio tradidiſſe: ſi ex ſolo damno culpa peſanda eſſet, & nō ex arbitrio. Si enim ſanguis Abel ^{Gn. 4. b.} ſic clamat ad dominum in fratrem occiſorem, quantò fortius clamabit ſanguis animæ perpetuo damnatę, in ſuum interfectorem? O quomodo conqueruntur, quomodo vociferantur, d' quomodo maledicunt & imprecantur omnē malū apud Dei iuſtitiam, in eos qui eis tanti mali & miſerię cauſa fuerunt, & offendi- culum poſuerunt, vt in tale præcipitiū ruerent! Et quantum hic clamor apud Deum valeat, audi Hieremiam prophetam, imò dominū per Hieremiam terribiliter perſonantem. Quid niteris (inquit) bonam ^{Hie. 2. g.} oſtendere viam tuam ad quærendā dilectionem, quæ inſuper & malitias tuas docuiſti vias tuas, & in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocentium? O ſanguinolenta, plena ſanguinibus, & tot mortibus rea, non erubeſcis ita impudenter te mihi poſt tantū ſanguinem exhibere familiarem, & meam quæſere dilectionem? cui nō ſatis fuit teiſam peccatis tuis ſcedare, ſed inſuper alios docuiſti vias tuas? & in alis tuis, id eſt peſſimis operibus & exemplis, quibus veluti alis fama volat, repertus eſt ſanguis, non corporum mortalium, ſed animarum immortalium, pauperum, & innocentium, quos tuò exemplo
veluti

pſ. 50.

pſ. 13.

ſap. 14. b.

1. Pet. 2.

d

Eze. 3. e

veluti gladio iugulasti, & perpetuis ignibus tradidisti? Et post hæc omnia tu mecum gloriosus & beatus in cælo regnabis, plenus delicijs, propter quem gemitibus sempiternis tot animæ vlulant in inferno? Audiant hæc scandalizatores, & cōtremiscant, & non coram Deo bonam ostendant viam suam, quasi innocentes: sint & iusti, sed accusent & increpēt vitam suam coram deo, & ponant in pulvere os suum, si forte sit spes. Neque in proposito zelus & amor Dei quæsitus, sed temeritas & impudētia peccatoris redarguitur: qui dum peccatū suum deflere debuerat, Deo se amicum exhibet & familiarem. Caueamus igitur fratres scandalum præbere pusillis, & dare illis occasionem ruinæ: sufficiunt nobis peccata nostra, non si mus apud Deum etiam alienorum peccatorum rei. Nos enim post peccatum corrigere poterimus cū Dei auxilio, si volumus, sed nō sic in nostra erit potestate corrigere quos læsimus. Qui enim scandalo obediuit, fortē non obtemperabit consilio: & videbis fratrem in tuo exemplo labentem, nec succurrere poteris pereunti. Vnde in hoc quodammodo ab alienis peccatis magis formidandū est, quā a proprijs: quia scilicet minus nostræ potestati subest eorum remedium & medela. In tantum verò scandalum vitandum est, vt non solum temporalia lucra, sed etiam spiritalia ad tempus intermittenda sunt, vel penitus omitenda, ne in eis pusillus scandalizetur. Audi apostolum, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Et iterum. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternū. Noli dicere,

ego recte ambulo, bona intentione hoc facio, quid mea de alio, si offēditur bono meo? eruat sibi oculos nequam, effodiat liuidos oculos aut claudat. An oculus eius nequam est quia ego bonus sum? Quare ipse iudicat diem inter diem? quis illū inter me & Deum constituit iudicē? Noli (inquam) dicere hoc, multum ad te attinet de fratre tuo, multum ad te spectat de illius salute, quam si læseris, perdes & tuam: sanguinem enim eius de manu tua requiret Deus. Hęc autē omnia quæ in tuū fauorem citasti, nō in paruulos, sed in pharisæos dicta sunt, quorū scandalum formidandum non est, quia non ex simplicitate, sed ex malitia procedit: nunc autem loquimur de scandalo pusillorum, nam ita dominus ait. Qui scandalizauerit vnū de pusillis istis: non inquit vnū de pharisæis istis: sed de illis alibi ita dixit, finite illos, quia cæci sunt, & duces cæcorum. Sed sicut actiuum scandalum timendum est, ita & passiuum: caue alium scandalizare, caue quoque ne & ipse scandalizeris ab alio. Si oculus tuus (inquit) scandalizat te, erue eum, &c. Nō ad literam suffodiendum oculum, aut præcidendam manum intelligas, sed spiritualem oculum, aut manum, aut pedē: id est amicum, qui tibi pro oculo est in consilio, aut pro manu in auxilio, aut pro pede in lucro: etiam si dexter sit, & ad bonum te inducit, si alias te in peccatum trahit, projice eum abs te, declina ab eo, fuge illius societatem: melius est tibi sine amico saluari, quā propter amicos periclitari: melius est carere bono consilio, quā perire malo consilio. Noli dicere, spiritalis est scemina, de oratione & contemplatione

tionem colloquimur, si alioquin ab ea scandalizeris: fuge sancta colloquia, ne incidas in prauam concupiscentiæ sentinam. Potest etiam de membris corporeis litera intelligi, non vt abscindantur corporali gladio, sed spiritali, non eis vtendo: claudere oculum, & eruisti: quid enim tibi oberit oculus clausus, etiam si fit sanus? Cohibe manum a rapina, & scidisti: auerte pedem a via mala, & proiecisti: & ira in alijs dicendum est. Vltimò monet dominus, non solum vt non scādalizemus paruulos, sed vt etiam non eos contemnamus. Duplicem autem huius assignat rationem: vnā, quia venit filius hominis saluare quod perierat, id est quia pro eis filius Dei de cælo descendere & mori dignatus est: alterā, quia apud Deum tantifunt, vt illis singulos angelos deputer ad custodiam: angeli namq; eorum (ait) semper vident faciem patris mei qui in cælis est. Verē magna est dignitas animarum, vt vnaquæq; anima angelum habeat ad sui custodiam deputatum, qui eam tanta sollicitudine & cura custodit, vt pretiosam margaritam & grandem thesaurum: nempe quia pro ea dominus eius vitam cum sanguine dedit. Noli igitur pauperis exteriorem habitum, vel tabernaculum caduci corporis attendere, sed inspice inhabitantem spiritum nobilissimum, Dei imagine insignitum, angelorum socium, & cælestis Hierusalem conciuem, et quod maius est filij Dei qui ad tempus in isto tabernaculo inhabitat ad militiam, egressurus inde suo tempore ad coronam. Si sic homines inspicias, existimo quod nullū deinceps contemnes, nullus tibi vilis apparebit. Hęc de euangelio.

Sed iam ad angelos conuertamur, & quanto nos amore prosequatur, & quo eis debito teneamur, aperiamus. Sunt quippe nobis natura amicissimi, ardentissimoque desiderio bonum nostrum desiderant: sicut & cōuerso pessimi demones omnimodo nostram cupiunt perditionē, vsq; ad eō vt videre sanguinem humanū effusum in bellis, eorum luxuria sit: & non nisi humano sanguine inuocati a Magis respondeant ad quæsitā. Tanta est eis sanguinis humani sitis. Angeli autem & cōuerso has truculentas bestias a nobis abigunt, atque pro nobis decertant aduersus eos, & veluti paruulos sua protectione tuentur. Regna autem & prouincias maiores angeli gubernant, minores verò toto studio singulas animas ad nutum Dei custodiunt: de quibus propheta commemorat dicens. Super te Hierusalem adhibui custodes, tota die ac nocte non tacebunt laudare nomen domini. O solertissimos vigiles, o fidelissimos ciuitatis dei custodes, quid esset de nobis si non vestro praesidio custodiremur. Illud autem inter alia valde mirandum est, quod cum infidelium animarum quatuor custodes sunt, aut aperte, aut per coniecturam perditionem agnoscunt, non tamen propter hoc desistunt ab earum custodia, sed eas protegunt & instruunt, quantum diuino nutu eis permittitur, scientes quia potens est Deus de lapidibus illis suscitare filios non solum Abraæ, sed Dei. Neque tamen post modum de illorum perditione tristantur, aut operam suam perditam existimant, quoniam voluntati diuinae per omnia cōformes sunt, & sufficit illis iniunctum officium ad Dei nutum fideliter peregrisse. Quo

Thr.3 d

Ro.14 c

1.co.8.d

Matth.
20. b
1.co.6.b

Eze.3.e

Matth.
15.b.

Mat.5.e

Matth.
18.b.2.Pet.1.
c

Esa.62.b

Mat.3.b

Matth.

Quo

Quo igitur zelo putandum est zela
re veros Dei sui cultores, si filijs ge-
hennæ qui solummodo in combu-
stionem & cibum ignis referuatur.
Esa. 9. f. taliter patrocinari non dedignantur?
Quis recensere poterit à princi-
pio seculi, quanta & quam maxima
bona sanctis hominibus per angelos
prouenerunt? Lege sacros libros, &
miram eorum beniuolentiam erga
nos, & beneficentiam reperies. De
his tamen longum esset sigillatim
exempla referre, sufficiat comme-
morasse celebrem illam egressione
exo. per ex Ægypto per angelum factâ, por-
multa tenta innumera coram Pharaone,
capita & in deserto patrata, siccatum ma-
exo. 14. re, submersum Aegyptiorum exer-
citum, ducatum populi in nube opa-
exo. 13. ca per diem, & in columna ignis per
noctem, assistentiam in periculo, ad
exo. 17. iutorium in bello, & innumera alia
quæ omnibus notissima sunt. Simili-
4. re. 19. ter apud Ezechiam, nocte vna per
angelum centum octoginta quinq;
8 millia Assyriorum occisa sunt. Eli-
4. re. 6. d. seum verò prophetam quârus igni-
torum curruum exercitus per cir-
cuitum protegebat, quam securus
erat vir Dei tali tantoque præsidio.
Gn. 18. a. Quid dicam de Abraam, Loth, Ge-
Gn. 17. a. deone, Thobia, & prophetis, quibus
Iud. 6. b. cum angelis assidua cõuersatio fuit,
Tob. 5. a. quorum fauore & auxilio mira inter-
homines facta gesserunt. Sed vnde
obsecro angelis tanta cum homini-
bus amicitia? vnde pro eis tanta soli-
citus ex tribus nempe, vt opinor: li-
benter enim nostri curam agunt,
propter Deum, propter seiplos, pro-
pter nos. Propter Deum, qui eis hoc
custodiæ officium iniungit, & eos
Ieb. 1. d. mittit in ministerium, propter eos
qui hereditatem capiunt salutis.
Non igitur dedignantur seruire illis,

quibus dominus eorum è celo mini-
strare descendit: & sufficit eis quòd
in hoc domino suo placent: ad quòd
etiam valde eos inuitat benedicta il-
la hominis forma, quam in domino
suo nimis amant, & venerantur. Nò
despiciunt homines, maximè ex quo
dominus eorum factus est homo. No-
runt etiam, quia animæ iustorū se-
des Dei sunt, & equi potentissimi, Sap. 7. d.
quibus dominus eorum insidet, in
quibus etiam terribilia & fortia ope-
ratur aduersus phalanges demonio-
rum. Sicut igitur vernaculus equum
domini sui omni sollicitudine curat
& mundat, quo non ignorat se mul-
tò præstantiorem esse, sed propter
dominum suum libenter seruit iu-
mento, cum sit ipse rationalis, ita an-
gelus licet natura nobilior sit homi-
ne, tamen propter Deum sefforem
eius, illi seruire non dedignatur: sed
omnia agit, quatenus deo suo libeat
insidere animæ, quam tam miro stu-
dio ornat & præparat: in qua cū as-
sidere Deū viderit, ipse animo exul-
tat. De hoc apud Zachariam ita legi-
mus, vidi per noctem & ecce vir a-
scendens super equum rufum, &
ipse stabat inter myrteta: quæ erant
in profundo, & post eum equi rufi,
varij, & albi: quorum etiam equo-
rum infra quadruplicem quadrigã
vidit. Hic vir Christus est: equus ru-
fus eius benedicta humanitas, purpu-
reo sanguine rubricata: myrteta pro-
fundi animæ sunt fidelium, inter que
& pro quibus passus est, vt videlicet
sui sanguinis pretioso imbri irriga-
ta, miro fidei & sanctitatis virore reni-
teant. Exercitus autem equorum cir-
cũstantans cum, annæ sanctorum sunt,
quorum nullus seffor inspicitur alius.
Sed ratum equos vidit, quia eorum
seffor solus dominus est, qui super
equum

equum rufum ascendere visus est.
Horum autem triplex erat differen-
tia, nam quidam eorum rufi erant
propter martyrium, quidam candi-
di propter virginitatem, quidam va-
rij propter gratiarum & virtutum
varietatē. Huiusmodi igitur equos
angeli libenter curant & ornant
domino suo, vt super eos cum il-
li placuerit in prælium ascendat.
Deinde etiam hoc custodiæ mu-
nus propter seiplos exequuntur,
nempe quia sicut ciuitatis suæ rui-
nas non aliter quàm per homines
reparandas, neque aliter antiquam
illam ciuium suorum plenitudinē
ciuitatem eorum recuperaturam
esse, quàm hominibus ad angelicæ
dignitatis gradum assumptis (sicut
ps. 109. scriptum est) iudicabit in nationi-
bus implebit ruinas. Lapidem ergo
vivos vt boni artifices ad structurã
suæ ciuitatis expoliant, neque ta-
mē dixerim homines ad hoc fuisse
creatos, vt per illos angelorum rui-
na reparetur: non enim propter
angelum, sed propter Deum crea-
tus est homo sicut angelus: quãuis
enim nunquam cecidisset angelus,
nihilominus tamen homo conditus
esset ad sui conditoris gloriam, ad
quam & nunc conditus est. Absit
absit vt nostræ naturæ, quam Deus
sic honorificauit, vt eam angelis su-
perponeret, ita detrahamus, vt eam
propter angelum facta nãfferam.
Ap. 19. Angelus hanc ad Iohannem non
b & 22. b. dominum, sed consorium eius se-
nominat, & fratrem habentium tē-
stimonium Iesu, id est fidelium. Sed
tamen cadente angelo, dum homo
ad cælestia subleuatur, in pristinū
decorem & primam angelorū ple-
nitudinem sublimis illa ciuitas re-
paratur. Tertiò propter nos inser-

uiunt nobis: miserantur enim for-
tem nostram, videntes periculum
nostrum, & laborem vitæ nostræ,
quia conspiciunt nos in magno di-
scrimine positos, in medio scilicet
inter gloriam & gehennã: quibus
aut perpetuo regnandum est, aut
ardendum, & tanto discrimine ob-
noxios omni sollicitudine curant in
bonam partem deflectere. O variã
& dubiam mortalium sortē: quis
eorum non misereatur, et si valeat
non succurrat? Accedit ad hoc da-
monum insidiantium innumera mul-
tudo, quorum omne studium est
laqueos parare, suffodere foueam,
offendiculum ponere, vt illa que en-
tur & ruant, capiantur demum, &
internecioni dedantur. Narrauerunt
enim vt absconderent laqueos, &
ps. 63. d. dixerunt, quis videbit eos? Ita nan-
que absconditos & secretos parant,
vt humana industria eos neque co-
gnosceret neque euadere posset, si
non angelorum lumine & magiste-
rio patderentur. Exhibent igitur se
nobis veluti paruulis pedagogos in
via periculosa, præcedentes nos ac
dirigentes: & dum dehemus bau-
lantes & portantes in manibus, si-
cut scriptum est, ne forte offendant
ps. 90. ad lapidem pedes nostri. Propter
quod in sacris literis satis apte ani-
ps. 64. marum arietes anticipantur, quia
videlicet animas iustorum sanctis
cogitationibus & affectibus intus
fecundant, & ad vberima super-
iorum montium pascua, sicut o-
uim simplicem gregem, dirigunt
& deducunt: ac propterea ita eas
vt legitimæ ac proprias vñ oves di-
ligunt ac custodiunt. Sicut enim vir
zelatiu xorem, ita angelus animam,
cui datus est in custodiam, ne vide-
licet eum pessimo demone commit-
tat

tat adulterium: non tam sibi quam
 domino suo, qui eius verè maritus
 & sponsus est (nā angelus parany-
 phi magis officio vtitur) sponsum &
 sponsam in vnum socians & mari-
 tans. Discurret itaque medius inter
 Deum & animam, vota offerens, re-
 ferens dona, vt inquit Bernardus,
 illam ad amorem excitat, illum ab
 offensa placat: illam ita hortatur,
 quid misera turbaris? quid deijce-
 ris? delectare in domino, & dabit ti-
 bi petitionem cordis tui, expecta
 dominū viriliter age, expecta cum
 ne deficias: si moram fecerit, expe-
 cta cum, quia veniens veniet, & nō
 tardabit. Illum autem ita deprecatur,
 conuertere domino, vsquequo;
 & deprecabilis esto super ancillam
 tuā: dimitte eam, quia clamat post
 te. Sicut enim ceruus desiderat ad
 fontes aquarum, ita anima hæc de-
 siderat ad te Deus. Per hunc itaque
 modum cælesti spōso prouidus pa-
 ranympus animam sociat & adiū-
 git, incredibiliq; gaudio exultat
 cum in secretiori cordis cubiculo
 sponsam dulcibus sponsi sui osculis
 & amplexibus fruente conspicit
 illius maxime operatq; industria.
 Quo igitur amore, quo honore,
 quo cultu, tales ac tantos patronos
 venerari, diligere, ac reuereri debe-
 mus, quorum fauore tanta nobis
 bona proueniunt: Pudeat nos ingra-
 titudinis erga tam amicos, & tam
 venerabiles socios, qui cū iam beati
 sint, tamen nostræ peregrinationis
 comites se exhibent, & viatoribus
 adesse non dedignant. O quot &
 quantis nos fauoribus prosequuntur,
 exhibent enim se nobis (vt dixi-
 mus) patronos, magistros, pedago-
 gos, paranympus, baiulos, amicos,
 duces, ac sodales, & omni nos offi-

ps. 36.

ps. 26.

Hab. 2a

ps. 97.

Matth.

15. c.

ps. 41.

cio quo possunt iuuant, lætis ap-
 plaudunt, psallentibus concinunt,
 pœnitentibus assistunt, solatur mœ-
 stos, releuant afflictos, subleuant la-
 psos, reficiunt famelicos, erigunt pu-
 sillanimes, roborant præliantes, co-
 ronant vincentes. Ad omnia igitur
 quæ nobis occurrunt amicissimos
 se nobis exhibent & familiares: de-
 nique coniuncti sunt principes psal-
 lentibus in medio iuencularum
 tympanistiarum, & grande gau-
 dium fit in cælo super vno peccato
 re pœnitentiam agente. Et cū ora-
 mus, ipsi orationes nostras corā deo
 presentant: & tandem in exitu mo-
 rientibus astant, vt egressas e cor-
 poribus animas ab infestationibus
 dæmonum liberent, & eas tandem
 superno iudici representent: quas
 ouantes nimio gaudio inter ange-
 lorum choros dignis sedibus collo-
 cant in æternum mansuras. O quan-
 to gaudio afficitur angelus cū pu-
 pillum suum iam omni periculo se-
 curum in tuto videt secum perpe-
 tuò regnaturum. O quomodo con-
 gratulatur ei, & sicut in vincente vi-
 cit, ita & in triumphate ipse trium-
 phat. Similiter quo amore extiman-
 dum est animam illam beatū an-
 gelū amplecti, cuius patrocinio atq;
 tū periculis liberata tāto bono frui-
 tur in perpetuum, & ad tantam glo-
 riam se peruenisse nō ignorat. Cre-
 diderim ego neque fallor, præcæte-
 nis angelo & animæ huiusmodi spe-
 cialem quandam necessitudinem
 & amicitiam familiariorē perpetuò
 esse, neque fieri posse, vt tantam gra-
 tiam & exhibitum obsequium ani-
 mæ sanctorū obliuiscantur in per-
 petuum. Neque enim locus est in-
 gratitudini, vbi summa beniuolen-
 tia & charitas. Diligunt ergo se mu-
 tuo

ps. 67.

Lu. 1. b

Tob. 12.

c. & act.

10. c.

tuò & congratulantur, feliciq;e
 gaudent contubernio in vnum agē-
 tes gratias Deo suo, cuius nutu &
 gratia habent quicquid habent, cu-
 ius munere ille industriæ ac custo-
 diæ optatum adeptus est finem: & il-
 la cursus sui & laboriosi certaminis
 brauium cōsecuta est, & immarces-
 sibilem coronam, quam nobis idē
 concedat Deus, trinus & vnus per
 omnia benedictus: cui est honor &
 gloria in secula seculorum, Amen.

gnus dici quis poterit? Ecce gen-
 tes quasi non sint, sic sunt coram
 eo: & quispiam hominum coram
 eo poterit magnus haberi? Aduer-
 tite obsecro quantus sit iste puer,
 qui tali cognomento in suo ortu
 decoratus est. Quid de illo gran-
 dius dici potuit, quàm erit magnus
 coram domino? cui nihil est ma-
 gnum nisi quòd ipse magnum vō-
 luerit reputare? Non enim natu-
 ra, sed gratia magnus est, quis-
 quis coram eo magnus est. De hoc
 igitur hodie magno Baptista &
 eius magnitudine tractaturi, in-
 quiramus prius propter quid ma-
 gnus dictus est, & quibus gestis
 meritò sic fuerit nuncupandus.
 Sed vnde commodius illius ma-
 gnitudo poterit deprehendi quàm
 ex officio? Vniuersaliter nanque
 verum est, quòd quantò aliqua
 creatura à primo omnium condi-
 tore ad maiorem dignitatem aut of-
 ficiū præordinatur, tantò in natu-
 ralibus perfectior condita est: e-
 xemplari tēstimonio in vtraque
 tam corporum quàm spirituum
 hierarchia, id poterit comproba-
 ri. Cælestia enim corpora quia in-
 feriorū viribus principantur, quò
 regimine & gubernatione maio-
 ra, eò naturali decore, perpetui-
 tate, claritate, perfectiora sunt. Ita
 quoque in angelis quò quisque a-
 lios dignitate, eò naturali pulchri-
 tudine antecellit: secundum enim
 suorum naturalium proportionē
 prælaturā & gratiā cōsequuti sunt.
 Cōsonat etiā hoc rationi quā maxi-
 mē: minora enim & imperfectiora
 à maiorib; & perfectioribus regi cō-
 uenit, & nō e cōuerso. Quæ nāq; ma-
 ior in rebus peruersitas, quā cū ma-
 iora subsunt & minora principatur?

Esa. 40.

DE IOANNE BAPTI-
sta. Concio prima.

THEMA.

¶ Erit magnus coram domino:
Luca. 1.



Pud seculares viros
 quisquis præclarus
 & illustris habetur
 ob res bene gestas.
 Magnus cognomé-
 to nuncupari con-
 suevit, sic Alexan-
 der, Pompeius, Carolus, & alij
 apud homines magni dicti sunt,
 quasi magnorum operum patratio-
 res. Ioannes etiam Baptista ante
 natiuitatem suam à prænunciato-
 re angelo magnus cognominatus
 est. Inter alia enim natiuitatis eius
 prognostica, quæ velut sapiens a-
 strologus, ex his quæ in illo supre-
 mo diuinitatis cælo didicerat Za-
 chariæ patri eius Gabriel archan-
 gelus prædixerat, hoc vnum fuit:
 erit magnus, neque qualitercun-
 que magnus, sed magnus coram
 domino. Non magnum est, quòd
 aliquis coram mundo magnus sit,
 sed coram infinito domino ma-

L1 Sicut

Sicut in nostra politia contingere plerunque solet, quæ (quia humano potius quam diuino instinctu disponitur) exorbitantias maximas assidue patitur. Videas in populis maximos quosque viros & nobiles ingenio, sapientia, & virtute præclaros, turpibus homunculis & ignobilibus subijci, regique per eos, quorum maxime oportuerat esse rectores. E contra verò turpissimos idiotas super cathedras principari: & cum superbia dominari eis, quorum debuerant fuisse mancipia. Quid hac gubernatione peruersius? heu heu in domo Dei horrendum vidi, seruos in equis, & dominos pedibus ambulantes: stultissimos in cathedris, & optimos viros in obscuro priuatam vitam degentes. Debuerant enim conuerso sapientes & boni mundanis & insipientibus dominari: sapiens enim natura dominus, & idiota naturalis est seruus. Dominari namque regere est, & ad sapientiam pertinet gubernare, sicut ad oculum dirigere. Sicut si quispiam videns cæcum habeat ducem, ita cum sapienti stolidus dominatur. Quid autem absurdius & stultius quam si videns intuitu claro cæcū in via habeat directorem? Quis non illuderet: quis non rideret? Et in ciuili regimine quotidie fit hoc, & nemo miratur. In his ergo quæ nostro arbitrio disponuntur, huiusmodi peruersiones quandoque contingunt: in his autem quæ diuino moderamine solummodo gubernantur, quia ordinatissima sunt, semper (vt diximus) perfectiora & meliora imperfectioribus principantur. Vnde fit vt quò quisque altior est dignitate, eò etiam melior sit cōditione. Oporte-

bat ergo eum, qui cunctos mortales officio & dignitate præerat, virtutis etiam merito, gratia, & sanctitate omnes homines superare. Qualis enim sit Ioannis Baptistæ dignitas, quod officium, & ad quid natus & conditus sit, euāgelistam audi. Fuit homo missus à Deo. Quanta gloria, de quo alio vnquā dictum est hoc quam de Christo? Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Ecce officium, in lucis testimoniū natus est Ioannes. Sed quis luci perhibeat testimoniū? Luce omnia monstrantur: quomodo ipsa lux poterit demonstrari? Non (inquit) erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Si non erat ille lux, lucem quomodo potuit demonstrare? Quod enim non est lux, lucem potius obscurat quam monstrat. Attendite quomodo: lux (inquit) in tenebris lucet, & tenebræ eam non cōprehenderunt: ac propterea ad ipsam mundo inaccessibilem lucem per mediā quandam & temperatam claritatem tenebræ directæ sunt. More eorū qui de tenebroso & obscuro carcere traducti, lucē solis statim videre nō possunt, nisi prius candelæ cuiusdam temperato lumini, eorū oculi assuescāt: sic Ioānes, teste domino, cādelā erat ardens & lucens, quæ cæcutientibus oculis mūdānorū solē iustitiæ reuclauit. In mūdo quippe erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Missus est ergo Ioannes veluti media quædam lux, quæ cæcutienti mundo suum ostenderet conditorē. Mira res: triginta annis inter homines Deus erat, & factus homo cum hominibus conuersabatur; edebat, bibebat, & ambulat inter eos, & cum

cum illis loquebatur: neque agnoscebatur. Tantum, inquam, mysterium, tam sublime beneficium, tam inestimabile charitatis & misericordiæ pondus in mundo erat, & mundo latebat? Missus est Ioannes, vt super hoc homines cōmoneret, vt ad tanti sacramenti aduertentiā mortalium oculos excitaret, & tantam Dei dignationem in populis proclamaret: latentemque in homine maiestatem, quam ipse spiritu monstrante etiā in vtero cognouerit, ceteris hominibus indicaret. Apostolus ergo mundi vniuersalis Ioannes natus est, non promotus. Apostolus conditus, nō electus: nō in vnā prouinciam vt ceteri, sed in orbem maximū destinatus, qui inter ipsum mediatorem Christum & homines ipse quodammodo mediet, & vniuerso mundo natum panderet redemptorem: vt quæ tot retro seculis ab initio creationis veterum, tot prophetarū chorus præcinuerat, hunc ipse non tam vaticinio quā digito demonstraret, quā officiosum, quā necessarium mortalibus officium, quā expediens opus ecclesiæ. Quid enim profuisset venisse, si non cōtigisset agnosci: quid mundo sine fide redemptio contulisset? Paganis, Iudæis, & Turcis, mors Christi quid confert? In fidelibus & barbaris Christi sanguis effusus quid præstat? Filius ergo Dei missus est vt mundū redimat, & pretium Deo redemptionis exuat: Ioannes missus est vt hæc ipsa redemptio mūdo innotescat. Christus in redemptionē mittitur, Ioannes in fidem, id est, vt omnes crederent per illum, sicut euāgelista ait. Sine fide autem, vt diximus, neque ipsa redēptio profuisset. Proximus

ergo redēptori Ioannes factus est, & ad officium redemptioni proximum destinatus. O magnum veritatis præconem: omirabilem inter homines dignitatem, ac propterea post sacrum domini natalis diem (vt Augustinus ait) solius Ioannis Baptistæ natiuitas in ecclesia catholica celebratur: non solum quia in vtero sanctificatus est, sed pro hac absque dubio causa, quia per hunc dominus aduentum suum ne subito insperatum homines non agnosceret, voluit esse testatum. Merito nanque illius natiuitas in orbe colitur, qui tantum contulit orbi: merito, vt angelus prædixit, in eius natali totus mundus exultat, qui se de illo tam benemeritum recognoscit. Iuste natalitia illius vniuersalis honorat ecclesia, cui post Christum se plurimum debere nō ignorat. Ecce qualis & quantus sit hic Baptista, qui velut altera lux in mūdo à Deo missus est, vt omnes seculi huius viatores claritatis suæ radio illustraret, & velut alter mediator inter mediatorem ipsum & homines mediet. Quis vnquam sanctorum talem in ecclesia Dei fortitus est locum? Quis ad tanti fastigij & dignitatis gradum aliquādo peruenit? Sed neque solū Christi annūciator factus est, sed & præcursor: neque vt doceret solum homines, sed vt etiam disponderet præmissus est. Sic enim de illo angelus patri eius prædixerat, ipse præibit in spiritu & virtute Helix parare dño plebē perfectā. Sic & ipse pater in eius natalitio pphetarat. Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante dñm parare vias eius. Nō solū ergo veritatis demonstrator sed & dispositio natus est, vt squalē-

tē huius seculi desertū & rudem cā-
pum, acuto verbi sarculo ad euan-
gelicā doctrinā semē prius proscin-
deret & excoleret, carnalemque
mundum & voluptatibus manci-
patum, ad spiritualem & cælestem
vitam & vitæ suæ exemplo & præ-
dicationis verbo ante dominū præ-
disponeret: ne videlicet futuram do-
mini disciplinam quasi nouam &
insuetam homines perhorrescerēt.
Vnde ante euangelium, euangeli-
cam vitam agens euāgelicus homo,
viam præbuit euangelio. Nouus
enim homo in mundo apparens o-
mnium oculos ad se traxit, & for-
mam vitæ quā à domino audituri
erant, hominum aspectui in seipso
præsentauit: atque ita factum est, vt
dum cælibatum, abstinentiam, pœ-
nitentiam, vitæ rigorem, sanctimo-
niam, humilitatem, deiectionem, &
verum omnium honorum & deli-
ciarum mundi contemptū in Ioan-
ne homines prospiciunt, non eis no-
ua fiat vita, quæ per euangeliū mū-
do postea indicitur: & dum baptis-
mo Ioannis assuescunt, verus Chri-
sti baptismus inter homines locum
habeat. Director ergo factus est
luminis quod monstrabat, & di-
spositor veritatis, cui testimonium
perhibebat. hoc Ioannis opus, hoc
officium, hæc dignitas, hoc munus:
ad hoc conditus, & propter hoc
in hunc mundum à Deo missus est.
Sicut & de Pharaone olim dictum
fuerat: quia in hoc ipsum excitauit
te, vt ostendam in te virtutem
meam, & vt annuncietur nomen
meum in vniuersa terra. Ad tan-
tum vero testimonium qualis in
teste ipso exigebatur autoritas:
res noua erat super omnem facul-
tatem ardua & seculis inaudita.

Ro. 9. c.
& exo.
9. d.

Mysterium absconditum à seculo
quod nemo principum huius mun-
di cognouit. Deus homo, verbum ^{1. co. 2. b}
caro, hæc mundo rationibus persua-
deri non poterāt, neque authorita-
tibus conuinci, neque experimen-
to monstrari. Sola personæ dicentis
authoritate suadenda erant, & à vi-
ro sancto velut oraculum suscipien-
da: alius nanque in re tam mira-
bili aut testificandi locus, aut per-
suadendi modus non apparebat.
Maiestate sola & autoritate dicen-
tis incredulitas superanda propter
hoc: ò mirum sapientiæ ordinem:
ab initio conceptionis suæ mira-
culis & prodigijs multis puer à
Deo clarificatus est, & nouo in-
usitatoque oriendi ordine com-
mendatus. Bone Deus quanta in
eius ortu miracula facta sunt: an-
gelus nunciat, pater obmutescit, <sup>Luc. 1.
& infra</sup>
sterilis cōcipit, impregnatur anus,
virgo salutat, puer exultat, mater
prophetat, nomen de cælo mitti-
tur, à matre per spiritum agnoscitur,
à patre conscribitur, vincu-
lum linguæ soluitur, ex muto, pro-
pheta pater efficitur, & grandia de
filio præconia dicit. Quid hoc pue-
ro mirabilius? quid hoc natalitio
prodigiosius? Ad cuius ortum o-
mnis iam vicinorum orbis stu-
pēt & terrore concutitur. Euan-
gelistam super hoc audiamus. Et
mirati sunt (inquit) vniuersi, &
factus est timor super omnes vici-
nos eorum, & supra omnia mon-
tana Iudæe diuulgabantur omnia
verba hæc: & posuerunt omnes
qui audierunt in corde suo dicen-
tes. Quis putas puer iste erit? Quid
si ipsam eius in vtero exultatio-
nem & sanctificationem agnosce-
rent: quanto amplius stupuissent,
quanto

quanto fortius trepidassent: neque
ab hoc discordat initio pueri vita
sequens, patris nanque domo re-
lictā septennis vastam ingreditur
solitudinem, vbi die noctuque con-
templationi & orationibus vacans,
^{Mat. 3a} vilibus locustis cum melle siluestri
pastus, asperrimoque de pilis cam-
melorum cilicio vestitus, terreno
solo indormiens, antro inhabitans,
conum & pardorum socius supra
ætatem & supra vires rigori & aspe-
ritati deditus, angelicam in carne
vitam degebat: ita vt nescias angeli-
cus homo an humanus angelus quid
horum potius vocandus veniat: il-
lo nanque tempore quo solent alij
crepundijs oblectari, puerilibus va-
care ludis, & nenijs infantilibus
deliniri, pulcherrimus hic eremi-
tiuncula barbato viros & senes ca-
nos vitæ ordine, morum composi-
tione, pœnitentiæ austeritate & o-
mnium actuum disciplina eò bea-
tius quò diuinius superabat, suam
inde inchoans vitam, vbi perfe-
ctus quisque desinere solet. O pue-
rum mirabilem, ò prodigiosum se-
pennium: ò eremitam ipsis etiam
angelicis cuneis stupendum. Quis
enim dubitat angelicos spiritus ad
huiusmodi spectaculum e cælo sæ-
pius descendisse, ipsisque cælicolis
sæpius vitam eius stupori fuisse? Sæ-
cūtatitatis prodigium & totius perfe-
ctionis monstrum & admirandum
seculis virtutum omnium spectacu-
lum Ioannes à Deo factus est. Neque
enim tantæ perfectionis capax erat
humana fragilitas, ea maxime æta-
te, nisi Deus cunctis seculis sancti-
tatis miraculum in Ioāne prohibito
facere decreuisset. Neque tamē abs-
re vt statim ostendamus. O si cōtin-
geret ad Iordanis ripas, vel alibi

squalenti deserto huic obuiare se-
ptenni puero, & cum eo habere ser-
monem. O quis videret, ò quis ei di-
cere posset: dic mihi puer sancte,
quænam est hæc regula vitæ? quid
hic agis solus? quis te hūc hominū
traxit? quis victus hic, quis vestitus,
quis modus viuendi? quæ ratio vi-
tæ? quo pasceris cibo? quo dormis
in lecto? quo habitas domicilio?
vbi pater, vbi mater, vbi domus,
vbi lectus, vbi cibus, vbi necessa-
ria vitæ? Rigidus cur tenera operis
cilicio membra? pelliceo tenerri-
mus cur indumento vestiris? Dic
(inquam) puer lepide, quod fecisti
crimen? quod facinus commisisti,
vt tanto rigore te punias, tantæ te
addixeris disciplinæ? Sed non cri-
men in causa erat, non est hæc
pœnitentia culpæ. Quid enim cō-
mittere poterat septennis puer san-
ctificatus antequam natus tali pœ-
nitentia dignum? Maius hūc latet
secretum, altiori plena mysterio
res est, non facinoris expiandi gra-
tia hæc omnia sustinet Ioannes.
Zelus officij & saluatoris amor il-
la portare compellunt, operis o-
nus iniuncti illius erat causa rigo-
ris, non crimen expiat, sed fidem
astruit: & quia natum se in testi-
monium nouerat, sanctimonia vi-
tæ robur adhibet testimonio, hoc
est quòd quærit vt ab omnibus
credatur ei, & quia verbi incar-
nati mysterium argumento proba-
re nequibat, singularis vitæ roborat
testimonio. Neque cum sefellit opī-
nio, tantā enim ex hoc vitæ merito a-
pud omnes Hebræos autoritatem
& gloriā cōsequutus est, vt ab initio
seculi, nullus vnquā hominū visus
sit habuisse maiore. Ex omni nanque
Iudæa, & Samaria, & regione circa

Iordanem (euāgelista teste) ad eum
 mat. 3. a videndū & audiendū populi conuo-
 labāt, omnis status omnis conditio
 & sexus, nobiles & ignobiles, diui-
 tes & pauperes, pueri & senes, ple-
 bei & sacerdotes, viri & foeminae,
 virgines & vxoratae, omnes mira-
 ad eum auiditate veluti ad quoddā
 numinis oraculum quotidie con-
 fluebant: presentem nosse, audire lo-
 quentem baptizari ab eo, & facere
 quae iussisset. omnes docebat, omnes
 commonebat, decētia singulis cō-
 filia dabat, & visus quā agnitus gra-
 dior apparebat: succūmbebat ru-
 mor operi & fama veritati cēdebat:
 denique tanta erat potestas in viro,
 vt pharisaeos ipsos omnium homi-
 num superbissimos sua authorita-
 te cogeret ad baptismum, & qui se
 omnibus sanctiores putabāt ad Ioā-
 nis pedes fateri se peccatores, & ve-
 lut peccatores abluī in presentia po-
 puli non dedignarentur. Vnde hāc
 eorum tam nouam & insuetam hū-
 militatē ipsemet Baptista miratus,
 mat. 3. b cogitur exclamare: o gemina vi-
 perarum, quis docuit vos fugere a
 ventura ira? Quos non igitur ad se
 traheret, qui etiam viperas traxit:
 Ipse quoque Herodes, qui crude-
 litate & nequitia omnes etiam ne-
 quisimos superabat eum libenter
 audiebat: & eo audito multa fa-
 mar. 6. c ciebat, cēdebat omnis nequitia Ioā-
 ni & tanti hominis authoritati nul-
 la poterat obuiare duritia. Talem
 etiam de illo Herodes conceperat
 opinionem, vt postquam eum in
 Luc. 9. carcere decollauerat, surrexisse a
 & mat. mortuis crederet: & quae non fece-
 14. a. rat dum viueret post mortem mira-
 Ioā. 10. g. cula facere. Præterea nunc solen-
 nem illam torius populi legatio-
 nem, qua ab illo requiritur, tu quis

es: Esne Christus? Helias es-tu? pro, Ioā. 1. b
 pheta es-tu? Acceptaturi scilicet
 quicquid solo verbo dixisset, neq;
 aliud ab eo de se testimonium exi-
 gentes quā merum dictum. Tanta
 erat authoritas viri, vt sibi liceret
 de se dicere quicquid vellet. Felicē
 quae se tanto Messia synagoga pu-
 tasset, misera quae de alio asserenti
 non credit, crederet de seipso: Ioā. 8. b
 cū secundum illorum sententiā te-
 stimonium de alio quā de seipso fir-
 mius sit. O miram populi legatio-
 nem, apud eos natus & nutritus fue-
 rat patre sacerdote notissimo gene-
 ratus, & quærunt ab eo tu quis es?
 Tantus nanque omnibus videba-
 tur, vt vix crederetur esse quis erat:
 sed vel Christus, vel Helias, vel qui-
 spiam alius ex prophetis ignotus:
 vel forsitan caelestis angelus te-
 gmine carnis velatus: Vnde tanta
 Ioanni authoritas in populo: ex
 moribus vtique: nihil enim ita in
 oculis omnium commendat homi-
 nem vt immaculata vita, siue sapiē-
 tia, siue eloquentia, siue prophetia,
 siue ingenium, siue miracula, aut
 quæuis alia gratuita vel naturalia
 dona: non ita in caelum efferunt ho-
 minem, vt probata virtus & inge-
 nua opera. Ioannes quidem, vt euā-
 gelista inquit, nullum fecit signū, Ioā. 10. g
 sed neque signis quidem indiguit,
 qui enim ex operibus ita in popu-
 lo clarus erat, non indigebat signo
 exterius cōmendari, quinimo quic-
 quid in eo erat, si rectē inspicias, si-
 gnum est. Quid enim in illo va-
 cat a miraculo? conceptio, sancti-
 ficatio, ortus, pueritia, sermo,
 victus, habitus, & omnis vita e-
 ius. Reliqua institutio miracula
 erant non modica, si notentur.
 Quid ergo a Ioanne signum re-
 quiris?

quis? totus ipse signum est, sed
 neque illius testimonio miracula
 profuissent, sed obfuisse maxime.
 Qui enim vel sic absq; signis & mi-
 raculis gentem illam sui emulatri-
 cē ab opinione qua ipsam vt Chri-
 stum habebant arcere vix poterat?
 Quid si prodigiorum illustraretur
 insignibus? inuitum vtique promo-
 uissent in Christum, & qui verus
 Christi testis aduenerat, falso Chri-
 stus haberetur in populo. Atque
 ita eius miraculis populus ille non
 doceretur, sed deluderetur. Mirō
 itaque sapientiae Dei artificio factū
 est, vt Ioannes sine signo Christum
 signis innumeris coruscantem po-
 pulo testificaretur: vt & signorum
 claritate Ioannis de Christo testi-
 monium fulciretur, & falsa de Ioā-
 ne populi opinio tolleretur: ne in-
 de scilicet Christi fides detrimen-
 tum pateretur, vnde debuit in sui
 exordio coalescere. De magnitudi-
 ne ergo & dignitate Ioannis & ma-
 gnitudinis eius causa & ratione ha-
 ctenus diximus: nunc eius de Chri-
 sto testimonium referamus. Quæ-
 rentibus enim quis esset, nihil al-
 liud de seipso respondit, quā vox
 Esai. 40. sum in deserto clamantis, parate
 a. & Lu viam domini. Voce verbum pro-
 ce. 3. a ditur: quia ergo verbum Dei gen-
 tibus prodere voverat, vocem se ef-
 se rationabiliter asserēbat quantus
 hic est qui illius est vox, cuius ver-
 bum Christus est. Ad ripam ergo
 Iordanis positus vitæ omnibus con-
 filia dabat; properantibus verò
 ad se populis & summa eum atten-
 tione & veneratione audientibus;
 & supra modum eius vitam do-
 ctrinamque admirantibus, inter
 documenta salutis natum nunciat
 redemptorem. Quid (inquit) o gen-

tes ad me in desertum tam auidē
 properatis? quid hunc miramini
 homuncionem? Medius vestrum Ioā. 1. d
 stat quem vos nescitis, ipse in spi- & Mat.
 ritu sancto & igni baptizabit vos, 3. c.
 qui post me venit; & ante me fa-
 ctus est, cuius non sum dignus cor-
 rigiam calciamenti soluere, cuius
 ventilabrum in manu eius & pur-
 gabit aream suam, & congregabit
 triticum in horreum suum: paleas
 autem comburet igne inextingui-
 bili. O si sciretis eum, o si agnosce-
 retis quantus est hic qui later in-
 ter vos! Hæc & similia Ioanne co-
 ram omnibus proclamante popu-
 lus stupebat: mirantes adinuicē:
 quis inter eos lateret, cui tantus vir
 tale testimonium perhiberet. De
 domino enim Iesu tunc nulla erat
 in populo suspitio magnitudinis;
 sed vir simplex habebatur & re-
 ctus, & hoc a paucis de facie cogno-
 scentibus eum. Sic ergo huiusmo-
 di præconio suspensos eorum ani-
 mos detinebat Baptista egregius,
 donec mysterium proderent. Sed
 nunc te quæso Baptista, si tantus
 in populo vir est, cur tu habitas in
 deserto? Cur eius consortia fugis?
 Cur non te illius ministerio tradis?
 O miram Dei dispensationē, quan-
 ta vi Ioannes in solitudine deti-
 netur! Quam valida catena liga-
 tur, ne Christi domini colloquio
 & cōsortio frueretur: spiritus eum
 in solitudine detinebat, ne videli-
 cet non tam veritatis zelo quā
 amore personæ testimoniū præsta-
 re videretur. Sumus enim natura
 cuncti propensiores in eos quos dili-
 gimus laudatores, & amor nimius
 sæpe non finit cernere rectum. Ne
 hoc igitur quispiā de Ioāne præsu-
 meret a Christi cōsortio spiritus mā-

dato separatur. Grauior hæc erat obedientia cilicio, grauior inedia, grauior omni asperitate, quã sustinet in deserto: grauißima pœnitentiã etiã pro Christo carere Christo. Hanc tamen à spiritu sancto cõsolationem acceperat, quòd ad se in desertum opportuno tempore traheret Christum, perspicuoque mōstraret signo, vt super quem videret spiritum descendentem & in eo manẽtem illum esse agnũ Dei Christum agnosceret. Nam Ioannes de facie non agnoscebat eum, quia licet in vtero matris ad illius præsentiam exultauerit, postmodum autẽ iam cum de facie nesciebat: quẽ ab infantia non viderat. Itaq; vt inter alios eum dignosceret, spiritus egebat indicio: hac spe longo tempore in solitudine detinetur, velut alter Simeon expectans quando Christũ spiritus proderet illi. Aderat ergo dies illa cum diuino placuit numini orbi manifestare seipsum, & grãdi multitudinis theatro concionante Ioanne. Ecce procul per desertum venit cunctis gentibus desideratus, præ filijs hominum speciosus, quãlis sponsus cum videndus obuiam procedit sponsa, inspectum procul spiritu monstrante Ioãnes agnoscit, exclamat hilaris, subitoq; gaudio perfusus indice protenso voce sonora. Ecce (inquit) agnus dei, ecce qui tollit pœccata mundi. Ecce vitã nostram, ecce quem quærimus redemptorem. Hic est de quo sæpius dicebam vobis, quia post me venit & ante me factus est. Hæc clamans domini vestigia tenet, humilisq; prostratur ad pedes, & lachrymis præ gaudio fufis summa eum veneratione salutat. Quid tũc dixerit, quid etiam fecerit, quia scriptura non lo-

mat. 3 d

Luc. 1. f

Luc. 2 d

Agge. 2 b

ps. 44

Matth. 25. 2.

Ioã. 1. d

quitur, ego dicere non præsumo. Quo tamẽ putatis soluitur gaudio? quo intus amore liquefcit ad Christi præsentiam tam longo videndi eum desiderio pressus? Stupet caterua simul supramodumq; miratur attonita ad ignoti pauperis pedes, tantum iacere prophetam: quis (inquiunt) hic est? Tanto quis dignus honore? Eiusq; solliciti nomen sciscitantur & genus, innata etiã vultus Christi grauitas & grata venustas fidẽ oraculo faciebat. Sed humilitatis magister tanto subleuatus honore supplicis sui non dedignatur baptis mate ablui: non quod baptis mate indigeat, sed vt ipse magis abluat aquas sacretque eas, & vim regenerandi tribuat ipsis. Tunc voce patris pater intonuit, columbina quoq; spiritus effigie insidet illi: quo signo discernere Christum idem spiritus promiserat ante. Sed signum suum præueniens spiritus interiori mentis radio Ioãni præmonstrauit: quẽ postmodum sensibili signo ostensus erat. Hoc testimoniũ Christo ad Iordanis ripas Ioannes exhibuit: quãtanti momenti fuerit ad fundandam fidem, res ipsa demonstrat: siquidem huiusmodi testimonio populus ille præuentus, dum sequentibus signis de Christo firmatur opinio, relicto Ioanne cateruarum glomerantur ad Christum. Miraculũ enim oraculo & oraculum miraculo fidem fecerat: tantaque populi concurrentis ad Christum frequentia fuit, vt sæpius neque cibum sumere sineretur. Discipulis autem Ioannis zelantibus pro magistro, quia eo relicto populus ad alterum festinaret, quasi proprio seipse testimonio defuscasset. Quid (inquit) pro me zelatis amici? Quid meam sic

mat. 3 d

Ioã. 3. d

Ibidẽ

Phi. 5. a

Matth. 3. a. &

Mar. 11

& Luc. 3. a. &

Ioã. 1. c.

Ioã. 3. g

sic gloriam æmulamini? O quã aliter à me sentitis, quãtum à meo sensu distatis. Qui de terra est de terra loquitur, qui de celo venit super omnes est: illum oportet crescere, me autem minui. Qui enim spõsam habet sponsus est, amicus de sponsi gloria gaudet: amicus sum nõ sponsus, paranympus ego sum: & quid nisi connubia quærõ? Nunc gaudiũ meum impletum est, nunc præ lætitia totus exulto, quia sponsa nouit sponsum, quia iungitur illi: hoc semper volui, hoc semper egi, hoc semper optari, hæc mea gloria, hæc corona mea, hæc mea magna lætitia sola: nunc me feliciter ortum æstimo, nunc non in cassum me viuere puro: quia destinatum opus perfecti, quia iniunctum mihi munus impleui, quòd optabam video, quòd quærebam consequutus sum, lætus nunc à vita discedo, liceat nunc domine liceat deserere vitam, vt præcursor tuus siam limbo, sicut extitit mundo. Sed neque solum in illo populo, sed toto terrarum orbe Ioãnis testimonium fidem firmat: nã vbi que per euangelium diuulgatũ est. Quis enim euangelistarum hoc prætermisit? Quis non statim in euangelicæ narrationis exordio de Ioãnis testimonio meminit inter alia enim de Christo testimonia: Hoc non modicum est: non quòd Christus ab homine, aut per hominẽ indiguit, commendari ego (inquit) ab homine claritatem non accipio, sed potius præsto: habeo testimonium maius Ioannẽ, lux clarificati non indiget, imò potius omnia in luce clarescant. Sed propter timbras (vt diximus) hic in lucis testimonium missus est. Maius autẽ ipse à luce testimonium accepit quã-

dedit. Quã nanq; maior Ioãni gloria quãtum quòd à Christo domino laudatus est? Nõ carptim & in trãscursu, sed à proposito & sermone protento. Quid (inquit) existis viderẽ in desertum arundinem vëto agitatam: hominem mollibus vestitũ? Nonne prophetam: imò dico vobis plusquam prophetam: hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum, qui præparabit viã ante faciem tuam. Angelus à Christo ex prophete vaticinio nuncupatus est. Quid amplius ad eius gloriã addi potuit? Sed adiecit adhuc cũ asseuerationis nota cõtestans. Amen dico vobis nõ surrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. O magnum virũ qui tantum & à tanto præconium promeruit laudatorẽ, cui Deo teste, nullus in orbe ab initio præferendus. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem d. maxima Ioannis magnitudo cõfenda, quòd à Deo sic laudare promeruit. Plus multo Ioannes accepit quãtum dedit, testimonij. pòdere virtus succumbit in lucis testimonij venit, sed magis ipse à luce clarificatus est. Similẽ quoque Petro apostolo quandoque contigit, qui domum dixisset domino, tu es Christus, statim audiuit, & ego dico tibi quia tu es Petrus. Testi suo vicem reddidit dominus non parem, sed incomparabiliter maiorem: nõ quia maius est esse Petrum quãtum esse Christũ, sed quia longe præstantius est à Christo quãtum à Petro commendari. Sed post tantum præconium de Ioanne quid sequatur attẽdit. Qui minor est illo. Quãta est illa gloria fratres

Matth. 11. a.

Malac. 3. a. &

Matth. 11. b. &

Mar. 11 a

& Luc. 7. d

Luc. 7 d

2. co. 10.

d

matth. 16. c.

Luc. 7 d

Ille erat lucerna ardens & lucens, Ioannis. 5.



Non est mihi consilium hodierna die laudare Ioannē, ille per se satis laudatus est, & ex nostra laude nihil illi accrescit gloria: post illum talem ac tantum Baptistæ prædicatorem quis audeat de Ioanne facere sermonem? Si Tullius vel Demosthenes in laudē Cæsaris panegyricum fecisset, post illos quis de eodem sermonem facere præsumeret? Ioannes laudatus non à Tullio, sed à domino redemptore: non breuiter & in transcurso, vt Petrus & Nathanael, vt Centurio & Cananæa, sed ex proposito ad hoc facto sermone quid existis videre in deserto? Ecce plusquam prophetam angelū, & super omnes homines præfert. Quid amplius potest dici de Ioanne? Etiam si totum cælum & tota terra simul voluissent laudare Ioannem, non esset citanta gloria. Quātō maius est laudari à Deo quā ab angelo, nō enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Sufficit Ioāni ad omnem gloriam quod tale habuit laudatorem: non itaque intēdo laudare Ioannem, sed proponere eum vobis ad imitationem: hoc enim vtilius est, quā laudare sanctos monstrare eorum vitam & virtutes, vt eos imitemur: vel si non saltem humiliemur & confundamur. Vnde dominus ad Ezechielem: fili hominis ostende domū Israel templum, vt confundatur ab omnibus iniquitatibus

quò tendimus: vbi omnium minimus, Ioanne omnium maximo sapientia, puritate, virtute, perfectione, maior est: status ad statum, decoris ad decorem, puritatis ad puritatem nulla est comparatio in vita præsentis. Quisquis maximus habetur ad illam felicitatem cōparatus, velut infātilis reputatur. Quis Paulo maior? Sed quid ait de seipso: Cū essem (inquit) paruulus loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruulus: vbi Paulus paruulus est, quis dicere audebit vir sū ego? Quæ hīc per fidem scrutamur: claro intuitu videbimus ibi. Quæ hīc addiscimus cum labore, ibi reuelata facie cōtemplabimur. Nō enim erūt volubiles cogitationes nostræ ex alio in aliud redeuntēs, sed vnicō intuitu omnia videbimus. Festinemus ergo fratres ingredi illam requiem vbi verē magnus est, quisquis etiam in ea minimus est. Non mihi curā est Deus meus quantus futurus sim apud te in regno tuo, sed hoc magis curo & exopto, vt de regno tuo sim. Quia si ad domum tuam pertineo qualiscūque fuero magnus ero. In manibus tuis sortes meæ sicut volueris ita fac. Vnam tantum petij à te, & hāc requiram, vt inhabitem in domo tua omnibus diebus vitæ meæ: vt videam voluntatem tuam & fruor suauissima præsentia claritatis & gloriæ tuæ: in qua cum patre, & spiritu sancto viuas & regnas Deus benedictus in secula. Amen.

DEO GRATIAS.

DE IOANNE BAPTISTA, Concio secunda.

1. co. 13. c.

1. co. 3. d.

heb. 4. c.

ps. 30.

ps. 26.

Matth.

26. c.

ioā. 1. g.

mat. 8. b.

matth.

15. b.

2. co. 16.

Eze. 43.

bus suis, metiantur fabricam & erubescant ex omnibus quæ gesserūt. Non hoc de templo materiali dictum est: nam quæ consequētia, aut consonantia est, vt videntes templū confundantur & metientes erubescant: non de templo illo Salomonis materiali, sed de templo spirituali loquitur. De quo apostolus. Templum Dei sanctū est quod estis vos: Præcipit itaque dominus Ezechieli & prædicatoribus proponere & ostendere populo Dei templa illā magnifica sanctorum, vt videant eorum vitam & conuersationem, ardorem & fidem, metiantur fabricæ longitudinem, altitudinem, latitudinem cordis eorum: mensuras illas gratiarum, donorum, virtutum, bonorum operum & meritorum eorum, & confundantur & erubescant à talibus parentibus degenerasse, quod tam longē sunt ab illis. O quantā confusio nostra est præcedentium sanctorum considerare sanctitatem: quales pontifices illi, quales sacerdotes, quales religiosi, quales Christiani, & quales nos quasi formicæ & quasi locustæ sumus illis comparati. Vnde sicut legitur, quando populus appropinquaret terræ promissionis, misit Moyses duodecim exploratores qui explorarent terram illam: qui reuertentes terruerunt populum dicentes, Vidimus monstra quædam filiorum Enach, de genere gigāteo, quibus cōparari quasi locustæ videbamur. Populus peregrinus in deserto, hic est populus Christianus exul à patria tendens per desertum seculi ad terram promissionis exploratores, prædicatores, qui per contemplationem debent ascendere in supernam illam gloriam, & inde magna

nuncia deferre populo. Hoc eorum officium, hæc vita, Apostolus ait, nra conuersatio in cælis est, qui ergo ascenderit & merita sanctorum quæ ibi morantur: vobis narrauerit: quid aliud potest dicere, nisi vidim⁹ monstra quædam bonitatis & sanctitatis gigantes potentissimos. opere & sermone: quibus cōparari nos qui aliquid esse videmur in populo quasi locustæ videbamur. Compara doctores, prædicatores nostri temporis ad Augustinum, Hieronymū, Ambrosiū, quid sunt nisi locustæ? Compara religiosos ad sanctum Benedictum, Franciscum, Bernardū, Dominicum, quid sunt nisi locustæ? Compara Christianū in populū ad illum populum, locustæ videbuntur. Vnde audita eorum magnitudine, meritō populus turbatur & confunditur. Quod si hoc facit consideratio vitæ sanctorum etiam minimorum qui sunt in cælo, quanto magis vita Ioannis Baptistæ, qui inter eos fuit quasi lucifer inter stellas, qui ex domini testimonio, omnes sanctos vita, & meritis & sanctitate præcellit? Ostendam ergo vobis hodie templum illud magnificū sacratissimū spiritus sancti quod fabricauit sibi in vtero matris suæ: ex vtero cepit habitare in eo, & nunquam per totam vitam recessit ab eo, nunquam peccato aliquo expulsus est ab eo: hunc ostendam, vos fratres metimini fabricam, & erubescite, & confundimini. Veniat superbi qui tam anxie quærunt honores seculi & fauores, qui inani hac gloria & vento delectantur: metiantur fabricam, videant templum, videant hominem solitarium in cremo inter bruta, inter feras, inter tigres & scorpiones commorantem, separatim

Phi. 3. d.

Luc. 24.

Luci. d.

2. co. 6. d.

Numic.

13. a.

tum ab omni hominis consortio: videant & confundantur fauorem hominum perquirere. Quā longē erat à perquirendo fauore & gloria hominum, qui neque eorum cōsortio dignabatur: veniant auari qui tam solliciti & cum tanto labore vanas seculi diuitias quærunt, videant templum, metiantur fabricam, videant hominem sine domo, sine lecto, sine foco, sine vinea, sine hæreditate, sine supellectili, sine seruitio, nudum ab omnibus quæ mundus iste habet, & cōfundantur ridiculas has diuitias sic anxie desiderantes: veniant quoque gulosi, qui tot dapi- bus saginant sua corpora escas vermium futura, videant templum, metiantur fabricam, videant hominē non comedentem, nec bibentem. Sic ait de illo Christus: nam locusta non est cibus humanus, vt ait Ber. quænam comestio comestio locustarum? & erubescant tam amplas habere mensas, tot ferculis refertas corpori cui locustæ sufficiunt. Veniant deliciofi, qui splendidis vestibus vtuntur, qui mollibus vestiuntur, qui totum ferè patrimonium in vestibus & ornatu suo & vxorū expendunt: videant templum, metiantur fabricam, videant hominē vestitum pallio cilicino asperrimo, ex pillis camelorum confecto, cuius gestatio tormentum maximum erat, hominem inquam tenerimū, nobilissimum filium pontificis continuē gestantem super se cruciatū, nam quocunq; se vertebat vestis illa corpus exasperabat: videant & confundantur sic molliter tractare corpora sua. Denique veniant carnales qui voluptates carnis & seculi delicias quærunt, videant templum, metiantur fabricam, videant

Matth.
11.c.

hominem antro moratē, terra nuda cubantem, frigoribus, niuibus, pluuijs, & tempestatibus & solis caloribus expositum: omni solatio conuersationis, omni oblectamento vitæ nudatum, die ac nocte in Dei laudibus laborantē. Videant & confundantur fæces has foetidas terrenæ voluptatis perquirere, & delicias porcorum tam perditē amare. Fili hominis ostende domui Israel templum, metiatur fabricam & cōfundantur ex omnibus quæ gesserunt. O hominem natum in gloriā, & in humiliationem, & confusione omnium hominum. Quæ bonitas, quæ sanctitas, quæ virtus, quæ puritas, quæ iustitia vitæ Ioannis cōparata non perdit fulgorem, & amittit nitorem: omnis sanctitas prophantitas, omnis puritas immundicia, omnis pœnitentia indulgētia, omnis religio dissolutio videbitur, si Ioannis perfectioni comparatur. Et sicut diei claritas sidera, sic Ioannis vita aliorum sanctorum merita obscurat. Vita eius non erat humana, sed angelica: erat quidem homolicut & nos, sed nihil videbatur hominis nisi effigiem & colorem habere: totum quod cogitabat, quod volebat, quod desiderabat, quod agebat, totū erat angelicū. Vnde meritō à domino saluatore, iuxta prophetiā de ipso factam, non homo, sed angelus nuncupatus est. Ecce ego mitto Malac.
3.^a
angelum meum, angelus vita, angelus conuersatione, angelus oratione, angelus contemplatione, angelus puritate: monstrum quodam, prodigium sanctitatis sic factus ex deliberatione Dei & consulto ad hominum humiliationem, ad ostendendam Dei potentiam: vt monstraret quid posset puro homini conferre.

Ad

Ad ostendendam hominis capacitatem: quid homo capiat, si ei à domino conferatur cui videtur collatum & infusum quicquid capax est genus humanum, citra dominum & matrem eius, qui cum deitate cōfortium habuerunt: nam ille Deus est, illa genuit Deū. Sed hæc omnis eius sanctitas necessaria ei fuit ad implendum locum suum, officium suū, & dignitatem suam. Dignitas enim eius talem sanctitatem exigebat: neque enim minus erat officium quā persona, quod officium attendite. Fuit homo missus à Deo. Quā excellentia, de quo alio dicitur homine nisi de filio Dei? hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: grande miraculum vt monstraret lucem mundo, & nō ne lux per se nota est, & omnia in luce clarescunt? Quis potest lucem manifestare? erat ne ille maior lux? Non (inquit enim) nō erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Si non erat ille lux, quomodo lucem prodebat mūdo? Erat (inquit) lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum, & ipsummet Ioannem. hanc lucem missus est Ioannes manifestare, quomodo hoc? Lux (inquit) in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, non erant capaces tanti luminis. Incensa est candelā ardens & lucens cui assuefient, vt possent inspicere veram lucem. Sic enim homines diutissimē occlusi in carcere obscuro solent ad lucem solis cæcutire, donec assuefiāt ad lucem candelæ: quomodo enim homines illius seculi tenebrofi, obscuri, idolatra, pleni vitijs & erroribus possent ad veritatis euangelicæ lucem aspicerē, nisi prius assue-

Ioā. 5. f.

fierent ad doctrinam Ioannis tolerabiliorem? Tota quippe Ioannis doctrina prædicatio & baptismus præparatio quædam fuit & præludium ad legem euangelicam; nec solum præparare hominem venit, sed & dare testimonium de lumine, & aperire mundo magnum illud & ineffabile incarnationis sacramentū, & digito demonstrare Messiam, vt omnes (inquit) crederent per illum missus est apostolus vniuersalis & doctor mundi: non ad dandam salutem, sed ad dandam scientiam, id est notitiam salutis plebi eius, & parare domino plebem perfectam. Christus venit ad operandam salutem, Ioannes ad dandam scientiam salutis, vt omnes credant per illum. O magnum officium & mūdo valde necessarium. Quid enim profuisset ipsa redemptio, si nō crederetur? quid prodest Iudæis, Paganis, Gentilibus passio Christi? Christus (inquam) missus est redimere, Ioannes dare notitiam & ostendere fidem redemptionis & redemptoris: post Christum Ioannes mundo vtilissimus & necessarius. Vnde propter hoc (vt inquit Augustinus) solius Ioannis natalis dies celebratur post Christi natale at nullius alterius sancti, non solum quia inter sanctos solus natus est sanctus & sine peccato, sed quia eius natiuitas plus mundo conducit quā omnium sanctorum natalitia. Venit ergo dare testimonium de lumine: sed quid facies à Ioannes? quomodo pandes mūdo admirabile illud sacramentum absconditum à seculo verbi incarnati: si rationibus, supra omnem rationē est, si exemplis, nullum est, neque erit simile super terram, si scripturis, non adeo aperte sunt, vt per eas possit

Luc. 1. f.

ibid. b.

possit constare. Quid ergo facies? supra captum hominum admirabile est sacramentum Deus homo. Quomodo implebis officium tuum? videns ergo quia non erat unde faceret fidem hominibus, fugit ad eremum, elegit vitam asperissimam, vitam altissimam, ut vitæ excellentia fidem faceret testimonio, ut quod persuadere hominibus non poterat ratione, persuaderet autoritate: cui dedit Deus inter hominem tantam autoritatem, quantam nullus hominum unquam habuit in mundo ex sola vitæ sanctimonia. Denique populus ille Iudæorum illum pro Messia voluit habere, facta super hoc ad eum solenni legatione & gloriatus fuisset de tanto Messia, si ille acquiescisset. Unde dominus post verba thématis ait, & vos ad horam voluistis exultare in lumine illius? sed quid ille ait? ò stulti, ò insipientes, me vultis pro Messia? O quantum distat inter me & vestrum Messiam: magnus vobis videor, medius vestrum stetit, quem vos nescitis, cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamenti. Ioannis ergo testimonium mundo nunciatum in sola vitæ illius sanctitate innitebatur, non in ratione, non in scriptura, non in aliquo miraculo. Ioannes enim nullum signum fecit: Petrus asseribat Christum si non credebatur, suscitabat mortuum: Paulus similiter prædicabat domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis: Ioannes nullum signum fecit, quia non in signo, sed in virtutis eius magnitudine testimonium eius consistebat: credendum ei erat, quia ipse dicebat, eius autoritas sufficiebat. Qualis ergo vita requiritur ad rei tam admirandæ & incredibili

lis faciendam fidem? quod Deus homo est, quæ omnem hominum superat intellectum, grandis autoritas requiritur: quia quod dicitur admirabile est & super omnem fidem, sicut ait dominus per prophetam. Ecce ego facio opus quod nullus cre-
 det, cum narrabitur, & ad grandem autoritatem habendam grandis vitæ sanctimonia habenda est. Videtis certe quod officium eius vita non erat inferius, sed bene implevit: unde propter hoc Ioannes nullum signum fecit quia non indiguit, vita sufficiebat. Totus ipse miraculum, non opus erat Ioanni aliquo pignore, aliqua ratione, aliqua probatione, sufficit ad omnem fidem quod Ioannes dixit. Sed unde obsecro tanta sublimitas in Ioanne? unde quia erat lucerna ardens & lucens, ex ardore charitatis, ex lumine cognitionis hæc duo ad tantam sanctitatis excellentiam illum subleuauerunt. Habebat mentem illuminatissimam & fulgidissimam, habebat oculos claros, & videbat aperte futuram æternitatem vitæ futuræ. Diuitias & sublimitatem videbat vitæ præsentis, breuitatem & vanitatem, & quod sub sole non est nisi vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Nihil videbat sub sole dignum amari aut desiderari, considerabat quia hospes & peregrinus erat in mundo cito transiturus: & ideo quasi non videns, neque aspiciens transibat per mundum: omnia seculi blandimenta ut stercora reputabat, neque dignabatur ea videre. O si videremus, ò si hæc aspiceremus, quomodo cõtere remus omnia. Neque solùm habebat lucem cognitionis, sed etiam habebat ardorem charitatis: totus flagrabat amore diuino, totus ardebat ut
 seraphim.

seraphim. Considerate fratres quantum erat ardor in pectore huius sancti, qui neque eum vel ad momentum alicui rei intendere sinebat, neque loqui, neque legere, neque comedere: nullum ei officium, nulla occupatio in deserto, vel pere, mane, nocte meridie, indefinenter laudabat dominum, gratias agebat, contemplabatur, ardebat: & dum magis contemplatur, magis ardet, totus fixus oculis in solùm, totus absorptus in Deum semper intendit, nunquam fastidit, non lassatur, non quiescit, & cum semper hoc facit, semper incipit, semper fitit, semper esurit. O ardorem seraphicum, ò vitam cælestem, qualis est illa beatorum, non vno, aut duobus annis, sed 23. annis in hac continua contemplatione & ardore mentis perseverauit, donec necessitas charitatis & implendi officium ad quod venerat, eum de eremo eduxit ad Iordanem, & mundo manifestauit. Videbat enim se tam Deo obligatum, quod totum illud tempus, & quicquid agebat, ei modicum videbatur, & quasi pro nihilo reputabat. O si vnam scintillam huius ignis haberemus. Unde nobis fratres tanta miseria? tanta tepiditas? utique ex cæcitate & frigiditate. Non est iam ardor charitatis in mundo, ille ignis qui super apostolos de cælo descendit iam extinctus est, in cordibus hominum totus refrixit, congelata sunt corda, non reperies, neque in sacerdotibus, neque in religiosis tantillum ardoris: spiritus ignis ille versus est in aquam crassam concupiscentiæ & cupiditatis, sicut in libro Machabeorum legitur, apostoli transmigrantes in cælum, ignem in ecclesia reliquerunt, & reuertentes aquam crassam inuenient. Non est qui accedat

hunc ignem, et si in aliquo est scintilla spiritus, non est qui eam sufflet, ut crescat. In lege veteri præceptum est sacerdotibus ut ignem sanctum foueant in altari perpetuum lignis de sylua, in figura hoc dictum est, officium nostrum est fouere documentis, exemplis, ignem istum in cordibus fidelium, excitare calorem. Grandis sylua relinquitur nobis à Christo, sylua creaturarum, sylua scripturarum, sylua exemplorum sanctorum, sylua beneficiorum inexhaustibilis, ex quibus scinderemus ligna ad istum focum. Hic est enim ille ignis de quo dominus ait, ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat? hoc volo, hoc iubeo, hoc commendo vobis sacerdotibus, ut semper ardeat hic ignis in altari meo, corde scilicet fidelium. Sed ò quanta desidia, quanta negligentia: quomodo obsecro accendet ignem in altero, qui in seipso friget? quomodo exhibunt de pectore frigidum verba flammantia? quomodo inflammabit qui non ardet? Ioannes erat candela ardens & lucens, lucebat alijs quia ardebat. Bernardus ait lucens & ardens, sed ardens & lucens, non ardet ex luce, sed lux ab ardore. Qui vult proximo lucere prius ardeat in seipso necesse est: sunt tamen qui lucere cupiunt potius quam ardere, sed non facient, non est vera lux quæ non nascitur ex ardore. Triplicia enim sunt genera hominum, quidam lucent & non ardent, quidam ardent, sed non lucent, quidam lucent & ardent: primi sunt hypocritæ qui solam exteriorum gloriam querunt, lucere volunt coram hominibus scientia, non ardore spiritus coram Deo: similes sepulchris dealbatis quæ exterius apparent, & intus

Ioã. i. c.

Io. 10. g

Mar. vi
timo. d

hab. 1. b

Io. 10. g

Ecclesi. i.

heb. 11. d

Phi. 3. b

Act. 2. a

2. Mac.
1. c.

Leui. 6.

Lu. 12. f

Ioã. 5. f

Matth.

23. c.

DE IOANNE BAPTISTA

intus plena sunt ossibus mortuorū. Hi aperte demonstrant quod filij sunt Luciferi, qui ideo Lucifer dictus est, quia lucere elegit potius quā ardere. Alij ardent & non lucent, hi sunt iusti, deuoti, simplices, quorū non est memoria in mundo neque notitia: vt sunt quaedam pauperulae mulieres, & alij in angulis ecclesiae, sancta quippe simplicitas, sibi soli prodest. Alij sunt qui ardent & lucent, vt sancti, perfecti exemplares vel doctores, qui suo exemplo & doctrina ecclesiam totam illustrant: vt Franciscus, Benedictus, Augustinus, Hieronymus: de quibus dominus. Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur, siue exemplo doceat, siue verbo. Vnde Ezechiel in visione sanctorum animalium dicebat: & similitudo illorum & aspectus eorum, sicut ignis carbonum ardentium, & sicut aspectus lampadarum: quia istos sanctos viros si intus aspicias, carbones igniti sunt, si foris lampades clarę totam ecclesiam illuminantes. Ioannes erat lucerna ardens & lucens in vtroque super omnes sanctos. Bernardus de illo ardebat, amore & zelo lucebat, verbo & exemplo. Hęc si placet latius exponamus. Quomodo Ioannes amore Dei arserit diximus: dicam quomodo arserit charitati proximi. Audistis fratres Ioannis poenitentiam, rigorem, austeritatem, quare obsecro tanta austeritas in Ioanne? quę peccata fecerat, sanctificatus in vtero, in eremo viuens, vt talem ageret poenitentiam? Profecto nec propter peccata mundi hanc agebat poenitentiam, nam ait: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: nouerat quippe peccata mundi morte domini, non sua poenitentia

Mat. 5. c

Eze. 1. d

Ioā. 5. f.

Ioā. 1. d.

expianda. Quę causa ergo tantę poenitentię? vtique sola mundi charitas, solus amor proximorum: nouerat enim illud magnum sacramentum quod erat absconditum inter homines Deus homo, nouerat quod omnis salus & vita mundi consistebat in illo cognoscendo, nouerat se ad hoc natum & missum, vt ipsum manifestaret mundo: nouerat quā difficile erat hoc credere, & quod illud rationibus non poterat persuadere, & ideo elegit vitā illam asperissimam, vt sic persuaderet sua auctoritate & crederent ei, & mundus notitiā salutis acciperet. Hic amor mundi hic faciebat illum omnia tolerare libenter pro hominum salute: neque solum hoc (sed quod erat omnium difficillimum) cum sciret Christum inter homines habitare, priuauit se consortio Christi & familiaritate, & mansit in deserto, quod fuit illi magnum martyrium acerbius omni illo rigore poenitentię. O quomodo studebat videre Christum, alloqui, gaudere, & frui eius presentia & colloquio, quem Deum sciebat esse in carne: & tamē pro hominum vtilitate abstinere, optans cum Apostolo anathema esse a Christo pro fratribus suis, abstinere autem propter hoc, ne eius testimonium quassaretur, ne putarent homines quod amicitia & familiaritate Christi de ipso reddebat testimonium, non veritate. O quantus amor! Secundō ardebat zelo, erat enim alter Helias: sicut dominus de ipso dixit. Et angelus veniet in virtute, & spiritu Helie. Et ira quod dictum est de Helia, potest de illo dici. Surrexit Ioannes quasi ignis, & sermo eius sicut facula ardebat: verba enim eius scintillę quędam & fulmina

Ioā. 17. a

Ro. 9. i. a

Luc. 11. b

& Mat. 11. b

Ecclesi. 48. a

fulmina

CONCIO SECVNDA.

fulmina & fulgura, omnem duritiā cordium molliencia. Quę nanque corda duriora, quā pharisęorum & sacerdotum & illius regis sacrilegi Herodis? & tamē hęc penetrabat ardore suę doctrinę. Et tanta erat eius sanctitas & excellentia, quę etiam istos conuincebat, & trahebat ad se. Vnde de Herode ait euangelista, quę ipsum libenter audiebat, et auditō illo multa faciebat. Sed iam audiamus verba eius, quomodo eos tractabat: vidit venientes ad se pharisęos, & ait. Genimina viperarum, quis docuit vos fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentia, & ne ceperitis dicere, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę. Iam enim securis ad radicem arboris posita est, omne lignum nō faciens fructum, scindetur, & ignem mittetur, cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & triticum cōgregabit in horreum suū, paleas autem comburet igne inextinguibili. Bernardus. De quanto mentis feruore procedere putas scintillas istas, imō carbones desolatorios? Sed & regem illum atrocem quomodo alloquitur, non licet tibi habere vxorem fratris tui. Bone Deus, quanta auctoritate, quasi iudex de tribunali seruum alloquitur, non curabat sceptrum, neque coronam, neque purpuram, neque multitudinem seruientium: quasi seruum alloquitur, quia seruum agnouerat vitiorum & peccatorum: non blanditur, non palpatur, non per ambages admonet, domine, potentissime rex prouide conscientię tuę,

Mar. 6. c

Matth. 3. b. c

ps. 119

Mar. 6. c

sed publicum vitium publice redarguit, non licet tibi habere vxorem fratris tui. O feruentissimum iustitię zelatorem, o predicatorem veritatis insignem, o si hodie tales haberemus predicatores, qui sic vitia redarguerent, sic zelarent humanam salutem. Heu heu, facti sumus sicut canes non valentes latrare: timeo ne sanguis animarum vestrarum de manibus nostris in die iudicij requiratur, speculatores positi sumus in domo domini, in castris Dei nostri, & videmus gladium venientem, imō inimicos iam intra castra omnia vastantes, & non solum non excitamus dormientes, vt euigilent, sed & sub cubitis ponimus puluilos, iuxta prophetiam Ezechielis, vt securius & profundius dormiatis: & vos sic dormientes in infernum precipitemini pro peccatis vestris, & nos quia non admonuimus, etiam post in tartara detrudamur. Omittō nunc mille alia vitia publica: certē quis toleret bestialem illam & diabolicam consuetudinem Hispanię nostrę de tauris exagitandis? Quid bestialius quā stimulare brutum, vt homines laniet? O dirum spectaculum, o ludum crudelissimū. Vides fratrem Christianum subitō a bestia laniari, & non solum vira corporis, sed & vitā animę priuari (nam communiter in peccato moriuntur) & delectaris & voluptatē capis? Quāto studio laborauerunt sancti doctores antiqui, Chrysol. August. Ambros. Hierony: vt hęc spectacula atrocita & obscena & gētilica ab ecclesia remouerēt: factū est hoc, explosa sunt ē tota ecclesia, sola Hispania ritum hunc gētilicum

esā. 56. d

Eze. 3. e

Eze. 33. b

Eze. 13. c

Tauri: na speculaculo illicita.

M m obser

obseruauit in dispedium animarū,
& non est qui redarguat & prohi-
beat. Ego autē et si scio q̄ nō prode-
rit faciā quod de beo, vt animā meā
liberem: nō tacebo in animā meā
& uestrarum periculū. Itaq; denun-
cio vobis in nomine dñi nostri Iesu
Christi, q̄ omnes qui hoc agitis, vel
cōsentitis, vel nō prohibetis cū pos-
sitis, nō solū mortaliter peccatis, sed
estis homicidæ & rationē reddetis
coram deo in die iudicij de hoc, & à
vobis exigeretur sanguis omniū, qui
ab illa bestia, siue in arena, siue in
itinere trucidatur: nec solū vos, sed
& spectatores nō sunt omnino tuti
à mortali, quantis eos nō audeam
condemnare: tamen mihi facit de
hoc magnam persuasionem decre-
tum illud August. in. c. vident ho-
mines. 86, distin. vbi sic ait. Vident
homines venatores & delectantur:
v̄ miseris si non se correxerint: vi-
debunt enim saluatorem, & trista-
buntur. Hæc verba non videntur
veniale peccatū, sed mortale redar-
guere, vt liquet. O sancte Baptista,
his profanis ludis tuam se putant
celebrare festiuitatem, & non cele-
brant, sed profanāt. Nam quale est
sanctum virum in eremo comoran-
tē, cilicio camelorum vestitum, nō
comedentem, nec bibentem, talibus
ludis, & choreis, & cibis, & potibus
honorare: Scriptum est, q̄ multi in
natiuitate eius gaudebūt (ait Ber.)
sed isti gaudent, non de natiuitate,
sed de vanitate. Quanto melius ce-
lebrat qui retrusus in ecclesia, vitā
illius ruminat, & gratias Deo agit
pro tāto beneficio: quia missus est à
Deo qui nobis dominicæ incarna-
tionis sacramentum notum face-
ret & aperiret. Nā bone Deus quid
esset si veniēs in mundū trāfisses, &

redijsses incognitus? quid profuis-
set nasci si nō contigisset agnosci?

DE IOANNE BAPTI- STA, Concio tertia.

THEMA.

¶ Secundum nomen tuum sic &
laus tua in fines terræ. ps. 47.



Vlgare & consuetū
est apud scriptores
tā seculares quā ec-
clesiasticos, cū ali-
quē laudāt, a nomi-
nis interpretatione
& etymologia in-
choare præconium. Et in hoc argu-
mento inter ceteros maximē Hie-
ronymus cōmēdatur: sed vnde hæc
consuetudo ortum habeat, nescio.
Nam cōmendare quem piā de pro-
prijs actibus & virtutibus vera laus
est: laudare a parentibus & proge-
nitoribus & genere nonnulla laus
est, laudare a patria & natione, li-
cet remotior, tamen laus est: lauda-
re autem a nomine adeo imperti-
nens videtur, vt omnino nō sit laus,
aut ridicula videatur. Non enim vi-
deo quod habeat fundamentum, cū
nomina cuiq; pro libito imponant:
Exigua ergo laus, tenuis locus, &
debile argumētum sumptum a no-
mine, cū malos & bonos eodē nomi-
ne nuncupari frequentissimē vi-
deamus. Videtur autem hæc com-
munis hominū opinio innuere ali-
quid mysterij laterē in nomine, &
nō nisi quadā diuina prouidentia no-
mina hominibus imponi, & in ipso
hominis vocabulo futuræ vitæ pro-
gnosticum

gnosticum quoddā & præfagiū cō-
tineri, Deo secretē & occultē sic or-
dināte, vt sit hominis veluti quædā
tacita prophetia ipsa vocatio: quod
etiā frequenter videmus accidere.
Vnde in Genesi cū Esau de fratris
sui fraude conquereret, rectē inquit
Gn. 27. vocatū est nomē eius Iacob, en sup-
plantauit me altera vice. Et nunc
quoque sepius cōtingit, eos, qui
relicta pietate Christiana filios suos
nominibus gentilium nuncupant,
tales inuenire filios, quales fuerunt
illi quos emulatur, id est impios &
prophanos. Neq; putandū est anti-
quos illos patres in imponēdis filio-
rū nominibus sic sollicitari, nisi ad
hominem aliquid ipsa nuncupatio
pertineret. Sed quicquid sit de no-
minibus, quæ passim paruulis impo-
nūtur (nā videtur quodammodo ad
superstitionē & auguriū declinare
vitā auspiciari, ex nomine) certē ap-
pellationes quæ nō humano bene-
placito, sed diuino nutu & reuela-
tione hominib; imponūtur, magnā
cū re ipsa habere sympathiam & cō-
uenientiā non est ambigendū. Sunt
enim huiusmodi nomina propriissi-
ma & maximē cōsona hominibus,
quibus imponūtur: vsq; adeo, vt ho-
minē liceat cōiectari ex nomine. Si
Gn. 2. d. enim Adā ante peccatū cunctis re-
bus sensibilibus nomē imposuit, &
nomen quod ille imposuit, hoc est
propriū & verum nomē illorum, si-
cut ait scriptura, in tātum vt nō mo-
dica sciētia sit rerum nomina nosse,
sicut editis libris doctores de ety-
mologia demonstrarūt: quātō magis
diuina sapiētia quæ omnium rerū
principia & fines nouit, & omnium
hominū exitus & successus nō igno-
rat: sicut propheta ait, semitā meā
& funiculū meum inuestigasti, &

omnes vias meas præuidisti, pprio
& natio vocabulo quē voluerit nū-
cupauit. Sic in Abraā patriarcha, & Gn. 17.
in vxore Sara, & nepote eius Israel, a . & . c.
& in Petro apostolo: & generaliter Gn. 32.
in omnibus, quibus Deus nomina, Ioā. 1. f.
vel indidit, vel mutauit, euenisse co- Marc. 3
gnoscim;. Quod si re perferutari di-
ligētius libet à principio. creaturæ
vsq; nūc, nulli hominū tā solēniter
& tā celebriter nomē impositū est,
sicut Ioanni Baptiste: hoc enim no-
mē, nō à patre, nō à matre accepit,
sed à Deo impositum est, ab angelo
promulgatū, de cælo allatū, à patre
auditum, à matre prophetatum est.
Vnde angel; ad Zachariā, vxor tua
pariet tibi filium, & vocabis nomē
eius Ioannē. Aq; si dicat: nō tibi licet
iure patris prohibito nominare filiū
nasciturum, sed à quo accepisti filiū
ab illo nomē eius accepito. Nato er-
go filio itur ad matrē, & multi qui-
dē censebāt, eum nomine paterno
nuncupādum, quib; mater: nequa-
quā (inquit) sed vocabit; Ioānes. Vn-
de nosti mulier sancta, quis tibi dixit;
Luc. 1. f. quis tibi reuelauit? Nā angelum nō
vidisti, à cōiuge muto non audisti,
sed à spiritu factō didicit quod non
didicerat à marito. Et quia nouum
hoc & insolitum videbatur, itur ad
ibidem patrē, qui postulans pugillare scri-
psit dicēs, Ioānes est nomē eius: non
ait vocetur Ioānes, sed Ioānes est no-
mē eius, id est hoc eius proprium &
peculiare vocabulum est: nō ei nos
nomē imponimus, quia iam à Deo
accepit, habet vocabulum suum
quod agnouimus, non quod elegi-
mus. Bone Deus, quanta maiestas,
quāta authoritas in nominādo par-
uulo. Qui ergo tā celebriter, tot mi-
raculis & ceremonijs à Deo Ioānes
est nominatus, quis de cætero dubi-

tet illum Ioannem & maxime Ioannem, et si fas est dicere Ioannisimum esse, quem Ioannem Dei sapientia nuncupavit. Vnde ei merito verba thematis adaptamus, secundum nomen tuum sic & laus tua in fines terrarum, eo quod nemini dubitandum sit, omnem eius vitam, ingenium, fortunam, virtutes, mores, vnicuique hoc vocabulo sibi à Deo imposito comprehendendi. Ioannes autem (sicut diuus Hieronymus ait) domini gratia, vel in quo est gratia interpretatur. Nihil ergo aliud est esse Ioannem, nisi esse Deo gratum, vel acceptum, vel gratiosum, id est multiplici gratia decoratum. Illustris profecto titulus & celebre cognomen, nulla quippe maior dignitas creaturæ, quam suo placere creatori. Hoc ergo nobis restat differendum, ut ex eius vita & moribus probemus, hunc infantem vere fuisse Ioannem, id est deo gratissimum, & multipliciter insignitum quod ex sequentibus apparebit. Omnium donorum & gratiarum, quæ homini præstantur, aut præstari possunt, electio illa siue prædestinatio ab æterno, qua fit Deo gratus & acceptus, & ad vitam æternam destinatur, sicut prima ita & maxima est. Est quidem prima, quia ab æterno: est pura, quia non ex meritis: est maxima, quia immutabilis & certa, & omnium aliarum causa. Varia namque sunt genera gratiarum, quædam vocantur gratis datæ: de quibus apostolus ad Corinthios, diuisiones gratiarum sunt idem autem spiritus. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo sciëntiæ secundum eundem spiritum, alij fides eodem spiritu, alij gratia sanitarum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spiri-

1. cor. 12. a

tuum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, &c. Et hæc licet dona & maxima dona dei sunt, tamen infimum locum inter gratias tenent, pro eo quod ad ecclesiæ vtilitatem, amicis & inimicis, iustis & peccatoribus, pro Dei beneplacito sunt distributæ. Multi enim in iudicio dicent, nonne in nomine tuo prophetauimus? & dæmonia eiecimus? & miracula fecimus? Quibus dicit. Amē dico vobis nescio vos. His omnibus multo pretiosior, & melior gratia gratum faciens, quæ nos Deo amicos facit, & vita æterna dignos. Sed hæc facile amittitur & expellitur à corde superueniente iniquitate: sed gratia electionis, optima omnium & maxima, pro eo quod inuariabilis & immutabilis perseuerat, necesse est enim Dei decretum adimpleri: sicut ipse per prophetam ait, Vivo ego dicit dominus, quia consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: hæc quoque prima origo & fons est omnium aliarum: sicut ait apostolus ad Romanos, Quos prædestinauit hos vocauit, & quos vocauit, hos iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Catena hæc indissolubilis est, & quæ totus infernus non possit infringere, ex electione vocatio, iustificatio, magnificatio, glorificatio, & quicquid bonum, siue in presenti, siue in futura vita electis confertur, ex prima illa origine gratuita emanauit. Non enim propterea Deus elegit nos, quia merita nostra futura præuidit, sed e conuerso ideo ad cumulum meritorum peruenimus, quia ab ipso electi fuimus: ut non ex nobis, sed ex ipso sit nostræ salutis origo. Qui secundum propositum voluntatis sue, pure gratis (quia sic voluit, & sic fuit placitum

Matth.

7. c.

Esa. 46.

c.

Ro. 8. f.

Eph. 1. b.

placitum coram eo) sine operum, aut meritorum respectu elegit nos ante mundi constitutionem: ut esset mus sancti & immaculati coram eo. Non in laudem nostram, sed in laudem & gloriam gratiæ & donationis suæ: ut eius gratia & donatio gratuita in terra & in celo glorificetur, laudetur, & exaltetur. Ut qui gloriatur non in se, aut in merito suo tantum, sed in domino gloriatur. Ut essemus, inquit, sancti: non quia futuri eramus sancti elegit nos: sicut ait Augustinus. ut non sanctitas præuisa electionis, sed est contra electionem sanctitatis causa fit: ut non in merito nostræ naturæ, sed in gratia Dei sit totius nostræ gloriæ fundamentum. Hæc autem gratia electionis licet omnibus electis communis sit, non tamē omnibus est equalis. Quia non omnes ad paræ dignitatis & gloriæ gradum eliguntur, sed secundum Dei beneplacitum. Varium in domo eius statum & officium sortiuntur, ultra & citra quæ à Deo præfixum & præfinitum terminum, progredi aut regredi nemo potest: sicut propheta ait, Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quæ posuit, id est vsque ad locum à Deo sibi præfixum, & destinatum: quem sicut neque transgreditur, ita neque ab eo deficit quispiam. Quia quos Deus ad sublimiorem & celsiorem gloriæ statum præordinauit, amplioribus etiam donis & gratijs adiuvat, ut possint peruenire quod tendunt. Nam secundum statutum sine cætera media disponuntur: non enim deficit Deus in necessarijs, neque abundat in superfluis. Ad quantum vero celsitudinis & dignitatis fastigium, Ioannes à deo fuerit destinatus, & quantum in ecclesia officij & præeminentiæ gradum obti-

Ibidem.

ps. 83.

nuerit, aquila illa sublimis quæ de sacro dominici pectoris fonte euangelij fluente potauit, satis in exordio euangelij sui demonstrat, quæ postquam volatum celeri ineffabilis deitatis fastigia præuolauit, ad humana descendens in Ioanne Baptista, veluti in sublimiore culmine, primo pedes statuit, dicens. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. O inestimabile dignitate! Purus homo est, & missus à Deo dicitur. Et non (ut alij iam prouectæ ætatis) sed ad hoc creatus, ad hoc natus, ut testimonium perhiberet de lumine, id est ut magnam illud, & absconditum diuinæ incarnationis mysterium hominibus demonstraret. Non in Græcia, vel Iudæa, vel Italia, vel Hispania, sed toto mundo, totius orbis magister & apostolus vniuersalis, à Deo non solum factus, sed & natus est in mundo, ut sicut lucerna splendens illuminaret mundum, & sicut lucifer fulgidus ortu suo aduentantis solis gloriam nunciaret. Sic de illo dominus in euangelio. Ille, inquit, erat lucerna ardens & lucens. Non enim poterant tenebræ mentes irradiatis solis fulgorem sustinere, nisi prius fuscata oculorum aciem lux media temperaret. Cogita nunc si potes huius hominis dignitatem. Filius Dei mittitur ad salutem, Ioannes ad fidem, filius Dei ut operetur salutem in medio terræ, Ioannes ut illa salus à tota terra credatur: filius Dei ad mundi vitam, Ioannes ad mundi sapientiam: filius Dei ut viuificet, Ioannes ut illuminet, ut omnes, inquit, crederet per illum. Fides utique omnibus necessaria est ad salutem,

Eze. 17.

a

Ioan. 13. b

& 21. f

Ioan. 1. a.

Ioan. 1. f.

ps. 73.

heb. 11. a

sine qua impossibile est placere Deo. Vide quid mundo importet Ioannis natiuitas: attende quatum conferat seculo ministerium eius, qui ad fidem mundi natus est, sine qua non est salus. Vnde merito ex omnibus sanctis, sola eius natiuitas recolitur. Pro eo absque dubio quia alij fiunt, sed non nascuntur sancti: Ioannes sanctus natus est, & quia prae ceteris omnibus ad totius mundi communem vtilitatem natus est. Vnde merito ab omnibus illa natiuitas celebratur quae ad omnium generale eomodum ordinatur. qui ergo ad tantum dignitatis culmen praeceteris electus est, quomodo debuit a Deo decorari & honestari, ut officio persona conueniret: Vsq; ad trigessimam aetatis suae annum vixit ab hominibus sequestratus, soli Deo notus, brutis & angelis associatus, vitam celestem in terris degens, in carne, ut extra carnem viues homo angelicus, vel angelus humanatus. Quo tempore quales habuerit a Deo consolationes, quae solatia, quae gaudia, quos seruitores, quas ecclastes, quos excessus, quia remotus ab hominibus vixit, penitus ignoramus. Trigesimo anno aetatis suae factus vir pro suo sollicitus officio, spiritu duce, ad ripas Iordanis baptizans, & regnum caelorum annuncians publicauit se mundo: viderunt eum homines & obstupuerunt. Curritur vndiq; ab omnibus Iudaeae populis & ciuitatibus ad ripas Iordanis videre mundi spectaculum, & audire. Erat enim homo grauis, seuerus, constans, mansuetus, pius, prudens, quietus, ingeniosus, sapientissimus, eloquentissimus, reuerendissimus, aspectu pulcher, conuersatione gratus, moribus suavis, acer ingenio, potens

eloquio: tantae grauitatis & auctoritatis, ut vel solo aspectu cunctos mortales ad sui obseruantiam & reuerentiam, non modo inuideret, sed etiam cogeret sola eius visio. Acris erat iniquorum omnium reprehensor. Lingua eius gladius acutus, sermo eius ignis accensus, verba eius sagittae acutae, & carbones bastotores: ut de illo dici possit quod de Helia, in cuius spiritu venit olim. Dictum est quia surrexit Ioannes ut ignis, & sermo eius ut facula ardebat: erat enim (ut saluator ait) lucerna ardens & lucens, vnde potentiam & efficaciam sermonis illius, satis liquido ostendunt, pauca quaedam verba eius quae referentibus euangelistis accepimus ad eum viva & flammantia, ut quauis dura & emortua corda valeant suscitare, poenitentiam (inquit) agite, appropinquauit enim regnum caelorum. Iam securis ad radicem arboris posita est: omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, cuius veritabilis in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Denique tanta erat vis & potentia sermonis illius, quae Herodes, qui erat omnium hominum iniquissimus & truculentissimus, cum libenter audiebat & eo audito, multa faciebat: ut etiam pharisei illi hypoeritae, inuidi, superbi, elati, qui se cunctis hominibus sanctiores & meliores putabant, acrimonia sermonis eius conuerti, & eloquij fortitudine superati, succubarent: & confessi se peccatores ab eo baptismum poenitentiae flagitarunt. Super quo & ipse Ioannes quasi admirans rei nouitatem, cum videret eos mactos, timidos, & humiliatos ad

ad suscipiendum ab eo ablutionem poenitentiae conuenire coram omni populo, exclamans ait. Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Si ergo verum, si pure, si sancte, & non ficte venitis, agite fructus dignos poenitentiae: & nolite dicere, patrem habemus Abraam. Potens enim est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraae, dignos poenitentiae, ut scilicet poenitentia flagitijs respondeat: & talis sit poenitentiae fructus, qualis est iniquitatis reatus. O praedicatorum egregium, o verum & fidelem concionatorem. Non palpabatur vitia, non dissimulabat peccata, non tolerabat flagitia, non assentabatur potentibus, sed regem veluti incipium mira quadam autoritate obiurgabat, dicens, Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Non ait videat serenitas vestra, attendat maiestas vestra quia non videtur iustum, non videtur rectum quod facitis, sed quasi seruum, quia verum peccati seruus erat, cum potestate alloquitur. Non licet tibi, &c. Phariseis quoque ad se venientibus non blanditur, non ait placet quod agitis, iuuat, quod venitis. Sed quid ait? Genimina viperarum, &c. O si hoc nostrum miserum & deplorandum seculum, vel vnum tale haberet concionatorem! Quo simili fiducia & libertate, potentum & pontificum vitia: non iniquo animo (ut Lutherus) sed sincere & pure, ex compassione, ex zelo, ex charitate, corde vero, & puro corripere & argueret. Vt nobis, quia facti sumus hodie in dominico grege, velut canes muti, non valentes latrare: atque ideo flagitia, scelera & peccata in ecclesia Christi inundaue- runt. Talis erat sermo Ioannis, viuus,

efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad interiora mentis, conuertens animas, concutiens corda, latificans iustos, humilians autem peccatores vsq; ad terram, & non mirum, quoniam tale habuerat magistrum, & talem per triginta annos sequutus fuerat scholam: diebus ac noctibus contemplationi & meditationi incumbens, non in exteriori aliquo libro legens: sed sine intermissione audiens quid loqueretur in seipso dominus Deus: & continue cum propheta erigens cordis sui aurem, ut audiat Deum quasi magistrum. Factus, sicut scriptum est, docibilis Dei. O si huiusmodi nunc sequeremur scholam qui populum instruimus! o si solite curaremus audire in aure quod praedicatoris super recta! ut dies diei erudiret verbum, & non nox, id est litera mortua, nocti, id est animo terrenis curis obscurato indicaret solam scientiam: quae potius inflat quam edificat. Non in populi frequentia, sed in secreto eremi habitates, & inde ad publicum, quasi scintillae in arundinetis prodeuntes. Quanto efficacior & potentior esset doctrina, quanto plenior & copiosior esset fructus in populo. Si enim essent exultationes dei in gutture nostro, in contemplationis ocio, essent quaeque utique gladij ancipites in manibus nostris, in publico suggestu ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ad faciendum in eis iudicium conscriptum: & non sermo lentus ex pectore frigido, sine fructu aliquo lassaretur. Omnis nanque doctrina diuinitus inspirata, utilis est docendum, ad arguendum,

arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Sed ad Ioannem reuertamur: quem (sicut diximus) & vita caelestis, & doctrina potens, & aspectus venerabilis, & rigida vestis, & inusitatus cibus, & oratio frequens, & terrenorum omnium contemptus, ad eum celebrem & mirabilem fecit in populo: ut non modo ipsum esse Christum in lege & prophetis promissum suspicarentur, sed etiam hoc vehementer omnes cuperent & optarent in tanti hominis bonitate & sanctimonia, gloriantes honorabilem satis, & plurimum venerabilem toti orbi synagogam existimantes: si huiusmodi eam contingeret habere Messiam.

Ioā. 1. c. vnde in isto concilio, missisque legatis inquirunt ab eo. Tu quis es? nunquid Christus? nunquid Helias? nunquid propheta? quid dicis de teipso? Dic quodlibet, nullum a te de te petimus testimonium, quicquid dixeris credimus tibi: tua vita, tibi sufficit ad testimonium. O quomodo exultarent, o quantum laetarentur, si respondisset. Ego sum vester Christus, quam libenter eum totus ille populus suscipere: quam superbe de tanto Messia gloriaretur.

Ioā. 5. f. Voluerunt quippe in lumine eius & in decore eius venustari (sicut dñs

ait) sed confessus est, & non negavit, quia non sum ego Chrs, veritatem non negavit, veritatis amicus, alienum non surripuit honorem, ut proprium conseruaret. Non erat arundo vento agitata, quem enim tantus honor libenter oblatus non agitare, nisi eum spiritus sancti gratia solidasset.

Matth. 12. 2. Sed quid responderit audiamus. Me-

Ioā. 1. d. dius, inquit, vestrum stetit que vos

nescitis, venit post me fortior me: cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Ego baptizo vos aqua, ille vos baptizabit spiritu & igne. Ac si diceret: quid miseri & ceci meo vultis splendore illustrari, quia homo sum terrenus similis vobis: O quanto sublimior & potentior est vester Messias, qui in medio vestrum latet: o si eius celsitudinem & magnitudinem nosceretis! magnus vobis videor, certe ipsum quasi vernaculus ex calciare dignus non sum: nam qui de terra est, de terra loquitur: qui de caelo venit, super omnes est. Mirabantur illi, & inter se musitabant, quis nam esset ille tam magnus & tam excelsus cui Ioannes a calcis seruire indignum se fateretur? Donec quadam die ipso ad Iordanem coram populo praedicante dominus Iesus solus (ut creditur) per desertum, pauper & humilis ad ipsum veniebat: quem intuens Ioannes ad se venientem, spiritu sancto recognouit, & cum ingenti gaudio exultans, extenso digito proclamavit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ad pedes eius prostratus profusus praegaudio lacrymis adoravit. O qua siti, quo desiderio a sua infantia cupiebat videre eum: sed detinebatur a Deo in eremo, usque ad tempus destinatum, ne amicitia & familiaritate potius quam veritate de ipso testificari videretur. Vadunt simul ad Iordanem, & baptizato domino, caeli aperti sunt super eum, & vox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus. Columba quoque super ipsum descendere visa est: ut non ab hominibus, sed a Deo Ioannis testimonium acciperet firmamentum: quanta gloria digito monstrare, quem signis & indicijs

indicijs ceteri praesignauerunt. Propter quod merito dominus Iesus in illo sermone quem in honore eius coram populo fecit, eum prophetam & plusquam prophetam nuncupavit, ut iam nihil deesset ad plenam & consummatam laudem eius, ut qui prius ab angelo, deinde a parente fuerat in suo ortu commendatus, ultimo ab ipsa quoque veritate commendaretur & laudaretur, & non communi laude & consueta, sed quacumque mortalibus antefertur. Inter natos, inquit, mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Post tam egregios oratores, quis audeat laudare Ioannem? Sileamus interim de Ioanne, ad nos nostra conuertatur oratio. Euenit nobis videre in eo, quod solet illis qui cum sint degeneres, & turpes, parentum & progenitorum suorum nobilitatem, virtutes & praecleara gesta commemorat: qui quo suos praedecessores amplius efferunt, eo se ipsos magis vituperant & confundunt. Fuit namque Ioannes vitae monasticae, primus parens, primus institutor & inuentor, qui vitam hanc caelibum hominibus non scripto codice, sed exemplo, & opere demonstravit. Pudeat, pudeat laudare quem non sequimur. O quantum degeneramus ab illo, ubi nunc in religionibus illa puritas? illa innocentia? illa sanctitas? ubi ille deuotionis seruos? ille poenitentiae rigor? ille continentiae vigor? ubi solitudo illa? abstinencia illa? modestia illa? ubi vestis neglectus? mundi contemptus? iustitiae zelus? Vae nobis, quia solum nomen vacuum religionis, tonsuram & habitum gestamus, delictiosi, delicati, superbi, voluptuosi, inquieti, vagi, repidi, sine spiritu, sine deuotione, negotiatores, detra-

ctores, deambulatores, facti sumus sicut populus: non tamen sicut populus iudicandi, neque solos nos, sed etiam cunctos christicolos Ioannis vita redarguit. Quid feceras o Ioannes? quae peccata commiseras? quae flagitia perpetraveras, ut tale ageres poenitentiam? sanctificatus in utero, confirmatus in gratia, plenus spiritu sancto, mortaliter peccare non noueras. Ad quid ergo poenitentiae tantus rigor? nempe quia praedicaturus erat peccatoribus poenitentiam prius illam in seipso operibus ostendit, quam sermonibus docuit. Ac si diceret. Attendite homines, & videte, si in viridi ligno haec fiunt, in arido quid fiet? Si sic maceratur innocentia, ut perueniat ad vitam, quomodo iniquitas corripienda est? Si cum his omnibus iustus vix saluabitur, impius & peccator, ubi parebit? Quid fiet de nobis fratres qui quotidie peccata peccatis addimus, & ponderi nostro pondus adijcimus? quibus nulla est cura satisfaciendi pro eis, sed omnem satisfactionem futuro seculo reseruamus. Timeo ne tanti ponderis immensitate grauati in baratrum decidamus. Non pro suis culpis, sed pro nostris Ioannes hunc rigorem poenitentiae sustinebat: ut nos ad poenitentiam suo hortaretur exemplo, & ad satisfactionem suo adiuuaret merito: ut illius abundantiam nostram indigentiam compensaret. Ex hac sanctorum superexcrecente opulencia, grandis ecclesiae thesaurus conficitur, qui quotidie a summis pontificibus in peccatorum nostrorum indulgentijs erogatur: ut quod per nos non sufficimus, eorum iuuamine suppleamus. Vnde Apostolus: adimpleo, inquit, ea quae defunt passionum Christi pro corpore

pore eius quod est ecclesia. Quantū debemus sanctis, suis nos exemplis prouocauerūt, suis meritis adiuuerunt, suis sermonibus docuerunt, suis exhortationibus excitauerunt, suis precibus, modo tuentur & fouent: vt felicissimum eorum cōfortium in cælesti gloria cōsequamur: ad quā nos perducatur Iesus Christus filius Dei. Amen.

DE DIVO IOANNE
apostolo & euangelista.
Concio de amore Dei
erga suos.

THEMA.

¶ Conuersus Petrus, vidit illū
discipulum quem diligebat
Iesus. Ioann. vltimo.



Alde ponderandū est fratres, q̄ Ioannes euangelista cū tot titulis & cognominibus clarus esset, in suo euāgelio non apostolū, non euangelistam, non prophetam, nō virginem, aut alio quolibet dignitatis cognomento, sed discipulum quem diligebat Iesus, frequentius se soleat nuncupare. Existimauit enim (& merito) vir sapiens omnium gratiarum, hanc præcipuam & maximam reputandam esse, quod a domino dilectus sit: neque posse ampliori, aut digniori titulo quempiā decorari. Quæ nanque maior est, aut esse potest dignitas creaturæ, quàm vt factori suo placeat: & diligatur ab eò qui fecit eam? aut quid

illi amplius fauoris, & honoris conditor conferre potest, quàm vt placeat illi, & in oculis eius grata & accepta sit: Det omnia Deus; multiplicet gratias, dona conciliet, accumulēt beneficia, nisi amauerit, nihil dedisse videbitur. Hoc est quod omnes maxime cupimus: hoc sepe præcipue optamus. Propter hoc indefesse, & infatigabiliter tota vita laboramus: vt grati coram eo & accepti inueniamur. Hæc summa felicitas creaturæ. Et e contrario miseria summa, si odibilis ei existat: neque enim damnatus propter cruciatus inferni, & sempiternos ardores quos sustinet, adeo miser est, sicut propter odium quo inuisus est conditori. Hæc gratia Dei, hic amor omnium bonorum & donorum, fons & origo est. Ab hoc prædestinatio, iustificatio, protectio, magnificatio, glorificatio procedit. Quicquid Deus homini confert, ideo confert quia diligit: nā si non diligeret non præstaret. Denique quod in curia facit amor regis, hoc in orbe facit amor Dei. Si quis in regno acceptus est regi hic, & regis, & regni rex & possessor est: amor nanque omnia sibi tribuit. Nam regis corde per amorem possessio, & rex & regnum in obsequium veniunt expectant ad ostium proceres regni, & magnates donec ingrediendi facultas concedatur. Dilecto omnia patet, omnia obediūt, nemo illi quidpiam in tota domo interdicere audeat. Sic omnino in regno dei si quis gratus & amicus est Deo, omnis illi obtemperat creatura in cælo, & in terra. Electi dominantur propter amicitiam Dei, nihil tam difficile quod non fiat, si amicus Dei hoc cupiat & petat. Inde tot miracula & prodigia

prodigia passim à sanctis fieri videmus eorum voluntati obsequente natura. O quam potentes & insignes fecit eos diuinitatis gratia, nihil etiā eorum probitatem & virtutem sic commendat, sicut quod à Deo dilecti sunt. Hoc nanque inter amorem Dei & nostrum distare solet, quod nos bonitatem diligamus, sed eam illis diligendo minime præstamus: Deus autem quos diligit, diligendo optimos & illustres facit. Nos aliquid diligimus quia bonum est, in Deo e contrario euenit, quia propterea aliquid bonū est quia diligitur ab eo: est enim diuina voluntas formaliter prima, & summa bonitas bonificans (vt ita dixerim) omne quod amat. Omnis enim creata bonitas à diuina voluntate sicut à prima bonitate dependet: & ratio hoc quoque suadet. Nam cum nulla creatura essentialiter & intrinsicè bona sit, vt est diuinitas: sicut in euangelio dominus ait, Nemo bonus nisi solus Deus, sed ab extrinseco suam bonitatem participet & recipiat, hoc est aliquid in rebus conditis esse bonū primæ & supræ bonitati esse cōforme, id est gratum & acceptum. Quod fit vt qui Deo gratus & charus est, eo ipso à priori (vt logici dicunt) bonus & iustus infallibiliter cōiunctatur. Vnde ponamus exempli gratia, quod quis omnes virtutes & gratias possideat, si fieri posset vt hic Deo inuisus & odibilis esset, eo utique ipso bonus nō esset. Nam quomodo bonus est, qui summæ nō cōsonat bonitati? aut quomodo relictus est, qui suæ non conuenit regulæ? Diuina voluntas omnium creaturarum prima regula est. Nā Deus (Apostolo teste) operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ:

nos quidem omnia quæ recte agimus, secundum voluntatem consilij nostri agimus. Deus autem e contrario secundum consilium voluntatis suæ omnia operatur. In nobis voluntas consulit, & sequitur ratio nem: in Deo autem ratio practica diuinam attendit, & sequitur voluntatem. Quanta diuinæ voluntatis libertas, cui omne quod placet, eo ipso quod placet bonum est. Diligat Deus, & velit quicquid voluerit omne quod ipse voluerit, eo ipso quod volitum est bonum est: non est ibi alia perenda ratio. Vnde superfluum & superbum, ne dicam stolidum & curiosum videtur quærere, cur deus velit hoc: cur Deo placeat hoc: vel illud: id nanque est in prima omnium causa petere causam, & inuestigare rationem vbi non est. Illi nanque optime conuenit quod Poëta ait, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Hæc omnia tam diffusè prosecuti sumus, vt ostendamus Ioannem merito in Christi dilectione gloriari, quæ virtutis eius & gloriæ vnicum & maximum testimonium esse potest, quanta est diuinæ gratiæ celsitudo, in qua quisquis, siue innocens, siue poenitens inuentus fuerit, acceptior inuenitur & melior. Nonnulli enim etiam peccatores, tamen ad Deum conuersi, plurimos innocentes & iustos, & gratia & gloria, præcesserunt: Exemplum nobis sint Dauid, Mattheus, & Magdalena: nam (sicut Gregorius ait) dux in prælio illū militem plus diligit: qui post fugam conuersus, fortiter hostem premit: quā qui nunquam fugit, & fortiter nunquam egit. Quanta hinc peccatoribus fiducia, quantus stimulus, vt à peccatis resurgant. Nam si digne de peccatis

Mar. 10
b

Eph. 1 b

catis

catis pœnitere voluerint, non solū
amissam gratiam apud Deum recu-
perabunt, sed etiam parem cum san-
ctis & innocentibus gloriam obti-
nere poterunt: & vbi abūdavit deli-
ctum, post modum superabundavit
& gratia. Dilectio itaque dei totius
bonitatis & celsitudinis causa est, &
eo, quisque iudicandus est melior,
quò Deo inuentus fuerit grator &
acceptior. Sed quosdam deus dili-
git vt nunc, & secundum præsentē
iustitiam, quos tamen secundum
æternam prædestinationem nō di-
ligit: nō quia in deo mutatio fit, sed
quia is qui diligitur variatur. Sic
enim ad præsens quibusdam gratiā
suam donat, vt illis perpetuam da-
re gloriam nō destinet, quia in gra-
tia permansuri non sunt. Hanc diui-
norum iudiciorum abyssum, & di-
uinæ prædestinationis profundum
pelagus, nullus quanuis sublimis &
excelsus intellectus penetrare pote-
rit: nam vehementer intumuerunt
aque illius, & non poterit transfre-
tari. Quis enim intelligat, qua via,
quaratione, cū Esau & Iacob in vno
1. a. & eodemque vtero portarentur: cū
Ro. 9. c. nihil boni aut mali egissent, maior
minori subdatur: & Iacob dilectus,
Iob. 38. Esau autem odio habitus sit? Quis
e (vt ait Iob) ordinem cæli cognosce-
re potest, vt ponat rationem eius in
terra? quis discernat, cur animas pa-
res deus sic condat, vt vnā inserat
infanti pagano & pereat, & aliam
infanti fidei & gaudeat in æternū?
& inter fidelium paruulos vnus ba-
ptizetur & beatus sit, alius non ex-
pectet baptismum, & damnatus sit?
Hæc, inquam, omnia Deo commit-
tenda sunt, qui voluntatis suæ arbi-
trio cuncta disponit. Vnde Augu-
stinus cur hunc acceptet, & illū non

noli inuestigare, si non vis errare.
Denique huius rei qualem causam
propheta reddat attende, Saluū me
ps. 17. fecit (inquit) quoniam voluit me,
sed quanuis dilectio ista ab oculis
nostris abscondita sit, mirabiles ta-
men ad extra producit effectus. Nā
quis dicere potest quanta est dei pa-
tientia: quāta clementia? quis res-
pectus in electos? Neque id mirum nā
charitas (apostolo teste) omnia sus-
fert, omnia portat, patiens est, beni-
gna est. Exemplo id notius fiet. Pa-
ter quispiam duos habet filios, vnū
dilectum, & alterū inuisum, quā va-
rio eos modo gubernat! illū quic-
quid perpetret, quicquid agat, etsi
furetur, etsi scortetur, etsi voret, &
consumat omnia, quanuis prauum
& perversum, patienter sustinet, et
tolerat, interdum etiam à prauita-
te excusat. O, inquit, puer est nil
mirum: quid si in iuuentute lasci-
uiat? veniet tempus et resipiscet. So-
lent acerbi adolescentes maturescere
in virili ætate. Sinite illum lassabi-
bitur quandoque et expertus mala
longius declinabit ab eis. Alter ve-
rò si quidpiam, vel per inaduerten-
tiam miser commiserit, quanuis le-
uissimum ac tenue, die noctuq; ob-
iurgatur, increpatur, impropera-
tur, acclamatur, statim vita indigna,
& cum iniuria domo expellitur, ne-
que est qui precibus valeat placare
indignantem. Vide quid in pari fi-
liatione dispar amor faciat. Nihil
est amore patientius, nihil clemen-
tius, qui diligit non offenditur, aut
si offēditur, celerrime placatur pro-
pter amorem. Hæc in hominibus a-
mor tolerat, & amor Dei grauiora
non tolerabit? Duo populi Israeliti-
ci primi reges Saul, & Dauid, à do-
mino electi sunt ad regnum ambo
1. reg. 10
a
1. reg. 16
præce- a

præcepto domini vncti, ambo ex
1. re. 13. b paupertate sublimati. Peccauit Saul
quia non occidit quem dominus
præceperat occidendum: peccauit
2. reg. 11
a. c. Dauid, quia occidit non occiden-
dum, neque solum occidit, sed vx-
orem rapuit, & populum Dei oppro-
briū exposuit & ruina. Discerne
nunc vtriusque regis peccatum, &
vide quanto grauius est secundum
1. re. 13. c quā primum. Venit ad Saulem
propheta domini Samuel, obiurga-
uit eum de inobedientia, confessus
est peccatum, licet nō recto animo
dicens. Peccaui, quia præuaricatus
sum sermonem Dei; deprecatus est
Samuelem, pro venia scidit palliū
eius, & vi retinuit eum. Neque ta-
men veniam de delicto promeruit.
Abiectus est à domino in sempiter-
num, & in oculis eius non placuit
vltra. Pro quo cū Samuel misericor-
dia motus, preces coram Deo assi-
duè cum lachrymis funderet, di-
ctum est ei. Vsquequo tu luges Saul
& ego abiecerim eum à facie mea?
Audistis rigorem & seueritatem
1. re. 15. c
& f. & g
2. reg. 11
16. a. Dei in rege præscito. Audite nunc
clementiam illius, in rege præ-
destinato. Venit ad eum Natham
2. reg. 12
a & d. propheta, non prius palam obiur-
gat, sed per enigmata significat de-
lictum; ne verbis exasperet dile-
ctum à domino. Fatetur ille statim
peccatum suum dicens. Peccaui do-
mino, & statim audiuit, dominus
transtulit peccatum tuum, non mo-
rieris. O celerem peccatoris pœni-
tentiam, & celerem à Deo ve-
niam! Vno verbo pœnituit, & illi-
cò placatus est Deus. Nam licet inul-
tum peccatum Deus nō dimisit, sed
grauiissimè rex panitus est pro deli-
cto: gratiam tamen Dei statim re-
cuperauit. O dispar nimis iudicium

in pari, imò multo grauiori pecca-
to! O profundam diuinorum iudi-
ciorum abyssum! Quid dicam fra-
tres? nonne vobis videtur iustus do-
minus iniusto parenti fuisse consi-
milis, & sic se habuisse cū regibus, si-
cut pater præfatus se habuerat cum
filijs? Quā merito propheta orat:
Aspice in me & miserere mei, secū-
p. 118. dum iudicium diligentium nomen
tuum, hoc est, non intres in iudicio
ps. 142. cum seruo tuo domine: sed si iudi-
care me volueris, iudica me obse-
cro illo iudicio quo iudicas electos
tuos qui te diligunt: iudicio (inquā)
pio, clementi, & fauorabili. Nam si
iniquitates obseruaberis domine,
ps. 129. domine quis sustinebit? Et alibi. Vi-
ps. 118. uit anima mea, & laudabit te, & iu-
dicia tua adiuuabunt me. Quòd si
aduertere voluerimus historias sa-
crarū scripturarū videre erit inter-
dū increpationes fortes, duras, terri-
biles, quibus Deus in peccatores in-
uehitur. Bone Deus quis eas potest
audire? vt est illa præuaricatricis
Hierusalē. Et illa aduersus Oolam
& Oolibam in Ezechiele. Interdum
Eze. 23. verò è contrario cōsolationes mol-
lissimas & dulcissimas, quibus pec-
catoribus blanditur vt surgant: vt
est illa Esaie ad sterilem & idolatrá
Esa. 54. gentilitatem. Lætare sterilis, & que
a. & Ga. non parit, &c. Quā gratum mihi
la. 4. d. nunc esset, vtrasque ad longum re-
citare, si tempus adesset, sed super
sedeo. Sufficiat vel hoc vnico exē-
plo demonstrasse, quāta sit amo-
ris Dei virtus erga electos eius. Quo-
rum peccatis et si ad modicū Deus
aduersus eos indignatur, suamq; fa-
ps. 43. ciem abscondit iratus: facile tamen
2. Ti. 2. c. reuocatur ad veniam. Nouit enim
Deus qui sunt eius. Et capillus de
Lu. 12. a. capite eorum nō peribit. Vnde Ioā-
nes,

1. Ioā. 3. a nes qui natus est ex Deo non peccat. Hoc dictum est de prædestinatis ad vitā, non quod non peccent omnino, sed quod peccatum ipsis non imputetur ad æternam damnationem, quia vel hic digna poenitentia vel charitate absconditur: et si qua deliquisse videtur in tempore, non apparent in æternitate: ex his nullus peccat, id est in peccato perseverat, quia novit dominus qui sunt eius, & propositum Dei manet immobile, generatio Dei, id est, prædestinatio servat illos. Hæc Bernardus. Neque solum eis peccata non obsunt ad damnationem æternam, sed etiam frequenter Dei beneficio non suo malo conferunt ad gloriā. Quoniam scit Deus aliquando ex malis elicere bona. Vnde apostolus, diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Cui Augustini glossa audacter adiungit: etiam si fas est dicere ipsa peccata. Surgunt enim à peccatis humiliores, ferventiores, & cautiores, non tamen peccata defendimus. Absit, absit, odio enim est deo & iniquus & iniquitas eius, sed dei pietatem & misericordiā in dilectos suos prædicamus, & commendamus. Sed quid obsecro tam pulchrum, aut præclarum in creaturis, ut per se à Deo diligere dignum sit? Omnia quæ videmus quasi non sint sic sunt coram eo. Quippe quia ex nihilo creata, in nihilum etiam verterentur, nisi eius protectione firmarentur. Quid ergo ex operibus quæ de nihilo fecit in oculis eius grande videri potest, ut eum alliciat ad amorem? Angeli, archangeli, cherubin, & seraphin, si per se quidem considerentur insignes & illustres creaturæ

sunt: sed si ad Deum conferantur quasi pro nihilo reputabunt: maxime cum quicquid bonitatis & decoris habeant, non tam à seipsis, & ex natura sua, quam ab extrinseco fortiantur: sicut mulier quæ cerusa & purpuris depingitur, ut pulchra sit. Hac ratione satis convincitur esse aliquid unum, primo dilectum, in quo omnes creaturæ diliguntur. Nam per se & propter se diligere multum est ad illas. Hoc est, verbum illud bonum, & infinite bonum, de quo in psalmo. Eructavit cor meum ^{ps. 44} verbum bonum. In quo amor ille infinitus à patre exiens, velut in obiecto primo proprio adequato & proportionato quiescit: & immensa illa vis amoris plenissime satiatur. Quia sicut Deus infinite dilectus, ita etiam Dei filius infinite diligibilis est. Vnde pater in euangelio. Hic est (inquit) filius meus dilectus in quo mihi complacui. Hoc est, in ipso mihi cōplacuo. In ipso omnia placent, quæ in ipso velut in exemplari primo & perfecto sunt. In ipso celi, angeli, homines, & omnis creatura mihi grata, & accepta est, quæ in ipso & per ipsum facta est. Quam bene consonat apostolus ad Ephesios, dicens. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius, in charitate, qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum, in ipsum secundum propositum voluntatis sue, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem, &c. Vides quā aperte

aperte apostolus dicat, quod in ipso benedicti, electi, prædestinati, gratificati sumus Deo, ante mundi constitutionem. Nōdum itaque eramus, quando iam in ipso grati eramus: non propter nos ipsos cum nihil essemus, sed propter ipsum in quo ab æterno, sicut in exemplari fuimus. Sicut enim vasa testea, & fictilia, quavis ex materia vilissima, sæpius placent propter arte: ita & in nobis ars potius quā materia placet. Propter hoc in canticis dilectus ex dilecto merito nuncupatur. Et in psalmo. Rex virtutum dilecti dilecti, & in euangelio dilectus, in quo cōplacui. Ad quid obsecro ista repetitio, nisi quia videlicet ipse primum dilectus sit & prima ratio diligenti, hoc est dilectus, in quo omnia diliguntur? Amor enim ille infinitus qui in ipso sicut in obiecto primario plenarie quiescit, per ipsum ad omnes creaturas quæ in ipso lucet abundanter diffunditur. Nam sicut sponsa quæ sponsum ardentissime diligit in ipso, & propter ipsum equum, anulum, vestem, & servum diligit non alia causa, neque alio respectu, nisi quia illius sunt, & ad eum pertinent: sic quoque omnis creatura quæ Deo placet licet in se ipsa placeat, quoniam diligit Deus omnia quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fecit secundum sapientis sententiam: non tamen ad se, & propter se, sed propter exemplar quo condita sunt. Ioannes ergo dilectus simpliciter, Christus autem dilectus ex dilecto. Vide quantum dignitatis, Ioāni accrescat, quod unigeniti filij dei titulum quodammodo meruit obtinere. Sponsus enim in canticis dilectus sæpiissime nūcupatur: est enim pater diligens, filius dilectus, spiritus

sanctus vtriusque dilectio. Sed iam exponamus quibus signis Christus erga Ioannem benevolentissimum se monstraverit. Sunt enim quatuor dilectionis præcipua indicia, scilicet secretorum reuelatio, pretiosorum commissio, beneficiorum collatio, familiaritatis exhibitio. Nam si quis alium in veritate diligit primo illi omnia secreta cordis reuelat, nihilque est tam secretum, quod non fido pandatur amico. Si quid celatur qualecunque sit illud, iniuria fit illi. Neque iam vnus in duobus corporibus existimatur, sicut oportet in amicis esse. Magnū hoc amicitiae emolumentum est habere cum quo omnia ut tecum conferas: deinde illi omnia pretiosa committit vitam, famam, uxorem, filios, domum, familiam, prædia, redditus, & quicquid habet, si ab esse contingat, amico gubernanda relinquit: si timet ledi non est amicus. Tertio si quid honoris, dignitatis, aut facultatis amico prestare potest, omnia in eum liberalissime & libentissime accumulatur. Quarto in eius præsentia & conversatione supra modum delectatur & gaudet. Brevis est omnis dies ad colloquium, exiguum est omnino tempus ad consortium: hæc perfecti amoris indicia sunt. Vide nunc si quid horum Christus in Ioannem omisit. Reuelavit illi secreta personæ, secreta regni, secreta domus, in illo namque ecstático somno quando supra pectus eius in cœna ^{Ioā. 13. c & 21. f.} recubuit, mira de illius diuinitate secreta cognouit: à quo euigilans stupendum illud euangelij sui exordium, in principio erat verbum, & ^{Ioā. 1. a.} verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, mirabiliter eructavit. Qualis ac quātus philolophus subitō

Ber. de gratia, & libertate arbitrio, & ferm. 23 sup. car. ser. de triplici coheretia vinculorum, ferm. d. septuagesima. Ro. 8. e.

Sapi. 14 a

Ro. 4. c

ps. 44

Marc. 1 b & Luc. 2. 36

Eph. 1. 4

Cat. 5. c

ps. 67. e

mat. 3. d

Sap. 11. d

Ioā. 13. c & 21. f.

Ioā. 1. a.

to

ps. 17. rō factus est, quoniam sublimiter supra omnem intellectum, & ventorum pennas volavit: neque fonte labra proluit caballino, neque in bicipiti somniauit Parnasso, vt sic repente propheta prodiret: sed sancti euangelij secreta de sacro domini pectoris fōte potauit. Omirā scholā, quā talem repente discipulū mūdo edidit. Non sic doctus Plato, nō sic verbosus Demosthenes, non sic argutus Aristoteles, de diuinis disceruit supra humanam facultatem: & supra seipsum eleuatus velut aquila potens magnarum alarū plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri: sicut in Ezechiele scriptum est. Dominus quoque Christi, id est ecclesie omnia fere, quę ab ei⁹ exordio vsq; ad finē mundi ventura sunt in insula Patmos sub mysticis formis dño iubere per angelū ei reuelata sunt: in eius reuelationis fine, caelestis etiam Hierusalem, id est regni perpetui gloria monstrata est: neq; solum mōstrata, sed & descripta. Paulus apostolus eum illam gloriā perambulasset, quę vidisset interrogatus, nescit dicere aliud: nisi, vidi arcana verba, quę nō licet homini loqui. Ioannes vero vidit, & scripsit. Taceo nunc inæstimabilem illam personæ Christi gloriā, quę illi monstrata est in monte Thabor. Taceo tristitiam illam vsque ad mortem in horto, sicut amico prolatā. Taceo personam proditoris in cœna soli proditam, quę quanti fauoris & amoris signum extiterint dicere nō est opus res ipsa prę se fert, pectoris ergo sui domus quoque, et regni secreta illi reuelauit, & arcana sui cordis aperuit. Sed quā pretiosa illi commiserit audiamus. Pē-

Eze. 17.

2. cor. 12.

Matth. 17. a.

Matth. 26. d.

Ioa. 13. c.

debat in cruce moriturus, & vnde venerat rediturus: disposuit testamentum electis suis, patri spiritum ps. 88. ecclesie corpus, peccatoribus sanguinem, latroni regnum, militibus vestes, Petro ecclesiam, a apostolis paraclatum, electis charismata liberaliter distribuit: aderat ibi dilectus quid sibi legaretur expectas. Quid tibi o dilecte legabo: quid in vltimis dabo tibi? Ecce mater tua: hæc omnium quę possideo charissima & pretiosissima gemma, hanc tibi trado, hanc dono. Et ad matrem conuersus. Mulier (ait) ecce filius tuus. ibidem Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam, exultas & gaudes, quia talem sibi hereditatem eius dominus reliquisset: verē funes ceciderunt ei in præclaris, & hæc eius hæreditas præclara est sibi. O magnū dilectionis indicium, suo loco apud matrem substituit eum, & pro se in filium virgini reliquit eum. Huic gratiæ quid amplius addi potest: neque putemus vacua illa saluatoris verba fuisse, neque enim defuere viri pij & docti, qui assererent, non sola æstimatione humana filium reputari potius quā esse, quales lex & adoptio solet filios procreare: sed eum qui verbo suo cuncta creauit de nihilo, potuisse aiunt filium facere de non filio: quod si potuit & fecit. Non enim dixit, habeto eam in matrem: sed assertiuē, ecce mater tua. Sit hæc pia opinio & religiosa, ego illi meam non astringo fidem. Mater ergo illius est, nō lege, non natura, sed gratia. Vnde & merito ex illa hora accepit eam discipulus in suam, sciens quia verē sua est, quā veritas suam dixit. Impresit in hoc verbo domin⁹ statim cordi virgineo, amorem quandam maternū:

ps. 88.

Ioa. 19. e.

ps. 13.

ibidem

Matth. 26. c. & Mar. 14. c. Lucæ 22. b.

Luc. 1. e.

i. Paral. 13. d. & 2. re. 6. b.

Id est, dei matrem.

ternum, in Ioannem fortiorem & ardentiorē, quā soleat matribus natura tribuere. Visceribus, etiam Apostoli reuerentiam filialem in virginem inseruit, qualem nullus filius natura habet in matrem. Atque ita sicut dicendo, hoc est corpus meum, verum corpus suum fecit ex azymo: sic etiam dicendo, hic est filius tuus, amore filium fecit ex cognato, non tamen natura, sed gratia: altiori tamen modo quā lex & adoptio filios efficere queat. Iam ex hoc intelligere licebit, quantæ felicitatis & gloriæ fuerit tot annis post domini ascensionem cum virgine commorari, eam sicut filius alloqui eius decora præsentia, & iucundo colloquio tam familiariter frui, eius magisterio imbui, eius exemplo & moribus instrui. O verē ægregium discipulum, qui post Christum dominum talem promeruit habere præceptorem. Quid ab ea non didicit: quid non ab ea impetrauit. Omnia quę a filio suo in familiaribus locutionibus ipsa audierat, in Ioannem sicut in filium libentissimē transfudit: vnde merito super omnes Euangelistas spiritu & intellectu volauit. Nam si vna huius virginis saluatio Baptistam in vtero tanta gratia perfudit: quid putas in Euangelista tam diuturna conuersatio fecit? Si grande fuit apud Elisabeth tribus mēsis virginem commorari: quantum erit tot annis apud eandem virginem domo versari? Benedixit olim Deus Obdedon, quia in domo sua arcam domini recepisset: & Ioanni quomodo putas benedixerit, qui virginem Theotocon tot annis apud

se habuit? Hæc (vt existimo) omnium gratiarum maxima fuit, hoc maximum & præcipuum amoris indicium, quāquam & in alijs nihil omisit Christus quod dilecto suo non donaret. Omnium quippe dignitatum titulos, omnes gratias & honores quos per alios domus suæ famulos, & officiales sparsim diuisit, in hoc vno plenius accumulauit & aceruauit. Hic apostolus, propheta, euangelista, martyr, confessor, virgo, doctor, cognatus, amicus: et si quid aliud in ecclesia dignitatis & gratiæ est, totum perfectissimē possidet, omni honore & dignitate in domo Dei sublimatus est, omni gratia & virtute decoratus. Quod si aliorum quilibet vno solo titulo in ecclesia Dei præclarus & magnus est: quid de isto dicendum, qui simul omnibus pollet: neque de martyrio quispiam dubitauerit. Non enim Ioannes morti, sed mors Ioanni defuit in martyrio. Postquam enim in dolium feruentis olei pro fide Christi missus est, sibi eum dominus conseruauit a morte: quid minus quā si moreretur fidelis athleta promeruit? Verē, sicut illi dominus ante promiserat, calicem domini bibit, & sine morte martyrij meritum & gloriā obtinuit, & martyrum aureola in cælo coronatus est. Dixit illi Christus, sicut in euangelio hominibus audistis, quod sic eum vellet manere donec veniat: non quia nō esset aliquando moriturus, sed quia non esset per gladium in gloriā transiturus: domino illum ad ecclesie suæ solatium & suorum magistrum, vsq; in senectam & senium conseruante. Familiaritatis vero insignia, quanta illi Christus ostēderit

Matth. 20. c.

ps. 70.

Na legenti-

legentibus euangelia in promptu est videre. Si quos ab alijs segregabat, si quos præ cæteris ad occultiora negotia deligebat, vnus ex tribus Ioannes erat: hic iuxta ipsum recubebat, hic ipsum cõmitabatur quocunque ibat. Denique Petrus apostolorum princeps, & ecclesiæ pastor, proditoris nomen interrogat, per Ioannem nõ audet ipse petere, sed dilecto innuit vt petat: sciens, quia nihil illi præ amore negaturus esset Christus. Quod euidentius familiaritatis indicium? Sed illud omnium supremum & maximum, quod coram omnibus in cœna vltima supra pectus eius recumbere ausus sit. O miram audaciam! non audet Baptista sacrum domini verticem contingere. Magdalena cum timore & tremore pedes tangit, Thomas nisi iussus manum non mittit ad latus: Ioannes dilectus, non iussus, non petita venia, confidenter recumbit super domini pectus. Amor fecit hoc, est enim supra modum audax dilectio. Videas aliquando pusillos tenerrime dilectos à matribus earum pectora, ora, facies, oculos, audaciter contingere, super gremium volutari amplexari capita, capillos spargere, velamina tollere, ceruices contundere, super illas iactare seipfos, omnia audet, omnia sibi putat licere amor. Non vti que sacrum domini contingere pectus Ioannes auderet, nisi fiduciã illi præstaret amor, qui latebat in pectore. Sed & illud quoq; mirandũ, quod cū in passione cæteri omnes fugissent, & solus Ioannes & Petrus cum domino remansissent: Petrus toties ministri Satanæ querendo infestant, Ioannem verò nul-

lus interrogat. Astat in palatio, astitit in prætorio, adest etiam palatibulo, lachrymatur, dolet, gemit, palam magistri sui mortem deplorat: & nullus eum interrogat, quid ploras? nullus criminatur dicens, discipulus es, amicus es, fautor es? Si dixeris, quia erat Christi propinquus, & nunquid hoc omnes nouerant? Si dixeris, quia erat notus pontifici, & nunquid hoc omnibus constabat: Mira vti que amoris dispensatio fuit, vt terribilibus domini sui cruciatibus dilectus adestet, & calicem passionis ad pedem crucis cum dilecto portaret (Christo domino sic disponente) vt nemo illi obliueret, nemo contradiceret, vt vel ex hoc Ioannes agnosceret, quia cū in vita dilexisset illum, in morte amplius dilexit eum: amor enim in fine maxime cognoscitur. Vnde & hanc ipsam dilectionem, quam illi dominus semper ostenderat, etiam cū ipse Ioannes à vita discederet, amplius illi demonstrauit. O mirabilem viri sancti exitum! cū iam senex & plenus dierum, mortis suæ diem adesse cognouisset, conuocat discipulos, populum in Epheso ad ecclesiam suo nomini dedicatam congregat, sepulchrum aperiri iubet, & ingressus, ibi non quasi moriturus, sed quasi discelsurus populum deuotissime alloquitur. Admonet cunctos fidem quam ab ipso audierant, firmam seruare, pacem tenere, inuicem diligere, mundum contemne re, erga suos prælatos obedientiam & reuerentiam custodire. Admiratur populus, quorsum ista tenderent rei exitum expectans: cū ecce subito de cælo lux fulgentissima,

fima, tumulum circumfulsit, cunctorumque oculos nimio fulgore perstrinxit, quæ cum ibidem aliquantulum permansisset: post modũ cunctis videntibus disparuit, accurrentesque ad tumulum, nihil ibidẽ inueniunt, nisi scaturiens manna, quod longo postmodum tempore, ibidẽ velut ebulliens arena fontium, scaturire visum est. De Apostolo autem quid factum sit, omnino nescitur: quidam existimant, quod sicut Enoch rapuit eum dominus in paradisum, & ibi hodie viuat cū Helia & Enoch: ita vt legis naturę scriptæ & euangelicę vnus, vsque in finem mundi testis reseruatus sit: alij mortuũ eum fatentur, sed subito surrexisse, & cū corpore in gloria sublimatum fuisse: ita vt post Christũ & virginẽ, hoc dilecto privilegium cõcessum sit, vt generalẽ resurrectionem non expectet. De quo quauis beatus Hieronymus anceps extiterit, audacter tamẽ asseruerat eum à dolore mortis tantã extraneum fuisse, quã à corruptione carnis inuentus est alienus. Sed quicquid sit de hoc, vnum indubitanter asserimus, eum quem tot titulis & virtutibus in vita Christus tam mirifice decorauit, potioribus & altioribus beatitudinis suę bonis cū virgine gloriosa, quam illi reliquit in matrem remuneraturum, si adhuc viuit: aut remunerasse si vita defunctus est in cælesti gloria. Quam nobis concedere dignetur, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo, Iesus Christus dominus noster, pius & misericors & verus Deus, cui cū patre & spiritu sancto est honor & gloria, potestas & imperiũ, in secula seculorũ. Amẽ

DEO GRATIAS.

DE IACOBO APOSTOLO
Io. Ad equites cõmendatarios, Concio.

THEMA.

¶ Dic vt sedeãt hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram tuam in regno tuo. Matthæi. 21.



Mater Ioannis & Iacobi accessit ad dominũ petitura pro filijs, & flexis genibus coram eo tacebat erubescere petere: quia arrogantem & ambitionem supplicationem afferebat. Videns illam dominus, sic hærentem & erubescens, ait illi. Quid vis? Et illa. Domine, dic vt hi duo filij mei, &c. Sed vnde ista sancta mulier habere potuit regni suspicionem? Dominus pauper humilis in laboribus & erumnis, nullus fastus, nulla pōpa, nulla erat regni apparentia, forsã ex hoc quod prædixerat Christus se tertia die resurrecturum. Sed nõ videtur hoc, quia Lucas ait, & ipsi nihil horum intellexerũt, ideo aliter dicendum, quod cognouit ex hoc, quia licet apud populum varia esset opinio de domino an esset Christus: tamen in schola eius, & apud domesticos hoc credebatur pro certo. Vnde quidã illorũ post resurrectionẽ dixerunt: nos autẽ sperabamus, quod ipse erat redempturus Israel. Et hoc apud omnes Iudeos erat receptũ, & notissimũ quod Christus futurus erat rex: sicut scriptũ est in psal. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mōtem sanctum eius. Et iterũ, dominabitur amari vsq; ad mare.

Nn 2 Et

Matth. 17. a. & Lu. 8. g. & Mat. 26. d. Io. 13. c.

ibidem

mat. 3. d.

Luc. 7. f.

Io. 20. g.

Matth. 26. f.

Io. 18. c.

Matth. 26. f. g.

& Mar. 14. g.

Gen. 5. c. & eccle. 4. d. & Heb. 11. a.

Io. 18. c.

2. re. d.

ps. 87.

Lu. 18. f.

Lu. 24. e.

psal. 21.

ps. 71.

Et sic quauis tunc esset humillimus & pauperrim^o existimauit mulier, quod quandoq; mutato statu esset regnaturus. Et sic habito cum filiis consilio, decreuit petere supplicationem illam: quoniam (sicut ait Chrysostomus) petētis negligentia reprehenditur, quādo de dātis misericordia nō dubitatur. Vnde inter se (vt creditur) cogitauerūt & consiliati sunt, dicētes. Hoc quod petimus iustissimū est, nā inter fratres nostros cōdiscipulos, nullus nobis debet praeferri. Hæc enim prærogatiua præeminētiæ, quā petimus, si iure propinquitatis dari debet alicui, nullus propinquior: si ex amicitia & gratia, nullus familiarior: si ex seruitijs, nullus superior: si ex merito, nullus nos præcedit. Nō est ergo vnde nobis negetur tam iusta petitio. Præueniam^o, ne fortē alius præueniat nos. Dominus audita petitione conuersus ad filios, nouerat enim q̄ mater à filiis esset submissa, ait. Nescitis quid petatis, tēporalis regni præminentia quæritis? non sum tēporaliter regnaturus: regnū meum non est de hoc mundo, nescitis quid petatis, in regno meo nullus sedet. Scriptum est, millia milliū ministrabant ei, & decies centena millia assidebant ei. Nullus sedet, qui sedere voluit, dicens sedebō in monte testamenti, in lateribus aquilonis, præcipitatus est in infernum. Nescitis quid petatis à me, qui cū in forma Dei essem exinaniui me metipsum, formam serui accipiens, factus mundo magister humilitatis, & paupertatis exemplum: qui inter latrones in cruce cū summo opprobrio sum moriturus: vt statim ante prædixeram. A me

Io. 18. g

Dan. 7.

Phi. 2. a

& nouissimo, tēporalē gloriā quæritis? nescitis quid petatis. Stulta nimis & inconsiderata est ista vestra postulatio, & ambitionis plena. Erratis, erratis, quicumq; à Deo tēporalem gloriā, fauores, & diuitias, & opulentia anxie quærent, nesciunt quid petunt. Venit Christus in mundum, vt doceret contemnere, & tu instanter petis: O cum quāto seruore ista petuntur, & quam tepidē spiritualia. Sed (inquit) ex quo mecum regnare vultis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum: & sicut vultis consortes esse gloriæ, poteritis ne participes esse ignominie? Dicunt ei, Possimus. Laudādu certe animi generosi impetus: sed non minus ignorans, & inconsiderata responsio, quā fuerat ipsa petitio. O si scires quid & quantū potest humana fragilitas! Nō sumus (inquit Apostolus) sufficientes cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: & isti interrogati de morte, statim respondēt, possumus. Chrysost. Christus bibiturus calicem trepidat & angitur vsque ad mortem, & vos tam facile poteritis bibere calicem? Iam nō miremur, si illi qui habitāt in curia regia desiderent fauorē & principatum: ecce isti apostoli, & inter apostolos primi optarūt, & petierunt. Quis tā sanctus & iustus, ut hac macula non tangatur? Chrysostomus in homilia. Multos inuenias diuitias contempsisse & delicias non curasse: sed qui honorem & gloriam refutant, paucissimos. Ecce isti mundum reliquerunt, & omnia quæ habebant: longē erant ab omnibus voluptatibus, & diuitijs, & tamen quærebāt gloriæ principatū: vltima omnium cōgressio cū ambi-

ambi-

ambitionē est, postquam omnia viceris, postquam omnia superaueris de ipsa vitiorum victoria, nouum tibi nascitur bellum. Cū vana gloria Paulus in cælum conscenderat, & paradysum deambulauerat, & tamen cū hac bellum gerit: vnde ait. Et ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus, &c. Et quid de hominib^o miramur caducis? Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quid enim præcipitauit Luciferum de cælo, nisi ambitio? Ascendam (inquit) super astra Dei, & exaltabo solium meum, &c. Et hominem quid deiecit de paradiso? non sola gula, sed magis ambitio. Nam licet Eua vidit pomum, quod esset pulchrum, non tamen hoc sic mouit, quā illud quod dixerat ei serpens: eritis sicut dii, &c. Ex illo tunc hæreditarium nobis hoc vitium ambitionis relictum est. Proh mūdi lethalis honos, quomodo fascinat homines, quam male decipis mortales. Quid est enim gloria hæc nisi ventus, vanitas vanitatum, & omnia vanitas? Quod homines quærant diuitias & delicias nil mirum: sed ad quid ventus iste gloriæ & opinionis? si totus mundus te supra cælum laudet & admiretur, quid inde? quæ utilitas? Si tu miser es in carcere, quid tibi proderit illa laudatio? & tamen bone Deus, quid nō sustinent homines pro ista gloria? quos labores, quos sudores, vt acquirāt dignitates & fauores? Nō aliud quæramus exemplum. Ecce cū dominus dixisset, potestis bibere calicem: statim sine hēsitatione responderunt. Possimus: omnes labores, omnes sudores, tormenta, & mortem sustinebimus, dūmodo te-

cum regnemus. Diuitias quas cum tanto sudore acquirunt, & tā dilectas, & salutē, & vitam: si calus honoris se offerat, omnia libēter exponunt pro modico vento. O mirabilis, imō miserabilis fascinatio! Quātum Deo displiceat ambitio, in casu angeli & hominis punitione satis liquet. Vnde cū dominus videret suam scholam isto vitio infectam, quid putatis sentiebat? Nam nō solum nūc, sed & sæpius legimus eos in euangelio de hoc vitio notatos: nā ecce dominus propinquus erat passioni, & obliuioni passionis domini sui de principatu litigabat. Orta est enim contentio inter illos, quis eorum videretur esse maior, & quis relinqueretur vt maior. O quanta imbecillitas! quid sentiebat dñs moriturus, pro illis de hac cōtentione. Audiamus igitur quomodo curauit, quomodo respōdit. Primo nāq; reprobaui petitionē eorū, dicēs. Nescitis quid petatis, stulta est hæc vestra postulatio, o stulti à me, qui cū essem filius Dei, in tanta gloria humiliaui me ipsum, formam serui accipiens in paupertate, & labore, & sudore, viuens inter labores, in cruce moriturus, a me gloriam mundi petitis? à me dignitates mundi requiritis? O gentem stultissimam. Apostolus. Si in hoc mundo tantū sperantes sumus in Christo miserabiliores sumus omnibus hominibus, videant nunc qui ad ecclesiam pro honoribus pro redditibus, pro negotijs & diuitijs currūt: ne sibi similiter respondeatur, nescitis quid petatis. O quam anxie ista vana quærentur, & petuntur! cum quibus lachrymis & instantia! & quæ vera & spiritualia bona sunt, quam frigide, quam tepide.

Nn 3 An

Iacob. 4.a An nō stultitia à Christo crucifixo, pendentem inter latrones, tam anxie honores & gloriam, petere? Iacobus ait, petitis & non accipitis eo quod male petatis, adulteri, an nescitis quia amicitia huius mūdi, &c. Hæc omnia cum moderamine petenda sunt, si ad nostram salutem & Dei seruitiū profutura sunt, & iudicio Dei relinquenda, nos enim quid nos oporteat orare nescimus, & sæpius petimus cum instantia, multa ad nostram condemnationem.

Ro. 8. c. Dixit dominus olim Salomoni, cū esset puer, vt peteret quod vellet, grandis misericordia à tanto domino, qui tanta poterat præstare: ille petijt sapientiam, videns quod regni gubernacula possideret. Placuit Deo petitio, quia verè grādi sapientia opus est ad regimen tantorum populorum. Sed verè si omnino sapiēter petijisset meli⁹ petijisset. O domine ex quo datur optio, petote ipsum, à te nihil aliud volo præter te. Quanto sapientius pater eius petebat, vnam petij à domino & hanc requiram, &c. Primo itaq; petitio reprehensa est, quod non sapienter peterent. Secundo, proposuit illis difficultatem suæ petitionis, dicens, Potestis bibere calicem? &c. mecū regnare vultis poteritis, mecū quoque calicem passionis bibere? Si vultis participes esse glorię, oportet vt sitis & participes pœnæ, nam regnum sine calice nō dabitur. Ego (inquit) dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi pater: non facio vobis iniuriam, nec enim plus vos amo quā me diligit pater. Et quomodo domine disposuit tibi pater? Oportet, inquit, pati Christū; & ita intrare in gloriam suam per mortē, per crucē, per passionē. Bernardus.

Christus non intrat gloriā suam, nisi per passionē, & tu intrabis in gloriam alienam sine cruce? Non fiet (clamat apostolus) fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia si cōpatimur, & cōregnabimus. Jam ex hoc fratres agnoscite nostrum errorem, qui per delicias & diuitias ad regnum cæleste ire putamus. Quid enim minus hoc quarit Christian⁹ quā paganus, vt abundet omnibus seculi delicijs, & gaudijs? O stulte dilectissimis discipulis, & cognatis Christus, nō dat regnū sine calice, imò petētibus de calice interrogat, & dabitur tibi? Quis vnquā sactorū sine calice tribulationis venit ad regnum? Vide apostolos, vide martyres, vide virgines, vide anachoritas, omnes per magnas tribulationes introierūt in regnū Dei. Vnde cū Ioānes apostolus vidisset eos in gloria, & interrogasset angelū, qui sūt isti, & vnde venerūt? Dicitū est ei: hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione. Et tu putas quod tibi soli dabitur priuilegiū, vt in delicijs viuens regnū cælorum possideas: non credas, erras, erras, nō fiet istud. Nō potes hic, & illic gaudia possidere, non potes duplicem paradysum obtinere. Audi quid dominus dicat diuitibus. Væ vobis diuites, qui habetis hic consolationem vestram, quia non habebitis ibi. Vnde & alteri diuiti dictum est. Recordare fili, quia recepisti, &c. O quanta deceptio filiorum hominum, & heu nō sentitur vsque in finē, omnes querimus prosperitates, & fauores, & gaudia seculi ad nostram perniciem. Attēde quod dicat Gregorius. Cōtinuus successus rerum temporalium eterne damnationis indicium est. Vnde psalm. Ab altitudine dici timebo, &

& è contrario tribulationes; & persecutiones, & egritudines pati, signum est amoris & prædestinationis: vnde istis apostolis petentibus regnū, pro magna mercede responsum est. Calicem meum bibetis? Sic ipsi putabant, nam ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, pro nomine Iesu contumeliam pati. Et apostolus. Vobis (inquit) datum est, non solum vt in ipsum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini: magna gratia est de Christi regis calice bibere. Vnde Iob. Quis mihi det vt desiderium meū audiat omnipotens, & affligens me dolore non parcat? hoc signum amoris, hoc indicium eterne hæreditatis: si me hic fecerit consortem sui calicis. ecce mundus sum, ecce plagatus, ecce in sterquilinio, sed maiora paratus sū sustinere pro ipso, si ipse disponat: vt particeps siam regni cælorum. Notandū, autē quod De⁹ multos habet calices, scilicet glorię, misericordię iustitię. De his psal. Calix in manu domini vini meri, plen⁹ mixto, & inclinavit ex hoc, &c. Prim⁹ vini meri, nulla est mixtio mali, plena satisfactas, plena felicitas, plenum gaudium, & ideo ebrietas & calix meus inebrians, quā preclarus est: nam hic non inebriat, quia mixtus est, cō consolationes, & tribulationes mixtæ dantur. Psalm. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, &c. Apostolus. Quia sicut abundant tribulationes pro Christo, ita & consolationes in Christo, inclinavit ex hoc in hoc, nunquam diu durat vnum sine alio, vnde Iob. d. fitas eum, & subito probas: verūamen fœx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ merum. O fœces amarissimas! & quis

sufficiet explicare? Refertur solet de quadam visione sancti viri qui vidit animam damnatam sedentē, & diabolos propinantes calicem fœtidum, quæ omnibus modis recusat bibere, sed coacta est, & statim bibit, per oculos, & per nares & aures, prodierunt flammę ignis ardentis. Siue vera sit visio, siue non, talis est certē calix ille Dei, quod damnati potantur. Quicumque ergo de calice puro vult potari, prius bibat de mixto, alias non dabitur ei: imò si postea datur grandis miseria est. Non attenditis quid dictum est istis apostolis? Calicem meum bibetis, sedere autem nō est meum dare vobis: pro me (inquit) patiemini certe, sed postquam acerrimā mortem passi fueritis, non est meum dare vobis: dabitur fortē vobis regnū cælorum. Videte quale est regnum quod petitis. O domine & post mortem talē adhuc ponis in dubio? utique, nam multi mortui sunt, & passi pro Christo (vt videbatur) martyrium, & non acceperunt: sicut Augustinus ait de hæreticis, mortē subeuntibus pro Christo vt putabant, sed falsō, qui nō sunt saluati, quia extra ecclesiam vnitate nō est salus, & quia sine fide impossibile est placere deo: & adducit illud apostoli ad Corinthios. Si tradidero corpus meū ita vt ardeam, &c. Et quomodo habet charitatem qui nō diligit, imò dissimulat vnitatem? O magnū & egregiū medicum! quomodo reprimat petētium ambitionē, regnare mecū vultis, poteritis mori pro me? Dicūt possumus. Cū ergo mortē passi fueritis forsità dabitur vobis, si vobis paratū est à patre meo. Sicut enim cū peteret ab illo. Quis putas maior est in regno cælorum: accepit paruulum

& posuit in medio, & ait. Quæritis de maiori? videte, an intretis illuc, nã nisi conuersi fueritis, &c. O quomodo humiliabat! Et iterum, cum venissent gaudentes, ait. Videbam **Lu.ii.c** Satanam de cælo cadentem. Quasi dicat, Ecce Satânico morbo laboratis, videte ne cum illo similiter peccatis. Sed quanuis ad reprimendã eorum ambitionem, & ad nostram eruditionem taliter respõderit, credimus eorum petitionem concessisse, & in regno cælesti inter sanctos eis præcipuum locum dedisse: qui enim sic familiares fuerunt in vita, credendum est eos etiam superiores ceteris fuisse in gloria: ad minus in hoc regno cælorum, id est, ecclesia, petitionem illorum impletã videmus. Nam Ioanni sedes data est in Asia, quæ est ad dexteram Hierusalem: & Iacobo in Hispania, quæ est ad sinistram partem. Quãtã gloria nostræ Hispaniæ! quãtus fauor à Deo talem recepisse patronum, vnũ ex tribus charissimis Dei. Grãdis fauor domine, quòd sic estimasti eam, & quòd tanti est apud te in fine mundi posita: nō enim sic eam estimasses, & tanto patrono dotasses, nisi grandis futura esset. Nam licet prius Barbara & rustica, in ea tamen fides tua pura, & cultus tuus vsque in finem permansit. Ecce Achaia, Ægyptus, India, Asia, Græcia omnes perditæ sunt: & ex prouincijs Christianis multæ infectæ, Hispania maximè seruat fidẽ illẽsam meritis & patrociniõ huius sanctissimi Apostoli. Nam quale est talem habere patronum in curia cælesti? Et si aliquando capta est ab infidelibus, tamen eius patrociniõ liberata est: vnde legitur in historijs, Apostolum visibiliter aliquando in

bello apparuisse. O quantus honor debetur ab Hispania huic tãto patrono! Verè hoc festum cum omni gaudio & exultatione celebrãdum esset in Hispania sicut Pascha: quia nostrũ maximè est. eius meritis putamus hunc ordinem militare ad tantum gloriæ fastigium peruenisse. Quis nanque ordo in toto orbe illustrior, cuius prior Carolus quintus Imperator est? Quid amplius potuit ascendere? Verè sicut granũ synapis cœpit & creuit dignitatẽ & gloria super omnia olera. Sed vellẽ vt sicut Illustrissimus est omniũ dignitate, sic esset obseruantia & religione. In hoc enim, vt verũ fatear, multum decidit à primordio: iam enim de religione modica est cura, sed de solis redditibus cura est. Dicite mihi, quid plus habet cõmẽdata rius quã miles laicus: vel quã antea habuit? nisi quod recitat Pater noster, & in tribus paschatibus cõmunicat? Quæ religio? quæ modestia? quæ temperantia maior in domo, in familia, in mensa, & in cæteris eũ tota domus eius, vt monasterium esse deberet: imò nec recordatur quod religiosus est, sed omnino sic viuit vt secularis, cum omni fastu & pompa & delicijs. Verè si sciretis obligationem forsitan nō acciperetis redditus: quod si etiam attendamus ad finem huius ordinis, altissimus est. Nam cũ aliquę religiones sint institutę ad hospitium peregrinorum, alię ad redemptionem captiuorũ, alię ad eruditionem populorum, alię ad exemplum hominũ, alię ad vacandum contemplationi, vester ordo institutus est ad defensionem fidei. Vitas vestras deuouistis Deo, ad moriendum pro fide maiorem charitatem nemo habet quã **Ioã.ij.b** &c.

&c. Non opus est quòd vocetur cõmendatarius ad bellum, nã ex professione tenetur propter hoc redditus dantur. Bernardus ad milites templi. O felix militia quę semper fuit victoriosa, omnino insuperabilis: nam si vincit, quanta gloria, si moritur, quanta gloria: maior est victoria. Quid enim defuit illi vt esset martyr, si pro hoc solo militauit vt fidem à paganis defenderet? Recordamini ergo fratres vestrę militiæ, zelate honorem Dei & fidei defensionem, quã professi estis curantes: vt cum apparuerit rex vester, sicut boni milites ab eo debitũ militiæ stipendium recipiatis in gloria: ad quam nos perducatur Iesus Christus. Amẽ.

DE VNO MARTYRE,
hoc est de sancto Adelesmo.

Concio, qua ratione sancti regantur à Deo.

THEMA.

¶ Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Sap. 10.



Propheta regi⁹, modum quòd Deus sanctos & electos suos in via salutis dirigit, breui sermone in seipso describit, dicens. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: tali enim ac tanto rectore, quid mihi deesse potest? quando errare poterò à veritate directus? Illi me totum tradidi gubernandum, ipse meos actus & affectus disponit, ipse meos

dirigit gressus, ipse ductor, ipse via, **Io. 14. a** ipse currus, & auriga meus. Scio **4. re. 2. b** cui me credidi, & certus sum quoniam nihil impediet, nihil obstat, quin ipso rectore, & moderatore perueniam quòd tendo, & obtineã quod desidero. Sed insinua nobis ò propheta sancte, vnde eius modamina nosti, & qua te regat arte, quãue ratione moderetur edisserere. Attendite fratres, quã, mirificè, quã sapienter, quã succinctè percurrit, quã neque longo possit tractatu finiri: in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquã refectio nis educauit me, animam meã conuertit, &c. Decem gratias sibi collatas enumerat, ex quibus liquidò cognouit, quia Deo cura est de ipso, & quòd illius moderamine gubernetur. Prima est, quòd in loco pascuæ ab eo collocatus sit, id est, quod in ecclesia dei in medio populi fidelis, vbi fidei pabulo aleretur, ex parentibus fidelibus progenitus fuerit. Grandis profectò & pura gratia, neque enim antequam esset promereri potuit, vt tanto beneficio donaretur. Omnium animarum conditor Deus, pro suo arbitrio, & secundũ **eph. 1. b** consilium voluntatis suæ cuncta disponens: hanc embrioni ex fidelibus, illam embrioni ex infidelibus, id est, corpusculo in ventre matris organizzato, pro suo libito animam destinat: neque dicere ei quispiã potest, cur ita facis? Quanti verò **Ro. 9. c** momenti ad salutem, & vitam æternã consequendam, hoc sit, quia omnibus liquet dicere, non est opus. Iam verò ex parentibus fidelibus genitus sic erat, vt melius esset non fuisse: vt pote filius iræ, natus in combustionem, & cibum ignis, nisi in alteram formam reficeretur. Formatus **Esa. 9. b**

Nn 5 ergo

ergo in animam viuentem, reformatus est in spiritum viuificantem, in similitudinem terreni Adā, progenitus in caelestis similitudinem, aqua saluari regeneratus est. Hoc est quod ait, super aquam refectionis, id est, regenerationis educauit, id est, refectionis & reformauit me. Hęc secunda gratia est, quod uidelicet, in utero (Deo conseruante) nō fuerit abortus, & in partu ipso protegente non fuerit suffocatus, sed Dei dono ad baptismum regeneratē peruenerit. Post modum verō, annis infantilibus transactis, cū ad boni & mali discretionem peruenerit, abire cōepit uias distortas post malitiam cordis sui, appetitus effrenes, & carnis desideria stultē perficiens: siquidem omnis sensus, & cogitatio hominis, in malū prona est ab adoleſcētia sua: sed respexit eum dominus ex alto, & miseratus erratē illius animam conuertit: ne uidelicet fallaces & fugaces umbras sequeretur, & in uitiorū præcipitia laboreretur. Hęc tertia gratia est, qua scilicet Deo illumināte, relicta nequitia, uiam ueritatis elegit. Sed quid prodesset bene eligere & male prosequi? qui ergo dedit uelle bonum, dedit etiā perficere. Vnde sequitur: deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum. Parum erat Deo, uiam iustitiæ demonstrare, nisi dignaretur etiā ambulāntem dirigere. Vnde (sicut propheta ait) non est hominis ut ambulet, & dirigat gressus suos, sed à Deo gressus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Hęc quarta gratia est, Deum habere in uia sua rectorē & directorem, quod quantam fiduciā ei præstiterit, attendite. Nam cū ambulauero (inquit) in medio um-

bræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Felix qui tali comite poterit gloriari, non est unde timeat errorem, qui ueritatē habet, sui itineris directricem. Sed nūquid forsitan ò propheta non cades, non offendes, non à recto itinere deuiabis? quis ita uiator securus est, ut nō timeat mala? Errare (inquit) forsità potero, sed si deuiauero, uirga tua baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Hęc quinta gratia est, correctionis scilicet, qua Deus electos suos subleuat à peccatis, in signe profectō amoris indicium, corripit enim filium quē diligit. Væ miseris quos in peccatis consensescere permittit: hęc grandis ira Dei, & post infernū secunda, cū peccator pro suo libito peccare permittitur, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vnde sicut idem propheta alibi ait, exacerba uit dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non queret, & miseris sapius pro hac impunitate & licentia, stultē Deo gratias agunt: cū deberent potius cū eodē propheta rogare. Ad te domine clamabo, ne quando sileas, aut taceas à me: nam si tacueris, si dissimularis, alsimilabor utique descendentibus in lacum. Vnde Augustinus, nihil infelicius felicitate peccatiū. Hanc sequitur sexta gratia spiritalis refectionis, de qua ait. Posuisti in conspectu meo mēsam doctrinæ, scilicet, in scriptura sacra aduersus eos qui tribulant me, quāuis hęc mensa ad salutarē refectionem dominici corporis congruentius referri possit: sicut ait Chrysostomus, sicut leones flammā spirantes, sic terribiles diabolodiscidim. Hęc sequitur septima gratia deuotionis quæ affectū impinguat, & ad omne opus

opus bonū uirtutem roborat. Hęc facit non sentire laborem, hęc alacrem reddit uiatorem, & facilē ad currēdam uiam: sicut scriptum est. Assument pennas ut aquilæ, currēt & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Hęc sunt rotæ agiles, quas secum rapit spiritus, quocunque ierit, quas uocauit uolubiles: quia oleo spiritus unctæ erant, unctio enim sacra cordis nostri, grauissimam rotam ad omne bonum agilem reddit & mobilitat. Felix cuius caput oleo isto frequentissimē impinguitur: sed calix ille feruoris inebriās, quā præclarus est. Hoc est uultum quod in hac uita desiderari potest, quando non sola deuotionis unctio animus impinguitur, sed potenti charitatis uino, extra se rapitur, & inebriatur. Hoc est uinum illud nouum, quod non mittitur in tres ueteres: de quo beatus Iob. En uenter meus, quasi multum absque spiraculo, quod lagunculas nouas confregit: sed spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & nō agnoscet amplius locū suum. Heu, heu, transit spiritus, & nullum in anima relinquit uestigium, post ardentem deuotionem, & feruētissimam ecstasim, in priorem relabatur algorem, quasi nihil omnino trāssisset: misericordia autem domini ab æterno, & usque in æternum super timentes eum. Hęc transeunte spiritu, non deserit, sed firma eos protectione tuetur. Hoc est quod ait, & misericordia eius subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ. Gratia enim Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius: unde & abscondet eos in abscondito uultus sui, à conturbatione hominum, & à contradic-

ne linguarum. Hęc firma Dei protectio & sollicitudo. De qua alibi ait. Dominus sollicitus est mei dormientes & uigilantes, iustos custodit, ne à maligno ledantur. O bone Iesu, quantas à te gratias & bona accepimus ignorantes, quoties nobis nescientibus, aut etiam dormientibus, mille peccatorum offendicula tollis, mille laqueos infringis, mille pericula remoues. Quoties in malum post delicias currimus, anxie quærentes & procurantes obtinere plurima, quæ tu à nobis sedula pietate auertis, quia nobis noxia & mortifera sunt: quotiens hęc tuam erga nos prouidentiam postmodū agnoscentes clamamus. Gratias tibi domine, quia obstitisti, quia impedisti, quia non licuit quod nociturum erat. Post diuinam cum angelo luctam, grandis ille athleta Iacob, illucescente mane, dimittere non uult obluentem angelum, nisi bene dixerit ei, & tu si quandoque donatum tibi fuerit, hanc luctā experiri, cū iam spiritum neruis omnibus retinere nequueris, obsecrato eum, ut relinquat saltem benedictionem & protectionem hęc, quæ tecum maneat, & tecum laboraret, & ab omni malo te defendat. Sed quid est quod ait, misericordia eius subsequetur me, cū alibi dicat, Deus meus, misericordia eius præueniet me? Non est utique contradictio neque repugnantia: præcedit enim, & sequitur nos Deus: præcedit monendo, sequitur ordinando: præcedit inspirando, sequitur conseruando: præcedit inclinando in id quod bonū est, subsequitur quod bene actum est, dirigendo atque disponendo: homo enim proponit, & Deus disponit. Multæ domine misericordie

2.co.13.f
& Gen. 2.b
Tit. 3.b
Gal. 5.c
Gn. 8.d
Ps. 32.
Ps. 118.
Ps. 22.
Hic. 10.
Ps. 36.
psal. 22

ps. 18.
Esa. 40.
Eze. 10.
ibidem
Heb. 12.
Apo. 22.
psal. 10.
psal. 47.
psal. 102.
psal. 102.
psal. 22.
psal. 30.

psal. 39.
Gn. 32.f
Sap. 9.c
psal. 58.
psal. 118.

ricordie tue, sed ex tam multis, ali-
 quaæ præcedunt, nonnullæ sequun-
 tur. Nos quod ab æterno elegisti,
 quæd in ecclesia tua statuisti, quod
 baptismi lauacro abluisti, nos hæc
 misericordie tuæ domine & similes
 præcedunt nos: quod vero post pec-
 cata conuersos suscepisti, quod pœ-
 nitentibus indulxisti, quod quæren-
 tibus apparuisti, quæ uocantibus re-
 spondisti, & ad bona conantibus o-
 ptatum finem præstitisti, hæc miseri-
 cordie tuæ domine, & similes sub-
 sequentur me, omnibus diebus ui-
 tæ meæ. Sed illa omnium suprema
 & maxima misericordia & gratia
 tua domine: de qua sequitur, & ut
 inhabitem in domo domini, in lon-
 gitudine dierum: sed in quanta lon-
 gitudine, beati qui habitant in do-
 mo tua domine, in secula seculorū
 laudabunt te, in æternum, & in se-
 culum seculi. Hic finis, hic portus
 quo Deus electos suos dirigit, & di-
 rigēdo perducit. Hic viæ terminus,
 hæc laborum præsentium quies. Au-
 distis fratres, modum quod Deus iu-
 stos suos dirigit per vias rectas: Ob-
 secro vos per misericordiam Dei,
 permittite vos regi ab eo, illi vos
 ipsos committite gubernandos, ne si-
 tis rebelles lumini & gratiæ Dei.
 Nolite resistere, imitamini illū qui
 dicebat: factus sum ut iumentum
 coram te, ut scilicet pro libito tuo
 dirigas & deducas me, quocumque
 placuerit. Tu sessor, & ego equus:
 tu auriga, & ego eurus: tu guber-
 nator, & ego nauis. Quænam est ob-
 secro hæc proteruita? quæ superbia
 & ceruix tua o anima mea, ut Deo
 creatori & factori tuo resistas? &
 domino tuo nolis esse subiecta? Di-
 sce obedientiā a brutis, & a tibi sub-
 ditis subiectionem, iumentorū tuo-

rum esto discipula, ut subdita sis.
 Quanta beneuolentia tibi seruiunt
 cuncta! quanta subiectione tibi o-
 mnia parent! qua facilitate & ala-
 critate, pulcherrimus tibi subditur
 equus, furens & spumans, tenue
 non rumpit habenas, gracili loro, li-
 cet potentissimus; ducitur quocumque
 libuerit. Sed & cornutus bos, pa-
 tienter aratra suffert, astat humilis
 obliganti domino, impositumque iu-
 gum, obedientissime portat. Videas
 equarum & vaccarū, amplissimos
 greges, paruulo custode, deduci
 pro libito, ad aquas eas, & iterū re-
 mittit ad pascua: quo zelo, qua dili-
 gentia. Qua solertia, domum tuam,
 & pœcora tua, canes custodiunt, to-
 ta nocte latrantes peruigilāt, ut lu-
 pos & fures arceant: quod si quis piā
 claustra introire præsumperit, ir-
 ruunt ut leones in eum, & seipos
 obliti, neque gladijs, neque sustibus,
 ire obuiam timent, ut commissa cu-
 stodiant. Disce (inquam) a subditis
 obsequium, & a seruientibus serui-
 tutem, neque enim tu fecisti ea, non
 a te creata sunt: & tamen quia pla-
 cuit conditori subijcere ea tibi, sic
 obnixè obtemperant dominantī.
 Quanto amplius tu Deo creatori
 tuo obedire subijci que debueras,
 a quo tibi omnia subdita sunt. O
 ceruicem durissimam, o superbiam
 execrandam: ut nolit opus artificis
 suo parere, & creatura infirma, suo
 subijci conditori! Agnoscunt bru-
 ta superiorem vim, in rationali na-
 tura, & non itidem rationalis ho-
 mo agnoscat in natura diuina? Bru-
 tum homini regendum se committit,
 & non itidem faciet homo Deo? Un-
 de psal. Nonne Deo subiecta erit a-
 nima mea? ab ipso enim salutare
 meum: nam & ipse Deus meus, & sa-
 lutaris

lutaris meus, susceptor meus. Quasi
 dicat. Nonne pro his omnibus meri-
 to subijcitur et seruet ei? Felix qui
 se illi per omnia tradidit gubernā-
 dum, quis dicere potest cum Apo-
 stolo? Viuo ego, iam non ego, uiuit
 verò in me Christus: qui non tā ra-
 tione quā spiritu Dei ducitur, sicut
 equus dirigitur a sessore. Quid e-
 nim aliud viros sanctos, nisi equos
 ingenuos dixerim, quibus aduersus
 demonum phalanges Deus fortiter
 præliatur? De his propheta. Qui
 ascendis super equos tuos, & qua-
 drige tuæ saluatio. Zacharias pro-
 pheta. Exercitum pergrandē equo-
 rum vidit, quorū nullus alius erat
 sessor, nisi Deus, sequētium virum
 quendam sedentem super equum
 rufum inter myrteta: id est, Dei fi-
 lium, in humano corpore, passionis
 suæ sanguine rubricatū. Quis enar-
 rare sufficiat, quanta & quā mirifi-
 ca Deus operetur quotidie in factis
 suis: Qualis equus Paulus, quo sibi
 Deus orbē subegit, ac pedibus suis
 strauit. Qualis Petrus, quo Romani
 imperij fastigium, in fidei obsequiū
 subiugauit. Videas quandoque po-
 tentissimum sonipedē phaleratū,
 ostro insignem & auro, in celsu, et
 gestu de domini sui insidētia tume-
 scentem, et veluti gloriātem. Quid
 mirum si gloriatur sanctus, quē in-
 det et inhabitat deus? Millia (inquit)
 lætantium dominus in eis: reprobis
 autem damulis indomitis, aut vagā-
 tibus onagris per similes sunt: teste
 Iob, qui de lasciuētī ac lubrico viro
 ait. Quasi pullum onagri liberum
 se natum putat, id est, nulla teneri
 lege, nulla subiectione arctari: sed
 sibi omnia licere quæ vult. Quis
 vnum quempiam ex istis domare,
 quis ei vnquam iugum imponere

potuit, nisi Deus? De his psalm. In-
 chamo et freno maxillas eorū con-
 stringe, qui non approximāt ad te.
 Freno & onere domantur bestię:
 sic Deus quādoque peccatores infrenare
 solet, multoque egritudinum,
 persecutionum, laborū onere de-
 primere: ut benignum sessorē su-
 scipiant, & onus eius leue & suaue
 sustineāt. Sic in Esaia legimus. Lau-
 de mea infrenabo te, ne intereas.
 Sed iam quibus vijs dominus suos,
 in viam salutis dirigat, ostēdamus:
 neque enim vna & eadem via, omnes
 electi pergūt in gloriā: sed alius sic,
 alius sic. Omnes tamē vias domini,
 in duas psalmographus colligit, di-
 cens. Vniuersæ viæ domini, miseri-
 cordia & veritas: his duabus miseri-
 cordia, scilicet & veritate, in ter-
 ram promissionis desideratam ten-
 dit omnis sanctus. Aut enim miseri-
 cordiæ operibus incumbens, cum
 Martha sollicitè seruit, aut sola ve-
 ritatis contemplatione contentus,
 ad pedes Iesu cū Maria quiescit. Pri-
 ma, via secularium: secunda, mona-
 chorum, vnusquisque viam quam
 elegit sequatur & teneat: sicut scri-
 ptum est. Tene quod habes, & in
 qua vocatione vocatus est quisque,
 in illa permaneat: nam qui sæpius
 mutat viam, de via in viam sæpius
 transiēs, dum omnes perlustrat per
 nullam earum vadit. Væ peccatori
 qui duabus vijs graditur, ait Salo-
 mon, quotiens diabolus, festinanti-
 bus viatoribus illudat, ut viam bo-
 nam quam sequuntur dimittant, &
 viam aliorum ambient. Qui choro
 vacat ambit pulpitem, & qui popu-
 lis prædicat, chori quietem deside-
 rat, qui pro domino in fratrum ser-
 uitio laborat, orationis otium cupit,
 & qui hoc otium sequitur laboran-
 tium

tium fructum exoptat : & ita fit vt dum inuicem emulantur , & quod alterius est vnus quisq; ambit, quod suum est remissius exequatur . Grādis delusio fratres, & quæ sub pietatis prætextu, festinātes viatores valde retardat . Quod si duabus vijs in eandem ciuitatem eundem nō est, quā stultum est velle, vno & eodē itinere , oppositas ciuitates adire: sicut multi seculariū faciunt , qui sic vias cælestis Hierusalē ambulare cupiunt, vt terrenæ Babylōnis itinera non relinquunt . Viæ domini (sicut Bernardus ait) viæ rectæ, viæ pulchræ, viæ plenæ, viæ planæ . Rectæ sine errore, quia ducunt ad vitam: pulchræ sine sorde, quia docēt munditiā: plenæ multitudīne, quia totus iam mundus est intra Christi sagenam: planæ sine difficultate, quia donant suauitatem . Verē semita iusti recta est, impij autem in circuitu ambulant semper euntes, & nūquā proficiētes . Cui nam assimilabimus eos? similes sunt iumentis circūtrahētib; aquarias rotas, in tectis oculis, perpetuo labore fatigatis, neque ab eodem interim curriculo descendētib; . Vnde psal. Domine pone illos vt rotam . Quā pulchra sit via iustitiæ, quā plana, quā grata, quā iucunda, delectabilis atq; desiderabilis, solus nouit qui per eandem vadit . Vere pax multa diligentibus legem tuam domine, & non est illis scandalum : via autē impiorum difficilis, sicut scriptum est, Cōtritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis nō cognouerunt . Et iterum, Lascari sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles , & non nobis illuxit lumen, sol non ortus est nobis . Miseri et infelices, qui cū suauitate, paradisi gloriam obti-

Eze. 18. f. & O. scq. 14 d mat. 7 b
Matth. 13. e efa. 26. b psal. 11
psal. 82.
ps. 118.
psal. 13
Sap. 5. b

nere potuerunt & elegerūt potius vias duras, quæ ducūt ad incendiū . Deduc me domine in via tua, vt in grediar in veritate tua: ad tuā enim veritatem pertingere, nullo modo potero, nisi te rectore, spiritus tuus bonus ille deducet nos in terram rectam . Illum domine mitte de cælis, a sede magnitudinis tuæ, qui nos per varias huius pelagi syrtes, & innumera pericula dirigat, & inoptatum portū deducat . Emitte (inquā) lucem tuam, & veritatē tuam, ipsa quispe deducet, & adducet nos in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua, ad iucundam, gratā, desiderabilem & inestimabilem visionem gloriæ tuæ . Quam nobis prestare digneris, per Iesum Christum dominum et redemptorem nostrū, qui tecum & cum spiritu sancto uiuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum . Amen .

ps. 85.
ps. 142
Sap. 9. b
ps. 42.

DE VNO MARTYRE
concio altera, hoc est de
diuo Romano.

THEMA.

¶ Et firmabitur in illo & nō flectetur, & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illū apud proximos suos: Ecclesiastici. 15.



Propheta David late prosequitur piā quandam ecclesie, & sanctorum martyriū querimoniā, quasi deserantur a Deo . Vnde sic ait . Deus

ps. 43. Deus auribus nostris audiuius, patres nostri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis, fauores & beneficia quæ præstitisti eis, magna & ingentia . Quomodo tractaueris Abraam, Isaac, & Iacob famulos tuos, quomodo ditasti eos, & benedixisti eis: similiter Moysen, Iosue, & ceteros antiquos patres, quā potentes & claros in omnibus fecisti eos! Audiuius magnalia quæ fecisti in Ægypto, portenta quæ operatus es, quomodo occideris primogenitos, siccaueris aquas, submerseris currus, & populum tuum manu potenti eduxeris . Sed & cū in terram promissam induceres eos, manus tua gentes subuertit, & plantasti eos, afflixisti populos, & expulisti eos: neque quidem hæc potentia populo infirmo & inermi attribui potest . Non enim in gladio suo posederunt terram, & brachium eorū non saluauit eos: sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam cōplacuisti in eis . Audiuius etiam quomodo iam plantatos protexisti, quomodo fouisti eos, ne a nationibus lederentur . Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari: qui tetigerit vos, tanget pupillā oculi mei . Tu ipse es rex meus & deus meus, qui mādās salutē Iacob . Ipsemet es quem ego colo, veneror & adoro . Quænam ergo ista mutatio? quænam ista desertio? quomodo nunc populo tuo mutatus es in crudelem? Hæc quidem omnia & ampliora pro famulis tuis, illo in tempore fecisti: nunc autem expulisti nos, & confundisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris, auertisti nos retrorsum post inimi-

ps. 105
ps. 43
ps. 104
Zac. 2. c
ps. 43

cos nostros, & qui oderunt nos, diripiebant sibi: dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos: veditisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum . Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subannationem & derisum, his qui in circuitu nostro sunt . Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis, neq; satis visum est hoc in conspectu tuo . Parum fuit sanctis martyrib; tormenta crudelissima sustinere, sicut oues in macello laniari, sicut in historia ecclesiastica sub Licinio Imperatore factum legimus . Cum enim iam carnifices lascari essēt, & præ nimia crudelitate iam tædio afficerentur, diutius torquendo martyres eos, laniationibus tradiderint: vt in macello velut porcos & arietes laniarent, & mēbratim diuisos, piscibus in escas ponto proijcerent . Parum (inquā) fuit illis pro te sustinere tormenta, nisi quoque pudorem & verecundiā nuditatis, in populis portarent . Publicè enim muleres in plateis nudæ suspendebantur, diebus inregris spectaculum cōtumeliæ in populis sustinentes, omnibus iridentibus & exprobrantibus nuditatē: Hoc est quod ait: tota die verecundiā mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me, a voce exprobrantis & obloquentis, a facie inimici, & persequentis . Gaudebāt & exultabant super eos dicētes, Euge, euge, viderunt oculi nostri, insultabant eis quasi sacrilegis, nec erat quid eis respondere possēt præ confusione, quia nullus eis e cælo videbatur adiutor . Neque quidem pro peccatis hæc omnia patiebantur, intra ipsos tamen erat qui eos confor-

ibidem
psal. 34

confortabat, ne deficerent in tormentis, & ad pias querellas eos incitabat. Vnde sequitur: hæc omnia venerunt super nos, neque obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo, & non recessit retro cor nostrum. Si obliti sumus nomē Dei nostri, et si expandimus manus nostras ad deum alienum, non pro peccatis, non pro sceleribus nostris, quasi latrones, adulteri, vel homicidæ, hæc omnia patimur: sed propter te, propter nomen tuum Deus, & gloriam tuam, propter honorem tuum, fidem & dilectionem tuam. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Propter te hæc omnia sustinemus: & tu domine obliuisceris nos in finem? Vsq̄ quo dormis? vsq̄ quo dormitabis? exurge, quare obdormis domine? Exurge, & ne repellas in finem, quare faciē tuam auertis: obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? Quoniā humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum. Quotiens putas hunc psalmum, hanc orationem, & piā querimoniam, cū lachrymis, & singultibus, sancti patres, pontifices & clerus, in montibus decantabant: cū ecclesijs dirutis in subterraneis foueis, latitantes, diebus & noctibus coram domino deplorarent. Quo dolore, qua afflictione, quibus lachrymis corā Deo hæc omnia personabant. Mirabantur supra modum, quòd Deus iustus & bonus, qui superioribus temporibus synagogæ tam pie & benigne seruos suos tractauerit, nunc in exordio nascentis ecclesiæ cū propter car-

ibidem

nem assumptam, fauorabilior populo suo merito putaretur: è cōtrario eos in manus persequentium de seruisse videretur. Sed ò altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius? Non erat illa desertio, sed fauor ingens: non obliuio, sed ardētissimus amor: sic enim expēdiebat illis, sic fieri oportebat. Non est Deus personarum acceptor, sed temporum cōsiderator: prioribus enim temporibus, cū mundus adhuc puer, & populus domini imperfectus erat: pius dominus, quasi mater teneros paruulos, sic homines munusculis & ludicris ad se trahebat. Ditabat suos, & in omnibus prosperabat, vt ceteri homines, idolatræ, cupidi, lubrici, & ambitiosi: vel hoc fauore ad eius cultum & seruitium alliceretur: si non amore iustitiæ, saltē cupiditate lucri: vt videlicet dicerent populi apud se: seruiamus Deo optimo, qui sic suos seruitores & cultores honorat & custodit. Postmodum verò mundo iam dominico aduentu illuminato & perfecto spiritu sancto, in visceribus hominum infuso: viros iam consumatos & doctos, puerorum ludicra non decebant, sed magis bellantium arma, vt strenuè agerent, & egregiè militarent: vt vel sic quid dominicus aduentus mundo profuisset, populis innotesceret. Et certè valde aliud est, munusculis & donis in domini cultum retineri, & tormētis & morte non posse ab illo quomodolibet separari. Vide quid profuit Deus in terris: vide quid hominibus cōtulit maiestatis aduentus. Itaq; viros iam perfectos, grandia pro Deo agere oportebat, vt latēs in eis spiritus sancti

Rom. 12

Eph. 6

b. & Ro.

2. b. &

Col. 3. d.

Act. 10.

e

Ioa. 13b

Luc. 24

d

ps. 117

Matth.

16. d.

cti virtus cunctis hominibus panderetur: item oportuit ita fieri, vt quid Deo mundus deberet apertius innotesceret. Dominicam enim passionem, clauos, flagella, irrisiones, sputa, spinas, nuditatem, opprobria, mortem: aliud est è pulpito referre, aliud equuleo sentire. Potauit eos dominus calice suo, vt agnoscerent quam ipse amaritudinem ebibisset, quid pro eorum peccatis in cruce sustinisset: & quò magis beneficiū agnosceret, eo ardētiori affectu, gratias pro illo referrent. Et quidē quādiu Deus pro omnibus dolores, passiones, persecutiones, & mortem passus non est, hæc ab hominibus minime postulauit. Sed postquam hæc omnia sustinuit, quid mirum si seruus patiatur pro domino, quod dominus pati pro ipso met seruo dignatus est? quid multum si seruus domini sui vestigia sequatur? imò mirum si non sequatur. Non est (inquit) seruus maior domino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur. Ego dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi pater meus: non facio vobis iniuriam, via qua me duxit pater, ego duco vos: neque enim amplius diligere debeo seruum, quàm pater suum diligat filium. Oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam, quantò magis famulos, vt in regnum intrent alienum? Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam, non dedignetur iustus intrare cælum per portam crucis, per quam ingressus est dominus. Hæc est enim voluntas Dei, vt accipiat vnusquisq; crucē suam, & sequatur eum. Noluit quippe, qui optime noverat quid in seruis suis esset virtutis, subtrahere eis occasionem illius

exercendæ, qua possent & in mundo clarius emicare, & in cælo perpetuas fibicoronas acquirere. Quā gloriosi, quā illustres ex hac fortitudine sua facti sunt inter homines, quā tum sibi coram gentibus laudis, & gloriæ acquisierunt. Si Stephanus lapidatus, Laurentius assatus, Sebastianus sagittatus, Vincentius laniatus non fuissent, in obscuro forsitā perpetuo remāsisset: neq; vlla memoria eorum in ecclesia modo esset. Thesaurus absconditus nullum foras misisset fulgorem. Iob in sterquilinio clarior fuit, quā in sceptro, & isti in equuleo clariores, quā in diaconatu. Sed quid de laude hominū loquor? ad gloriam illam cælorum magis intuendū est. Bone deus quæ vox, quæ poterit lingua retexere, quæ & quāta tuis martyribus munera præparasti? quis eorum gloriā atq; lætitiā enarrare sufficiat? hoc vnum dixerim. Si in cælicolas liuor cadere aliquomodo posset, certe angelis pacis sanctis martyribus inuide re poterant, quoniā nullus angelus pro Deo assatus, nullus excoriatus, nullus lapidatus est. Quid enim amplius pro Deo facere potuerūt, quā exponere vitā pro illo, à quo eam prius acceperāt? quomodo putas lætantur? quomodo exultant modo eū hæc omnia considerant? (imò nūquā nō considerant) quomodo beatificāt ignes, gladios, vngulas, flagella, cruciatos quos passi sūt, per quos ad tātā beatitudinis fastigium perueniunt. Quomodo gaudent quia in manus laniantiū picē deserti sunt: quantū nolent tunc fuisse adiutos. O gloriosam nimis martyrum militiam, ò honorabilem sanctorum militum triumphum! quā celebres & illustres in cælo & in terra fecit illos

Act. 7g

ecclesi.

20. d. &

41. c.

Iob. 2. c

breuissima passio. Hi enim Christo domino retulerunt mortem, quam pro omnibus passus est. Soli eius calicem potauerunt, soli quod vltimū omnium & difficilimum est, pati scilicet & mori, incredibili charitatis feruore, suo domino contulerūt. Propter quod merito ab illo præter cæteros sanctos, aureola mirifica decorantur. Vides certè, quia nō erat illa desertio, prout tunc videbatur: non fuit crudelitas, sed ingentissima pietas, quod pro Christo domino laniati sunt. Sicut enim vasa aurea & argentea, cū ab aurifice conflantur, tunduntur, vstulantur & poliuntur: si humanum sensum haberent conquererentur vtique de tormento, & tamen postmodum in abaco fulgentia, de suo fulgore & pulchritudine lætarentur, & conflatorio suo quod eis non perpercisset, immensas gratias agent: sic de martyribus sentiendum est. Fuit etiam eorum confessio ecclesiæ Dei, quā maximè necessaria: inde enim maximè adaucta est, vnde minui putabat. Occidebatur vnus, & plurimi viuificabantur. Fides tormento artrita, velut granum synapis, in plures suum fundebat vigorem, atq; ita draconi astutissimo illudebatur, vt proprio laqueo caperetur, & vafricie sua populum Dei quē abolere nitebatur auget. Sed & fides, spes, charitas fidelium, quātū roboris & vigoris, ex hoc martyrum agone susceperunt. Quis nunc de fide & Christiana religione audeat disputare, quæ tot millium testium sanguine firmata est? Quis vitæ futuræ præmia non credat, aut non speret, pro quibus tam atrociter laniari tot martyrum milia consenserunt. Nunquam enim

Matth.
10.c.

Matth.
13.c. &
Lu. 13.d

(vt Gregorius ait) vitā hanc cūctis dilectā tam alacriter exposuissent, nisi esse aliam longe meliorem firma definitione sentirent. Charitatis autem quale in eis exemplar, nobis propositum est: quis erat feruor amoris in eis, quibus mori pro dilecto modicum videbatur. Discite Christiane ab istis amorem, discite fiduciam, discite fidem, hanc martyrum scholam sæpius frequentato, vt & amare & amoris virtutem addiscas. Intelligite quid pro Dei gloria sustinere debeas, vt quē diligis non offendas. Hi nanque ne vel duobus digitis coram simulacro thura iactarent, ne vel vini modicum libarent, ad aram & reliquum effunderent coram ea: exuri & laniari se potius permiserunt, quam ex corde hi peccato consentirent, quam ex animo retrocederent à Deo, qui neque ad id solo exteriori signo perpetrandum tam atrocibus tormentis, & dira morte induci potuerunt. Quid nos miseri dicturi sumus in iudicio, qui tam leuiter à Deo separamur? qui Dei gratiam & amicitiam pro nihilo pendimus? quibus non equuleus, sed nummus sufficit ad offensam? quā meritò coram istis damnabimur, quorum tam eximia virtus, neque morte superata est. Forma charitatis in his nobis proposita est, quam sequamur, sed & fortitudinis, constantiæ, patientiæ, mansuetudinis, humilitatis, cæterarumque virtutum omnium exemplar in illis emicuit. Quis de cætero superbire audeat? quicquid pro Deo sustinuerit, quicquid egerit, quid enim est totum quod agimus si minimo istorū agoni cōparetur? In his Christianismi norma,

ma, & totius regula religionis: in his vera Christi, euangelijque philosophia descripta est, quam qui imitari voluerit, optata proculdubio beatitudine perfructur. Sed vae miseris nobis si post tot martyrum exempla, post tot sanctorum documenta, post tot gratiarum adiumenta perire contingat. Et quidem Iudæo aliqua in iudicio forsā poterit esse excusatio, quia in illo tempore natus est, quando in vmbra, & non in luce viuebatur, quando & vita difficilis & caliginosa dies erat. Pagano similiter: quia illi non illuxit dies, sol non ortus est ei, nūc autem post solem ortum & diem serenam, post scripturas, post tot duces & præceptores, post claram & apertam notitiam veritatis, nunc (inquam) postquam via salutis, tot hominum millibus præcuntibus, sic coram oculis trita & strata est, quisnam excusationis locus Christiano relinquitur, si oberratur? Felicissimum quidem fuerit hoc tempore nasci, quando lux veritatis palam mundo illuxit, si veritatem, bonitatemque sequamur: sin minus infelicissimum & miserrimum, & ad nostræ damnationis cumulum maximè conferens. Quoniā in medio lucis hallucinati sumus, & quasi in tenebris, sic palpauimus in meridie. Vnde dominus in euangelio. Seruus nesciens voluntatem domini sui, & non faciens plagis vapulabit paucis: seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens plagis vapulabit multis. Sed quid de nostris temporibus dicam? Redierunt fratres priora secula, & iterum ad suā infantiam, in vltima senectute deuolutus est mundus. Iam sine munusculis nemo sequitur Deum, nō

Iob. 5.c
& 12.d.
& Deu.
28.c.
Lu. 12.f

est qui gratis accedat ad altare eius, sicut Apostolus conqueritur. Omnes quærent quæ sua sunt, non que Iesu Christi. Vbi hodie zelus? vbi fortitudo martyrum? quis hodie sic zelat gloriam Dei? quis ita discrimini se obijcit propter Deum? Quanta hodie fiunt in congregationibus, in consistorijs, in capitulis, contra Deum & bonos mores, & publicam vtilitatem: nemo est qui se opponat, nemo est qui respondeat, & præuaricatoribus vel solis verbis obstat. Nemo pecuniæ suæ patitur sustinere iacturam, nemo audet contristare maiores, satis se fecisse putat, si ipse non facit, si non dilapidat, si non est particeps in crimine, & iniquo consilio non iungitur sceleratis. Noli obsecro domine Iesu, noli hoc tempore probare nos, ne appareat quid habes in nobis. Quid enim putamus fratres, si hodie in populo Christiano aliqua expriscis illis persecutio nasceretur? si aliqua illius seculi ecclesiæ tempestas ingrueret? Creditis, ne inueniret Deus fidem in terra? Qui minora non sustinemus, quomodo portaremus maiora? Et qui in modo dico fideles non sumus, quomodo essemus in maximo? Non sustinemus propter Christum iniuriā fratrum, quomodo sustineremus tormenta tyrannorum? Nō toleramus iacturam pecuniæ, quomodo toleraremus discrimina vitæ? Ex Germaniæ facto experimentum assumite, quā grandis & vasta provincia, vnus homuncionis dolo, à veritatis & certæ fidei tramite, deuiavit, populus alioquin grauis & nobilis, cui propter illustrem & singularem fidem Christiani populi imperiū, aduersus infideles & barbaras

Phi. 2.c

Eze. 13.a

Lu. 18.b

Lu. 16.a

barbaras gentes, à summis Pontificibus olim concessum est, quàm exiguo momento, heu quàm facile in errorem pestiferum declinauit: & magna ex parte subuersus est. Omnes eius perditione & submersionem audistis, Dicite quot Episcopos, quot monachos, quot prædicatores, & rectores ecclesiarum, in tā vasto populo, laniatos, discerptos, combustos, enumerastis, qui falsitati oblitentes palmam martyrij sortirentur? Quis contra pestilentem errorem, publicè in platea clamauit? Quis vsque ad sanguinem contradixit? Quis pro fide catholica vel leue dispendium tolerauit? Qui obuiare debuerant, hi ante omnes non tam fortè erroris, quàm libidinis gratia subuersi sūt. Hi primi oblatam coniugij licentiam contra ius & fas, contra fidem & votum, ardentissimè susceperunt. Bonus ille monachus est visus, qui etli non reclamauit, tamen cōiugem non admisit. Quàm lōgè aliter beatus Romanus deuotissimus & fidelissimus fecit, qui audito Asclepiadis sacerlegi crudelis aduentu, populum Dei ad ecclesiam conuocauit, & firmiter in fide persistere, cunctos admonuit: irrumpentiq̄ tyranno in faciem obstetit, sic eum mira feueritate alloquens, quasi seruum, quoniam verè diaboli mancipium erat. Stupefactus Præses magnanimitatem, & fortitudinem viri sancti, equuleo suspendi iubet, flagrisq̄ toto corpore lanari, neque ramentum sic efficere potuit vt ad eum, vel saltem mittius loqueretur. O admirandam viri constantiam, tormentis varijs, non solum non frangitur, vt iudici consentiat, sed neque flectitur vt mit-

tescat. Sic iudicem ab equuleo, sicut à prætorio reum alloquitur. O monachum, o si nunc, vel vnum talem monachum haberemus. Iratus iudex, linguam ei radicitus præcidi iubet: vt vel sic elinguis conticeat, & ipse iniuriam non sustineat, sed neque linguecidio veritas Dei rescindi potuit. Mirandum prorsus stupendumq̄ prodigium, elinguis disertius eloquitur & os lingua vacuum à veritatis cōfessione euacuari nō potuit. Simile quiddā alibi de quibusdā martyribus scriptum legimus, qui linguis radicitus euullis, longo postmodum tempore, corā omni populo, per varias ecclesias cunctis admirantibus loquebantur: eratq̄ Christicolis omnibus iucundissimū, hiantia ora, linguis vacua, & laudibus plena, videre, quorū vnus in lubricū carnis postmodū lapsus statim obmutuit: & infectus à vitio, gratiā quam propter cōfessionis virtutem à Deo acceperat miser amisit: vt vel ex hoc facto videamus, & quā nemo ab hac peste debeat esse securus. In quam etiam confessor insignis post linguecidium labi potuit, & quantum eius fœditas Deo displiceat, qui propter illam confessorem suū gratia concessa indignatus priuauerit. Sed ad nostrum martyrem redeamus. Quām verè illi aptata sunt nostri prothematis verba: & firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos. Parum fuit Deo illum continere, ne forsitan caderet, & confunderetur: parum illū sicut alios martyres ab idolatriæ & apostasiæ crimine liberare, vt nullis cruciatus, nullis terroribus, fidem quam acceperat

acceperat, dicto aut facto, quomodo libet desereret aut negaret: sed sic in illo firmatus, sic in medio cordis eius stabilitus est: vt neque minis, neque tormentis ab illa animi feueritate, & authoritatis rigore flecteretur: sed quasi blandientem, sic cruciantem despiceret carnificem. Vnde & meritò hic apud proximos suos exaltari meruit, vt eius virtutem & passionem, perpetuis futuris temporibus, in iubilo & laude mater ecclesia decanter: & postmodum nomine æterno, coram patre & angelis suis hæreditauit illum dominus Deus noster in beatorum requie. Quam nobis concedat idem dominus, decor & fortitudo martyrum, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DE VNO MARTYRE, Concio tertia:

THEMA.

¶ Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. 16.



Magnum beneficium à domino Deo nostro fratres, quia salus nostra & vita, in nostra potestate cōstituta est: vt si quis velit tantam possit gloriam obtrinare. Ita psalm. inquit. Anima mea in manibus meis semper. Reliquit enim Deus hominē in manu consilij sui, ostendens illi viam vitæ, & viam mortis, vt quam ex il-

lis voluerit sequatur: & sua voluntate & arbitrio, aut bene viuat & remuneretur, aut male agat & puniatur. Non sic huius mundi gloria, nō sic honores huius seculi, & diuitiæ in nostra potestate sitæ sunt, quoniam vana & inutilia bona sunt. Quæ autem magna sunt in nostra posuit potestate, & ita volentibus adest deus, vt nemo nisi de seipso cōqueratur si amiserit illa. Quo ad illa ergo beatitudinis ingentia præmia, pares nos fecit altissimus ac æquales: nulla est in hoc differentia potentissimi Regis, & fœdissimi Æthiopis, diuitis & pauperis, nobilis & ignobilis, neminem excludit à sua gratia & amicitia Deus. Sic Æthiopem acceptat sicut regem, non dedignatur abiectissimos hominum habere amicissimos. Grandis hæc clementia, grandis benignitas cōditoris. Vnde apostolus Petrus. In veritate comperi, Act. 10. quia non est acceptor personarum Deus: omnes animæ hominū corā eo pulchræ sunt, & decoræ, etiam si corpora in oculis hominū vilescāt, homo enim attendit quæ foris sūt, & Deus intuetur cor. Hoc est quod in themate ait. ¶ Si quis vult venire post me, omnes inuito, neminē abijcio, cuiuscūq; fortis, status, vel cōditionis existat, siue Iudæus, siue Græcus, siue Latinus, siue Indus, siue Hispanus, siue Gallicus sit: siue senex, siue puer, siue diues, siue pauper, siue nobilis, siue ignobilis, siue pulcher, siue turpis. Quicumque voluerit esse mihi amicus: si venerit ad me, non eijciam foras. Quanta pauperum in hoc consolatio, quanta diuitum admonitio. Gaudeant pauperes & abiecti, quia coram domino diuites sunt si volūt: audiant diuites, ne contemnant seruos, quos

in gloria fratres esse cognoscunt, & forte habituri sunt superiores præstantioresque. Si quis ergo vult venire post me, neminem cogo, neminem abijcio, suo hoc arbitrio & voluntati relinquo, non accepto coacta seruitia, neminem patior mihi seruire inuitum. Sed sicut scriptum est. Voluntarie sacrificabo tibi, nolo vt aliquis baptizetur inuitus, nolo vt quisquam cogatur ad sacra, qui voluerit gratuito spondeat & dedit se. Contra parentes qui hodie inuitas filias moniales faciunt: sed quid obsecro domine seruienti promittis? quæ iam famulis stipendia proponis: an gratis & sine premio seruiemus tibi? non utique. Attendite stipendia, attendite seruitia, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. O puritas euangelicæ doctrinæ, o sinceritas legis Christi, quam longe est ab omni suspitione mendacij. Attendite quid Christus querat à seruatoribus suis, videte qualia iniungat officia, mortificatione & crucem. Non blanditijs ad te allexisti homines o bone Iesu, non promissionibus vacuis attraxisti, promittens illis solatia, & gaudia, voluptates, & opes huius seculi: ad labores, ad persecutiones, ad asperitates & mortes aduocasti eos: non bello coges, sed verbo monens. Non sic alij, non sic, quid mirum si breui tempore, dimidium post se orbem pessimus ille Mahometus conuertit, laxando fræna vitij & voluptatibus, perfruendi licentiam dando, non verbo, sed gladio inuitos cogendo. Tu autem domine non sic: sed quid ais? Si quis vult venire post me: inuitas, non trahis: vocas, non cogis: allicis, non impel-

lis: neque enim homini suam vis præripere apud te meriti dignitatem, quia gratis & spontaneus obdierit tibi. Sed iam quid sequentibus se iniungat audiamus. Abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Tria hæc in quibus omnis euangelicæ doctrinæ summa consistit. Abneget semetipsum, id est, deponat id quod est, vt in creatur esse quod non est, rem in spe emat, & præsentia futuris commutat: & abijciat id quod habet, vt possit obtinere quod cupit. Arduum hoc nimis & supra communem hominis facultatem, nisi de illius adiutorio nra fulciretur infirmitas. Raro enim (vt inquit Ambrosius) quæuis excelsa virtus futuris præsentia commutat: nam vt in ecclesiaste legitur. Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Sed quid non aggredietur homo in verbo tuo bone Iesu: quid non audeat sola tua promissione firmari? Cælum quippe & terra transibunt, verba autem tua non transibunt. Vnde psal. Sustinuit anima mea in verbo eius. Et iterum. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Hoc solo verbo tuo dñe martyres laniati sunt, hoc solo verbo horribilia tormenta passi sunt. Propter hoc verbum tuum sponte coram populis, distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ludibria & verbera experti sunt, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt: circueverunt in melotis, in pellibus caprinis, egenes, angustiat, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Quanta martyr hic gloriosus sustinuit in verbo hoc, quæ etiam audire horret auditus. O vera fides illorum

tem.

temporum: quæ non solo verbo, sed tormento confirmabatur: cui ad manus sæper erat examē, quo verus à ficto discerneretur auditor. Hic exercebatur doctrina, ibi lucta: hic magisteriū, ibi exercitium, hic instituebatur verbo fidelis, ibi probabatur tormento, tunc apertissime in oculis omnium apparebat, quis verus huius verbi fuisset auditor: abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non satis est tibi o Christiane abnegare te ipsum, nisi etiam crucem tuam tollas, non sufficit abijcere quod delectat, nisi etiam amplexus fueris quod cruciat. Abijce gaudia seculi, & omnia corporis blandimenta contemne, & abnegasti te. Sed hoc amplius à te Christus requirit, vt scilicet pro eius amore labores sustineas, iniurias toleres, famem, sitim, nuditatem, anxietates, dolores, et si opus est etiam mortem atrocissimam patiaris. Hæc est crux, sine qua nemo militat Christo: hæc enim eius militiæ signum est, sine hac Christi militiæ nullus ascribitur: hoc signo dux ipse signatus est, hoc etiã signatur & miles. Qui crucem spernit, Christi militiam abijcit: non ergo Christi militibus se ulterius iungant, omnes enim hoc signo signati sunt. Tollat (inquit) crucem suam, nam meam non poterit, grauisima est enim & ponderosa, & quam nullius puri hominis humerus portare sustineat. Nō meam iniungo, sed tollat suam, leuem, facilem, portabilem, & quæ non virili humero, sed manu sola portari queat. Sufficit mihi, vt qualem cūq; crucem subeat, hoc solo contentus sum. Non peto sanguinē à te o Christiane miles, non vlcera, non tormē-

ta, nō spinas, & verbera, quæ pro te ipse passus sum: age poenitentiam pro peccatis tuis, & sufficit mihi. Ieiuna, plora, vigila, afflige modicum carnem tuam, & satis est. Leuis est ista crux, & quis eam negligat? quis de eius pondere merito conquatur? Si meam imponerem sustinere utique debuisses: debes enim mihi vitam tuam, quoniam pro te exposui meam. Sed melius tecum ago, tolle crucem tuam, & satis est mihi, non tibi durum videatur verbum crucis, non tibi videatur iniustum, ego pro peccatis tuis onera crucis sustineo: O peccator, & tu qui perpetrasti, tu qui commisisti, videns ridebis & letaberis? neque huius tanti oneris participem fieri dignaberis? Non (inquā) te mihi bonum Cyreneum exhibebis, vt vel à tergo, exiguam crucis meæ portionem sustineas? Quenam temeritas ista: qualis impudentia hæc? Et sustinui (inquit) qui simul mecum contristaretur, & non fuit, consolantem me quasi ui, & non inueni. Effet enim mihi in hoc agone hoc non modica consolatio, si eum pro quo sustineo hæc omnia, adiutorem & non irrisorem haberem, si vel modicum mecum pro suis sceleribus peccator contristaretur, & suas meis lachrymas dignaretur adiungere: non quod ad redemptionis opus, indigeam socio, nō quod mea crux nō suffecerit mūdo. Torcular calcaui solus, & ad omnia peccata delēda, solus superabundo: sed quia hoc recte iustitiæ ordo deposcit, vt nemo saluet inuitus, nullus coronet indignus. Qui fieri meæ cōsors passionis renuerit, tollat ergo crucē suā, qui nō negligit meā, fiat particeps tormenti: qui cupit particeps

Oo 4 esse

esse regni, ipse tollat, non expectet, vt sibi imponatur ab aliquo. Exemplum dedit nobis ipse saluator: de quo Ioannes inquit. Exiuit Iesus baiulans sibi crucem, non enim expectauit vt imponeretur sibi à milite: sed viso salutis ligno, vt fortis athleta letus arripuit, & tu miles Christi similiter facito: tolle crucem tuam libenter, apprehende salutis disciplinam, praeueni iram domini, & anticipa in humilitate vindictam: fac ipse iudicium de teipso, priusquam fiat à Deo: valde enim refert ad salutem sustinere dolorem, an accipere, patienter portare inflictam à Deo poenam, an libenter assumere pro peccatis poenitentiam, exiguus dolor sponte susceptus, grauius praeferat tormento: violenter tolerato: aliud est enim patienter tolerare quod imponitur, & aliud libenter subire quod amatur, patientia bona est, sed multo praestantior spontanea pro peccatis poenitentia. Sed forte inquires, & vbi ego hanc inueniam crucem? imò vbi non inuenies eam, quocumque te veritas, praesto tibi crux erit si euangelium obseruas: omnis enim vita Christiani (Augustino teste) si secundum euangelium viuitur, crux est. Vnde Gal. 5. d. de Apostolus. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. An non crux quae confixam detinet carnem, ne post suas concupiscentias vadat, & ne pereffluat in delicias? qui enim crucifixus est, quocumque vult verti non potest: sic est omnis caro domino crucifixa. Clauis autem quibus configitur, tres sunt, amor, spes, timor. Firmissimus clauus amor, quo manus iusti configitur, ne operetur iniqua. Beatus qui hoc clauo

configitur, qui non tam spe gaudio rum, aut timore tormentorum, sed ne dilecto displiceat, tota vita abstinet ab illicito. Hunc qui nondum consequutus est, saltem configatur spe, inclinet cor suum ad faciendas iustificationes, & abijciendas iniquationes suas, propter retributionem. Quod si nec hunc habet ad manus, saltem clamet cum propheta. Confige timore tuo carnes meas & pedes meos, ne vagari incipiam post greges sodalium meorum. Quod si quis huiusmodi clauis, iam mundo crucifixus est, fatagat etiam, vt mundus sibi crucifigatur: vt dicere possit cum Apostolo. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Sed adhuc restat ei, aliquid quod adimpleat, scilicet, & sequatur me: hic enim perfectionis est cumulus & sine hoc, neque duo priora sufficiunt ad salutem. Quis enim nesciat philosophos illos antiquos & gymnosophistas, amore sapientiae, se ipsos & sua omnia abnegasse, renuntiasse seculo, vitam in eremo duxisse, laboriosissimas cruces spontaneè tolerasse, vt se totos sapientiae manciparent: sed viam vitae nescientes, aeternam vitam non sunt consequuti. Heu miseros, errauerunt in solitudine & in inaquoso: & viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: sed errantes à via disperierunt in endor. Tu solus ò bone Iesu, oriens mundo sicut sol, viam salutis hominibus demonstrasti: sicut scriptum est. Notas mihi fecisti vias vitae. Quas vias, nisi puritatem, innocentiam, sanctitatem, castimoniam, humilitatem, & charitatem? his enim itineribus peruenitur ad aeternam vitam, si via ipsa quae Christus est non ignoratur. Sic ipse de seipso ait. Ego sum

via:

via: qui autem hanc viam ignorat, frustra currit, quia sine via currit. Videte fratres, ne quis vos seducat, ne quis per inanem prophetiam & scientiam, huius mundi vos auertat à via ista: si quis vobis aliud euangelizauerit, praeter id quod accepistis (vt Apostolus inquit) etiam si angelus de caelo, anathema sit. Hoc dixerim propter nostri temporis illulores & pseudomagistros, quibus iam diu sua damnatio parata est, quia dominicum gregem dispergere non verentur. Sequimini Christum ò fratres, nolite viam patrum vestrorum deserere, sanctorum virorum, quorum nomina scripta sunt in libro vitae, & quos iam diu regnare cum Christo, veraciter, & fideliter agnoscitis. Ita dico vobis hos imitami, hos sequimini, illorum dictis & sensibus adhaerete. Si quis aliter docet, tanquam à peste declinate ab eo, quia sabuerfor est, & Antichristi membrum. Fugite novitates istas doctrinis varijs & peregrinis: nolite abduci, sed in veritate quam ab vberibus didicistis, firmiter stete: Lucifer enim ideo cecidit, non quia veritatem non agnouit, sed quia in veritate non stetit. Sed vnde non stetit, nisi quia praecedere voluit non sequi, ducem se exhibere maluit quam sequacem? Si creatorem suum sequeretur, non utique deciperetur: & ideo dominus postquam crucem indixerat ad iungit. Et sequatur me: sequatur (inquam) non praecedat, non fugiat. Vnde & Bernardus inquit, quidam Christum fugiunt, quidam praecedunt, quidam sequuntur, sed non assequuntur: quidam sequuntur & assequuntur. Fugiunt à Christo illi, de quibus psalm. ait. Maledicti qui de-

clinant à mandatis tuis. Et iterum. Ecce qui elongant se à te peribunt. Praecedunt hi qui magistrorum sententias suas praefereunt, quorum imaginem tenuit Petrus Christo inconsultè consulens. Absit à te domine. Cui dominus: uade post me Satana, quid praecedis? Quo nomine sic acter increparus est, vt nouerint cuius membra sint qui philosophico supercilio non sequi spiritum domini: sed anteire suis sensibus in ecclesia conantur. Sequuntur autem Christum, sed non assequuntur qui post ipsum euntes in via claudicant: de quibus Apostolus. Remissas manus (inquit) & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicatis quis errer. Et Elias propheta clarius. Vsq; quo, inquit, claudicatis, in duas partes. Vere post Christum claudicat fidelis, qui duplici affectu & corde, modo sequitur Christum: modo sequitur mundum, quibus Apostolus clamat. Purificate corda vestra. Duplices animo hi non assequuntur, quia eodem Apostolo teste, vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Sequuntur autem & consequuntur, qui viam humilitatis eius deuoto mentis affectu perseveranter imitantur. Vnde dominus. Qui mihi ministrat, me sequatur, id est, me imitetur. Quo fructu? Vbi sum ego (inquit) ibi sit & minister meus. Veniat quae veni, & perueniet quò perueni, & sequatur me inquit: non praecedere iubeo, non onera, graua & importabilia more pharisaeorum hominibus impono, & sequatur me inquit, non praecedere iubeo: non onera graua & importabilia more pharisaeorum hominibus impono, & ipse neq; digito ea tangere volo,

O o 5 non

non velut pessimus ille Mahometus, qui bibacissimus ipse, suos à vino abstinere districtè præcepit: sed si quid asperum præcipio, ipse præcedo. Quis enim domine crucem suam tolleret, nisi tuam prius ipse tulisses? Vnde Augustinus, parum erat, inquit dominum martyres monere verbo, nisi adhortaretur exemplo. Præcessit ipse, secuti sunt multi, non modo viri, sed & mulieres, & virgines, & pueri. Mira res, admirandaque; prodigium tenerrimæ virgines, quæ ad folium arboris pauere solent, crudelia & intolerabilia tormenta passæ sūt, tortoribus ipsis admirantibus, & obstupētibus supra sexum, & supra naturam inualuisse foeminas sanctas. Vnde tanta virginibus audacia? nisi quia ad tolerandas passiones, & vincendas iniurias viam illis fecerat qui transierat: sicut scriptum est. *hab. 3. c.* Viam fecisti equis tuis in aquis validis, in luto aquarum multarum: verè equis robustissimis, quibus in fides, & in quibus terribiliter insultans hostium cuneos potentissime deuincis. Omnis iustus equus est Dei, hoc est iustus sine Deo, quod equus sine fessore, calcari, & freno, in eis potentissime agis, calcari spiritus, & frenum continentia est. *Zach. 1. a* Vnde & apud Zachariam exercitum equorum legimus, & militem nullum: quia in omnibus illis solus militat Deus. His ergo equis tuis fortissimis, tu domine viam aperuisti in aquis multis tribulationum, & in luto aquarum multarum, multiplicium persecutionum, ut illesi transirent, & non infigerent. *ps. 68.* In limo profundi qualis equus martyr iste, quam potens, quam feruidus, quam audax! Quomodo exultat audacter (ut ait *Iob. 39. c.* Iob) quomodo in occursum pergit

armatis, contemnit pauorem, neq; cedit gladio fremens sorbet terram: & ubi audiuit buccinam dicit, Vah. Vnde talia ausus est domine, nisi quia tu & infidebas? Tu regebas, tu ducebas, te gubernante deuicit, te moderatè superauit, te signum ducete triumphauit, & adeptus est coronam gloriæ. Quam etiam nobis præstare digneris qui solus omnia potes benedictus & gloriosus: cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

¶ **ALIVS SERMO DE**
vno martyre, & eodem
thema.



Vis leget hæc? Nemo Hercule, nemo, vel duo, vel nemo, ut poeta ait, asperum enim nimis & rigidum videtur esse quod sonuit. Abneget se, tollat crucem, sequatur me. An non ita visum est mundo, quando primo prædicatum est verbum hoc? An non tunc reges terræ, & principes cum *ps. 121* populis conuenerunt in vnum, didicentes, Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum, iugum ut eis videbatur graue, iugum importabile, iugum quod neque ferrea ceruix, portare sufficiat. Hoc ne est domine Iesu, quod diu ante promiseras clamans in plateis Hierusalem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, *Matth. 11. d.* & ego reficiam vos? Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum suauè est, & onus meum leue: nunc autem mortificationem & crucem hominibus indicis. Certè iugum suauè abnegare seipsum, & onus leue tollere

tollere crucem, & exponere vitam: quis hæc hominum vel audire sustineat? quid mirum si carnalis mundus tam anxie curat tale à se abijcere iugum, & repellere pondus? Quam verum est quod in spiritu de te prædixerat psalmographus. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Vere ferrea virga hæc lex tua domine, & durissima. Non mirum si vasa testea sic ipsam à principio formidabant. Sed nunquid in dictis tuis contradictio absit ab homine tanta blasphemia, quomodo ergo cum suauis iugo hæc consonant verba? Audite fratres quoniam magnum latet hæc sacramentum, cum dominus de corporis sui mysterio loqueretur in populo: multi etiam ex discipulis eius, scandalizati abierunt retrorsum, dicentes. Durus est hic sermo, & quis poterit eum audire? Interrogauit apostolos dominus. Nunquid & vos vultis abire? Respondit pro omnibus Petrus. Domine quò ibimus? verba vitæ æternæ habes, nonne attēditis duritiam? illi dixerunt, Durus est hic sermo: Petrus ait, verba vitæ æternæ habes, quæ opposita sunt hæc. Bernardus. Ita dico vobis fratres, vique hodie cum loquitur Iesus, quibusdam manifestum est, quoniam *ibid. g.* verba eius spiritus & vita sunt, & propterea sequuntur illum: alij dura videntur, & miseram alibi querunt consolationem: non est itaque in verbis eius pondus, sed audientium *Esa. 6. c.* aures aggrauatæ sunt, & ideo graua præcipere illis videtur Iesus: & tamen in veritate præcepta eius graua non sunt. In auditoribus ergo hæc varietas est non in verbis. *I. cor. 1. b.* Vnde Apostolus. Verbum crucis per euntibus quidem stultitia est: his au-

tem qui salui fiunt, id est, nobis dei virtus est. Vasculis testeis, lex eius ferrea videtur, sed non sic argenteis & aureis. De hoc eundem psalmistam audi. Lex domini immaculata est: *ps. 18.* sequitur desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Et alibi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua dñe, super mel ori meo: vnde ergo ferrea lex eius dicatur, attende. Virga (inquit) æquitatis virga regni tui, æquitas ista ferrea est: non à se, sed animis curuis, quibus propter curuitatem, aspera nimis & dura æquitatis cōmensuratio est. Vel ideo æquitas ferrea dicitur: non quia dura, sed quia ad omnem iniquitatem inflexibilis est. Non est igitur pondus in iugo, sed in peccato: non est lex tua grauis domine, nisi carnalibus & iniquis hominibus: iustis autem & rectis, suauis supra modum, & dulcis. Sed quænam, inquires, potest esse dulcedo in cruce? aut qualis suauitas in labore? Hic sapiētia est, hic latet secretum quod mundus ignorat, quod nullus nisi expertus cognoscit: vir enim insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget. *ps. 91.* Hæc crux blanda, crux dulcis, crux suauis & deliciofa: crux non crucians, sed oblectans: non operans, sed subleuans: non deprimēs, sed delinēs. Mira res & penitus incredibilis, nisi viuo suaderetur experimētō, labor sine labore: onus sine onere, iugum sine pondere: quomodo hoc? Ignoro penitus quomodo, sed quia ita est: scio. non modo, non laboriosum est laborare pro te o bone Iesu, sed & suauissimum & deliciosissimum: labores nanque vertuntur in panes, sicut scriptum est. *ps. 127.* Labores manuum tuarum, quia manducabis, & cruciat

tus vertuntur in delicias, summa opulencia paupertas Christi, & summa gloria contumelia pro Christo. Miraris si summa sit in labore requies, in æstu temperies, in cruce solatiū, ipsa causa pro qua hæc omnia tolerantur, eorum naturā in cōtrarium vertit, vt nihil magis sapiat, quā qđ secundū se insipidū est. Hęc causa amaritudinem in dulcedinē, iniuriam in laudem, laborem vertit in requiem: vt sit amaritudo dulcis, iniuria honorabilis, labor suavis. Nouerat hoc ipse dominus, qui contemnentibus pro se patrem & matrem, vxorem & filios, & reliqua mundi huius, centuplum promittebat cum persecutionibus in hac vita. Quid iam hæsitare potes super hoc, si veritatis ore ipsa etiam persecutio, pro præmio repromittitur operanti? nunquid etiam in ciuili amicitia hoc ex parte nō inuenitur, vt gratum nimis sit & dulce laborare pro amico: quanto ergo amplius pro Deo? Crux vncta non cruciat, sed oblectat, & Christi iugū si quid habet ponderis inunctum spiritus oleo computrescit: sicut propheta prædixerat. Computrescet iugum à facie olei. Vnde & in dedicatione tēpli, cruces in parietibus formatæ oleo liniuntur: vt nouerit templum viuū domino consecratum, nō perhorrescere crucem, quam vnctio sacra delinit: non enim iam de cetero grauat crux vncta, quoniam asperitas eius vnctione lenitur. Nolite ergo fratres formidare, nolite terreri à facie verborum Christi, quia verè præcepta eius, & verba spiritus & vita sunt: & sicut diximus, non modo, non amara sunt: sed & iucundissima & omni suauitate plenissima. Multi ignorantes hoc secretum, ex

pusillanimitate discedūt à Christo; qui si experiri sustinerent, facile huius rei deprehenderent veritatem. Fugiebat quondam magnus ille Moyses à facie sibilantis colubri. Sed dominus ad eum. Apprehende (inquit) caudam eius. Apprehendit, & statim versus est coluber in virgam. Quid fugis à Christiane? quid times à facie crucis: non est ferpens deuorans, sed virga sustentās. O pusille apprehende, & videbis: quandiu enim eam non apprehenderis, experiri non poteris, serpens videbitur extra manum, sed in manu virga est. Virga deuorans Mago rum virgas, virga mare rubrū cācans & diuidens, virga petrā percutiens, & riuos aquarum educens. Quā magnus fructus in cruce, crux ista venenatas carnis passiones deuorat, feruentem concupiscentiam siccat, in medijs estuantium cupiditatum fluctibus viā aperit, per quā exules & peregrini, in optatam patriam deducantur. Hęc procellosū humani cordis mare tranquillat, hæc Aegyptios currus & equites, id est, appetitus carnis effrānes, lachrymarū aquis inuoluit, hæc portenta omnia in Aegypto peccatorū facit: per hanc & dura peccati seruitus tollitur, & vera gratiæ libertas inuenitur: per hanc denique electus Dei populus Aegyptiacam oppressionem euadit, & beata potitur requie cælesti Hierusalem introductus. O crucem amabilem, à cruce iucundam, à cruce desiderabilē, per quam solam patet ingressus ad regnum. O potentissima clauis Dauid, quæ aperis & nemo claudit, claudis & nemo aperit, aperis cum ades, claudis cum abes. Quis ergo audeat de te cōqueri, in qua omnis nostra

stra salus & vita consistit? aut quæ potest esse asperitas in te, quā non delineat tāta vtilitas intellecta? Sed esto, grauis sit & importabilis crux, quid ad te ò homo? non tu eam portaturus es, sed gratia Dei tecum. O domine aggraua iugum, auge dilectionem: charitas enim omnia suffert, omnia sustinet, nihil amori difficile, nihil importabile, nihil graue, amor crucem leuificat, laborem dulcorat. Attende super hoc in libro regum insignē figuram. Olim cū Heliseus propheta, filios prophetarum hospites habuisset, puer eius inscius amarissimas in ollā colocynthidas misit, quibus in iure gustatis, clamant omnes. Mors in olla vir Dei. Venit propheta immisit farinulam, & omnis illa amaritudo in dulcedinem versa est. O apertissimam huius rei figuram! puer iste imperitus Adā, olla, caro, colocynthida, labores & erumnę, has peccato suo, puer hic insipiens misit in naturę ollam, vnde post peccatum statim dictum est ei. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Mors in olla vir Dei, non est qui eam gustare audeat, donec magnus è cælo propheta venit, gustauit ille amarissimas colocynthidas ollæ, & amaritudine experta, immisit è cælo spiritus farinulam, & colocynthidas dulcorauit. Iam non est qui gustare pertineat, omnes vineæ operarij auidissimè colocynthidas deuorant post farinulam. Vide apostolos à conspectu concilij flagellis lanatos, cum gaudio prorumpere gloriātes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Vide operariorum, id est, martyrum cateruas ad colocynthidas istas veluti ad deliciosas epulas properantes. Vide ex

omni ætate, & sexu, & cōditione, viros, scēminas, virgines, pueros: in vinea prophete, id est ecclesia, auidissimè colocynthidas glutientes. Quanta auiditate martyr iste gloriosus ad has epulas properabat, quā auide glutiuit iniurias, dolores, tormenta, bibēs subannationē quasi aquam, non pertimuit amaritudinem, quia è cælo receperat vnctionem. Non vtique sic amarissimas colocynthidas beati martyres deglutissent, nisi è cælo farinulā in eorum ollam, id est mentem, magnus ille propheta misisset. Hanc è cælo deuotionis & amoris farinulam receperant quondam operarij Clarquallis sub Bernardi regimine, qui vsque ad eò in laborib⁹, vigilijs, ieiunijs, & alijs ordinis asperitatibus lætabantur: vt hanc ipsam spiritualem delectationem suspectam haberent. Ita nāque delectari in aliquo perhorrebāt, vt etiam ipsas spiritus delicias declinarent. Quos vir ille sanctus cū ab hoc errore compefcere non valeret, conuocato episcopo, sibi amicissimo & doctissimo, illius autoritate & eruditione compefcuit. Potenti enim eloquio demonstrauit, inimicum esse gratiæ Dei & spiritui sancto resistere, qui collatam sibi spiritus dulcedinem recusauerit. Quā longè erant isti ab illa querimonia (quam in principio proposuimus) quando lassarentur isti de crucis grauedine, qui sic expertas eius delicias recusabant. Versus illis fuerat vtique serpens in virgam, quoniam abiecta formidine, viriliter eum cauda tenuerāt: & nos quoque fratres, si dominicā crucem amplecti voluerimus eius delicias gustare poterimus. Est autē in viro perfecto, non vnica tantum, sed

Mar. 10
d

Esa. 10. f

exo. 4a

exo. 7b

exo. 14

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

exo. 17

1. cor. 15

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

1. cor. 13

Ap. 5. b

Act. 5. g

sed duplex crux, carnis scilicet & spiritus: crux carnis maceratio & poenitentia est: crux spiritus zelus animarum & compassio afflictorū. Attende in Paulo hanc duplicem crucem. In labore (inquit) & crumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, ecce primam. Audi nunc alteram præter illa quæ intrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solitudo omnium ecclesiarum, quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Hac itaque duplici cruce, corpore & spiritu crucifixus domino cōplacēbat. Felix qui conuersus ad Deū, carnem suam cum vitijs & concupiscētijs crucifixit: sed beator ille qui longo poenitentia vsu, molestias iam carnis ignorans zelo. cum Helia zelat pro domo Israel. Qui dicere potest cum propheta. Super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Non est ascensus ad secundam crucem, nisi per primam: neque enim pro alijs zelare potest, qui sibi ipsi non sufficit, neque alijs condolare, qui habet quotidie in seipso quod doleat: nam à puritate anime zelus nascitur animarum. Stultus zelus, videntis festucam in oculo alieno, & trabem in suo non apprehendentis: non zelat iste, sed calumniatur: non proximo compatitur, sed in proximum malignatur. Est quoque altera crux non domini, sed diaboli, qua filij huius seculi quotidie configuntur, crux laboriosa, crux acerba, crux intolerabilis, crux mali latronis: habet enim suos martyres diabolus, qui etiam dicere possunt illi. Quoniam propter te mortificamur tota die. An non mar-

tyr auarus, qui diebus ac noctibus in congregando luto laborat? An non martyr superbus, cui omnis alienus honor et gloria cruciat? est? An non martyr lubricus, qui libidinibus exestuans, foetidissimo pascitur ceno? Quanta isti pro lucris, pro honoribus, pro delicijs tolerant: quantas patiuntur iniurias? quas sustinent poenas? Vnde psalmographus horum bene conscius clamar. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: acli dicat. Nolo poenam cōsideres, sed causam: nolo quod patior attendas, sed propter quem patior: acerbiora enim isti pro mundo sustinent, quā ego pro te sustineam. Neque enim me magnitudo laboris, sed laborandi causa commendat: martyrem enim (vt Augustinus ait) nō facit poena, sed causa: & hæc ipsa causa (vt diximus) in martyre, labores tollit, quæ inducit. Non sic in huius seculi cruce, quæ sine omni refrigerio cruciat. Neque enim spes vlla salutis in ea, sed necis & inferni, crudelis labor, cuius stipendium mors & perpetuus labor est. Nam (vt inquit Iob) huiusmodi carnales seminant hic labores, & metent eos in futurum: non simplices quales in semine, sed auctos & multiplicatos in segete. Non potest vita ista mortalis sine cruce transigi, quocumque te veritas laborandum est. Nōne ergo melius pro deo pati & regnare, quā pati pro mundo & ardere? Nonne gloriosius est Chri crucem portare cum stipendio vitæ, quā crucē Zabuli cum mortis dispendio? Vtinā hoc omnibus innotesceret, vt innotescit sanctis. Vtinam fratres sciretis cū omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum

dum in cruce domini: vt toto eam corde & ardore mentis amplectere mini. Sed nolo vt quispiam, propter hæc dñi saluatoris verba ad eam se existimet, & sui & omnium quæ possidet abdicationem obligari, quam religiosi in sua professione facere consueuerunt. Consilio hoc moneatur, non præcepto indicitur, non sic abnegare seipsum & tua necesse est ad salutem: sed sicut Apostolus admonet, dicens. Reliquum est vt qui habent vxores tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi, &c. Mundum enim, & ea quæ mundi sunt abnegabit, qui eo ad necessitatem vtitur nō ad voluptatē. Cæterum si quis perfectus esse cupit, hic facto expleat quod corde tenebat, sed grande opus abnegare se ipsum: non enim valde magnū est abnegare quod habes, sed valde multum est abnegare quod es. Quo modo fiet hoc? nō enim ex toto abnegat semetipsum, qui voluptatibus se abdicat, si sui adhuc iuris manet, vt faciat quod voluerit: illud enim potius est carnem & sensum abnegare, quā se. Quid est ergo abnegare seipsum? vtique, abnegare quicquid est in seipso. Sunt autem in homine tria, sensus, intellectus, voluntas: hæc omnia oportet perfecte renunciare perfectum. Sensus & caro renunciantur, cū eis omnis voluptas, & superfluitas interdicitur: Hoc facit continentia, abstinētia, castitas. Intellectui renunciatur cū proprio iudicio relicto, ex integro fidei obsequio mancipatur: vt Apo-

stolus monet. Captiuantes (inquit) omnem intellectum in obsequium fidei. Altissima hæc renunciatio, & acceptissima Deo obedientia, quando id quod in nobis sublimius est, illius fidei perfecte subijcitur. Restat voluntas, cui tunc abrenunciamus, quando in omnibus & per omnia id volumus, id cupimus quod Deū velle cognoscimus, voluntatem nostram diuinę voluntati per omnia conformantes, nihil neque temporale, neque spirituale quærentes, nihil petentes, nihil optantes, nisi quod Deus nobis dare placuerit. Sic in tribulatione, sicut in prosperitate gaudentes: ita in humiliatione, sicut in exaltatione latantes: & ex animo cum propheta dicentes. Domine Deus, tu victor meus, & ego lutum. Quasi dicat, de me facito quod libuerit, qui huiusmodi est seipsum omnino expulit à seipso, vt habitet in illo Deus. Celsit Christo & recessit à se, vt ingrediatur in illo Christus, vt dicere possit cum Apostolo. Vivo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus: angustum enim est cordis stratum, & vtunque capere non potest. Exi ergo tu, & ingredietur in te Christus: ipse te melius reget, meliusque disponet, sicut auriga currum, ipse te ducet & adducet in montem sanctum domini, & in tabernacula cælestis gloriæ. Quam nobis ille præstare dignetur, cui est honor & imperium, in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

DE MULTIS MARTYRIBUS, hoc est de diuis Cosma & Damiano, Cocio de militia Chriana & triūpho martyrū.
Thema

DE DIVIS COSMA ET DAMIANO.

THEMA.

¶ Qui vicerit dabo ei federe in throno meo, sicut ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Apocalypsis. 3.

Iob. 7. a



X sententia beati Iob, militia est vita hominis super terram, & vita nostra omnis status militantium est. Valla

ti sumus inimicis vndique, & praesentem intentant omnia mortem. Noluit quippe Deus noster gloriam suam gratis donare nobis omnino, sed ut bello & Marte expugnaremus eam: ut qui fortiter vinceret, merito suo coronaretur, & qui turpiter succumberet, perpetuo seruitio manciperetur. Clamat Aposto-

2. Ti. 2. a

lus. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Quocumque te vertas, & quomodocumque viuas, bellum tibi paratum est, siue iuuenis, siue senex, siue pauper, siue diues, siue nobilis, siue rusticus fueris, non deerit tibi pugna continua. Infelix vita laboribus plena, in qua neque die vna in pace viuitur. Et quare miseris concupiscimus te? Vno certamine superato aliud nascitur, & vix vnam euasimus pugnam, cum deterius alia exoritur: itaque non diu licet sine discrimine viuere. Propter quod

Iob. 6. c

idem sanctus aiebat. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea, quando scilicet discinctus thorace corporis huius, nemo me iam molester, nemo infester: sed perpetua requie & pace quiescam. Quanto agonizans certamine psalmographus exclamabat! Miserere mei Deus, quoniam

ps. 55.

conculcauit me homo, id est, caro tota die impugnans tribulauit me, neque sola caro: nam conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me, neque in tribulatione solum, sed acrius in prosperitate. Vnde sequitur. Ab altitudine dici timebo, tunc enim periculosius inuador, sed late ter & fraudulenter: inhabitabunt ^{ibidem} enim & abscondent in atrio corporis huius, & inde calcancum meum obseruabunt simpliciter ambulantis, narrauerunt enim ut absconderent laqueos, & dixerunt. Quis videbit eos? tam absconditi sunt. In hoc itaque pauimento, veluti in campo constituti, durissimam militiam quotidie agimus, expectantes donec dissoluatur tabernaculum corporis huius, & spiritus liber prodeat in vitam ^{ps. 63.} si vicerit, in mortem si victus occubuerit. Est autem nobis non vnicum, sed multiplex bellum, quoddam extra nos, aliud intra nos, aliud supra nos. Et (ut Apostolus ait) foris pugnae, & intus timores. A foris prauis homines nos infestant, quibus quicquid bonum & sanctum est displicet supra modum. Neque enim potest esse conuentio lucis ad tenebras, ^{2. co. 6. e} Christi ad Belial, filii ancillae cum filio liberae. Vnde necessarium est, ut ^{Gn. 24. b} omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiantur, & tanto atrociores, quanto seculum magis declinat ad finem. Quotidie nanque homines deteriores fiunt, & ad malitiam procliuiores existunt, propter quod indies pugna nostra atrocior fit: sed hanc pugnam patientia & humilitate facile superamus. Est alia eo periculosior, quod intimior, bellum videlicet intestinum & continuum, quo caro concupiscit ^{Gal. 5. e} aduersus

DE DIVIS COSMA ET DAMIANO

297

Gal. 5. c aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ac veluti duo illi paruuli in matris suae utero: ita in vno eodemque supposito, duo isti homines interior & exterior implacabiliter decertant. Bone Deus quam contumax & praefracta contentio, si vnus superat, deplorat alter. Itaque continue plorantem sustinemus, aut spiritum, aut carnem: tanto tempore fatigabatur ex hoc certamine apostolus, ut coactus ^{Ro. 7. d} sit exclamare. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tribulato & multis persecutionibus contrito patriarche Iob, de ^{Iob. 40. b} Dei seueritate pia querimonia conquerenti: idem dominus respondit. Memento belli, & non ultra addas loqui: ac si diceret ei. Quid de hac tribulatione causaris, quae ceteris multo mitior est? Memeto quia atrocior ex hoc pugna euasisti: tribulatio enim haec carnis tuae acerbioris periculosiorisque, eiusdem rationem exclusit. Nanque (ut Augustinus ait) inter omnia certamina Christianorum, duriora sunt praemia castitatis, ubi continua pugna & rara victoria. Sicut ergo bellum ciuium intestinum, quam inimicorum exterum acerbius & periculosius est: ita haec pugna multo periculosior, & grauior priore est. Sed tertia grauissima omnium, qua non iam cum carne, sed cum antiquo serpente pugnamus, qui astutia & malitia sua omnium hominum superat virtute. Non est enim potestas super terram, quae ei valeat comparari, antiquissimus, astutissimus, exercitatissimus est, late ter irrepit, & inuisibilem nobiscum pugnam agit, eodem utique periculosior quod occultior. Ipse enim videt nos, & minime videtur a nobis, cuius secretatam spiritus sanctus mirifice

describens, ita inquit. Per gyrum den ^{Iob. 41. a} tium eius formido, corpus eius, quam si scuta fulsilia, & compactum squamis se premittibus, sternutatio eius, splendor ignis, & oculi eius, ut palpebrae diluculi. De ore eius lampades procedunt, sicut tede ignis accessa: de naribus eius procedit fumus sicut ollae succensae, atque feruentis. halitus eius prunas ardere facit, & flama de ore egreditur, &c. Cum apprehenderit eum gladius subsistere non poterit, neque hasta, neque torax: reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum es, non fugabit eum vir sagittarius. In stipulam versi sunt ei lapides funde, quasi stipulam aestimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam, sub ipso erunt radii solis & sterneret sibi aurum quasi lutum, &c. Cum tali hoste nobis bellum est, & quis obsecro ei posset resistere nisi Deus eius potentiam infregisset? Compensato tamen nobiscum agone luctatur, neque quantum potest nobis nocere permittitur. Ad huius draconis spirituales congressum, non quilibet ex media plebe & infermis eligitur: sed perfectus & ingenuus, qui in praecedentibus praesiliis strenue pugnando victor euasit: post mundum enim calcatum atque deuictum, post carnem edomi- ^{1. co. 9. g} tam & in seruitutem coactam, nouus insurgit cum dracone conflictus, tanto terribilior, quanto posterior. Talis erat athleta ille fortissimus qui de seipso dicebat. Non est nobis col ^{eph. 6. b} luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, rectores tenebrarum harum. Qui enim minore multo carnis certamine superat, quomodo cum huiusmodi hoste confliget? Apud Romanos

in agone non quilibet, sed strenuus & exercitatus athleta admittitur ad certadū, sic quoq; ad spirituale certamē, nō nisi perfectus admittitur. Hūc libēter hostis aggreditur, hūc hostiliter inimicus inuadit, quem enim timeat, qui neq; ipsum Christū aggredi veritus est: qui sic factus est vt nullū timeret: absorbebit fluiuium, & nō mirabitur, & habet fiducia q̄ Iordanis in fluat in os eius. Esca enim eius electa, nā sicut pisca tor audus & peritus, grandiores pisces minoribus contemptis, attentius inescat: ita diabolus perfectis quibusque auidius insidiatur, vt pereant. Quid ergo faciemus in tanto periculo constituti, cum impares illi simus multo amplius quā cuneus pigmeorum ad exercitum gigantum? Quid, inquā, nobis reliquū est nisi leuare oculos nostros in mōtes, & petere auxiliū à domino, qui fecit cælum & terrā: Qui enim sibi fides de sua virtute præsūmit, ipse se suis hostib⁹ prodit: qui verò habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli cōmorabitur, id est, qui cōfidit in Deo, protegetur ab eo. Si nāque terreni principes, reos ac miseros ad se fugientes, regia benignitate tutātur: quando illa maiestas deseret afflictos cōfugientes ad se, maximē cū ipse tutelā promiserit, dicēs, Clamabit ad me, & ego exaudia eum, cū ipso sum in tribulatione, eripia eum, & glorificabo eum? Nostra est culpa fratres si perimus, quia defensorē nostrū inuocare negligimus, sicut quidā apud propheta merito exprobratur. Ecce homo qui nō posuit Deū adiutorē suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Quāto prudētius agebat, qui Deo suo innixus aiebat? Do-

min⁹ illuminatio mea & salus mea, ps. 26. quē timebo? dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? dū appropriant super me nocentes, vt edant carnes meas, qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt & ceciderunt, si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si exurgat aduersus me prælium, in hoc ego sperabo. Et iterum. Et si ambulauero in medio vmbrae mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecum es. Veruntamen quia inter tot hostium cuneos constitutus, neque sic à nobis Deus inuocāndus est, vt dormiamus, sed pro nostra virili agendum est quicquid possumus. Pro salute nostra pijsimus ac clementissimus saluator, non ignorās imbecillitatem nostram, & hostium fortitudinē, atrocemq; nobis tota vita pugnā parari, ne perirēt electi (propter quos tam viriliter ipse pugnuerat) remedia nobis cōtulit ad victoriā, scilicet, artē militariē, arma victriā & fortissimos duces: quorum monitis & exēplis, aduersantiū incursum & stratagemata superem⁹. Ars militiæ Christianæ euangeliū est, in quo Christi militibus, & praeliandi modus, & forma traditur superandi. Longum esset nunc sigillatim referre, quibus nos regulis & documentis, veluti tyrunculos rudēs, hæc ars imbuat ad congressus, animer ad cōflictus, & in bello cū serpēte fortiter durare perdoceat, quæ victoribus præmia quæ victis supplicia proponat, vt persistere in agone Christi milites persuadeat. Armis etiā insuperabilib⁹ nos instruxit, neq; simplicibus quidē, sed multiplicibus ac varijs: quibus iaculorū ictus illesi recipiam⁹, donis, scilicet, gratijs, & virtutib⁹. Et his tripli-

triplicibus naturalibus acquisitis, & infusis, vt aduersus triplicem hostis incursum, triplici nos armatura muniret. Hæc sunt illa arma potentissima in quibus apostolus gloriatur dicens. Arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potētia à Deo ad destructionem munitionum, confilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigētes omnem intellectum, in obsequium Christi, & in promptu habētes vlcersi omnē inobediētiā. Cū impleta fuerit vestra obediētia his nos armari alio loco admonuit, dicens. Induite vos armaturā Dei, vt possitis stare aduers⁹ insidias diaboli, induiti lorica iustitiæ, in omnibus sumētes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeā salutis assumite, & gladiū spiritus, quod est verbū Dei. Ecce quibus armis Christi miles armatur ad pugnā, quibus si bene utatur (Deo auxiliāte) perueniet vtiq; ad victoriā. Quales vero duces militibus suis Christus præfecerit, quis enarraret: illorū fortitudinem & agones durissimos quos passi sunt dicere, quis sufficiat? Martyrū nanq; cōstantiam & tolerantiam in perferendis supplicijs (sicut Eusebius Cæsariensis octauo historiæ ecclesiasticæ libro refert) nisi vidisset, nemo crederet: multo enim acerbiora & atrociora eorum fuerūt supplicia quā narratur. Feruebat in eos odio vniuersus orbis, totisq; viribus gentem Christianā eradicare moliebatur, quasi rebellē, supersticiosam, sacrilegā, maleficam, pestilentem, dijs & hominib⁹ inuisam. Quia igitur hoc dijs & principibus maximē placeat, prouinciarum præfecti, & reli-

quum omne vulgus existimabat, quicquid in eos crudelitatis & atrocitatis exercebatur, sanctū & meritorium ab omnibus repurabatur. Sic enim dñs apostolis suis ante prædixerat. Veniet tempus, quādo omnis Ios. 16a qui interficit vos, arbitrabitur obsequiū se præstare Deo. Erat ergo studiū per singulos (sicut idē Eusebius refert) nouū gen⁹ inuenire supplicij & ille iudex rectus & bonus habebatur, qui cōtra eos nouum aliquid reperisset. Pro libito absq; vllō legis, & rationis moderamine crudelitas exercebatur in illos, & erāt expositi omnibus volētibus pro libidine inferre supplicia: et si quod aliquis per ocium excogitans nouū genus supplicij detulisset, licebat inferre. Hæc erat iudicū maxima & præcipua cura, quomodo eos aut tormentis interimerēt, aut sacrificare compellerēt. Ad hoc verò obtinendū & exequendū, quicquid humanitatis, quicquid pietatis in eis naturaliter inerat, penitus exuebant. Omnibus belluis & serpentibus atrociores immanioresq; effecti, penitebat eos, q̄ vita hominū tam fragilis esset ad sufferenda supplicia: ideoq; vt plusquam belluina impōset ex plere crudelitatem, nō eos statim gladio, aut incendio interimebant: sed paulatim applicabātur supplicia, impia pietate vitam differentes, vt crudelius interimerent. Primo itaq; fustibus, virgis, flagris, scorpionibus plumbatis, diutius verberabantur lorīs districti, vel funibus appensi. Deinde vngulis ferreis toto corpore exarabātur, laceolis pungebant, lapidibus adurebātur, trochleis discerpebātur, pectinibus laniabantur. Post hæc ad renouādū dolorē, eorū vulnera sale & aceto perfricabant.

Trochleis discerpebatur, pectinibus laniabantur, vulnera sale & aceto perfricabant.

Iob. 41.

Iob. 40.

Hab. 1.

ps. 120.

ps. 123.

ps. 90.

ibidem

ps. 51.

2. co. 10.

2. co. 10.

eph. 6. c.

uāda & Reducebantur iterum ad carcerē,
 demit- vt ad noua sufferenda supplicia cō
 tēda pō ualescerent, & iam inualescentibus
 dera a noua adhuc supplicia parabantur.
 ptū,qua Alijs oculi effodiebantur, alijs na-
 lia olim res foedissimo vulnere amputaban-
 i tōrcu- tur, exungulabantur alij, aut mani-
 laribus, bus & pedibus truncabantur. Alij
 nūc ex plumbo, pice, oleo, resina liquatis,
 lignovf per omnia corporis membra per-
 are i pu fundebantur: & cū iam diræ im-
 teis hau manitati supplicia deessent, neque
 riē de a- que gra- faciata crudelitas, ad vltimum i-
 que gra- gnēs, cruces, bestias, sagittas, gla-
 dia vti- mur po- didos præcipitia crurifragia, aliaq;
 leā Hi- mortis horrenda genera, lassati po-
 spanēdi- tius quā satiati homines adhi-
 cimur bebant. Vnde (sicut idem Euse-
 cimus bius in eodem libro refert) sicu-
 bi vicinæ duę arbores inueniebantur,
 tur, vi parte ab vtraque inflexis
 eontra se inuicem ramis, eisque sin-
 gulos pedes martyrū obligan-
 res: subito ramos quos vi inflexerāt
 relaxabāt: qui cū ad situm suum
 naturali impetu referrentur, di-
 scerptis, disseccatisque visceribus,
 auulsa secum membra rapiebant.
 Quid hac immanitate crudelius?
 Neque tamen cum vitā crudelitas
 eorū finiebatur: sed etiā post mor-
 tem in relictā cadavera, immanius
 ex candēscēbant, ponētes (sicut scri-
 ptum est) mortalia seruatorum tuo-
 rum, et eas volatilibus cæli & bestijs
 terræ. Inhumatis enim corporibus,
 si quis occultē vel per noctē pietatē
 aut religionē permotus, sepulturā
 tradere ausus fuisset, supplicijs simi-
 libus necabatur. Vnde crudelia spē-
 ctaeula vbiq; terrarū, in civitatibus
 & populis cernebātur, cū laniatis
 corporibus sepulturæ beneficiū im-
 pendere auderet nemo, nisi qui si-
 mile spectaculū ipse fieri nō formi-

ps. 78.

daret. Erat quoq; alterū certaminis
 genus minus quidem crudele, sed
 non minus graue, quod ab amicis &
 cognatis quotidie patiebantur, pa-
 rentes enim eorum, vxores, filij, fra-
 tres, cognati, & amici, scissis vestib;
 euulsis capillis coram eis miserabi-
 les eiulatus cum lachrymis emitte-
 bant, obnixē deprecantes obsecran-
 tesq;: vt parcerent sibi, parcerent fi-
 lijs, parcerent cognatis, parcerent
 deniq; tam funesto dolori omnium
 suorū, qui cū ipsis pariter tristitiæ
 immensitate mortem obituri vide-
 bātur, vnoq; gladij ictu, & vna cer-
 uice iugulandi omnes, parērent Im-
 peratoribus, thurificarent dijs, id e-
 nim si piaculi quicquam haberet, i-
 psos supra se recipere facileq; post-
 modum pœnitentiā & sacrificio ex-
 piari posse. Hæc iterum atque ite-
 rum audire nolentibus, replican-
 tes obtundebant ora precibus, &
 lachrymis, rigentia pectora mol-
 liebant. Quē obsecro impugnatio
 hæc atrocissima nō deuinceret? quē
 tam importuna infestatio nō supe-
 raret: hinc pœnæ inde preces: hinc
 dira supplicia inde lachrymosa su-
 spiria, destinatum animū immutare
 conabantur, vt desisteret à victoria.
 Sed ò plusquā humanam virtutem,
 ò heroicam fortitudinem, ad hæc o-
 mnia immobiles & infesibiles, quā-
 si lapides Chrī milites persistebant,
 oculisq; in cælū defixis, quid circa
 eos agebatur vidētes nō videbāt, &
 audientes non attendebāt. Sic enim
 eorū animos & viscera omnia diui-
 nus ille ardor & coronæ cælestis
 auiditas incēderat, sic omnes sēsus
 & mentem optata beatitudinis, iam
 iam instantis hians desiderium oc-
 cupauerat: vt leuia omnia viderent
 & propē nulla, ad immēsum illud

2. cor. 4. d

gloriæ

gloriæ pondus quod expectabant:
 & ad perpetuam illam requiē, quā
 optabāt. Qualia Deus his tuis mili-
 bus præmia præparasti! quid illis
 dedisti qui pro tuo amore talia cer-
 tamina subierunt! Si enim eis qui
 præsentis seculi bonis, cōmodē &
 honestē vtūtur, & inter medias mū-
 di delicias & diuitias modestē ver-
 santur, æterna gaudia repromittis:
 illis qui & se, & omnia sua propter
 te tā fortiter & tam alacriter expo-
 fuerunt, quid obsecro daturus eras
 præmij? Quid sum? fratres, aut quē
 est religio nostra, si ad istorū mili-
 tum fidem & patientiā cōparetur?
 Satis nos fecisse putamus si nemi-
 nem læsimus, neminem fraudauim-
 us, neminem occidimus, si in pa-
 ce & quiete fidem illibatā tenem;
 si euangelio credimus, si dominica
 præcepta seruamus. Illo illo tempo-
 re Christianæ religionis nitor & de-
 cus emicuit, tunc veri Christianis-
 mi gratia internitebat: quando nō
 de moribus & virtutibus, sed de fi-
 de & religione, apud homines quē-
 stio erat, quando fides non solis o-
 peribus, sed sanguine & morte iu-
 randa erat. Et quidem potuit Deus
 absque huiusmodi contradictione
 in cordibus hominum fidem suam
 plantare: poterat (inquā) quod post
 trecentos circiter annos fecit in Cō-
 stantino, facere in Tyberio, Adria-
 no, Traiano, vel alio quouis illius
 tēporis, Imperatore Romano. Sed
 non decuit ecclesiæ suæ gloriam
 tantorum martyrū defraudari
 triumphis, nunc aperte cognosci-
 tur, quia non decuit, quanuis tunc
 multis nō probatio, sed desertio vi-
 deretur. Talibus decebat Christia-
 nitatis primordia gestorū signis cō-
 firmari: tales etiā oportuit exerci-

tui Christiano duces præferri, quorū
 virtutem reliqua omnis militia imi-
 taretur si posset, admiraretur si nō
 posset. Eiusmodi fuerunt hi quorū
 hodie triumphū sancta veneratur
 ecclesia Cosmas & Damianus fra-
 tres, medici clarissimi, viri sanctis-
 simi, martyres gloriosi. Si enim eo-
 rum agones perlegeris, inuenies ea
 quæ supra diximus ex maxima par-
 te, alacriter pro domino pertulisse.
 Primò enim verbera, deinde ignes,
 lapides, sagittas perpessi, cum insen-
 sibilis creatura creatoris sui famu-
 lis honorem & reuerentiam exhi-
 bens non noceret, solus rationalis
 homo irrationabiliter sæuebat li-
 gatis manibus & pedibus in mare
 proiecti sunt. Sed eripuit eos domi-
 nus, ignibus traditi sunt, sed sicut
 tres illi paruuli in medio ignis, Dañ. 3:
 Christo domino victori laudes & d
 gloriam decantabant, donec cōfu-
 si hostes, gladio rem agere decreue-
 runt. Hos vobis imitandos propo-
 nimus medici, horum exempla se-
 quimini: qui non tam scientia quā
 gratia egrotos curabāt. Si enim tan-
 ta esset apud vos cura egroti, sicut
 cupiditas nūmi, desperato medici-
 nę remedio perficeretis aliquandò
 oratione, quod non perficitis arte.
 Sic faciebāt hi, quorum animos ti-
 mor domini possidebat: vnde qui
 corporibus medicari solebant, ani-
 marum medici facti sunt. Sanctita-
 te sua, martyrium promeruerūt,
 duplici gloria laureati. Et quia san-
 cti sunt, & quia martyres sunt, suf-
 ficiebat eis ad æterni præmij glo-
 riam consequendam fides chari-
 tate formata, virtus martyrij, su-
 peraddita est, vt supra modum fie-
 rent gloriosi. Vnde in canticis
 cū sponsa à dilecto suo describiur

Cā.4.a ita legimus. Dentestui sicut greges tonfarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis foetibus est, sterilis non est in eis. Dentesecclesie martyres sunt, quibus in eius corpus omnis gentium populus, veluti cibus quidam māsus & traiectus est. Cū enim omnia ossa igne consumantur (Plinio teste) soli dentes hominum eius virtuti resistunt. Qua dentium persistentia fortitudo martyrum aptissime designatur, hos comparat gregibus tonfarum ascendentes de lauacro, quā pulchrē, quā mirificē. Leua in cælum oculos tuos, & vide innumeras martyrum animas, tunc temporis corporibus sicut vel leribus exutas atque detonsas, proprięque cruoris lauacro purificatas, montem domini ad cælestia passua conscendere, & intelliges nihil hac cōparatione consonantius quę tam dissona videbatur. Omnes gemellis foetibus, quia duplici fructu coram angelis Dei coruscant, vitę scilicet, sanctimonia & martyriolerantia, vtrinque splendide, vtrinque beatę, sterilis nō est in eis, quia et sibi & nobis, utroque pietatis, scilicet & virtutis triumpho mirifice profuerunt. Nos itaque fratres tantam habentes impositam nubem testium (sicut hortatur apostolus) deponentes omne pondus & circumstantans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes, nō solum in sanctorum martyrum gloriosam militiam, sed in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusionis contempta, atque in dextera

Heb. 12
a

ibidem

ditionē, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondū enim vsq; ad sanguinē restitistis, neq; sanguis quidē hodie à vobis, sed virtus exposcitur. Quādo pro Christo tolerabit angustias, qui pro illo nequit refutare delicias? Christus dominus proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, & momentanea confusione cōtempta, perpetuam iam ad dextrā Dei sedet. Hęc eadem vos recogitare, hęc eadē vobis proponite, similiter pugnate vt similiter sedeatis: fidelis est enim qui repromittit in themate. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici, & sedi cū patre meo in throno eius. Et rursus ad patrē ait. Volo pater vt vbi ego sū, ibi sit & minister meus, Quātus honor, quāta maiestas altitibus circumquaq; cæli, principatibus & potestatibus, in eodē throno sedere cū rege. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebāt ei. Nullus sedebat, & victor vermiculus de terra sedebat: Se debet vtiq; non quia hominē victorē cunctis angelis in gloria preferimus (nam et ipsi in prælio cū dracōne sine sanguine victores fuerunt, eadem etiam est mēsurā hominis & angeli) sed quia iusto Dei iudicio, hęc sanctis martyribus prerogatiua cōceditur, vt sedeant & diiudicent gentes, sicut ab eis indignē pro dño diiudicati sūt. Propter quod in euāgelio ait. In regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Si hunc honorem, si hanc gloriam continē prę oculis haberemus, nulla vtiq; pugna nobis grauis, nullum discrimen difficile videretur. Obliuio in causa est,

Heb. 12

b

Heb. 10

d

Io. 17. d

Dañ. 7.

c

Apo. 12

b

Matth. 19. d.

d

est, vt torpeamus ad omnia. Tolle premium, quis pugnabit? tolle stipendia, quis militabit? Grandia suis militibus in præsentia dominus stipendia donat, grandiora premia in futurum promittit. Et tamen (sicut quidam ait) raros inuenit appetitores, quoties in Apocalypsi hęc premia repetit? Si forte prouocet ad optandum, vincenti (inquit) dabo edere de ligno vitę, quod est in paradiso Dei mei. Vincenti dabo manna absconditum, & calculum candidum, & c. Qui vicerit faciam eum columnā in templo Dei mei, qui vicerit dabo ei sedere mecum, & c. Bone Deus quis tales ac tantas repromissiones contemnat duce sic exhortate? quis torpeat? Quauis hęc ipsa repetitio præter hanc desiderij excitationem (quam diximus) aliquid aliud mysticē designare videatur: septupla enim repetitio septē illius glorię quam expectamus, conditiones insinuat. Prima est vitę interminabilis perpetuitas: hęc designatur prima promissione, cū dicitur, vincenti dabo edere de ligno vitę, quod est in paradiso Dei mei: quoniam illius ligni esus vitā perpetuat, iuxta illud, ne forte comedat de ligno vitę, & viuat in æternum. Secunda est securitas ab omni malo inferno & mortē: hęc designatur secunda promissione, cū dicitur, qui vicerit non ledetur à morte secunda. Tertia est inenarrabilis suauitas, quam gustat beatus: hęc designatur tertia promissione, cū dicitur, vincenti dabo manna absconditū, id est dulcedinē, ineffabilem, & calculum candidum, id est, fulgorē corporis eximiū, & nomen nouum, id est, filiationis Dei titulū gloriosum. Quarta cōditio est iudi-

Ap. 2. b

ibide. c

Ap. 3. c

Gñ. 3. d

candi præsidendiq; autoritas: hęc designatur quarta promissione, cū dicitur, qui vicerit dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, reges enim cælorum propter virtutē cōstituti sunt sancti, & dabo illi stellam matutinam, id est, visionē Dei clarā, quę omnium promissionū maxima & præcipua est, quoniā ab illa sicut à fonte profluunt omnes alię. Quinta cōditio est immunitas ab omni labe peccati: hęc designatur quinta promissione, cū dicitur, qui vicerit sic vestietur vestimētis albis, cui adiunguntur alię, videlicet inscriptio in libro vitę, & cōfessio corā patre & angelis eius. Sexta cōditio est securitas, nō amittendi perpetuo beatitudinē illam quā possident: hęc designatur sexta promissione, cū dicitur, qui vicerit faciā illū columnā in templo Dei mei, ecce stabilitatē, & foras non egredietur amplius, ecce securitatem. Septima cōditio est honor & autoritas inenarrabilis in illa ciuitate opulenta & republica generosa: hęc designatur septima promissione, cū dicitur, qui vicerit faciam illum sedere mecum in throno meo, & c. Ecce fratres mei premium, ecce gloriā quę nos expectat, quid graue aut difficile videri potest ad talē ac tantam beatitudinē consequendā, breuis pugna & æterna corona. Momentanē hoc (inquit apostolus) & leue tribulationis nostrę, æternum supra modum in sublimitate glorię pondus operatur in nobis, æternum supra modum in sublimitate pondus quoties repetit, vt attingat, sed valde deficit ab illo quod gestit. Verē pondus quod omnino nequeat portare quis angelus aut homo beatus, nisi

Ap. 2. f

ps. 2.

Ap. 3. d

2. cor. 4

d

THEMA.

¶ Multæ tribulatione iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. ps. 33.



Requæter vobis fratres prædicam⁹ hæc materiã tribulationũ quã utilis & necessaria nobis sit, & ita expedit: nam quoniam quotidie eas

patimur, quotidie egemus firmari & animari ad eas perferendas. Quis in hac vita caret tribulationibus? quocunque te vertas, quomodocunque viuas, in quocunque statu, non tibi deerunt tribulationes. Quid enim longa dies homini, nisi longa malorum colluies? longi patientia carceris? Aeras longior etiam illis quos diuites & fortunatos vocatis, si corda eorum inspicias, inuenietis ea tristiora nocte, & nigriora carbone. Multis enim curis & anxietatibus premuntur diuites, & omnes præcipue tamen iusti in hac vita vexantur. Apostolus. Omnes qui pie volunt viuere in Christo persecutionem patiuntur: non solum quia ex odio & nequitia mali eis nocere curant, sed etiam quia (vt ait glossa) ipsa malorum conuersatio & communicatio, quam fugere nequeunt, persecutio est. Nã intolerabile est videre nequitiam & inordinationem malorum, iuxta psal. Vidi præuaticantes & tabescebam, & eo maxime tempore, quo magis Deo propinquare volumus, maior instat tribulatio. Nam & Pharaõ, quãdo populus e seruitute illius exire procurabat, tunc maxime vexabat filios Israel:

ps. 35. fulciatur à Deo. Impetum nanque illius torrentis voluptatis à throno Dei, & agni rapidissime erumpentis, mentesque illas beatas sublimiter inuadentis: nulla virtus creata sustinere posset, nisi ipsemet fons, vnde ille scaturit, eas mirabiliter stabiliret, ne fierent extra se, quantum raperentur supra se. Si enim vna illius dulcedinis gutta ab illo torrente, in mentem hominis stillata nunc eam totaliter inebriat, & in ecstasim rapit, quomodo inundates eius fluctus & rapidam vim in sua origine sustinere posset? Vnde Iob. Si continuerit aquas omnia siccabuntur, si emiserit eas subuertet terrã. Hæc vobis gloriã fratres proponite, hæc quærite, hæc desiderate. Hæc sit vobis anchora firmissima, inter medios maris æstuantis fluctus, hæc tutissimum præsidium inter hostium irruentium tremendos conflictus.

Iob. 12. c. State cū propheta super custodiam vestram, & figite gradum in munitionem, non retrocedetes velut pusillanimes, sed sicut fortissimi milites semper ad priora & potiora, extendentes vosmetipsos, donec perueniatis ad brauium supernæ vocationis, & propositam vobis honoris & gloriæ immarcescibilem coronã. Quam nobis cum sanctis suis donare dignetur dominus virtutum, & ipse rex gloriæ Christus Iesus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria, in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

DE EISDEM MARTYRIB⁹ Cosma & Damiano, Cõcio altera de tribulationibus.

Israel: ita diabolus eos qui peccati seruitutem abijcere curant, maxime tunc vexat. Vt ergo non deficiamus in tribulationibus, neque propter eas à recto itinere deflectam⁹, diuinæque legi negligentius inserviamus, de eisdem afflictionibus concionem iam nunc habere instituimus. In qua duo faciem⁹. Primò, de fructu tribulationum tractabimus. Secundò de fiducia quam debemus habere in Deum, quod de omnibus his nos dominus liberabit iuxta thema.

In magnã admirationem rapuit olim philosophos, sed & nunc homines sæpe sollicitat, quid sit quod mundus iste tam ordinatus, creatus sit à Deo, & homo, propter quem conditus est in suis operibus, tantã habeat inordinationem. Si enim vertis oculos ad omnes creaturas, & vniuersum hoc sensibile, quantam in eis artem, ordinem & sapientiam intueberis, sicut in horologio repetitissimo, in temporum successione, in fructuum productione, in omnium animantium sustentatione. Si autem inde oculos ad humanos actus conuerteris, quanta in eis confusio & inordinatio, quanta peruersitas & malitia! quanta perturbatio & permutatio rerum. Qui sursum esse deberent deorsum sũt, qui regere debuerunt, reguntur, qui regi, regunt, qui in tormentis sunt, in delicijs, qui in delicijs sunt, in tormentis: boni affliguntur valde, mali ultra modum recreantur. Bone Deus! quis non tantam confusione perhorrescat & oderit? Herodes ille sacrilegus per iocum Ioannẽ Baptistam occidi iussit. Lysias ille perfimus tyrannus Cosmam & Damianum sanctissimos viros afflixit &

occidit. Stupet Chrysostr. & indignatur super hoc, & tragico propere furore excandescens clamitat. Vbi lex? vbi ius? vbi fas? vbi ratio? vbi Deus? Domine, aut vides, aut non vides? Si non vides, quomodo regis? si vides, quomodo permittis? Si non vides, vbi est prouidentia tua? Si vides, vbi est iustitia tua? Vique adeo mouit hæc difficultas antiquos philosophos, vt ne dicerent Deum iustum & bonum talia permittere, elegerunt potius Dei præscientiam & prouidentiam negare. Videbatur eis difficillimum & blasphemum dicere, quod Deus domum tam iniquam & inordinatam regeret & disponderet. Propter quod elegerunt potius dicere, quod Deus mundum ordinatissimum regat, sed homines sibi ipsis regendos reliquerit, & aut nesciat, aut non prouideat actus humanos: sicut Boetius eorum sententiam recitans, ait. Omnia certò sine gubernas, hominum solos respicis actus, debito rector cohibere modo. Et Iob. Circa cardines celi perambulat, nec nostra considerat. Et psal. b. Posuerunt os suum in cælum, & ps. 72. lingua eorum in terrã transijt, & dixerunt: quomodo scit Deus, etsi est scientia in excelsis. Hoc (inquã) dixerunt, quia non poterant reddere rationem: quomodo deus iustus, rectus & bonus, tantam in rebus humanis permitteret confusionem? Et ideo (vt dixi) maluerunt diuinã negare prouidentiam, quam eius ledere & offendere iustitiam. Sed vt Iob consequenter adiungit, quorũ Iob. 22. sententia procul sit à me. Absit, absit, tanta blasphemia, vsque adeo ad Deum pertinet omnia regere, & prouidere, vt si aliquid ab eo nesciretur, vel non disponderetur, non est

set Deus. Quid enim est Deus, nisi vniuersalis dominus & gubernator omnium? quomodo non erit gubernator eorum, quorum fuit opifex & creator? aut quid in rebus potest legem & iurisdictionem sui conditoris subterfugere, & ab eius dominio excipi. Vnde contra hos psal. clamat. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui plātauit aurem non audiet: &c. Grandis ergo error & blasphemia est diuinam negare prouidentiam. Sed nobis restat, respondere eis, quomodo diuinā poterimus tueri iustitiā, ne in similem vel maiore blasphemiam incidamus, dicendo, q̄ Deus tanta mala faciat vel fieri cōsentiat: aut quod peius est, amator & fautor sit malorum (sicut alij multo deterrius blasphemauerunt) de quibus conqueritur Deus per Malachiam, dicens. Laborare fecistis dominū in sermonibus vestris: & dixistis, in quo cum facimus laborare: in eo q̄ dicitis, omnis qui facit malum bonus est in conspectu domini, & tales ei placent. Aut certe vbi est Deus iudicij: quasi dicerent, aut deus mūdum non iudicat, neque gubernat, sicut primi philosophi dixerūt, aut si gubernat: vtique qui sic malis fauet, amator malorum est. Vsq; ad eō hęc difficultas, sanctissimos viros, & illuminatissimos prophetas mouit, vt diuinorum iudiciorum abyssum admirantes, & diuinam sapientiam perscrutantes, quasi tantā molem difficultatis dissoluere non valentes, a Deo huius secreti rationē poposcerunt cum ipso Deo super hac re disputātes. Vnde Hieremias. Iustus quidē tu es domine, si disputem tecum, verumta men iusta loquar ad te, quare via impiorū pro-

speratur, bene est omnibus qui peruaricantur & iniquē agunt, planta sti eos, & radicem miserunt, perficiunt, & faciunt fructum, &c. Hoc idem propheta Dauid in psal. Quā bonus Israel Deus, his qui recto sūt corde. Quasi dicat, Domine de tua bonitate & rectitudine ego nō dubito, hoc pro certo habeo, quod iustus & rectus es, neque de hoc quasi dubitans disputo, sed a te iusto & bono rationē inquirō. Vnde sequitur. Mei autem penē moti sunt pedes penē. &c. Et beatus Iob. Disputare (inquit) cum Deo volo, nūquid b contra hominē disputatio mea est? vt non meritō debeam contristari? Attendite, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro, & ego quando recordatus fuero perimisco, & concutit carnem meam tremor. De quo beate Iob: de quo turbaris? super quo contremisistis? Sequitur. Quare impij viuunt, subleuati sunt? confortatiq; diuitijs, semē eorum permanet corā eis: propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum, domus eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos, bos eorum cōcepit & non abortiuit, egrediuntur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant iustibus, &c. Sed & propheta Habacuc, non iam quasi disputans, sed quasi indignans audacius cū Deo loquitur. Vsq; ego vociferabor vim patiens, & non saluabit: quare respicis contemptores & taces conculcāte impio iustiorē se, & facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptilia non habetia ducem? Super hoc Hieronymus. Vides quā temeraria vox sit, & quodāmodo blasphemantis, creatorem suum ad iudicium prouocare, & csa. 45c

vas

vas fragile aduersus figulum cur tale, vel tale facturum sit disputare. Vides certē quantē difficultatis fuerit apud prophetas hęc quæstio, super qua Deum consulere, & interrogare prę nimia admiratione & stupore cogebatur: propterea quod diuinam prouidentiam negare impium erat, & diuinam offendere iustitiam ex alia parte perhorrebant. Sed qualiter prædictam quæstionē per spiritū Dei soluerint, attendamus. psal. Existimabam vt agnoscerem hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium domini, & intelligam in nouissimis eorum. Quasi dicat, in nouissimis impiorum ibi intellectus est: & solutio quæstionis quomodo in nouissimis soluatur hęc quæstio. Iob de eadē. Ducunt in bonis dies suos, & in pūcto ad infernum descendunt. Attendite iustitiam, attendite equitatem, agnoscite quoque diuinam prouidentiam. Nō est enim minor Dei prouidentia in actibus humanis, quā in cæteris, sed est occultior & mirabilior. Nanque cætera omnia quæ a solo Deo reguntur, ordinata sunt, nimirum illa eximia sapientia & ars mirifica est, res pessimas & inordinatissimas regulare & ordinare, & in ipsa humanorum actuum confusione, ordinem inuenire, & in ipsa iniquitate, æquitatem, & in ipsa sceditate, pulchritudinem facere: vt potentior sit deus ad ordinandum, quā homo nequissimus ad deprauandum. Exemplum. Siquidam pictor imaginem pulchram faciat, non mirum, sed si alio deturpante & scedante omnem illam deformitatem in pulchritudinem reducat, illud mirificum & egregium. Et qui dem in tanta humanorum actuum

turbatione & confusione, ordinem inuenire, & vbi non est ratio, rationem ponere, altissima sapientia est. Latet ergo in rebus humanis diuina prouidentia: sed ibi maior est & excellentior, sed eam etiam aliquādo in vita hac inspicimus ex parte. Nam sapius Deus, & in hac vita reprobis debitam reddit retributionem, & rete texant & capiuntur in eo, & fodiant foueā, & incidant in eam. Tamen perfectē non intelligitur, nisi in nouissimis eorum ibi multo notior est, quando post momentaneam delectationem, ad incēdium perpetuum perducuntur. Ibi satis patet, quod præterita prosperitas, non fauor, sed furor Dei fuerit contra illos. Si ergo solam hanc vitam inspicias, & eam solam attendas, insolubilis videbit ista quæstio & inexplicabilis, sicut philosophis visa est: qui eam solam attendebāt, sed si tempori æternitatem adiungas, & vtranque vitam simul annexas, hanc scilicet temporalem, & quæ sequitur perpetuā, ibi inuenies solutionem. Nam quid obsecro mirum, si his qui perpetuo arsurus est in inferno, hic ad momentum latari & gaudere permittatur, & viuere prohibito suo sinatur? Aut qualis est ista prosperitas quæ gemitus germinat sempiternos? Malis dicitur. Hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Quasi dicat, Latamini, exultate vt vultis, nam cito plorabit, sicut alibi. Et vlscimini, sed nunc cito reddam vobis vltionem, super caput vestrum. Satis mihi temporis restat ad vltionem de vobis. Si militer & conuerso, quid mirum si illi quibus paratum est gaudiū sempiternum, hic ad momentum tribulentur, imò hoc eis ad iucunditatē expe-

ps. 93

Malac. 2. d. & 3. c.

Hier. 12.

ps. 72.

Iob. 21.

Habac.

ps. 72.

ps. 72.

ps. 72.

Iob. 21. b

ps. 7.

Lu. 22. f

Lu. 6. d

Deu. 31

f. & Ab

di. 1. f.

Eze. 9. d

expedire cognoscit. Solemus nāq; cum magnum & præclarum conuiuiū amicis parauimus, eos aliquandiu ante prandium detinere, vt esuriant: melius eis pretiosa cibaria faciant: sicut in vulgari prouerbio dicitur, Quies quæ laborē sequit̄ gravior est, hoc enim habet malū boni, vt bonū ipsum iuxta positū magis illustret: sic Deus qui æternum dilectis suis conuiuium præparauit, hīc eos ad modicum prius esurire & indigere permittit: vt postea exultantes dicāt. *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus: mala transiimus per ignem & aquā, & eduxisti nos in refrigerium. Vnde Grego. super Iob. Non ita mirum est quod mali in hac vita prosperentur, & boni affligantur, sicut esset e conuerso si boni prosperarētur & mali affligerentur. Quid enim mirum si ciues huius Babylonis, & filij huius seculi in sua ciuitate & patria gaudent, & exultant, & peregrini & exules tristantur & affligunt? Si de mundo essetis (ait dominus) mundus quod suum est diligeret, propterea odit vos mundus, quia non estis de hoc mundo. Neque hoc diuinæ iustitiæ aduersatur (vt philosophi putauerunt) imò quam maximè consonat. Nam quis ita malus est, vt aliquando non peccauerit? Cū ergo ad diuinam & perfectam iustitiam pertineat, vt nullum bonum maneat irremuneratum, aut malum impunitum: consequens est, vt cum illa bona impiorum in futuro non sint remuneranda, remunerentur hīc, & similiter illa peccata iustorum puniantur hīc, ne puniātur in futuro.*

Neque hæc est inordinatio, sed maximus & perfectissimus ordo. Si enim malis semper male esset, bonorum sine premio manerent, et si bonis semper bene esset, mala eorū impunita relinquerentur, & hæc esset maxima iniustitia & deordinatio in vniuerso. Vide etiam quā male cōuenit iustis prosperitas in hac vita, si enim alicui homini afflicto, tristissimo, vulnerato, in carcerem coniecto, quispiam cantilenas & facetias & iocos diceret: nonne vexaret eum amplius & torqueret musica illa in luctu? Sic iusto peregrino, & in carcere posito, qui diebus ac noctibus non cessat à lachrymis & fletu ex mundi huius & vitæ tædio, ex patriæ cælestis desiderio, ex periculi timore, ex carnis grauissimè odiosissimo onere, adhibere ei honoriculos, & diuitiunculas, & vanas istas delicias, & ludicra mundi tædiosum esset & importunū. Vnde Iob. Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine sūt, qui expectant mortē, & non venit, & quasi effodiētes thesaurū, gaudētque vehementer cū inuenerint sepulchrū. Videtis certè, nō esse defectū diuinæ prouidentiae, neq; notā diuinæ iustitiæ: non esse cōtra Dei sapientiā, aut ordinē, vt mali prosperentur, & iusti affligantur in hac vita: imò hoc esse equissimum, iustissimum, & ordinatissimum: neque hoc esse ad malorum fauorem & iustorum odiū: imò e contrario esse contra malos iram Dei, & erga iustos amorem & fauorem. Si enim nō expediret iustis hīc tribulatio, cū Deus sic eos amet & diligat, vt filios nō eos permetteret affligi, sed vt hoc fiat lucidius & apertius. Ostendamus modo, quot & quantas

vtili-

vtilitates iustis afferat tribulatio, & quantum eis expediat tribulari, & quanuis innumeræ sint iste commōditates, septem tamen ex sacris doctoribus colligimus. Nam tribulatio corrigit deuos, excitat tepidos, purgat impuros, illuminat cæcos, perficit bonos, coronat pios, firmat dubios. Hos tribulationis fructus sigillatim prosequamur. Primò tribulatio corrigit deuos, nā in prosperitatibus post vitia nostra effrenati, imus in præcipitium: si Deus non infrænaret nos tribulationibus & flagellis, quò tenderet nostra licentia? *Psal. In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximāt ad te. Quātos emendauit & correxit acerbitas tribulationis. Non opus est antiqua perquirere exempla. Psal. Conuersus sum in erumna mea, dum configeretur spina. Filius ille prodigus, nisi fame & necessitate compulsus, ad patrē non rediisset, si datæ ei fuissent porcorum siliquæ quas volebat: vti que vitulum saginatum in paternis laribus non gustasset. Vnde dominus ait. Ego sapiam viam tuam spinis, ibis post amatores tuos, & non apprehendes eos, & dices, reuertar ad virum meum priorem, quia mihi melius erat tūc quā nunc. Secundò excitat tepidos, nā cū omnia prospere eueniūt nobis, remissi sumus, & nimio torpore dissoluimur. Non est deuotio, non spiritus, non oratio, neq; feruor, neq; lachryma, at verò cū aduenit tribulatio statim excitamur, clamamus, oramus, in lachrymas prorumpimus, obsecrantes dominum vt liberet nos. *Psal. Sicut sagitta in manu potentis, ita filij excusorum, id est, affectus & desideria tribulatorum, à quibus Deus**

puluerem seculi virga tribulationis excutit. Tribulationes enim calcaria sunt, quæ faciunt nos currere ad Deum: sicut Gregorius ait. Mala quæ hic nos premūt, nos ad Deum ire compellunt. Et *psal. Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerūt, e contrario prosperitates detinēt nos: nam sicut luto sic infigimur in eis. Psal. Infixus sum in limo profundi. deus itaq; electos suos non vult ab istis vanitatibus detineri, sed quod omnia eis amara sint, & male succedant, & eos afflicent: vt dum ab omnibus repelluntur, ad Deum recurrant: & dum iste mundus aduersatur, futuram vitam requirant. Et hæc grādis misericordia Dei est, exemplum in Absalon & Ioab, quem cū vocaret, & nollet venire, iussit seruis suis, vt eius segetes comburerent: & tunc venit ad eum indignans & clamās. Quare hoc fecisti? Et ille. Vocauī (inquit) & noluit venire, combussi segetes tuas, vt venires. Tertio tribulatio purgat impuros, non solum à peccatis, sed & ab affectibus mundanorū, exemplū in ægrotis qui solā cupiunt sanitatem: non iam honores & delicias, &c. Est enim tribulatio sicut ignis purificans electos, & auferens ab eis omnem scoriā & puluerem, & excoquens eos velut argentum & aurū, sicut per Esaiam dicitur. Ego conuertam manum meā ad te, & excocā ad purum scoriā tuam, & auferam omne stannum tuum. &c. O quam nitidos, claros, puros, pellucidos, terfos, splendidos reddit sanctos tribulatio: exemplū, sicut vasa aurea & argentea, si haberent sensum quando tunduntur & incenduntur ab artifice suo, conquererentur, sed postea ei grā-*

tias

DE DIVIS COSMA ET DAMIANO.

tias agerēt pro suo decore: ita & sancti licet sentiāt Dei flagella postea lætantur, & Deo gratias agunt, nec solum purgat, sed examinat & probat: nam eodē igne quo purificatur argentum, palca comburitur. Tribulatio quæ purificat electos, evertit impios, nam in tribulatione positi irascuntur, blasphemant, indignantur & furūt, sicut damnati in inferno. Vnde apostolus. Fundamentum aliud nemo potest ponere vniuersusque videat quid superædificat, vtrum aurum, argentum vel lapides pretiosos, an fœnum, lignum, & stipulam, vniuersiusque opus quale sit, ignis, scilicet, tribulationis, probabit si cuius opus māsarit mercedem accipiet, si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Tribulatio ostendit virum, nō potest homo agnosci donec tangatur: plures apparent argentum, & cū probantur sunt paleæ. Psal. Proba me domine & tenta me. Est hic lapis lydius vbi perfectiones videntur cuiusque, præterea tribulatio illuminat, nō enim agnoscimus nos in prosperitatibus, credimus quod pro Deo poterimus multa pati, & cum Petro dicimus, Paratus sum tecum, siue in carcere, siue in mortē ire, & decipit nos cor nostrum: nam postea neque leues iniurias pro domino sustinemus. Quomodo enim sustinebit verbera, qui non sustinet verba? Grandis hæc vtilitas agnoscere se. Apostolus. Qui se existimat aliquid esse, cū nihil sit, sapius & alios redarguimus impatientiæ, & accusamus: & nos cū tangimur debiliores sumus. Non solum autem illuminat oculos ad cognitionem sui, sed & ad cognitionem vanitatis huius seculi, nam in tribulatione se delusos aspiciunt

ab omnibus fauoribus mundi: nam qui non est tentatus, quid nouit? Esaias. Sola vexatio dabit intellectu ^{esai. 28. c.} auditui. Insuper perficit bonos, scilicet, in virtutibus, nam præbet materiam exercendę virtutis. Tolle tribulationem, vbi paciētia? vbi māsuetudo: vbi humilitas? fortitudo, fiducia, tolerātia? Bernar. Sicut stel læ nocte fulgent & non in die, ita virtutes in aduersitate, & nō in prosperitate splendent. Exemplum in Iob. Quantis virtutibus præditus erat, sed latebāt donec venit tribulatio, quanto illustrior fuit in sterquilinio, quam in folio. Deinde coronat pios: nam (sicut ait apostolus) ^{A. 1. 14.} per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Vnde Ioannes in Apoc. Vidit multitudinem pulcherrimam, & plebem nobilissimam: & ait ad angelum. Qui sunt hi, & vnde venerunt: Cui angelus. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione: nam tribulatio auget meritū & ex consequenti coronam. Proh quanti faciunt nunc Cosmas & Damianus fuisse passos verbera & tormenta quæ pro Deo pertulerunt! o quanta eis gloria! quantus honor! quam immensa lætitia de tam insigni victoria! quantus honor creaturæ, exposuisse pro Deo esse, quod ab eodem acceptat creatore! hoc nostræ naturæ maximum priuilegium, hæc sanctorū martyrum gloria, in hoc præ cæteris gloriantur. Vnde in resurrectione corpora eorum quodāmodo apparebunt pulchriora, quia sacris illis stigmatibus veluti carbunculis, & adamantibus decorabuntur. Nā sicut dominus in sua resurrectione, cicatrices reseruauit: ita & in sanctorū corporibus, ad decorem, honore & gloriam

DE DIVIS COSMA ET DAMIANO. 304

gloriam remanebunt. Quis sanctorum martyrum lætitiā, & gloriā valeat cogitare? Si enim is qui calicem aquæ frigidæ pro Christo derit, recipiet à Deo mercedem: qui sanguinem suum totum pro ipso fuderunt, & tam acerbam mortem lænati sustinuerunt, quanta gloriā afficientur? Vnde ecclesia merito canit, quæ vox, quæ poterit lingua retexere? &c. Felices medici qui sic sua corpora curauerint, non poterim⁹ eis dicere, medice cura te ipsū, non solum sibi, sed & alijs vitam æternam doctrinæ suæ medicamento contulerūt: occasione enim medicinę dum corpora medicamine curabāt, animas potius saluari verbo viuificabant, & sic totum hominem sanum reddebant. Erant enim animarum potius medici quā corporum, prædicatores potius quā curatores. Audiant medici & sequantur, propterea nanque dominus in omni statu & conditione voluit sanctos eligere, vt nullus excusetur de statu suo. Fuerunt reges sancti, & milites, & medici, pauperes & diuites, vt discamus, quia in omni statu qui vult potest esse perfectus. Habent medici vnde valde proficiant, si pauperes cūrent cum charitate & sollicitē visitent, & consolentur, & gratiam quam eis dominus dedit curandi & sapientiam in eos exercent. Nec solum hoc, sed etiā quod à diuitibus accipiunt, conferant ex parte saltem egentibus, quæ præclara elemosyna est corā Deo. Denique firmat dubios, hoc enim signum diuinæ prædestinationis & amoris est, si à domino tribulamur. Ap. 3. d. Apocalyp. Ego quos amo, arguo, & castigo. Et apostolus ad Hebræos. Heb. 12. Non est filius quem non corripit pa-

ter, quod si extra disciplinam estis cuius participes sunt omnes, ergo adulteri estis, & non filij, id est, filij adulterini, & non legitimi. In hoc Deus nobis amorem ostendit, quia nos cōformat imagini filij sui & sanctorum suorum. Quis enim magis tribulatus, quis magis afflictus in hac vita mortali quā Christus? aut quis electorum sine tribulationibus vixit? Apostolus. Sicut socij passionum estis, ita & consolationis eritis. Et iterum. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia si cōpatimur, & conregnabimus, si in hac vita participes tribulationum erimus, in alia participes gaudiorū, et si hīc participes pœnæ ibi erim⁹ consortes gloriæ. Gaudeamus igitur fratres, cū in varias tribulationes inciderimus, sustinete patienter imò libenter grātiā agite, viriliter state non deficiatis, certi quia Deus non odit: imò potius diligit vos. Petrus. In quo exultabitis modicum nunc, si oportet contristari in varijs tribulationibus, vt probatio fidei vestræ, &c. Postea exultabitis lætitiā inenarrabili & glorificata, momentaneum enim est quod cruciat, æternum est quod delectat. Apostolus. Momentum enim hoc & leuis tribulationis, &c. Hīc etiam dominus liberabit vos sicut promisit. Psal. Quia non relinquet dominus virgam peccatorum, &c. Iterum. Non dabit in æternum fluctuationem iusto, imò in ipsis vos consolabitur. Psal. Secundum multitudinem dolorem meorū, &c. Apostolus. Quia sicut abundant pāsiones, &c. Iob. In sex tribulationibus liberabit te, & in septimā non tanget te malum, quoniam subsequetur summum bonum in gloria, ad quam

DE DIUIS QUIRITO ET IVLITA.

nos perducatur Iesus Christus dominus noster. Amen.

DE MVLTIS MARTYRIBUS, Concio alia, hoc est de diuis Quirito, illiusque matre Iulita. De vtilitate tribulationum.

THEMA

Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Apoca. 7.



SI oculis claris, veluti ex alta specula errores filiorum Adā considerare voluerimus, dolebimus valde, & vix poterimus continere lacrymas de tam misera cæcitate. Quis non doleat videndo tantam multitudinem, cū nimio labore & fatigatione & anxietate suam querere perditionem & mortem? Quid est enim quod totus mūdus inquirat? quid est quod anxie procurat, nisi prosperitatem, abundantiam, & gloriam temporalium? viuere in delicijs & solatijs, abūdare diuitijs, frui temporalibus bonis? Hæc est omnis felicitas mundanorum, in hac procuranda totus fere mūdus desudat, & hac felicitate quid infelicius, & quid hac prosperitate deterius? Grandis misericordia Dei, quod homines non assequuntur quod inquirunt, nam si sic dæmonibus essent deteriores. Quanta mala facit prosperitas & abūdantia! Pro-

speritas facit hominē obliuisci Dei & sui, prosperitas facit eum superbū, prosperitas facit eum leuissimum & mundanum, prosperitas facit vitiosum & inertem, prosperitas facit eum contemptorem proximorum & crudelem, prosperitas facit hominem brutalem & insensatum, prosperitas facit hominē obliuisci futuri æ glorię, & mortis, & inferni, prosperitas replet hominem vitijs & peccatis vsque ad sūmum. Da mihi hominem rectum & bonum, cui omnia succedat ad votum, breuissimo tempore fiet quasi brutum, vel quasi de mō. Quis melior, quis sanctior, quis sapientior Salomone in sua iuuentute? cui Deus dono tantam infudit sapientiam? cui tantam dedit deuotionē & spiritum, vt librum canticorum scriberet, qui omnium librorum veteris legis spiritualissimus est: qui propter nimiam sanctitatem & puritatem, idida, id est, dilectus dominus vocabatur. Hic tantus vir succedentibus prosperis, ex nimio luxu & abundantia temporalium, super omnes homines factus est carnalis, vt pote qui domi greges habebat mulierum quasi greges caprarum, & in tantam deuenit miseriam & stultitiam, vt idolatra fieret, & idolo Moloch templum construeret, & sacrificia offerret. Quem non deterrere tanti hominis præcipitium, & tam miserabilis lapsus? Simile cōtigit Sauli regi, & quotidie euenit pluribus, qui dum erant pauperes boni erant & probi: postea verò aridente fortuna, facti sunt pessimi. Vnde Dauid enarrans mala quæ proueniunt ex prosperitate & carentia tribulationum, ait. Mei autē penē moti sunt pedes penē effusi sunt

DE DIUIS QUIRITO ET IVLITA 305

sunt gressus mei, quia zelauī super iniquos pacem peccatorum, videns quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, in labore hominum non sunt, & cū hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua, prodijt quasi ex adipē iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis, cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt: posuerunt in cælum os suum, &c. Quanta mala ex abundantia, & prosperitate, & ex tribulationis defectu. E contrario autem, quid est quod mūdus magis horret & fugit & timet, quàm tribulationes? & tamen in hac vita nihil homini vtilius, nihil salubrius. Quanta bona accumulatur tribulatio! quot vtilitates conciliat! Primò tribulatio expergeficit hominem à somno, & veluti quadam manu excitat à peccato, aperit oculos eius, & illuminat, vt videat ignominiam & sceditatem suam, & grauitatem peccatorum suorum agnoscat, & corrigat vitam suā: sicut scriptum est. Sola vexatio dabit intellectum auditui. Quantos vidimus in fœce peccatorum quasi profundo somno sopitos, tribulationis vehementia excitatos, correxisse vitam, mutasse mores, in alteros transisse viros, & ex peccatoribus in studiosos, & probos fuisse permutatos. Secundo, tribulatio humiliat hominem & domat, & facit eum depositum superbiæ tumore, māsuetum, humanum, piū & tractabilem. Nam qui succedentibus prosperis veluti equinus hinulus, nimio furore spumabat, & fremens ac frendens

alios moribus & calcibus ledebat & turbabat, tribulationis assidue pondere pressus, & egritudinis frequentis vexatione perdomitus, de cætero quiete viuit: sicut Hieremias ait. Castigasti me domine, & eruditus sum, vt iuenculus indomitus. Tertio, tribulatio hominem à vitijs, & concupiscentijs, & vanis seculi desiderijs purificat, & ab eo puluerem vanitatis excutit. Sicut enim vestes diu thecis inclusas, & à tinea corrosas, vel nimio puluere resperfas, aliquando virga percutimus, & ab eis vermes & puluerem percutientes excutimus: sic Deus homines nimio luxu, & abundantia corruptos, illecebrosis appetitibus veluti vermibus corrosos, vanitatis, & cupiditatis puluere sceditos, tribulationis virga, excussa vanitate, & carnalibus desiderijs extinctis purificat. Nihil enim sic omnia hominis vitia, & vana desideria, noxias cupiditates, & flagrantes carnis concupiscentias extinguit & mortificat, sicut tribulationis acrimonia quæ veluti absintij poculo, omnes animæ vermes intus viscera eius corrodes, sua amaritudine enecat & interficit: Considera hominem in tribulatione constitutum, & vide quàm longe est ab omnibus voluptatibus, & vanitatibus & illecebris. Nulla tunc concupiscentia titillat, nulla vanitas eleuat, nulla eum delectatio mulcet. Quàm liber est à iocis & ludis, & cæteris vanissimis desiderijs. Totus dolore occupatus, tristitia absorptus, sic omnia mundi gaudia & oblectamenta despicit quasi mortuus. Placet hic inserere Ioannis Chryostomi per pulchram considerationem de Qq domo

domo luctus, & de domo cōiugij, quam more suo luculentissime in quadam homilia prosequitur, dicens. Et si vultis duas domus describamus, hanc quidem nubentium, hanc verò lugentium, mente vtranque ingrediamur. Videamus vtra melior, inuenietur enim lugubris sapientiæ plena, nuptialis autè plena confusionis. Nam turpia verba, incompositus risus, incōpositiores locutiones & vestis, & incensus de formitate plenus, verba multè fatu ratis & stultitiæ plena, & aliud omnino nihil nisi risus omnia, & derisio quæ sunt illic. Non nuptias dico absit, sed quæ sunt in nuptijs, tūc natura debacchatur, bruta pro hominibus fiunt præsentis, hi quidè vt equi hiniunt, hi autem a fini calcitrant, multa effusio, nihil studiosum, generosum nihil, diaboli pompa, cymbala & tibiæ & cantica fornicationis, & adulterij plena. At nō ita illic vbi luctus, omnia composita, multa requies, silentium multū, correctio multa, inordinatum nihil, nihil incompositum: si quis aliquid locutus fuerit, omnia sunt philosophiæ plena: & id quidem mirabile, quòd per illud tempus, non modo viri, verum & familiares & mulieres sapienter agunt. Talis enim est luctus natura, vt videatur lugentem consolari, plurima verò totius philosophiæ plena loquuntur. Quartò tribulatio conuertit hominem à peccatis, & reducit ad Deum, & facit hominem redire ad cor, & diuinam misericordiam postulare: sicut scriptum est. Conuersus sum in erumna mea dum cōfigitur spina. Facit etiam hominem timere Deum, & reuereri, & desistere à peccatis, & clamare ad Deū, &

diuinum adiutorium postulare: sicut dicitur in psal. Clamauerūt ad dominum cū tribularētur. Et iterum, In tribulatione mea inuocaui dominum. Quintò, auocat hominē à desiderio huius vitæ, & facit cogitare de morte, & desiderare cęlestis patriæ tranquillitatem. Vnde cū Helias persecutionis anxietate fatigatus, sederet sub iunipero, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait. Sufficit mihi domine, tolle animam meam, neque enim melior sum quam patres mei. Et quotidie id ipsum contingere solet fatigatis & tribulatis, vt supplicent humiliter Deo, vt de præsentis vitæ miseria eos cripiat, & à præsentis seculo soluat. Sextò hominem exercet, patientiam probat, meritum auget, propter quod Apostolus. Gaudemus (inquit) in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiā operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem. Septimò dat fiduciam gloriæ consequendæ: diuiti enim auaro dictū est, Filij recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic cōsolatur tu verò cruciaris, signū enim est diuinæ acceptationis, sicut scriptū est. Ego quos amo arguo & castigo. Et Apostolus. Quis est filius quem non corripit pater, & econtra prosperitas huius vitæ reprobationis indicium est, sicut ibidem Apostolus ait. Quòd si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Et Gregorius. Continuus successus rerum temporalium, signum est damnationis æternæ. Multas alias vtilitates confert nobis tribulatio, propter quòd dominus

nus sanctos & electos suos, semper in hac vita pati voluit tribulationes, sicut ait psalm. Multæ tribulationes iustorum. Et iterum. Quantas ostēdisti mihi tribulationes multas & malas, &c. Vide à principio mundi, & perlege catalogum sanctorum, & non videbis aliquem sine tribulatione vixisse. Vide Abraham amicum Dei, Iacob, Ioseph, Moysen, Iob, Dauid, omnes prophetas, & in nouo testamento, apostolos martyres, confessores, omnes per multas tribulationes introierunt regnum Dei. Vnde Ioannes cū per reuelationem vidisset sanctorum gloriam & ciuitatem sanctam Hierusalem (sicut ipse ait, vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis, stantes ante thronum in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, &c.) quæsiuit ab eò vnus de senioribus, dicens. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Et ille ait. Domine mi, tu scis, gloriam & felicitatem eorum video, sed qui sunt, aut vnde venerunt, penitus ignoro. Et ait illi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, vides gloriam? vides candorem? O si scires cū quanta tribulatione illum promeruerunt! Nullus est illorum quos stolis albis indutos vides, qui non mille passus sit in mundo angustias, & tribulationes. Ecce hoc dictum est Ioanni. Væ cæcitati, væ stultitiæ & errori nostro, qui per delicias & solatia ad illorum societatem peruenire putamus, qui sine pugna & victoria coronas speramus, cū scriptum sit, Non coro-

nabitur, nisi qui legitime certauerit. Vnde vt ait Chrysostrōm. Similes sumus mulieribus & pueris ledentibus in teatro, aspicientibus, mirantibus, laudantibus, certantes & præliantes in agone, & non descendentes in prælium. Quàm ridiculum, quàm stultum est, si finito agone petamus coronas, postulemus brauium, qui omnes labores fugimus, qui nullam pugnam sustinere curauimus, sed solemus nos excusare, quòd sumus debiles, fragiles, infirmi, & delicati. Propter hoc ad confusionem nostram obijcit nobis hodie sancta mater ecclesia, non Petrum aut Paulum, non viros apostolos robustissimos, sed sanctum Quiritum puerum & matrem suam, martyres gloriosos, vt videamus eorum martyria, & confundamur, quòd neque puerum, nec mulierem fragilem imitemur. O spectaculum dignissimum! Non valde miror Petrum crucifixum, Stephanum lapidatum, Bartholomæum excoriatum, viri erant spiritu sancto pleni, robusti, & fortes. Sed quàm gloriosum videre puerum tenerrimum & delicatum, laniatum flagellis, exaratum vngulis, mille tormentis discerptum, quasi leprosum plagis vlceratum, & inuictum. O egregium triumphum quo in puero de mundo & diabolo triumphasti! In hoc puero tuam domine potentiam & fortitudinem ostendisti, in hoc te Deum esse monstrasti. Quàm verum est quod ait Apostolus. Quod infirmū est Dei, fortius est hominibus. Ecce diuina virtus in puero infirmo, quantam ostendit fortitudinē, quàm mirabilem potestatem, quale

Qq 2 etiam

eriam spectaculum fuit videre matrem filij dirū agonem spectātem, exhortantem, laudantem, gaudentem. Videt filium laceratū, & exultat: videt morientem in tormentis, & gaudet. Vbi materna viscera? vbi parentis pietas? vbi amor matris? vbi naturalis illa compassio filiorum? O potentissima charitas Dei, omnia viceras, omnia absorseras, sic nanque totum cor illius mulieris occupauerat Dei amor, vt oblitam naturæ faceret, nullumque in ea locum compassionis relinqueret. Duplex in hac matre martyrīum colimus: prius enim fuit martyr in filio, quā in corpore suo: non sic admiror quod dolores proprios tolerauit, sicut quod de filij doloribus exultauit. Tales sunt, quos Ioannes vidit amictos stolis albis, & palmas manibus tenentes, tales qui cum angelis coram agno stantes clamabant. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agnum. Non ibi vidit aliquem delicatum, non aliquem voluptuosum, non aliquem ex his qui sericis induuntur, qui dormiunt in lectis eburneis, qui in amplissimis domibus habitāt qui opulentissimis dapibus vescuntur, qui dies ac noctes in ludis & voluptatibus consumunt. Sed de his quid scriptum est? Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Sed iam propter quid dominus sanctos suos in hac vita sustinere voluerit tribulationes audiamus. Decem super hoc rationes ponit beatus Chrysostomus in homilia prima, quarum aliquas nunc breuiter perstringemus. Primò ad humiliationem, ne de donis & gratia Dei superbiant, tanta e-

Iob. 21b

nim donorum, & fauorum, & consolationum cęlestium gratia in eorum cordibus inundauit, vt nisi cōtrapositis tribulationibus & infirmitatibus firmarentur, nullo modo possent in humilitate persistere. Vnde Apostolus. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi angelus Satanæ qui me colaphizet. Hoc est enim appendere aquas in mensura (vt ait Iob) sic gratias tribulationibus contemperare, ne obruant possidentem. Secundò ad purificationem, vt eos scilicet, ab omni temporalium amore & desiderio purificet. Sicut enim conflator aurum & argentum in fornace ab omni plumbo & scoria purificat, vt ex eo vasa pulchra, pretiosa, & admiranda conficiat: sic Deus quasi aurum in fornace electos suos in hac vita probat, vt eos in cęlesti palatio splendoros & rutilantes, quasi vasa pretiosa in mensa sua constituat. Et sicut armamentarius arma diu iam rubigine & ferrugine scedat oleo vngit, & ferro polit, & quasi speculum fricando, nitida ac clara reddit: sic quoque dominus sanctos suos ocio torpentes, intus spiritu sancto vngit, & foris tribulatione tergit, vt ab omni terrene cupiditatis rubigine, & mundanę affectionis ferrugine purificet. Tertio, ad meritum & virtutum cumulum. Nam quantis eos meritis & virtutibus dominus probasset, si tribulationibus non eos exercuisset? quo pretio putas darent modo sancti martyres in cęlo tormenta & martyria non sustinuisse? O quomodo beatificant gladios & ignes quos passi sunt! o quantas Deo gratias agant!

2. cor. 12

Iob. 28.

Sap. 4. c.

agunt! quales exultationes & lætitię laudes emittunt, laudantes & benedicentes eum, qui per dolores & afflictiones, ad tantam eos gloriam sublimauit. Voces eorum in psalmo considera. Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Et iterum. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Quarto, ad eorum illustrationem in hoc mundo, & vt eos nobis relinqueret in exemplum. Nisi enim sanctum Iob tribulationibus pulsasset, virtus quę in eo intus latebat non emicuisset, & nisi sanctum Quiritum tormentis exposuisset, quantus in eo fortitudinis thesaurus latens non apparuisset, atque celebres & clarissimos coram toto orbe sanctos, tribulatio facit quale in eis nobis dominus patientię, fortitudinis, & tolerantię exemplum præbuit, vt scilicet imitari non pigeat quod celebrare delectat. Granum piperis & synapis, nisi confractum & emoluitum fuerit, quid intus caloris & vigoris lateat non apparet. Quintò, ad alterius vitę persuasionem cum enim videamus sanctos Dei amicos, qui pro Deo in hac vita talia passi sunt, & semper afflictos & vexatos nullam operis sui mercedem in hoc mundo recepisse, aliam esse vitam in qua laborum suorum retributionem accipiant non ambigimus. Quid enim? Paulus semper in laboribus, semper in periculis, semper (sicut ipse ait) in tribulationibus, & mortibus frequenter pro Deo nullam pro tantis sudoribus ab eo mercedem accipiet? Vbi ergo est Deus iudicium? Hoc argumento facile suadet, aut Dei

ps. 89.

ps. 65.

2. cor. 11

providentia non est, aut certe alia vita est. His & alijs rationibus satis innotescit, quanto Dei consilio & providentia, electi Dei in hoc mundo semper affligantur. Sed fortè dicet aliquis, nonnullos sanctorum magnas sustinuisse tribulationes notissimum est, sed tamen de alijs non videtur. Nam plures in pace & tranquillitate vixerunt, & non per crucem, sed per deuotionem, & eleemosynas, delicias spirituales ascenderunt ad gloriam. Sed si hoc ita est, quomodo ait Ioannes de omnibus, hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione? Quomodo ait Apostolus, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur? Pro hoc aduertendum, quod duplices sunt tribulationes, quędam corporales & exteriores, alię spirituales & interiores, & istę secundę maiores sunt quā priores. Primas frequenter passi sunt iusti, sed multo frequentius secundas, quas tamen mundus ignorat. Sunt autem multe huiusmodi interiores tribulationes, scilicet, compunctionis, tentationis mundanę, conuersationis, emulationis, dilationis. Prima spiritualis tribulatio iustorum est, continua compunctio peccatorum, ode-

2. Ti. 3. c.

Ro.7. d
 grauiſſimè ſuſtinent, & ſit eis into-
 lerabile tormentum pòdus carnis:
 vidètes enim aliam legè in mèbris
 ſuis repugnantem legi mèris ſuè, &
 captiuantè eos ſub lege peccati: ſati-
 gantur & dolent plurimum excla-
 mantes cum apoſto. Infelix ego
 homo, quis me liberabit de corpo-
 re mortis huius: Exterius quoq; mul-
 ras patiuntur tètationes, quia totus
 mūdus ſit eis tètatio, quia cōtradicit
 eorū propoſito & intètionì. Vnde
 Grego. Tot habet iuſtus tètationes,
 quot habet mundus voluptates. A
 dēmonibus quoq; grauiſſimè tentā-
 tur, nam mundanos non curat dæ-
 mon, quos ſine tètatione poſſidet:
 Hab. 1d
 ſed (ſicut ait propheta) eſca eius ele-
 cta, propterea ſanctos vehementer
 infeſtat. Tertia tribulatio eorū eſt
 conuerſatio mundanorum, nam ſit
 eis acerbum & graue videre mala
 & peccata, quæ ſunt ſub ſole, & ma-
 lorum mores tolerare, & videre cō-
 temptum Dei, & præuaricationem
 malorum: ſicut pſal. ait, Super ini-
 micos tuos tabeſcebā. Vnde Petrus
 2. Pet. 2
 ait de Loth, Aſpectu & auditu iu-
 ſtus erat habitans apud eos, qui de
 die in diem animam iuſtam iniquis
 operibus cruciabāt. Quarta tribula-
 tio eſt emulacionis & zeli, quando
 ſcilicet, vident pauperes oppreſſos
 & afflictoſ, quādo vident plurimos
 Chriſtianos pereuntes & labi in pec-
 cata: ſicut apoſtolus ait, Quis infir-
 matur, & ego nō infirmor: quis ſcā-
 dalizatur, & ego nō vrōr: ſunt enim
 pij & miſericordes, & triſtatur de
 malis proximorum valde ex nimia
 pſ. 68. &
 compaſſione. Vnde pſal. Zelus do-
 miſ tuæ comedit me. Quinta tribu-
 latio eſt dilationis gloriæ: nā ſicut
 Phil. 1. c
 Dei præſentiā cupiūt, ita & diſſolui
 & eſſe cū Chriſto, ſentiunt huius vi-

tæ exilium, & eſt eis valde mole-
 ſtum viuere, dicentes cū propheta, pſ. 41.
 Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa-
 nes die ac nocte, dum dicitur mihi
 quotidie, vbi eſt Deus tuus? quando
 veniam? quando apparebo? quan-
 do introibo in tabernaculum admi-
 rabile vſque ad domum Dei? Feli-
 ces qui ſic tribulantur, beati qui hu-
 iuſmodi ſentiūt amaritudines. Has
 mundus non ſentit: lōge enim ſunt
 à cordibus mundanorum, hæ ſenti-
 re, donum Dei eſt. Quis enim pro-
 pter Dei abſentiam fatigatur? quis
 deſiderio videndi Deum vexatur?
 quis incolatum vitæ huius grauiſſi-
 me portat? cui vitā præſens amara
 eſt, quæ proximorum afflictio tor-
 quet, quem Dei proximique zelus
 excruciat, qui animarum ſalutem
 cum lachrymis & dolore zelat. Ra-
 rus eſt homo qui hæ tribulationes
 experiatur & ſentiat. Anima autem
 iuſti, hæ amaritudinum flammis,
 veluti inferrea ſartagine aſidue fri-
 gitur. Vnde propheta. Oſſa mea ſi
 cut infrixorio confrixa ſunt, donec
 nobis dominus hæ ſpirituales ama-
 ritudines ſic guſtare, vt per eas ad
 æterna gaudia cæleſtis patriæ per-
 venire mereamur. Vbi cum patre
 & ſpiritu ſancto viuunt & regnat
 Deus, per omnia ſecula ſeculorum
 Amen.

DEO GRATIAS.

DE DIVO AVGVSTI-
 no patre noſtro, pontifice,
 ac doctore eccleſiæ, Con-
 cio prima.

THEMA

¶ Sicut ſol refulgens, ſic iſte re-
 fulſit in tēplo Dei. Eccleſi. 50.
 Duo



Vo in primis dicen-
 damihi ſeſe offerūt,
 qua nā ratione ſo-
 lis nomine Augu-
 ſtinus intelligatur,
 & quomodo mun-
 do illuxerit. Vt ſan-
 ctus Dionyſius ait, 5. cap. de diuinis
 nominibus, inter omnes creaturas
 corporeas, nulla eſt Deo ita ſimilis,
 & in qua Deus ita lucet, vt eſt ſol. O
 quā inſignis, quā illuſtris, quā
 decora creatura ſol! Quid eſt om-
 nis corporalis pulchritudo, ſolis
 pulchritudini comparata? qui præ-
 nimia eius pulchritudine videri ſe
 non permittit, in hoc quoq; Deo ſi-
 milis qui lucem habitat inaccessibi-
 lem. Pulchritudo eius omnia pul-
 chrificat, eius virtus omnia viuifi-
 cat, ſol corporeo mundo præſidēs
 ex alto omnia corpora diſponit, om-
 nia gubernat, omnia viuificat, om-
 nia illuſtrat, omnia conſeruat. A
 ſole pèdent omnia, fouètur omnia,
 gignūtur omnia, nutriūtur omnia,
 ſole recedēte omnia ſiccantur, ſole
 aſcendente omnia naſcuntur. Attē-
 de in hyeme faciem terræ, deſor-
 mem, aridam, ſterilem, ſine germi-
 ne, ſine virore, ſine fructu. Aduentā-
 te ſole quanta varietate veſtitur,
 quanta venuſtate decoratur. Sol igitur
 mundi huius ſenſibilis & cor-
 porei gubernator eſt, & diſpoſi-
 tor, ac veluti quidam corporum
 Deus, cuius lumen & virtus à ſu-
 premo cælo, vſque ad inſimum
 pavementum, omnia replet, omnia
 plena ſole. Hoc igitur eſt ſol, ſuo
 modo, corporibus, quod Deus eſt
 omnibus. In ſole enim Deus homi-
 nibus ſe depingit, in eo ſe figurauit,
 vt eſſet in eo quodammodo viſibi-
 lis inuiſibilis Deus. Quid enim eſt

ſol iſte corporeus, niſi ſimulacrum
 quoddam & effigies increati lumi-
 nis, & ſpeculum nitidiſſimum, quo
 Deus mortalium oculis præſenta-
 tur? In eo diuinitatis vnitas, perſo-
 narum trinitas lucet, in eo Dei ma-
 ieſtas, virtus, potentia, immenſitas,
 æternitas, decor, ſapientia, effigia
 ta cernuntur. Quæ enim Dei per-
 ſectio hominibus attingibilis non
 lucet in ſole? Vnus Deus, vnus ſol, Deu. 6a
 in vna eſſentia tres perſonæ, in v-
 no ſole vna ſubſtantia, & ab vna
 ſubſtantia tres formæ, lux, ſplen-
 dor, calor: ſplendor à luce, calor
 à luce & ſplendore. Quid perſo-
 nis diuinis accommodatius? vbi
 non ſolum perſonarum proprie-
 tas, ſed etiam earum origo designa-
 tur. Ibi enim ſicut in diuinis, vnum
 ab vno, & vnū à duobus, quæ ſimi-
 litudo in tantum procedit, vt in ſa-
 cris voluminibus nomina iſtarum
 formaliter diuinis perſonis accōmo-
 dētur. De patre dicitur deus lux eſt,
 & tenebræ in eo nō ſunt vllę. De fi-
 lio dicitur, qui cū ſit ſplendor glorię
 & figura ſubſtantię eius. Et alibi. Cā-
 dor eſt lucis æternæ. De ſpiritu ſan-
 cto dicitur in euāgelio. Ignem veni
 mittere in terrā, & quid volo niſi vt
 ardeat? Ecce lucis, ſplendoris, calo-
 ris, perſonis diuinis attributa voca-
 bula. De diuinis quoq; perfectioni-
 bus ſi libet ſigillatim percurrere,
 quid miraris, Dei immenſitatem, om-
 nia replentem? Ecce ſol (vt di-
 ctum eſt) ſuo lumine, virtute &
 influentiā, totum orbem à ſummo
 vſque deorſum perlustrat, & re-
 plet. Quid miraris, Dei æternam
 immutabilem inuariabilemque ſub-
 ſtantiam? Ecce ſol tot millibus
 annis conditus, per tot ſecula im-
 mutatus perſeuerat, tam nouus,
 Qq 4 tam

tam splendidus sicut die qua creatus est. Miraris in creatoris natura aternitatem, cum creata natura tate perpetuitatis & immutabilitatis capax existat. Similiter quid mirum si Dei virtute omnia foueantur & sustententur, cum id faciat in corporibus virtus solis? quid mirum si omnia dependeat a conditore, cum ad sensum omnia ista inferiora dependeant a sole? sol suo lumine omnia pulchrificat, & Deus sua gratia omnes spiritus humanos angelicosque decorat. Sol corporei luminis fons est & origo, a quo omnia caelestia lumen recipiunt, & Deus simpliciter omnes intellectus illustrat, sine cuius lumine ita tenebrosus & obscurus est omnis intellectus, sicut orbis sine sole. In solis lumine omnia obscura clarescunt, quid ergo mirum si omnia pateant conditori? Simili modo, si per alias deitatis perfectiones discurras, inuenies eas in sole veluti in quodam speculo tabulaque depictas. Pictura ergo quaedam Dei est sol (vt diximus) & latibulum in quo Deus latet, sicut scriptum est. In sole posuit tabernaculum suum. O homo ibi latet, ibi absconditus est Deus tuus terebra intellectu solem, & penetra & intus reperies quem requiris: luminis enim increati velamen est lumen istud creatum. Non potes ergo excusari homo, si Deum tuum non diligis, si non colis & times, quia ipsum non videris, & quia gloriam & decorem & maiestatem eius non agnoueris. Quocumque te vertas, vbique in suis creaturis tibi occurrit deus, vbique in operibus suis fulget, vbique cernitur. Non Deus absconditus est & obscurus, sed interius, tibi ibidem desunt oculi: quoniam caeli enarrat

gloriam Dei, & opera manu eius annunciat firmamentum. Dies & nox tibi praedicant scientiam, neque tibi relinquitur excusationis locus, quod eorum non audieris voces, non capias idioma, non enim sunt loqueles, neque sermones quorum non audiantur voces eorum. Graecis, Latinis, Barbaris, Aethiopsis, Indis, cunctisque nationibus, clara voce personant: quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos, Deique maiestatem, aternitatem, potentiam, sapientiam, plenitudinem, bonitatemque apertis sermonibus mortalibus denunciatur: ita vt sint inexcusabiles. Neque adeo barbarus est aut rusticus quispiam, vt non iuste damnetur si tantam maiestatem tamque conspicuam non dilexerit, non coluerit, non timebit. Quod si illi inexcusabiles sunt, quid nos dicturi sumus, qui ultra librum naturae tot libros, tot scripturas, tot prophetas receperimus, quibus non solum vocibus creaturarum, sed proprio sermone per seipsum locutus est Deus, locutus in sanctis, locutus in filio. Vtinam vel saltem librum istum creaturarum legere disceremus, & non veluti irrationalia iumenta, creaturas has in sola superficie videremus. Mundus enim iste sensibilis, non solum in ministerium, sed & in magisterium hominibus datus, vt in visibilibus istis inuisibilia discat, & in sensibili mundo, inuisibilem mundi conditorum perlegat: sunt enim corporeae istae naturae incorporearum veluti quaedam umbrae. Vnde Bernardus. Mundum istum sensibilem, librum communem catena ligatum appellat, vt in eo sapientiam legat quicumque voluerit, sicut solent esse in ecclesijs cathedralibus breuiaria promiscue multi-

multitudini exposita catenulaque appensa. Potest quoque non incongrue mundus iste visibilis puerorum chartis comparari, in quibus prima literarum rudimenta discimus, & in quibus ex literis syllabas, ex syllabis dictiones musitantes cum labore componimus. Postmodum vero iam lectores effecti chartula elementaria & abedaria inuoluta, copiosioribus assueti voluminibus, solo aspectu, primoque intuitu cuncta perlegimus. Ita omnino, ita sumus in hoc mundo veluti paruuli in schola, vbi quisque quauis doctissimus paruulus est. Quis doctior, quis sapientior Paulo? & tamen de seipso ait: Cum eram paruulus, sapiebam vt paruulus, loquebar vt paruulus praesentis vitae statum designans. Descriptae sunt nobis a magistro nostro in hac mundi pagina, literae pulcherrime rubricatae, quas discamus. O quam decora litera sol, quam pulchrae literae luna, stellae, orbis, mare, bestiae, pisces, arbores, homines, vniuersaeque rerum species, quas in hoc mundo vt in puerorum pagina, digito suo caelestis ille scriba depinxit, hasque nobis proposuit legendas, agnoscendas, admirandamque componendas! Ecce vobis paruulis vnam solam huius alphabeti literam, id est solem, ego quoque paruulus hodie cum tanto labore insinuo. Quod si vnam quamque literam per se addiscere tam laboriosum, quid erit eas adinuicem mutuo componere, connectere, comparare: vt more lectorum expeditorum hanc mundi faciem intellectu celeriter percurramus? Quando hoc erit? quando has creaturas expedire legemus? Nunc enim satis bene nobiscum agit, si eas more puerorum musitantes demo-

rantesque coniungimus, si ex effectibus causas, & per causas effectus discurrentes, ratiocinantesque cognoscimus. Quid enim est omnis discursus noster & ratiocinatio, nisi quaedam laboriosa literarum per intellectum compositio, quae vulgari vocabulo delectatio nuncupatur? O quantus labor in addiscendo! quam modicum attingimus discurrendo! Veniet ecce tempus quando caelum plicabitur sicut liber inuolutus, & hanc omnem literaturam in alio libro grandiori copiosiori; non musitantes, sed solo aspectu transcurramus, & celerrime perlegemus. Non enim erunt tunc volubiles cogitationes nostrae, neque ex vno in aliud redeuntes (vt ait Augustinus) sed simplici intuitu omnia videbimus. Non erit ibi discursus & ratiocinatio, non huius ex illo morosa deductio & argumentatio, sed ad simplicem intuitum omnia patebunt, O felix creatura, quae tantopotitur bono! nam creatura mundi non sic, sed inuisibilia Dei per ea quae facta sunt, ruminando, discurrendoque intellecta conspiciunt. Nec vobis hoc mirum videatur. Si enim angelicus intellectus in specie illa concreta vniuersali sine discursu, simul causam effectumque videt, neque vnum ex alio morose deducit: quanto magis in illo diuinitatis nitidissimo speculo, simul omnia intellectui apparebunt? Neque erit notior causa, & minus notus effectus, aut e contra, sed omnia aequaliter ibi et causa & effectus, simul videbunt & effectus in causa, sed non per causam. Erimus enim tunc omnes docibiles Dei, non docibiles mundi: non iam Deum ex creaturis inuestigantes, sed creaturas in Deo planissime

Qq 5 contem.

contemplantes. Et qui nunc imus
 in Deum cū fletu & labore seminā-
 tes, & per scalam creaturarum ascē-
 detes, tunc veniemus à Deo in crea-
 turas, cum gaudio portantes mani-
 pulos nostros, totam ipsam scalam
 celerrime descendentes, & hoc su-
 per filium hominis per quem mo-
 do ascendimus, & tunc descende-
 mus. Non lætamini fratres, nō præ
 gaudio rumpimini super tanto bo-
 no? Hæc nos expectat felicitas, hæc
 nos gloria manet. Cito videbimus,
 cito gaudebimus, cito omnes euade-
 mus docti à Deo, cito cessabit om-
 nis ista occupatio pessima, quā de-
 dit Deus filiis hominum, ut exerceā-
 tur in ea in vita mortali, ne ociosi
 defluāt in vitia: ibi qui maioris fue-
 rit meriti, doctor apparebit, & ante
 ibit sapientia Platonem doctissimū
 vetula sancta, & fiet quod scriptum
 est. Tunc videbis & affluēs, & mi-
 rabitur & dilatabitur cor tuum, &
 delectabitur in crassitudine anima
 vestra. Ibi enim omnia quæcunque
 desiderat anima vestra plenissimè
 inuenietis, & apertissimè cognosce-
 tis: hæc assidue cogitate, hæc ani-
 mo die noctuque versate, his in me-
 ditationibus vestram expendite vi-
 tam, beatus enim qui ex istis deside-
 rium suum impleuerit, non cōfun-
 detur cū loquetur inimicis suis in
 porta, in illa (inquam) arctissima
 porta, qua exeūtes ab hac vita, aliā
 ingrediemur vitam, in qua ex ad-
 uerso truculentę bestię astant accu-
 santes nos, in his quæ ipsis instiganti-
 bus perpetravimus. Verè non con-
 fundetur qui modo talibus liquo-
 ribus suorum desideriorum vascu-
 la impleuerit. De his hæcenus. Sed
 quorsum tam multa de sole: nempe
 ut nouerimus solis vocabulo, solum

Deum propriè spiritualiter nuncu-
 pari, sicut in sacris literis sapius re-
 perim⁹ nominatum: ut est illud pro-
 phete, Orietur vobis timentibus ^{Malac.}
 Deum sol iustitiæ. Et illud sapiētia, 4. a.
 Sol non ortus est nobis. Et illud psal ^{Sap. 5. a}
 mi, Super cecidit ignis, & non vide ^{ps. 57.}
 runt solem. Et alia similia quæ spar-
 sim per scripturam leguntur. Neq;
 tamen absonum videatur quòd in
 themate gloriosus pater Augusti-
 nus sol ecclesie nūcupatus sit, quod
 Christo domino tantummodo vi-
 detur conuenire. Solent enim iusti
 (maximè sapientes) solis vocabulo
 in sacra scriptura etiā designari, nō
 impropriè: ut est illud apud eccle-
 siasticum, Homo sensatus perma- ^{eccl. 17.}
 net ut sol, stultus verò ut luna. mu-
 tatur. Vbi sapiens comparatur soli,
 & stultus lunæ. Et quis sensatus nisi
 iustus: & quis stultus nisi peccator?
 An non stultus, qui pro modico tē-
 porali lucro, æternum commutat
 regnum? & pro momentanea volu-
 ptate, atrocissimis perpetuisque se-
 ipsum supplicijs mancipat, & ven-
 dit? qui cū facile posset moderari
 passiones suas, ut illis satisfaciat,
 Deum, animam, samam, gratiā, glo-
 riam sempiternā amittit, & in abyf-
 sum sulphuris, & ignis scies, vidēsque
 seipsum præcipitat. Est ne aliquis
 adeò stultus qui huiusmodi contra
 seipsum faciat? Hic ergo. stultus ut
 luna est: iustus verò sensatus ut sol,
 propter tres solis & lunæ differen-
 tias. Lux enim solis est propria, ple-
 na, fixa. Lux lunæ e contrario, alie-
 na, vacua, & varia. Simili modo est
 in iusto, & peccatore. Lux enim iu-
 sti propria est, de suo lucet, iustus
 non in aliena luce gloriatur, nō in
 progenitorum virtute, & nobilitate,
 nō in magistratum dignitatūque
 honore,

honore, non in diuitiarum opulen-
 tia, non in possessionum & hæredi-
 tatum copia, non in copiosa splen-
 didaq; familia: sed in propria virtu-
 te & opere gloriatur: nec alienā lu-
 cem quærit, cui suppetit propria, se-
 cundum apostolicum consilium.
 Gal. 6. a Opus suum probet vnusquisque, &
 tunc in semetipso tantum habebit
 gloriam, & non in altero. Stultus ve-
 rò mundanus, quia in seipso obscu-
 rus est, alienam vnde potest lucem,
 ut fulgeat hominibus mendicat. Est
 etiā iusti lux plena sicut solis, quo-
 niam vndiquaq; perfectus est, pec-
 catoris autem lux vacua, dimidia-
 taq;: non enim ex omni parte luci-
 dus est, sed ex vna parte lucidus, ex
 altera obscurus. Da mihi hodie ho-
 minem vndequaq; lucidum, verè
 rara avis in terris, rarus homo qui
 non habeat aliquam partem tene-
 brosam. Quidam est castus, sed ira-
 cūdus, alius mitis, sed lubricus, alius
 quidem & mitis & castus, sed super-
 bus, alius mitis, castus & humilis,
 sed cupidus: denique nemo sine cri-
 mine viuit, & rarissimus est qui de
 hac lucis plenitudine gloriari pos-
 sit, & cui solis vocabulū possit ada-
 ptari. Quòd si quis est, ad modicum
 tempus est, non per vitam totam ut
 sol. Luna etiam aliquādo plena est,
 sed citò ab illa deficit plenitudine:
 sol vero nunquam, ita iustus & per-
 fectus in luce permanet fixus, con-
 stans & immobilis, peccator verò
 instabilis est. Qui etiam si ad tēpus
 toto conatu & proposito vitia dete-
 statur, virtutesque amplectitur, sed
 statim post modicum deficit, & in
 consuetas tenebras mentis incōstan-
 tia, quam ex peccato contraxit, de-
 uoluitur, sicut scriptum est, Pecca-
 tum peccauit Hierusalē, propterea

instabilis facta est. Si igitur (ut dictū
 est) quilibet iustus sensatus, in ec-
 clesia Dei propter rationes supra
 dictas, sol nuncupari potest: quāto
 amplius tu, o pater amplissimè Au-
 gustine, qui non solum vitæ sancti-
 tate, sed etiam mirò sapientiæ tuæ
 fulgore, Christi ecclesiam, luce pro-
 pria, luce plena, luce fixa irradiasti?
 Si enim sapientia lux est: quis in ec-
 clesia Dei ita lucet ut Augustinus?
 A sole omnia astra lucent, ab Augu-
 stino omnes qui post ipsum fuerūt
 doctores sapientiæ lumen accipiūt:
 ipse verò propria luce lucet, quam
 à nullo hominum, sed à solo Deo
 accepit. Nullo enim tradente, nul-
 lo magistro cunctas didicit discipli-
 nas. De lucis autem huius plenitudi-
 ne hoc dixerim, Pollent quidem in
 ecclesia plurimi varijs donis, alius
 deuotione, alius paupertate, alius
 humilitate, alius castitate, alius alia
 gratia gratis data quacunque. Diui-
 siones enim gratiarum sunt, neque
 sanctus dici potest qui in aliqua vir-
 tute vel gratia non extitit insignis.
 Est enim sanctus insignis iustus. Sed
 quod est sapientiæ proprium scri-
 pturas intelligere, penetrare sacra-
 menta, nosse mysteria innodata dif-
 foluere, obscura propalare, & simi-
 lia. Hoc sibi iustissimè vendicat Au-
 gustinus, hæc pars Augustini, in hac
 sapientiæ luce, sicut sol omnia astra,
 ita cæteros omnes (post apostolos)
 superat Augustinus. Et merito ad
 alios in ecclesia, in hoc quasi sol ad
 sidera comparatur. Apud Danielem ^{Dan. 12.}
 legimus, iustos in ecclesia fulgere ^b
 sicut firmamentū, doctos verò qui
 ad iustitiam plurimos erudiunt, si-
 cut stellas in perpetuas æternitates.
 Qui verò sapientia & doctrina cum
 ceteros alios antecellit, cui existimas il-
 lum

lum comparandum fore nisi soli? Etenim intellectus acumine, ingenij perspicuitate, disputandi acrimonia, inveniendi copia, differendi subtilitate, monstrum quoddam in natura fuit Augustinus, qui humanæ intelligentiæ terminos irradiante Deo visus est transcendisse, vir intellectu (vt quidam ait) & sapientia propè diuinus. Vides igitur quâ propriè, quâ ex æquo illi verba thematis adæquantur quasi sol refulgens, sic iste refulsit in templo Dei.

Sed ostendamus iam nunc, quomodo refulsit in templo Dei, sicut in principio propositum est. Omnis sanctus in ecclesia Dei, est veluti quoddam luminare lucens in caliginoso loco, & veluti clara stella ignorantiae nostræ tenebrosam noctem illuminans. Sic enim Apostolus ait.

Phi. 2. b In medio nationis prauæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Neque solum qui doctrina pollent, sed etiam qui sanctitate vitæ præminēt, luminaria sunt. Grandis prædicator iustus in populo, etiam si taceat, opera illius clamores sunt, plus namque prodest virtus visâ quàm audita, & Christus in sancto figuratus plus mouet, quàm sermone descriptus. Non ergo sola sapientia lucent homines, sed magis vita. Vnde quatuor modis aliquis in templo Dei lucet, scilicet, fide, sapientia, vita, regimine. Ista sunt quatuor luminaria, siue quatuor fœnestræ in templo Dei, à quatuor eius angulis totum templum illuminantes. Fide lucent in ecclesia Dei martyres, qui eam sanguine suo plâtauerunt, sapientia doctores, vita confessores, regimine pontifices. Omnibus istis quatuor modis glo-

riosus Augustinus in templo Dei refulsit: ideoque si ille qui vno isto rum modorum in ecclesia fulget sanctus est, quantus erit hic pater Augustinus, qui omnibus istis fulsit? Vnde vt summarim de illo dicam quod sentio. Omittamus nunc sanctitatem, & gratiam (spiritu enim ponderator est dominus) & temerarium est in hoc sanctos adinuicem comparare. Iudicet Deus qui nouit Augustini spiritum & sanctimoniam, sed quod nobis potest innotescere vnus ipse excellenter obtinuit martyrum fidem, confessorum sanctitatem, doctorum sapientiam, prudentiam pontificum, quæ si ornare sanctos Dei sufficiunt singula, quanto magis sufficient omnia? Quantum obsecro refulsit fide? quantum fidei cõtulit Augustinus? Martyr enim in illo oppido vel ciuitate vbi patiebatur, fidem credentium confirmabat, at Augustinus doctrina sua fidem, non in vno oppido, sed in toto orbe defendit. Vnde sicut maioris meriti est defendere fidem sanguine quàm verbo, ita etiam maioris commodi eam in orbe quàm in vrbe. Neque etiam Augustinus defuit martyrio, sed magis martyrium defuit Augustino, sæpius namque vitam pro fide apud hæreticos exposuit, nisi Deus aliter disposuisset. eius vitam custodire, quia scilicet, plus doctrina quàm morte populo Dei profuturus erat. Oppugnata est enim ecclesia (vt idem Augustinus inquit) prius à leone in tyrannis, & deinde à dracone in hæreticis: nec minor fuit hæc draconis persecutio, quàm leonis: sed quomodo victus est leo in martyribus, ita & victus est draco in doctoribus. O quâ grauissima fuit Augustino pugna cum

cum isto dracone! quàm acerrimus extirpator extitit hæreticorum! Quis enim ita defendit fidem vt Augustinus? quis tot libros composuit contra hæreticos? quis omnibus modis differendo, prædicando, scribendo, conuictos ab ecclesia hæreticos expulit vt Augustinus? O firmissimam ecclesiæ columnam! ò magnum fidei propugnaculum! Merito proinde ab ecclesia malleus hæreticorum nuncupatus est. Hic est ille vir, quæ Ezechiel propheta vidit in culmine templi funiculo & calamo omnem illius magnifici templi fabricam mentientem. Ecce (inquit) vir cuius aspectus quasi species aris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mæsurae in manu eius, & mæsura est, &c. Quod licet ad literam de Christo intelligendum sit, qui doctrinæ funiculo, & passionis merito, omnes ecclesiæ status & animas mensurauit: vnicuique enim nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, sicut Zacharias inquit, Adæquauit Deus gratiam gratiæ illius: tamen potest ad Augustinum accommodari. Hic namque vir constantissimus, fortissimus, & robustissimus aduersus hæreticos extitit, & reusque aspectus illius propter prædicationis sonitum: non aliter enim quàm apostolica quædam tuba in Dei templo ita personuit, vt in omnem terram exierit sonus eius. Dextera funiculum cementariorum tenebat, id est, euangelicam doctrinam, qua mensus est omnes ædificij parietes, egredientes lapides, & intrusos malleo equabat, faciens omnium fidelium intellectus concordare funiculo: & secundum euangelium vnanimiter sentire, dissonantesque redigens in obsequium fidei.

Quid ais ò Arri? quid sentis de fide? Tres (inquit) sunt personæ, & tres essentiæ. O Arri multum egrederis funiculū, redi ad regulam, inspicere euangeliū, Ego & pater vnū sumus: & in Apostolo, Vnus Deus, vna fides scriptura sic dicit: quomodo ergo tu Deum multiplicas in essentia? Et tu Sabelli, quid sentis de Deo? vna (inquit) est essentia, & vna persona. O hæretice multum deficis à funiculo, redi ad regulam. In euangelio quomodo legis, Ego & pater vnū sumus: non ait sum, sed sumus, pluralitas ergo est in diuinis. Et Ioannes in epistola, Tres sunt qui testimonium dāt in cælo: quomodo igitur tu inquis vnus solus est? Discordas vtique à funiculo. Et tu Manichee, dic tuam de Christo sententiam: Christus (inquit) verus Deus, sed non verus est homo. O hæretice, multum excedis fidei perpendicularium, fateris in Christo Dei maiestatem, oportet te etiam in illo confiteri hominis infirmitatem: redi ad regulam, quomodo legis, Verbum caro factum est, & Apostolus, Factum ex muliere, factū sub lege, & psal. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Conuincunt te ista testimonia, non concordare funiculo. Et tu Ebiō, quid sentis de Christo? Christus (inquit) verus homo, sed non verus Deus. Tu quoque ò hæretice, multum deficis à funiculo, redi ad regulam, inspicere scripturam, Dominus meus & Deus meus. Et iterum ad filiū, Thronus tuus Deus in seculum seculi. Et iterum, Hic est verus Deus. In hunc modum magnus iste doctor ædificij lapides ad mensuram rectam reddebat, discordantes malleo percutiēs, id est, hæreticos argumento conuincens,

Ioā. 10. f
eph. 4. a

Ioā. 10. f

1. Io. 5. b

Ioā. 1. a

Gal. 4. a
ps. 86

Io. 20. g
heb. 1. c
& ps. 44
Hier. 10.

2. cor. 10
b

cēs. Lapidēs verò solutos, extra eđi-
ficiū sparsos non metiebatur fu-
niculo, qui enim fidem non recipit,
hic neque scriptura conuinci po-
test. Omnis autem lapis per baptis-
mum in ecclesię edificio super fun-
damentum firmum, id est Christū,
fundatus, si funiculo scripturę com-
mensuratus à fide deuiat potest ar-
gumentum malleo percussus, ad rectā
lineam reduci, si in sententia perti-
nax non est. Funiculus ergo rectissi-
mus & infallibilis, quo omnis intel-
lectus mēsuratur scriptura est. Ad
hunc omnes alię scripturę, omnes
scientię, omnes hominum inuētio-
nes commensurandę sunt: & quę
non conformant proculdubio fal-
sę sunt. Ad hūc etiam funiculum
redigēde sunt omnes reuelationes,
omnes apparitiones quę sunt in
ecclesia, & quę nō cōueniunt huic
funiculo: nō quidem reuelationes,
sed illusiones dāmonum æstimāde
sunt. Esaias de hoc ita inquit. Et cū
dixerint ad vos, quęrite aphytoni-
bus & adiuinis qui student incanta-
tionibus suis: nunquid nō populus
à Deo suo requireret visionem pro vi-
uis & mortuis ad legem magis & ad
testimonium: q̄ si non dixerint iux-
ta verbum hoc, non erit eis matuti-
na lux. Attendite vobis fratres mei,
ne fortē ab isto perpendiculari varie-
tis. Ecce pro dolor, quot ab hoc fu-
niculo discordāt hodie proprio sen-
sui adhærentes, Germania quōdam
fidelissima, hodie vniuersa hac pe-
ste subuersa est. Cauete vobis ne
seducamini fallacia serpentis, à sim-
plicitate quę est in Christo Iesu: ser-
mo enim hæreticus vt cācer serpit.
Fugite nouitates, doctrinis varijs &
peregrinis, nolite abduci. Legite sã-
ctorum libros, his adhærete, hos se-

1. cor. 3 c

Esa. 8. d

2. co. 11 a

2. Ti. 2 c
heb. 13 b

quimini, sensum catholicum & anti-
quum, quem à patribus accepistis,
nolite deserere. In tantum enim (vt
ait Bernardus) sensus iste commu-
nis ecclesię æstimandus est, vt e-
tiam si aliud Hieronymus, vel Au-
gustinus sentirent non esset sequen-
dus. Attēdite apostolum cōminan-
tem. Si quis vobis aliud dixerit quā
accepistis, etiā angelus de celo, ana-
thema sit: doctrina sanctorū non so-
lū intellectū illuminat, sed etiā vo-
luntatem inflammat, est enim spiri-
tu Dei plena. Non sic aliorum do-
ctrina, quę et si aures eloquentia
mulceat, non tamen cor accendit.
Nolite etiam discutere quę vobis
credenda ab ecclesia proponuntur.
Relinquitte hoc episcopis, relinqui-
te theologis, ipsi tractēt mysteria,
ipsi discutiant, qui effusē rationem
omnipotenti sunt reddituri. Vos tā-
tum simplicem adhibete sensum,
& firmum: hoc enim est vnde mul-
ti periclitantur, quia, scilicet, sine li-
teris fidei sacramenta discutunt.
Quid ad te attinet ò miles, ò agrico-
la, ò mercator disputare de fide: Qui
senuit in schola theologica cum ti-
more loquitur, & tu audenter asse-
ris quę tibi videntur? Intende offi-
cio tuo, relinque alienum, ad te nō
spectat hoc. Attendite super hoc fi-
guram in libro Numerorū. Taber-
naculum (inquit) fœderis & sancta
sanctorum, ingreditur Aaron &
filij eius, & deposito velo inuoluēt
arcam testimonij, &c. Cumq; in-
uoluerint Aaron & filij eius san-
ctuarium & omnia vasa eius: tunc
intrabunt filij Caath, vt portēt in-
uoluta, & nō tangent vasa sanctua-
rij ne moriantur, &c. Vasa sanctua-
rij quę intra velamen sunt, scilicet,
thuribula, mortariola, cyathi, cra-
terę,

Gal. 1. b

heb. 13 e

Num. 4

ibidem

terę, candelabrū, forcipes, & emun-
ctoria. Hęc sunt fidei sacramēta, sci-
licet, incarnationis, passionis, & re-
surrectionis, quę fidei velamine ve-
lata sunt. Hęc à sacerdotibus tra-
ctanda, aspicienda quę sunt, quibus
datum est nosse mysterium regni
Dei, ceteris autem in parabolis. Il-
lis igitur permittitur ingredi sancta
sanctorum, discutere mysteria, de
fide differere, scripturas exponere,
fidei quęstiones absoluerē, legis fe-
cerat rimari: populus autē qui per
Caathitas, & Gersonitas, & Merari-
thas designatur, caueat ne aspiciat,
neque tractet, sed sicut illis propo-
nuntur à sacerdotibus inuoluta, ita
portent. Non reuelent (inquam) ne
fortē spiritali morte moriantur, à
fidei veritate diuisi, nihil enim te-
nerius, nihil facilius, quā humanus
sensus facile variat à vero. In alijs
enim peccatis quę voluntate sola
cōmittuntur, aut opere, palpabilius
est quod agitur. Sunt enim cōcupi-
scētię carnales, & irę, rixę, inuidię
& auaritię, qui appetitus satis à no-
bis perceptibiles sūt cū adsunt, non
sic in intellectu. Facile enim pro ve-
ro falsum accipitur, & leuiter sen-
sus deuiat à vero. Proinde in hoc
maior custodia adhibenda est, vbi
maius iminet periculū, & quia quis-
quis timere debet, ne fortē sit in spi-
ritu eius dolus. Ideo auctoritati eccle-
się firmissimē adheret, id animo
fixo profitens, quod ecclesia docet
& tenet. Sed de his hactenus. Hęc e-
nim dicta sunt vt quantum scriptu-
rę sanctę deferendum sit honoris
& auctoritatis agnoscamus, quę om-
nium humanorum intellectuum
proposita est regula & mensura.
Hęc est perpendicularum in dextera
Augustini, quo templi dei parie-

Lu. 8. b.

ps. 31.

tes singulos demetitur; calamus
verò mensurę quo omnes edificijs
partes metiebatur, philosophia mo-
ralis est, qua omnes ecclesię status
instruxit. Erat enim sapientia diui-
na humanaque instructus & appri-
mē eruditus, quę per funiculum &
calamum designatur. Nullaq; fuit
templi Dei pars quam iste doctor
hoc calamo non metiretur, portas,
limina, vestibulum, fenestras, porti-
cus, atria, à summo vsque deorsum,
nihil non mēsum reliquit. Omni-
bus enim ecclesię statibus viuēdi
regulam dedit, pro omnibus libros
composuit, pro virginibus librū de
virginitate, pro viduis librū de ve-
ra viduitate, pro cōiugatis librū de
bono coniugali, pro monachis li-
brum de opere monachorum, pro
mulieribus librū de honestate mu-
lierum, pro clericis canonicorū re-
gulam. Vnde in præfatione clericos
docuit, laicos monuit, deuos in viā
veritatis reduxit, cunctorumq; cō-
ditionibus salubriter prouidendo,
tuam in hoc mari nauiculam Augu-
stinus prouidē gubernauit. Neque
solū fidei contulit Augustinus, eam
ab hæreticis defendendo, sed eo am-
plius eam fidelibus exponēdo. Quis
enim in exponendis scripturis vigi-
lantior? quis in discernendis myste-
rijs eruditior? quis in enodandis
quęstionibus disertior? Fides nan-
que vsque ad tempus illud, magis
virtute quā claritate pollebat. E-
rat enim quōdammodo adombra-
ta, non solum erroribus hæretico-
rum, sed etiam verbis & eloquentia
catholicorū, quibus magis cura fuit
cultē & ornatē, quā distinctē loqui.
Ac proinde quid in qualibet fidei
materia sentiendum esset, nō tam
erat in aperto. Sed Augustinus pri-
mus

Auguf.
patris
nostri
pera

mus cepit catholicas veritates enucleare, digerere, dilucidare, distinguere, atque in scholasticam formam redigere, docēs quid in quolibet fidei mysterio sentiendū, quid ad obiecta respondendum esset. Vnde ex scripturis colligendus locus ad roborandum. Deniq; si quid de fide distincte sentimus, aperte dicimus, audenter asserimus, id totum Augustino debem^o. Ipse enim theologiae (quam scholasticam vocant) formam primus inuenit, quem imitati sunt Magister sententiarū, Alexander de Ales, S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus, Ricardus, & ceteri scholastici doctores, quorū scripta ad fidei sapientiam plurimum fidelibus profuerunt. Plurimum etiā haereticis obstiterunt, cuius rei apertū indicium ex hoc accipitur, quod antiqui doctores in pluribus a vero fidei tramite, pia licet intentione, in suis scriptis deuiaverunt (vt in ecclesiastica historia Eusebius refert) nam eorum scripta Deo forte propter hoc disponente, non extant. Nondum enim discussa erant fidei mysteria & ecclesia tunc persecutionum fluctibus agitata, defendendē quā exponendē fidei magis erat intenta. O sydus maximum Augustine pater, quantum ecclesiam Dei tua sapientia irradians illustrasti! quantum tua praesentia errorum te nebras effugasti! nunc enim te auctore, te magistro, ita omnia sūt lucida, vt errare non possit, nisi qui ex industria velit hallucinari. Est enim (vt mihi videtur) in ecclesia Dei schola theologica, veluti quaedam area, in qua scripturarum meses teruntur, comminuuntur, & ventilantur, excussa que palea rethorici ornatus, limpidissimum veritatis

frumentum excutitur, segregaturque, quod tamen sine palea dominicis iumentis, id est, simplicibus fidelibus in doctrinae praesepio non est apponendum: tum quia non ita sapit, tum etiam quia non ita affectus animae nutrit. Camelis verò incuruis, id est, haereticis mundum veritatis frumentum proponimus, ne dum eloquentiae palea conditur, intus eū grano erroris lolium occultetur. Sed de his haecenus. Patet (ni fallor) ex dictis quātum hic doctor fide resulserit in templo Dei: nunc caetera prosequamur. Refulsit quoque dignitate & regimine, fuit enim fidelissimus & prudentissimus Antistes, constitutus a Deo super familiam suā, vt det illis in tempore spiritalis tritici mēsuram. Duo sunt quae in eius pontificatu notatu digna videantur. Primò, quod viuente Episcopo eiusdem dioecesis Episcopus ordinat^o est, licet inuitus: quod ideo factum fuit, quia sanctus ille Episcopus Valerius senex, sui gregis zelator eximius; vsque adeò timuit, ne ad alterum episcopatum raperetur Augustinus, vt se viuente ipsum episcopum fecerit ordinari: tantus erat animarum zelus, tanta subditorum salutis fames. O miram sollicitudinem! ò feruentissimam charitatem! Da mihi hodie Episcopum, qui Coepiscopum nō dico desideret, sed sustineat, etiam si senio deficiat & coadiutore indigeat. Hoc tamen quasi indecens ecclesiae, post se in alijs fieri prohibuit Augustinus, neque nos factum laudamus, sed zelum, sed humilitatē, sed sollicitudinem Episcopi sancti, & sufficiētiam Augustini. Est quoque aliud non minus mirandum in hoc pontifice glorioso, quod cū tot

tantisq;

tantisque suscepti oneris sollicitudinibus premeretur, illi tamen ad tantam librorum congeriem conscribendam tempus non defuit. Quādo obsecro meditabatur quod dictaret? quando meditata dictabat? quando meditata dictataque populo publice proponebat: quando recitabat? quando dormiebat: quando comedebat? quando populum super negotia iudicabat? vix enim diuturna vnius hominis vita sufficit ad libros eius perlegendos, & valuit ipse inter tot negotia ad eosdem conscribendos. O hominem capacissimum, ò virum celestis gratiae plenum, qui (vt videtur) velut Apostolus quidam, non premeditabatur quid postea dictaret; sed inspirante Deo intus in aure cordis, continuo audiebat quod foris populos doceret verbo, & posteros informaret scripto. Quem idcirco contemplationis ocium ab animarum regimine non retardabat, quia ipsam regendi artē a Deo, in ipsa contemplatione discebat. De sanctitate verò & religione illius quod fuit tertium, loqui super uacaneum existimo. Lingua enim eius manifestum facit ipsum, & scriptura eius speculum ipsius est. Qualis eius fuerit vita cernite in eius doctrina, videte eloquia sancta, pura, ignita, deuota, meliflua, & agnoscite quòd ex abundantia cordis os loquitur. Neque enim qui ita loquitur vt Augustinus, aliter viuere potuit quā Augustinus. Cuius talia sunt eloquia vita discors esse non potest. Quānam obsecro mater, paruulo vteri sui filio, quem gremio fouet, tam tenere loquitur? ita verbis applaudit, oculis aridet, gestibus exhilaratur, vt Deo

suo, redemptori suo, Iesu suo Augustinus? Verè mel & lac sub lingua eius, mel spiritus, & lac doctrinae. Spiritus enim tuus domine in eo velut mel dulce dulciora super mel & fauum ex ore illius depromptit eloquia, & nisi quia sermonis longitudinem pertimesco, illius nunc plurima dicta proponerem, ex quibus apertius liqueret quod dicitur. Sed fatius iudico vos, ad eius soliloquia, meditationes, confessions, & alia opuscula remittere, in quibus ex labijs eius sermo ignitus fauo dulcior, lacte suauior, balsamo pretiosior, mira copia distillat. Quantum illi cōgruit quod de Helia scriptum legimus. Surrexit Augustinus doctor in ecclesia quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat: ardebat vtique exterior sermo, & animus flagrabat interior. De religione vero res in aperto est singulas religiones fuisse gloriosum fuit alijs. Augustinus vero non vnius vel alterius, sed ferè omnium fundator extitit: nam praeter eremitarum & canonicorum splendidas religiones, que ab ipso nuncupantur caeteris ferè omnibus viuendī regulam dedit: ipse nanque primus, vel inter primos religiosè viuendī modum & regulam fratribus edidit, quem imitati sequentes fundatores ac patres religionum singulas edidere: regulamque illius velut optimam vitæque religiosè decentissimam suis filijs contulerunt (paucis exceptis qui regulas proprias ediderunt) atque sub illius decreto cum suis gregibus Deo viuere, tutius quā proprio instituto sanxerunt. Quòd si ad monachum plus facit regula quā

Rr cuculla

cuculla omnes isti tam numerosi monachi merito huius patris filij nuncupandi sunt, atque ita eum omnes ut patrem sequuntur ac venerantur. O gloriosum stipitem unde surrexit tam multa sylva ramorum, o speciosam radicem a qua tam numerosa progenies pululavit. Videtur ne tibi in templo Dei fulsisse, profuisseque in domo Dei, qui tot in ea plantas ex seipso produxit? Merito profecto de illo in epistola canitur, & quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt, & omnes filij Aaron in gloria sua. De hoc foecundissimo stipite satis commodè exponit quidam illud Esaię. Eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum cuius non deficient aquę, & ædificabuntur in te deserta seculorum, fundamenta generationis, & generationes suscitabis, & vocaberis ædificator sapium avertens semitã iniquitatũ. De quo latius in alio sermone, ne vos modo nimia longitudine onerem. Quartò refulsit doctrinã & sapietia. In hac enim (ut diximus) cunctos ecclesię doctores excedit. Unde ingenij eius admirandum acumen ex quatuor apparebit. Primò, quia (ut ipse de se asserit) omnes liberales scientias sine magistro didicit. Secundo, quia tantę facundię fuit, ut in singulis libris alius a seipso videatur Augustinus, adeò enim copiosus extitit in scribendo, ut singulis libris accommodatum dederit stylum, adeò ut non ab eodem a quo alius videatur pectore procelisse. In libro enim Trinitatis stylus argutus, subtilis, disputatori: & in libro de civitate Dei stylus latior, diffusior, historię magis consonus: in expositione

scripturarum stylus disertus & planus: in epistolis elegans, in sermonibus submissus & communis, leatur quando vult super aera: repit quando vult inter vestigia. O copiosum sapientię flumen, foecundius Nilo & Danubio redundantius! o vasculum sapientię capacissimum! o immensum diuinorum secretorũ pelagus! o quem te memorem patrem Augustinum: omnis laus inferior te est. Tertio patet vis ingenij eiusdem, ex librorum tanta multiplicitate & multitudine, tot sunt enim ut vix legi possint, tam varij sunt ut non ab vno, sed ab vniuersitate videantur conscripti, sic in eis diuina sapientia lucet, ut humana quoque sapientia supra modum fulgeat & eloquentia polleat. Vltimum quoque ingenij testimoniũ, hoc est præstantissimum, quod ita conspicuè in tanta nebula veritatẽ intuitus est, & ita eam in tanta sylua errorum discussit: ut cum in hoc ipse omnium primus extiterit, vsque hodie post tam longum tempus id teneat, id sequatur ecclesia & fidei schola, quod Augustinus decreuerit. Mirum in rebus tam arduis, tam difficillimis, ita veritatẽ penetrasse. Unde ad ipsum Augustinum Volusianus sic scribit. Legi Dei deest quod Augustinus non intelligit. Quod tamen dictum ita mira humilitate reiecit, ut in scriptura sancta se tyronem dicat, & nunc cœpisse se asserat. Possẽm hic plura de ipso adijcere sanctorũ testimonia, in quibus eius sapietiam admirantur, nisi timerẽ vidẽri aut nimius laudator, aut longior concionator. De illius sapietia exponit sanctus Vincetius illam insignẽ Zacharię visionem de candelabro aureo, Zac. 4. quam

quã in sequẽtibz exponemus, pro nunc præsentis sermone finẽ facientes, hũc tam fulgẽtissimum ecclesię solẽ deprecemur, ut qui tam miranos sapientię suę claritate irradiavit, sua quoque nunc protegat oratione: ut doctrinẽ illius adherentes, & vestigia illius sequentes, illuc perueniamus, quod ipse peruenit, illuc habitemus, ubi ipse cum suo domino regnat & commoratur in sanctorum gloria. Ad quam nos perducatur sol ipse iustitię Iesus Christus dominus noster filius Dei & virginis, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto, in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS:

DE DIVO AVGVSTINO patre nostro, pontifice, & doctore ecclesię, Concio secunda.

THEMA.

¶ Dedit illi Dominus cor ad præcepta, & legem vitę, & disciplinę, docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel. Ecclesi. 45.



Agnũ donum Dei fratres, donum cordis. Sunt nanque quidam hominum penitus ex cordes, insensibiles, & stupidi, velut arborum trunci, quorum vita animalis penitus & sine sensu est. Hos propheta, in vanum accepisse animam intellectuã de-

nunciat, quia videlicet eam omni affectu rationis vacuam, ociosamque custodiunt. Talis erat Ephraim, cui per prophetam dicitur. Factus est Ephraim velut columba seducta non habens cor. Talem se deplorat apud psalmographum peccator, dicens. Oblivioni datus sum, velut mortuus a corde. An non mortuus a corde cui ad omne bonum affectandum, optandum, exequendum, penitus deest cor? Qui huiusmodi est, et si carne vivat, corde tamen mortuus est. Væ misero qui dum vivit moritur, & in carne viva mortuam gestat animam, cuius vita nõ iam hominis, sed bruti vita censenda est. His dominus per prophetam loquitur, dicens. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris, & dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, &c. hoc est, cor vestrum durum, aridum, insensibile & obstinatum, reddam sensitivum, tenerũ, & spiritualibus impressiõibus aptũ. Quã inges beatitudo! quã ample diuitiã fertilitas cordis. Sicut enim in agris, alios quidem fertiles & vberes cernimus, qui modico sati semine, amplissimas reddunt fruges, alios verò aridos & steriles, qui quãtuncque cura colatur, cultori suo vix semen duplicatum reddunt: sic etiam in humanis cordibus evenit, ut alia affectibus, & actibus, laudabilibus abũdent, ac veluti fontes vivi, bonis motibus scaturiant, alia autem quantumvis culta, & doctrinẽ frumento diligentissimẽ seminata, nullũ aut desiderij cœlestis, aut alterius cuiuspiã boni motus exhibeat

Rr 2 fructum.

fructum. De quibus Apostolus
 luculentissimè, & disertissimè tra-
 heb. 6. a ctans, ad Hebræos inquit. Terra sæ-
 pe venientem super se, bibens im-
 brem, & germinans herbam oppor-
 tunam illis, à quibus colitur, accipit
 benedictionem à Deo; proferens
 autem spinas ac tribulos reprobata
 est, & maledictio proxima, cuius
 consummatio in combustionem.
 Hæc autem fertilitas aut sterilitas
 cordis, ex custodia aut negligenti-
 a mandatorum Dei sæpius accide-
 re solet. Vnde per Esaiam domi-
 nus. Vtinam (inquit) attendisses
 mandata mea, facta fuisset quasi flu-
 men pax tua, & iustitia tua sicut
 gurgites maris, & fuisset quasi are-
 na semen tuum, & stirps vteri tui
 vt lapilli eius. Quod verbum (vt
 opinor) non tam ad generatio-
 nem prolis, quam ad fecundita-
 tem cordis referendum est, quam
 Ezechias propter peccatum amif-
 sam, in suo cantico amarissimè de-
 efa. 48 d plorat, dicens. Generatio mea abla-
 ta & conuoluta est à me, quasi ta-
 bernacula pastorum, generatio, in-
 quam, mea quæ de corde meo ex
 meis visceribus, intra me progigni-
 tur, & in animæ meæ vtero spon-
 te scaturit, hæc ex peccato meo
 efa. 38. c ablata est à me & à malitia mea
 sterilis factus sum amissa spiritus
 vbertate. Vides quam apertè man-
 datorum obedientiæ vbertas pro-
 mittitur, & per eorum negligenti-
 am eadem aufertur. Attende ad-
 hac in psalmo hoc ipsum apertius.
 ps. 39. Quoniam, inquit, circumdederunt
 me mala, quorum non est nume-
 rus: comprehenderunt me iniqui-
 tates meæ, & nō potui vt viderem:
 multiplicatæ sunt super capillos ca-
 pitis mei; & cor meum dereliquit

me. Quam clare iacturam cordis à
 peccatorum multitudine prouenif-
 se conqueritur. Cor meum, inquit,
 dereliquit me. Et alibi in libro re- 2. re. 7. d
 gum idem propheta. Inuenit, in-
 quit, seruustuus cor suum, vt ora-
 ret te, peccando amifit, & precando
 reperit. Peccandi ergo assiduitas
 aufer cor, & stupidam ad omne
 bonum animam reddit, sterilemque;
 & imagini mortuæ quam simili-
 mam, quæ habens oculos non vi- ps. 113.
 det, & aures non audit, & suis na-
 ribus non odoratur. Est nanq; hæc
 iusta à domino retributio peccato-
 rum, vt qui affectibus animæ malè
 utitur, inuitus amittat eos, & qui ra-
 tionalis homo esse noluit, insensibi-
 lis statua merito suo fiat. O seue-
 ram nimis iudicis vltionem, formi-
 dandumque diuinæ animaduersionis
 iudicium! Væ miseris qui quò
 insensibiliores sunt, vt hanc in se
 Dei vltionem agnoscant eo mise-
 riores miserabilioresque redduntur:
 si qui vero hanc insensibilitatis
 pœnam, in semetipsis persentiunt,
 his mors ipsa, hac animi stulti-
 tudine tolerabilior est. Sicut enim
 Adam diuini mandati præuarica-
 tione, totus penitus in alterum ver-
 sus, & mutatus est omnino in virum
 alterum: ita etiam spiritualis ho-
 mo assiduitate peccandi, à seipso
 degeneras in belluam vertitur, cui
 si prioris status vllus in eo relin-
 quitur sensus, permutatio hæc om-
 ni amaritudine amarior multo
 est, amissamque felicitatem tota
 vita implacabiliter deplorat. Solet
 etiam nonnunquam hæc insensibi-
 litas in quibusdā, ex diuinæ gratiæ
 cōtemptu prouenire, merito nanq;
 priuantur donis cælestibus, qui ea
 aut despiciunt aut ignorāt. Quibus
 vsq;

vsque aded diuinæ consolationis
 munera viluerunt, vt ea etiam ex-
 perta pro vilissimis voluptatibus
 carnis commutare non vereantur.
 heb. 6. a In hos apostolicum illud dirigitur,
 impossibile est enim eos qui semel
 sunt illuminati, gustauerunt etiam
 donum cælestè, & participes facti
 sunt spiritus sancti, gustauerunt
 nihilominus bonum Dei verbum,
 virtutesque seculi venturi, & pro-
 lapsi sunt, rursus renouari ad pœ-
 nitentiam. Id est, per pœnitentiam
 in priorem statum gratiæ reuo-
 cari, rationemque difficilis reuo-
 cationis assignans subiungit: Rur-
 sus crucifigetes sibimetipsis filium
 Dei, & ostentui habentes, hoc est
 quia filio Dei spiritui gratiæ im-
 manem inferunt contumeliam, de-
 licias spiritus lubricis voluptati-
 bus postponentes, & paradisi flo-
 res odoratos, degustatosque pro vi-
 libus porcorum siliquis commu-
 tantes, quos si experti non essent,
 huiusmodi contemptus non ita im-
 putaretur ad culpam. At quia gu-
 stauerunt & contempserunt, rea-
 tus eorum manet. Horum typum
 gesserunt, qui post degustatum è
 Lu. 15. c cælo manna Ægyptios pepones, &
 cucumeres, ollasque carniū po-
 poscerunt, delicatissimum ac dul-
 cissimum cibum à Deo sibi præsti-
 tum nauseantes: quorum deside-
 rium attulit eis dominus, & non
 sunt defraudati à desiderio suo: sed
 ps. 77. adhuc escę in ore ipsorum, & ecce
 indignatio domini super eos. Quos
 enim esus carniū nequiter oble-
 tauerat plaga domini atrociter va-
 stabat. Sic omnino, sic huiusmodi
 spiritus contemptoribus euenire
 solet, vt vacuati spiritu, libidinibus
 repleantur, post quas acutissimos

peccatorum aculeos, atrocissimos-
 que conscientiæ remorsus, & ama-
 rissimos tota vita sustineant: vt vel
 sicut tormentorū magisterio discant,
 & quid boni sibi ipsis perdidierunt,
 & quid mali contra dominum com-
 miserunt, illius munera contemne-
 tes. Quorum amissio (vt diximus)
 eo irrecuperabilior est quò ex eo-
 rum experientia & sensu maior in
 contemptoribus ingratitude con-
 uincitur. Caueant sibi igitur & per-
 timefcant, quibus datum est ad mè-
 sam domini sedere, dapes cælestes
 animo degustare, suauitatem spiri-
 tus Deo largiente sentire, ne post
 gustatas paradisi delicias, retro ad
 cōtemptibiles Ægypti huiusmodi
 cepas, & futiles carnalium volupta-
 tum pepones respiciant. Ne vindi-
 Num. 21. b cante Deo, aut serpentum venena-
 torum moribus lanietur, aut sicut
 vxor Loth in salis statuam conuer-
 Gñ. 19. e tantur, & bestiæ lambant eos. Au-
 diant Christū in euangelio id ipsum
 misericorditer præmonentē, & ter-
 ribiliter intonātem his qui in agro
 dominico versantur, ne redeant re-
 tro. Memores (inquit) estote vxoris
 Lu. 17. g Loth. An putatis quia ociose &
 frustra hoc factum est, vt mulier il-
 la respiciens retro in statuam, ne-
 que qualemcunque, sed in salis sta-
 tuam verteretur? & non potius vt fu-
 turorum seculorum cunctis homi-
 nibus fieret terroris exemplum, &
 huiusmodi præcauēdi criminis per-
 petuum seculis monumentum. Si
 enim Iudaico more, nudam histo-
 riam consideres, quid habet conso-
 nantiæ, vt egressis ab incendio tam
 districtè præcipiatur, ne respiciant
 post tergum? imò potius contra-
 rium rationabile videbatur, vt mā-
 daretur eis sistere in regione: nec
 Rr 3 à prospe-

à prospectu ciuitatum discedere, donec completam vindictam inspicerent, quam de sceleratis hominibus sumeret diuina iustitia, vt qui testes fuerant criminis, testes essent etiam vltionis. Vt quid non respiciant, propter quid non attendant mortem acerbissimam quam euaserunt? horribile incendium quod effugerunt? flagitiorum vindictam, diuinæ iustitiæ vltionem? quænam huiusmodi præcipiendi ratio? quæ causa mandandi? Neq; enim facile (fragili præcipue mulierum sexui) videbatur, huic tam severo obtemperare mandato. Quid enim? mundus post tergum ardet, flagrant elementa, fulgurant nubes, resonant tronitua, terra dehiscit, regio deuoratur, moenia corruunt, ciuitates obruntur, & in tanto discrimine non vertunt caput? Quænam virorum constantia, ne dicam mulierum huiusmodi poterit implere mandatum? & tamen terribili vltione præuaricatio vindicatur, & inaudita seculis pœna mulctatur, vt statua fieret fœmina, quæ huiusmodi iussione transgredi, ignis timore non timuit, neque lapidis statua, sed salis: vt ex ipso facto liqueat magnum in hac vindicta latere mysterium. Sicut enim exusta Pentapolis perpetuis futuris temporibus, criminis nefandi reis in exemplum, ita etiam statua facta mulier diuinæ gratiæ contemptoribus in perpetuum relicta est monumentum: ne videlicet similia faciant, & similem vltionem incurrant. Ad nos ergo fratres, ad nos pertinet hæc parabola, quos ab huius seculi nequam flagranti incendio & libi-

dinum estuantium igne sulphureo, diuina bonitas misericorditer liberauit: statuens in loco spatioso pedes nostros, vt ad montis domini fastigia conscendamus. Nobis (inquam) tam durum spectaculum propositum est, vt illius exemplo formidemus, non modo redire, sed etiam respicere vnde discessimus. Si enim talis est pœna retro respicientium, qualis erit vltio retro redeuntium? seculi huius flagrantem libidinibus, & curis estuantem Sodomam, Dei beneficio euasimus, vt quid eam ultra vel à remotis aspiciamus? Si quis autem proprie salutis immemor, & diuinæ in se pietatis contemptor, retrorsum ad vanas & viles seculi voluptates & curas, quas reliquerat respicere non erubuerit, hanc sibi à domino reatus pœnam nouerit destinatum, vt amisso deuotionis ac pietatis spiritu, & emortuo corde, in salis statuam permutetur, & abyssi bestię lambat eum. Vtraque enim vltione dignissimus extitit, & vt spiritualis dulcedinis quam contempsit expers fiat, & vt bestiarum infernalium linguis lambendus nunc exponatur, quorum dentibus erit postmodum laniandus. Quasi enim dæmonum linguis nunc blanditer lambitur peccator, cuius virtus & pietas, diabolicis suggestionibus sensim consumitur: deuorabitur verò, cum aperte damnabitur. Timeamus itaque mei fratres, ne simile incidamus temeritatis exemplum, & tantæ apud Deum ingratitude rei inueniamur. Caueamus (inquam) non modo redire, sed & respicere seculum quod euasimus, scientes, quia nemo mittens manum

suam

Luc.9.g suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei, magis autem quæ retro sunt obliti, ad anteriora sollicitè nos extendentes, propositum nobis superne vocationis brauium diligenter, ardentèque prosequamur. Fidelis enim est deus qui repromisit quod dominicæ exhortationis documentum, & si semper nobis vtile fuerit, hoc tamen tempore monachis omnibus pernecessarium est, quando plures in ecclesia monasticæ religionis diffusores subuersoresque conspiciamus. En venerunt illa tempora periculosa, de quibus vaticinium nos euangelicum præmonuit. Surgent (inquit) pseudoprophetæ, & seducent plurimos, & dicent vobis. Ecce hic est Christus, illic est Christus, ne credideritis. Nolite ire, neque sectemini in illa hora, qui fuerit in tecto & vasa eius in domo ne descendat tollere illa, & qui in agro similiter non redeat retro. Memores estote vxoris Loth. O apertissimam horum temporum prophetiam! quid enim aliud recentiores hæretici clamant, nisi hic est Christus, illic est Christus? Non est, inquiunt, Christus in canonicis statutis, non in ecclesiasticis sacramentis, non in varijs religionum obleruantijs, non in vltatis missarum sacris, non in exterioribus diuini cultus ceremonijs, non in frequentatis horarum laudibus, non in carniū neglectis epulis, non denique in hac viuendi ecclesiastica norma, quæ ab apostolorum tempore vsque nunc per omnes fidelium nationes vbique terrarum in ecclesia perseuerat. Sed ecce hic, ecce illic Lutherus ait, ecce hic Ecclampadius ait, ecce illic quisque

pro suo libito propriam viuendi formam Christi fidelibus statuit: quam sequatur: nec est adinuicem inter se cõsensus: sed alius sic, alius sic ait, quomodo enim consentiant inter se qui à veritate discordant? Gal.3.a O infelices Germani, quis vos fascinauit non obedire veritati? quis gem nobilem à principio orthodoxam, tam fraudulenter, tam immaniter decepit? Vnus vos homuncio à sanctorum patrum antiquissimis institutis, & ecclesiæ orthodoxa fide & probatissima viuendi norma subtraxit? Redite obsecro ad cor, & videte quia non potest errori subiacere ecclesia Dei quæ spiritus sanctus regit, Christus disponit, & innumera sanctorum ceterua decorat. Mauultis ardere cū Luthero, quàm regnare cum Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Gregorio, Bernardo, & alijs, quorum proculdubio nomina scripta sunt in libro vitæ? Quis horum religionem damnauit? quis ecclesiastica sacramenta contempsit? Qui à sacro ecclesiæ sacerdotio cælibatum abstulit, & alia innumera quæ vos vnus hominis suasu & tentare non erubuistis, & profecti qui non pertimescitis: quid dicam vobis? Si alijs non creditis, vel Christo domino credite, credite, Christum ipsum præmonentem audite. Cum dixerint vobis, ecce hic est Christus, ecce illic, nolite credere, nolite ire, ne sectemini, non est hic aut illic Christus: sed vbique in ecclesia catholica, id est, vniuersali. Vt quid ergo nefaria diuerticula quæritis? vt quid de Christo quem negatis, tam multa infideliter iactatis? Si Christum prædicatis, Christum audite.

Rr 4 Chri-

Christus ipse se negat esse, hic aut illic, id est, in priuato hæreticorum concilio, sed in ecclesiæ catholicæ communi consensu, & vos ecclesiæ & fidem communem contemnitis? angulos & compita quæritis? Lutherus monachos maritat, sacerdotibus conuiuia indicit: caute obsecro, nolite credere, ita futurum dominus prædixerat ne sectemini. Audite quod sequitur. In illa (inquit) hora, quando, scilicet, de Christo & fide eius varia dogmata hæretici cudent: in illa (inquã) hora qui fuerit in tecto ne descendat tollere vasa, & qui in agro similiter non redeat retro, memores estote vxoris Loth. Quid euidentius? quid apertius? Ac si dicat: qui de Christo male sentiunt, male etiam de religione, de calibatu, de perfectione dogmatizabunt. Cauete vobis qui in tecto perfectionis estis, id est, ecclesiæ Dei rectores & magistri, qui ex alto perfectionis culmine, inferiori populo verbum Dei & salutis doctrinam quotidie buccinatis, quæ in aure auditis prædicantes super tecta. Cauete etiam vobis religiosi homines, qui in agro dominico die nocteque incessanter desudatis, exercentes vos ipsos ad pietatem, qui orationibus, lectionibus, meditationibus, & dei laudibus iugiter incumbentes campum dominicum & exemplo vitæ excolitis, & verbo salutis seminatis. Suadebunt nanque vos (scio) subuersores illi sub Christi nomine, in illa hora redire retro, relinquere religionem, spernere calibatam, vxorem ducere, secularibus implicari. Nolite credere, ne sectemini, nolite descendere de tecto tollere temporalia quæ reliquistis.

Nolite redire retro ad secularem vitam, quam Deo vocante fugistis. Memores estote vxoris Loth, videte quid ob hoc sustinuit, attendite quid propter hoc passa est, illa sit vobis perseverandi exemplum, illa non retrocedendi documentum, illa aduersus huiusmodi suasores resistendi scutum. Illam vobis proponite, illam illis obijcite, illam attendite, illam præ oculis semper habete: illa vos admoneat, illa vos doceat, ne similia agentes similia patiamini. Ecce prædico vobis, ecce præmoneo, ecce multo antequam fiant vobis omnia prophetizo. Quã euidentis aduersus hæreticos testimonium. Vtinam, vtinam illorum oculos Deus aperiat, vt videant & à tanta insania resipiscant. Sed ad nostrum propositum redeamus. Dedit ergo dominus Augustino cor, non ad negotia secularia, non ad temporalia lucra, non ad vanos seculi perquirendos honores: sed ad præcepta domini, ad legem vitæ, ad eruditionem populi. Hæ sunt diuitiæ sanctorum, hæc portio seruorum Dei, hæc pars quærentium faciem, faciem Dei Iacob. Vnde propheta. Portio mea domine dixi custodire legem tuam. Attende igitur mirificum ordinem in prothemate, ad præcepta, ad legem, ad doctrinam, custodire præcepta, scrutari legem, docere iudicia. Sunt qui hunc ordinem male peruertunt, aut docentes quæ non didicerunt, aut scrutantes quæ non impleuerunt, non intelligentes, neque ea quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Nō sic Apostolus. Nihil (inquit) audeo dicere inter vos eorum quæ per me non efficit Christus. Non sic Psalmographus. Bonitatem (inquit) & disciplinam & scientiam doce me, prius bonitatem, deinde disciplinam, deinde scientiam: bonitatem tibi, disciplinam mihi, & tuo populo scientiam: hic rectus est ordo, sunt qui peruertat, vt diximus. Sed dō quis viam domini recto optas tramite pertransire: noli transilire si vis peruenire, primò ergo omnium sit tibi cura mandati, in hoc tibi vita, in hoc tibi salus & gloria. Ante omnia Deum time, & mandata eius obserua, hoc enim est, omnis homo. Quid cælorum gyros inaniter lustras? quid secreta naturæ ociose rimaris? quid profunda scripturarum in casum perscrutaris, & vltima tuæ tibi cura salutis? O hominum stultissimè, nunquid ex sapientia, an ex vita & opere iudicaberis, nūquid scrutatores, an factores legis iustificabuntur, remunerabuntur, glorificabuntur? Si mihi nō credis, prophetam super hoc audi. Seminate (inquit) vobis ad iustitiam, & metite spem vitæ, & tunc demum illuminate vobis lumen scientiæ. Noli ergo præponere scientiam operi, sapientiam virtuti, peritiã gratiæ. Noli prius illuminare quàm luceas, prius lucere quàm ardeas: sed sicut scriptum est. A mandatis tuis intellexi. Ianua enim intelligentiæ, legis obseruatio Dei mandatorum est. Quanta super hoc ab eodẽ psalmita tibi proferã testimonia. Beatus, inquit, vir qui non abiit in consilio impiorum, &c. Sed in lege domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ecce voluntas legis eius meditationi præponitur. Et iterum. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini, beati qui scrutantur testimonia eius. Ecce prima beatitudo, am-

bulare viam domini: secunda, scrutari testimonia eius. Et iterum. Re-tribue seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos: reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Ecce primò viuificari se postulat ad implenda mandata, deinde reuelari, illuminari quæ ad sciendam legem. Et rursus. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper, da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & alia innumera, quæ longum esset modo citare. Non attendis quàm apertè in horum psalmodi capitibus præfatus ordo describitur, ita vt nemini etiam ignorantissimo liceat hoc ignorare? Dedit ergo illi dominus cor ad præcepta eius implenda, ad legem vitæ scrutandam, rimandamque: docere Iacob, id est, Dei populum testamentum suum, id est, euangelicam doctrinam, & iudicia sua, id est, occultiora legis secreta Israel, id est, viris religiosiis, & Dei obsequio mancipatis. Quàm apertè quatuor hæc Augustino tribuuntur! Fuit enim vir propter præceptorum custodiã sanctissimus, propter scripturarum peritiã doctissimus, doctrina insignis, & religione præclarus. Sanctitas itaque eius, & intellectus, & doctrina, & religio, in prothemate commendantur: de quibus, si tempus ad esset, per singula discurrendum erat: sed quia de tribus vltimis diximus iam circa primũ modo diutius immorabimur. Congruit Augustino, iudicio meo, & consonat valde, quod de sanctissimo Iob. in moralibus beatus Gregorius sapienter commemorat, dicens. Vir iste licet magnus in virtutibus suis, mihi certè sublimis etiam apparet in peccatis suis.

ibidem
ibidem
Rr 5 suis

Lu. 17. c

Lu. 12. a

1. Ti. 4. b

Lu. 17. e

ps. 23.

ps. 118.

1. Ti. 1. b

Ro. 15. b

ps. 118.

ecc. 3. 12

d

Ro. 2. b

Osee. 10

c. v. b. i. e

le

gitur sic

ex ver-

sione 70

Semina

te vobis

in iusti

tia, vin

dumia -

te fru -

ctũ vite

illumi-

nate vo

bis lu-

mẽ scie

tia.

ps. 118.

psal. 1.

ps. 118.

fuis: mirentur in eo qui volunt castitatis continentiam, mirentur integritatem iustitiæ, mirentur viscera pietatis: ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatorum, quam tot sublimia gesta virtutum. Hæc Gregorius. Quam optimè, quam mire ista consonant Augustino! virtutes nanque hic divus cum alijs sanctis communes habuit, sed in hac suorum peccatorum confessione præ omnibus extitit singularis: cum enim, teste Iob, naturale sit cunctis hominibus sua peccata celare, hic vir è contrario adversus omnem naturæ pudorem, non modo præsentibus, sed etiam futuris hominibus nudam reliquit historiam peccatorum: & quæ nos in secreto medijs parietibus, vel vni confessorio pandere nimis erubescimus, hæc ille vniuerso prodidit orbi. Audistis vnquã tale? vidistis vnquam simile? quis vni populo vel hic coram omnibus in cõcione suã reuclare conscientiam, sua propalare delicta, vel etiam iussus non erubesceret? quis sustineret? At sua nõ modo dicere, sed etiam scribere toti mundo non erubuit Augustinus. O stupendam hominis deiectionem! ò humilitatis ardentissimam sitim! omnibus innotescere voluit, vt despiceretur ab omnibus. Sufficiebat ei ad omnem humilitatis gratiam, in tanta gloria nolle laudari, sed ille ne quid deesset ad humilitatis cumulum, voluit etiam & contemni. Atque vt hoc plenius consequeretur, miram reperit inuentionem, pudentia conscientia suã omnibus patefecit. & quod alijs solet esse horribile, illi fuit optabile. Ardentius ille suorum peccatorum historiam scripsit, quam alijs soleant gestorum suo

Iob. 31d

rum gloriosam historiam posteris in sui memoriam legendam relinquere: neque ambitiosus quispiã ita gloriam affectavit, sicut ille contemptum. Quantam in hoc naturæ intulit vim! quam sublimiter seipsum vicit! quam potenter de seipso triumphavit! Sed è contrario Deo disponente, accidit illi, vt vnde voluit deici, inde amplius laudaretur & vertetur in gloriam, quod disponebat ad sui deiectionem, & vnde voluit fieri contemptibilis, fieret amplius admirabilis. Qualia nanque post cõuersionem fuerint Augustini facinora opera pretium est agnoscere. Accusat se coram Deo, quod nonnũ quã in cibo dum necessitati corporis seruit, aliquem mortum fortasse indulsit voluptati. O grande facinus! rursus quod aliquãdo dum ecclesie canticis interesset, plus melodia quam sensu fuerit oblectatus. O flagitium maximum! addit etiam aliud non minus, quod iter agens, dum videret casu canem leporem insequentem, non nihil in hoc fuerit delectat^o. Et quod curiosè inspicauerit aliquando araneas suis reticulis capientes muscas. Grauißima certè crimina, & confusione dignissima. Quid miraris, cum etiam peniteat coram Deo, quod die sereno lucis amœnitate fuerit oblectatus: asserens ab alijs se continere forsità potuisse, sed à lumine, quia ubiq; est, omnino non posse. O, inquit, quis mihi daret illam lucem, quam habebat cæcus Tobias, epera misericordie filium docens, & caligans oculis Isaac filios suos benedicens, & cæcus Iacob manus suas super paruulos nepotes cancellans. Hæc & similia sũt peccata Augustini episcopi, pro his publice veniam petit. O quam

Tobi. 2
b
Gn. 27.
a
Gn. 48.
c

quam nitida, quam pura, quam crystalina erat conscientia, vbi istæ atomi cernebantur, quãdo iste aliquod mortale committeret, quis putatis faceret? qui de huiusmodi leuissimis culpis etiam publice penituit? Quantum enim peccatum mortale abhorruerit, in opusculo quodam insinuat, vbi asserit peccatum mortale non committendum omnino, etiam si necesse sit perire quicquid Deus non est. Hæc igitur Augustini tam profunda humilitas apud Deum & homines, sapientia & intellectu illum sublimiter exaltauit, quoniam Deus superbis resistit, humilibus autè dat gratiam. Vnde potest de illo intelligi propheta vaticinium, Dedit abyssus vocem suam, altitudinem phantasiæ. Abyssus (inquam) humilitatis Augustinus vocem doctrine suæ populis dedit, propter phantasiæ suæ, id est, ingenij altitudinem, quã propter humilitatem cõtulit illi Deus. De qua voce adhuc apertius Ioannes in Apocalypsi ita prophetat. Vidi (inquit) & audiui vocem vnus aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna, Væ, væ, væ habitantibus in terra: de cæteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri. Aquila hæc grãdis magnarum alarum volans per mediũ cæli, significari videtur Augustinus, qui scripturarum secreta sublimiter penetrauit, volant alijs doctores ex latere, ille per medium. Vnde & apud Ezechielem ita legimus, Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullã cedri. Quæ omnia mirè congruunt Augustino. Fuit enim aquila grãdis perspicacitate,

1. Petr. 5
d
Haba. 3
ex ver-
sione 70

Ap. 8. d

Eze. 17.
a

& volatu magnarum alarum, quia plures sub alis protegit religiones, plena plumis doctrinarum, tam secularium, quam diuinarum, quia in vtrisque fuit apprime eruditus, & varietate dicendi: est enim aded varius in stylo, vt non eum vnicum, sed varios existimes scriptores ex librorum phrasi. Hic venit ad Libanum doctrine puræ & candidæ euangelicæ, ab errore Manichæorum, & tulit medullam cedri, quia penitus diuinas scripturas, & intellexit, & exposuit. Hæc est aquila quam Ioannes vbi sũ in ecclesia per medium cæli volantem in spiritu vidit clamantem, Væ, væ, væ habitantibus in terra. Væ (inquam) habitatoribus terræ, id est, mūdanicis & secularibus hominibus, qui huius seculi delicias sequuntur, væ in vita, væ in morte, væ post mortem, vita laboriosa, mors acerba, & post hanc damnatio sempiterna. Hæc Augustinus in libris suis & dictis, verbo, scripto, exemplo, terræ habitatoribus prædicauit, hæc docuit, contemnere seculum, & querere cælum. Vnde ad illũ alius propheta inquit, In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Dei. Hanc aquilam sequuntur tres angeli tubis id ipsum Dei populo personantes, scilicet, Benedictus, Franciscus, & Dominicus, diuum Augustinum & tempore & vita sequentes, & eundem mudi contemptum, quem ille doctuerat hominibus persuadentes. Quantus ab eis in ecclesia fructus extiterit nõ est opus verbo mōstrare, quia in aperto res est. Sed Deum optimum deprecemur, vt nobis quibus tantorum patrum fructus experiri concessit, cõcedat & imitari mores, & cum illis beatitudinis præmio frui in gloria. Ad quam

vbi sũ
pra.

Osc. 8 a

quam nos perducatur Iesus Christus dominus noster religionis omnis author, & primus patronus. Amē.

DEO GRATIAS.

DE EODEM DIVO AVGVSTINO patre nostro, pontifice, & doctore ecclesiæ, Concio tertia.

THEMA.

¶ Ecce sacerdos magnus, qui in vita sua suffulfit domum, & in diebus suis corroboravit templum. Ecclesi. 50.



Riplex sacerdotiū legimus in scriptura, sacerdotium legale, sacerdotium euangelicū, sacerdotium spirituale. Et quidē ante legē

fuisse apud veteres sacerdotium nō dubitamus, cum de Melchisedech scriptū sit, quod erat sacerdos Dei altissimi: sed quale esset illud sacerdotium, quis ritus, quæ cōsecratio, quis modus, quis ordo nō legimus. Sed neque de alio quam de Melchisedech hoc ipsum in scriptura reperimus, quanuis de prophano idolo rū sacrificio scriptū sit, quod Ioseph omnem terram Aegypti excepta sacerdotali fecerit tributariā. Sunt qui dicāt illo tempore sacerdotium primogenituræ fuisse annexū, atq; ideo in pretio habitum à maioribus, vnde meritō discruciabatur. Esau quod eam pro edulio vēdidit. Sed ex sacris literis primogeni-

torum præminentiam quandā in hæreditate sicut modo fit, potius quam sacerdotalem dignitatē colligere possumus: neque enim soli primogeniti offerebant thura, vel sacrificia, vel munus aliud sacerdotale exercebant quod alijs fratribus non liceret, propter quod sacerdotes dicerentur. Hoc igitur sacerdotio relicto, quoniam quale fuerit ignoramus, de tribus quæ præmissimus agendum est. Sacerdotium legale cœpit ab Aaron, de quo præcepit dominus Moyse, vt cum vngeret & sanctificaret sibi in sacerdotem cū filijs suis & tota posteritate sua, & vestibus sacerdotalibus ornaret, vt esset sequester & mediator inter Deum & populum, & offerret ei thura & sacrificia pro peccatis. Quāuis enim sacrificia illius tēporis essent abiecta, noluit tamen Deus ea sibi communibus manibus offerri, sed sanctificatis & mundis: tum propter reuerentiam, tum propter significationem. Vnde segregavit sibi vnam ex duodecim tribum Leuiticam in ministerium, in qua erant Aaron & eius primogeniti, pontifices & prælati, ceteri de stirpe Aaron sacerdotes communes, reliquæ omnes familie Leui vocabantur. Leuitæ neque solis nominibus, sed etiam officijs discernabantur. Erat namque hoc pontificis proprium, semel in anno sacris vestibus indutum, cum sanguine hirci ac sacro thimiamate ingredi sancta sanctorū, nudam videre arcam, & oblato munere orare pro populo. Hoc cateris sacerdotibus non licebat, quia neque intra velum intrabant, neque vestibus pontificijs utebantur, sed alijs, neque fas eis erat arcam & propitiatorium inspicere: sed eorum munus

Leuit. 8

Num. 3

Leui. 16 e. & Hebr. 9. d

erat

erat offerre sacrificia, & thura in tabernaculo exteriori, orare pro populo, & laudes domino decantare. Leuitæ autem velut acolyti, sacerdotibus in ministerio erāt, ad excorianda, & lauanda, & præparanda sacrificia, & alia expedientia exequenda. Quanta grauitas, quāta maiestas pro arca lignea, & pro animalibus occidendis! Sed neque omnes filij Aaron sacerdotio fungebatur, sed certis conditionibus obseruatis, si non esset cæcus, neque claudus, neque gibbus, neque lippus, neque magno, aut torto naso deformis, neque scabiosus, aut albuginem habens in oculo, aut herniosus: sed perfectus omnino, & immaculatus, & sine vitio. Qui huiusmodi erat, lauabatur prius, deinde vngebatur oleo sancto super caput eius effuso, & extrema auriculæ dextræ, & pollice manus & pedis dextri sanguine arietis intincto, consecratur domino in sacerdotem, & post hæc vestibus sacris induebatur. Hic erat ritus in consecratione sacerdotum. Integros & sine macula sibi voluit dominus in sacerdotes consecrari, ne essent populo derisibiles & contemptibiles, sed honorabiles, & venerandi, qui exemplar vitæ & speculum in populo futuri erant: vt exterior corporis species, interiorem animæ pulchritudinem commendaret. Quam longe aliter fit modo in ecclesia dei. Non offertur ad sacerdotium nisi inhabilis & inutilis: si quis in filiis stupidus, ignauus, claudus, luscus, deformis, hic domino dedicatur, propheta reclamante atque dicente. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile domino. Mira hominum stultitia, cui melius sudabit

Leui. 21

Leui. 8

Matth. 15. a

Iob. 1. a

Malac. 1. a

ingenium quam ei qui dedit illud? aut in quo melius omnis vis & facultas expēdi potest, quā in obsequio conditoris? Nunquid non beatius & religiosius vacare sapientiæ quam māmone exerceri in sacris quā in diuitijs? indiscendis, speculandis, discutendisque cęlestibus occupari, quam negotijs & curis secularibus implicari? O quantum doleo quoties video, ingenia fortunatissima & acutissima tam male perditā, tam miserabiliter vitiatā: sed (si diuo Hieronymo creditur) hæc vitia, quæ supra commemorauimus, animorum potius quam corporum æstimanda sunt. Voluntas enim in homine nō natura damnatur: in quam sententiam quoque diuus Gregorius consentit. Non debet itaque Dei sacerdos luscus esse, vel cæcus, id est, ignorans, & stupidus: nam si cæcus cæco ducatur præbeat, ambo in foueam cadent: neque claudus, id est, infirmus & imbecillis ad viam domini percurrendam: non gibbosus, id est, ad terrena inclinatus, & curuus: sed sicut de Iob dictum est: vir rectus & timens Deum. Nō lippus, id est, carnalis & foetidus: non scabiosus, id est, carnis prurigine maculatus: nō torto naso deformis, id est, malitiosus, malignus, versutus: non albuginem habens in oculo, id est, passionibus & affectionibus obscuratus: quæ enim est albugine in oculo, hoc est passio in intellectu. Non herniosus prauæ inclinationis pōdere prægrauatus: denique nulla in eo macula, nullum vitium qui omnium debet vitia reprehendere. Turpe enim est cum redarguit culpa censorum. Audiuimus domine qualis non debeat esse sacerdos, nunc qualis debeat esse audire cupimus. Dixisti quid

quid non debeat habere, dicitur rursus quid debeat habere ut sacerdotio dignus sit. Ego (inquit) eum foris depingam atque describam, talis sit intus, qualis exterior apparebit ornatus corporis, cordis ornatum ostendet. Diligenter observa te vestes, ut ex eis comprehendatis & mores. Futurus ergo pontifex post totius corporis lotionem subucula induatur byssina, purissima, candidissimaque: deinde tunica talari hyacinthina superinduatur, in cuius ora erunt mala granata tintinabulis immixta, quam praecinget balthus ex cocco, purpura hyacintho bysso & auro contextus, ex quibus etiam fiet super humerale pulcherrimum admodum pallioli habens in utroque humero lapidem onychinum nominibus filiorum Israel in sculptum, atque cœlatum, cui applicabitur rationale in pectore ex eisdem coloribus, habens & ipsum duodecim pretiosissimas gemas, cum duodecim filiorum nominibus Israel, & veritate atque doctrina. In fronte verò pontificis nomen Dei lamina aurea in sculptum & thiara connexum, uniuersam hanc pulchritudinem illustrabit: his vestibus ornatus ingredietur pontifex sancta sanctorum, cum sonitu & strepitu cymbalorum, ne forte silenter ingrediens moriatur. Quanta mysteriorum profunditas! & quis ea poterit penetrare: nunquid de vestibus cura est Deo? Nunquid profecto Deus tam sollicitè & exactè omnè sacerdotis ornatum describeret, nisi magna & egregia in eo sacramenta laterent. Vnde cum Apostolus Paulus in epistola ad Hebræos, omnia pontificis munia de Christo domino aptissime & conuenientissime in

interpretatus sit: miror cur de hoc tam mystico & portentoso ornatu, neque verbum unum fecerit. Propterea forsità quod moraliter potius quàm allegoricè totus hic vestium apparatus exponendus sit: in hoc enim exteriori & corporeo cultu, sicut diximus, interior sacerdotis euangelici ornatus depictus atque figuratus est, & pontifex ille legalis gemmatus atque purpuratus, veri huius nostri sacerdotij imago quaedam & veluti pictura est, sed quomodo sit interpretandus & aptandus non facile apparet. Multi quidem conati sunt, sed inter alios diuus Hieronymus in epistola ad Fabiolam, satis luculentur materiam de vestibus sacerdotalibus eas diligentissime distinguendo, & exponendo, prosecutus est. Cuius interpretationis modum & seriem, quantum sermonis angustia patitur arctissima methodo perstringemus: Qui igitur ad sacerdotij dignitatè promouendus est, primo aqua munda laectur, prius purificetur à vitijs, prius omnia carnis inquinamenta detergat, imò & Leuitè iubentur, omnes pilos carnis suæ radere, id est, omnes mundi curas & sollicitudines cum ad Dei ministerium assumuntur relinquere. Nemo enim militans Deo, implicat se negotijs secularibus ut ei placeat cui se probauit. Deinde tunica byssina talari vestitur. Hæc est illa quæ nobis post baptismi ablutionem in ecclesia dei præstatur, cum dicitur. Accipe vestem candidam & immaculatam innocentiam quam præferas ante tribunal Christi, quæ merito talaris est, quia omnes vitæ actus, opera, affectus, & cogitatus amplectitur. Sed non sufficit innocentia sacerdoti,

cerdoti, nam ad sit etiam & sanctimonia. Non sufficit ei non nocere, sed oportet quoque esse beneficum. Vnde superadditur ei altera hyacinthina sanctitatis & iustitiæ: de qua psalmus. Sacerdotes tui induantur iustitiam. Quæ bene hyacinthina est, quia tota vita sacerdotis debet esse cœlestis, & nullum cum terrenis affectibus debet habere commercium. Cælicum nitorem Dei sacerdos induitur, ut vestis suæ ministerio discat, quia iam non in terra, sed in cælo debet habere conuersationem, sicut Apostolus ait. Nostra conuersatio in cælis est, ut sibi dictum existimet illud euangelicum. Ego vos elegi de mundo, & vos non estis de mundo. In huius vestis infima ora mala granata nectuntur, quæ granorum purpurantium ordinem & connexionem virtutum omnium moralium typum habent, quas Dei charitas perficit atque venustat, quibus aurea tintinabula rite connectuntur, quia non solum conuenit sacerdoti pollere virtutibus, sed oportet etiã in Dei laudibus & præconijs non esse murum. Hoc enim opus eius, hoc munus, hoc officium ad instar cælestium angelorum, diuinas laudes & sacrum alleluia, si non incessanter ut illi, frequenter saltem in ecclesia, coram Dei populo personare. Quid enim ociosius, quid monstrosius muto sacerdote, qui in omnibus suis verbis & factis, motibus & operibus totus deberet esse vocalis? Sed uniuersa hæc vestium amplitudo castitatis cingulo pulcherrimo constringenda est, sine quo quantumlibet pretiosa vestis, nullum animæ potest præstare fomentum. Quid enim sacerdoti decentius, quid commodius, quam

decor & puritas castitatis? Sit pius, sit feruidus, sit humilis, sit deuotus, sit quicquid vis, si non est castus, nihil est, altario non congruit. Quomodo enim ad tantum ministerium sacrilegis manibus acceder, impurus & fœtidus, cum etiam astra non sint munda in conspectu eius? Vnde Esaias. Mundamini qui fertis vasa domini. Quid dixi qui fertis imò qui estis vasa domini, id est, sacrarium Dei, in quibus manna cælestis, & angelorum cibus quotidie infertur atque reconditur. Sed post hæc omnia indumenta virtutum, super humerale imponitur ut nouerit, non solum sibi natum esse, sed omnibus. Et quidem quæ dicta sunt ei sufficeret ad propriam bonitatem si non esset sacerdos, sed ex quo populi peccata comedit eiusdem etiam curam sibi nouerit esse impostam. Et quod auditu quoque grauissimum est sibi dicitur. Si perierit homo iste, erit anima tua pro anima illius. Vnde ad designandam pastoralis curam, aptissime nomina filiorum Israel gemmis insculpta sacerdotis humeris imponuntur, ut nouerit, quia non verbis solum & intellectu, sed exemplo & opere prodesse debet populo Dei. Hoc enim aperte designatur per hoc quod in humero & pectore populi, nomina pontifex gestat insculpta. Oportet enim rationale super humerali, nexu catenarum indissolubili colligari, ut quod ex ratione docet, hoc opere & exemplo informet, & humerus à pectore non discedet. In rationali autem vrim & tumim, id est, veritas & doctrina locatur, quia in lege Dei peritus, & ad eam docendam idoneus esse debet, omnis sacerdos ut iuxta apostoli decretum

Tit. i. c. cretum amplectatur eum, qui secū
 dum doctrinam est fidelem sermo
 nem, & potens sit exhortari in do
 ctрина sana, & eos qui contradicunt
 arguere. Angelus enim domini est,
 Malac. 2. b. & legem requirent de ore eius. Au
 diant nostri temporis sacerdotes, &
 videant an iuste an recte tēpus in
 ludis & venationibus expendant,
 quod sacris literis impendendum
 erat. Sed super omnia & ante om
 nia, ornat euāgelicum sacerdotem
 pietas in Deum, zelus honoris &
 gloriæ eius, fidei & religionis emu
 latio, quæ per sanctum Dei nomen
 summi sacerdotis vertici prominens,
 aptissimè designatur. Quid enim
 prodest si omnes virtutes morales
 habeat, nulli noceat, castus sit, omni
 sapientia & doctrina polleat, si vt
 philosophus, non quasi Christianus
 omnia illa possideat? si omnia hæc
 in Deum, propter quem, & ad quē
 sunt nō referat? sine quo neq; perfe
 ctę virtutes nominādę sunt. Deest
 enim eis ad perfectę virtutis cōple
 mentum, circūstantia finis vltimi, à
 quo omnis virtus habet vt perfecta
 virtus sit, hic pietatis & religionis
 amor, hic zelus Dei, hic est qui illū
 virtutū omnium decorem & orna
 tum, ex alto perficit & coronat. Hic
 facit Deo gratum & placitū, quod
 pulchrum & splendidum in homi
 nū oculis apparebat. Sine hoc nulla
 quantunvis magna pulchritudo, co
 rā Deo & angelis pulchritudo est,
 neq; cælesti stipendio remunerabit
 in futurum. Ecce vobis sacerdotem
 legalem, imò in sacerdote legali ve
 ri sacerdotij euāgelici formam de
 pinximus, atque descripsimus. Ta
 lis esse debet qui in populo Dei sa
 cerdos magnus merito fuerit nūcu
 pandus. Talem enim describit apo

stolus ad Timotheum, non signis
 & nutibus, vt in lege, sed aperto ser
 mone dicens. Oportet episcopū ir
 reprehensibilem esse, sobrium, or
 natum, prudentem, pudicum, hospi
 talem, doctorem, non vinolentum,
 non percussorem, sed modestū, non
 litigiosum, nō cupidum, nō neophi
 tū. Non tibi videntur vno ore Moy
 ses & apostolus mores pontificios
 resonare? sed stylo diuerso, ille qui
 dem nutibus & signis, velata facie
 ne ab hominibus videatur. Hic au
 tem reuelata facie, verbis apertis &
 nudis, nucleum excutit ex cortice.
 O mira vtriusque testamenti cōso
 nantia! d admiranda cōcordia, quā
 edirecto se mutuo aspiciūt duo che
 rubin arcam Dei, id est, diuinam sa
 pientiam complectētes, quomodo
 alas suas inuicem iungūt animalia
 sancta! vt nulla sit pēnarum inter
 ea discrepantia, sed cōsono volatu
 diuina & humana percurrūt. Quā
 integrē, quam perfectē hæc omnia
 quæ dicta sunt diuo Augustino cō
 ueniunt! Verē per omnia sacerdos
 magnus sacerdotio dignissimus,
 omni virtute & sapientia decora
 tus, in cuius fronte nomen dei san
 ctum emicuit. Amicus Dei, pius, de
 uotus, feruidus, zelator fidei, hono
 ris dei propugnator acerrim⁹. Quis
 ita zelauit fidem? quis in ea tuenda,
 augenda, explicanda, amplificāda,
 sic elaborauit? Verē columna ec
 clesię firmissima, qui in vita sua sus
 fulsit domum, & in diebus suis cor
 roborauit templū, qui ab oppugna
 tione hæreticorum vsq; ad effusio
 nem sanguinis totis viribus ortho
 doxam fidem protexit atque defen
 dit. Quas pertulit insidias! quoties
 eum Deus de hæreticorū manibus
 liberauit! O sanctissima anima quā
 non

non ignis, non gladius persecutoris
 abstulit, quinimo ipsa gladio spiri
 tus, & fidei flāma hæreticorū & infi
 deliū mōstra de medio tulit. Elect⁹
 est à domino vt esset vas electionis
 vt Paulus, vt nomē eius portaret in
 gētibus, factus de persecutore pro
 pugnator, de obrectatore prædica
 tor, de inuasore defensor, sicut scri
 ptū est. Lingua canū tuorum ex ini
 micis ab ipso, vt vbi abūdauit deli
 ctū, superabundaret & gratia. Olim
 magnus ille Samson trecētis vulpi
 bus Allophilorum arreptis igne ad
 caudas earū ligato, omnes messes co
 rū incēdit, atq; vastauit. Vulpes erat
 Paulus, vulpes August. vulpes Dio
 nyfius, Cyprianus, Victorin⁹, & alij
 philosophi insignes, dū fidei sacra
 mēta vafre & callidē humanę sapiē
 tię argutijs & astutia oppugnabāt:
 sed cōprehendit eo noster magnus
 Samson in astutia sua, vt essent sibi
 in ministerium, inimicos suos, vt ef
 sent idonei ministri noui testamēti,
 non litera, sed spiritu, & eorū philo
 sophiam conuertit in obsequium:
 nam per eam igne charitatis incen
 so, & fidei lumine eidem connexo,
 omnē gentiliū & hæreticorū mes
 ses, id est, doctrinas aridas & siccas,
 subito incendio concremauit. Non
 enim poterat eos latēre quantū in
 illis doctrinis esset falsitatis & stul
 titiē, vt pote qui eas prius optime
 nouerāt, & cū summo labore didice
 rant atq; docuerāt. Vnde veluti do
 mestici hostes, fraudes earū quas be
 nē callebāt, facile hominibus demō
 strarunt. Fuit etiā in Augustino ra
 tionalis fulgor amplissimus. Quis
 enim ita excelluit ingenio? quis ita
 valuit facundia? quis humanarū d;
 uinarumq; rerū sapiētia sic effulsit:
 quis tot tātisq; voluminibus Dei ec

clesiā illustrauit? quis ecclesiasticos
 ordines sic edocuit? Mētitur, ait, qui
 dā, qui se omnia Augustini volumi
 na legisse iactat, plus valuit ille scri
 bere, quā nos sufficimus legere. In
 diebus enim ipsius emanauerūt pu
 tati aquarum, & quasi mare adimple
 ti sunt supra modū profundissimi
 sapientiē putei, Augustinus, Hiero
 nymus, Ambrosius, Hylarius, Chri
 sostomus, Gregorius Nazanzenus,
 Basilus, Origenes, Athanasius, &
 alij qui illa tēpestate aduersus hęc
 ticorū prauitatē, in ecclesia Dei cla
 ruerūt (Deo sic pro illius tēporis ne
 cessitate prouidente) vt sicut victus
 fuerat leo in tyrannis, sic etiā vince
 ret draco in hęcetis. Habuit etiā su
 per humerale, huic rationali sic mi
 rabiliter cōnexū & colligatū, vt ne
 que cura pastoralis eum à sapientiæ
 studio præpediret, neq; sapiētiæ a
 mor, pastoris sollicitudinē imminue
 ret. Mira res tāta scripsit vt nihil ali
 ud in vita egisse videret. Sic popu
 lū dei rexit, vt literis nunquā vacaf
 se putaretur. Vnde in epistola ho
 dierna. Qui curauit gentē suā & li
 berauit illā à perditione. O si nunc
 tales pastores haberemus! d si tanta
 eis procōmissis ouibus esset sollicitu
 do. Iam de tunica byssina & hyacin
 thina nō opus est imorari: quātę e
 nim puritatis, sctitatis, & innocētię
 fuerit post baptismū, liber cōfessio
 nū eius satis apertē demonstrat, in
 quo de tā minimis culpis cōfiteretur,
 tā leuia peccata deplorat, vt sine grā
 di legētis cōfusione perlegi nō pos
 sit. Quā nitida putas, quā crystalina
 erat anima illa, in qua tales atomi
 videbātur. Neq; defuit illi malorū,
 granatorū, & tintinabulorū ordo
 mirificus: hanc enim innocentia,
 & sanctitatis tunicam, virtutum o
 mnium

mniū & spiritaliū charismatū mul-
 timodavarietas decorabat. quę nāq;
 ubi su- virt^o, quę gratia defuit Augustino?
 pra. Si diuina sapiētia quæritur, quasi
 stella matutina in medio nebulę,
 & quasi lunaplena in diebus suis lu-
 cet, & quasi sol resulgēs in templo
 Dei. Si secularis literatura, quasi ar-
 cus resurgens inter nebulas glorię.
 ibidem Si ingenij acumen, quasi cipressus
 in altitudinē se extollens. Si decor
 virtutum, quasi vas auri solidū, or-
 natū omni lapide pretioso. Si chari-
 tatis ardor, quasi ignis effulgens. Si
 deuotionis feruor, quasi thus ardēs
 in igne. Si fruct^o animarū, quasi oli-
 ua pullulans. Si religionis institu-
 tio, quasi plātatio cedri in mōte Li-
 bano, Sic circa illū multitudo innu-
 mera religiosorū itererūt, & omnes
 filij huius magni Aaron in gloria
 sua, in die scilicet iudicij, quādo ma-
 gnus hic pater Augustinus tanta fi-
 liorum caterua vallatus, corā Deo
 & angelis apparebit, ad grandē glo-
 riam & coronā suam, sicut aposto-
 1. The. 2 lus ad Thessalonicenses ait. Quę est
 enim nostra spes, aut gaudium, aut
 corona glorię? nonne vos ante do-
 minum nostrum Iesum Christū, in
 aduentu eius? huic autem splendori
 virtutum admixtus etiam erat do-
 ctrinę sonit^o, per cymbala designa-
 1. Ioa. 5. f. tus? Erat enim lucerna ardens & lu-
 cens, ardens virtute, lucēs doctrina.
 Vnde merito magnus, quia (teste
 mat. 5. c. domino) qui fecerit & docuerit, hic
 magn^o vocabitur in regno celorū.
 Verbum enim Dei, vt in eius vita le-
 gitur, vsq; ad vltimā egritudinem,
 sine intermissione alacriter, sana-
 mente, sanoque consilio in sancta
 Lu. 19. d. ecclesia prædicauit, ponens ad men-
 sam pecuniam domini sui cū vsu-
 ris sibi retribuendam. Et vt fidelis

dispensator seruis domini sui distri-
 buens triticum in mēsurā, donec di-
 ceretur ei. Intra in gaudium domi-
 ni tui. Hęc de mystico & verō sacer-
 Lu. 12. e. dotio dicta sint. Aliud est sacerdo-
 Mat. 23. b. tium spirituale, de quo beatus Pe-
 trus. Vos estis genus electum & re-
 1. Petr. 2. gale sacerdotium. Et Ioannes in A-
 b. pocalypsi. Fecisti nos Deo nostro
 Ap. 5. c. regnum & sacerdotes. Et adhuc ex-
 1. Petr. 2. pressius idem apostolus Petrus. Ad
 quem accedentes lapidem viuū,
 a & ipsi tanquam lapides viuī, super-
 ædificamini in domos spirituales,
 in sacerdotium sanctū, offeren-
 tes spirituales hostias acceptabiles
 Deo, per Iesum Christum. In hoc
 quod ait offerentes spirituales ho-
 stias, quale sit hoc sacerdotium o-
 stendit, id est, non legale, non eccle-
 siasticum, sed spirituale, sicut sunt
 hostiæ quę in eo offeruntur. Pudeat
 pudeat hæreticos nostri temporis,
 gratis hallucinari, imò gratis mali-
 gnari, neq; enim mihi persuadere
 possum, eos non intellexisse tā aper-
 tam apostoli sententiā, sed malignē
 eam ad suū prauum sensum, in ec-
 clesię cōtumeliā detorsisse. Hoc sa-
 cerdotio quod metaphoricū est, o-
 mnis Christian^o fungitur, nemo ab
 hoc sacerdotio metaphorico & im-
 proprio repellitur, cuiuscūq; gētis,
 ætatis, status, cōditionis existat, siue
 mulier, siue vir, siue senex, siue puer
 siue diues, siue pauper. Si christiana
 pietate polles hoc sacerdotio sacer-
 dos es: non leue est isto modo esse
 Christianū, nō potest absoluere aliū
 peccatis, qui isto sacerdotio spiritua-
 li sine euāgelico sacerdos est, nō cō-
 secrat dñicum corpus, nō habet au-
 thoritatē, euāgelicūq; ministri emi-
 nentiam, non habet sacerdotalem
 dignitatē, exteriori cęremonia con-
 stantem,

stantem, habet tamen internā ima-
 ginem, ac similitudinem quandam
 perfectionis sacerdotalis, vnde me-
 taphorica sacerdotis denominatio
 dicta est. Agnosce quis es, res enim
 sacratissima est bonum Christianū
 esse. Nunquid nō in baptisate vn-
 ctus? non chrismate sanctificatus?
 nonne Deo dicatus? Quid verę san-
 ctitatis habuit sacerdos ille Moyses,
 quod non habeat, & locuplet^o
 omnis Christicola absq; obijce ba-
 ptizatus, Deo sacratus, Deo dicatus
 & oblatus: O Christiane magna est
 professio tua, grandis est obligatio
 tua: si mihi nō credis, apostolum au-
 1. Co. 6. d. di. An nescitis quia tēplū Dei estis,
 & spiritus sanctus habitat in vobis?
 Si quis ergo templū Dei violauerit,
 disperdet illū Deus: & tu dicis, cui
 iniuriam facio, cui noceo, si mere-
 trici adhæreo: si fornicationibus va-
 co: non sum clericus, non sum mo-
 nachus, non sum vxoratus, mei iuris
 sum, alienā vxorem non adulterio
 vexo, neminē facio iniuriā. Imò fa-
 cis & maximā deo, cuius tēplum vio-
 las, cuius sacrariū polluis, cui fidē in
 tuo baptismo promissam infringis.
 Sed iam hostias spirituales quas deo
 offeras ostendā. Ante omnia carnis
 tuę hostiam salutarem. De qua apo-
 1. Rom. 12. a stulus. Obsecro vos per misericor-
 diam Dei, vt exhibeatis corpora ve-
 stra, hostiā sanctā viuam, Deo placē-
 tem, rationabile obsequiū vestrum.
 nolite alia exquirere quę mactetis,
 sed mortificate mēbra vestra, quę
 Col. 3. a sunt super terrā, & quę mēbra, for-
 nicationem, immūditiam, libidinē,
 cōcupiscentiam malam, auaritiam.
 Noli hircos, capras, vitulos, arietes,
 emere ad sacrificium, habes in tua
 carne multimodā hostiam quā iu-
 gules, sicut psalmus ait. In me sunt

Deus vota tua quę reddā, laudatio
 nestibi. Superbiā deprime & taurū
 ps. 53. peruicacem iugulasti, luxuriam co-
 hibe, & hircum occidisti: odium ex
 Leui. 23. tingue, & arietem concremasti, in-
 c uidiā dilue, & capram immola-
 exo. 29. sti, huiusmodi hostijs placat Deus,
 c hæc illi sacrificia placent: sed cū vi-
 Leuit. 3. tia, non cū armēta iugulatur, quod
 c si altiora sacrificia quæris ostendā
 tibi. Intra te habes quas domini of-
 feras, turturē, scilicet, & colūbam,
 Leuit. 5. vtraq; gemit, vtraq; gemitū pro rea
 b tu effundit, & vere sacrificium deo
 spiritus contribulatus, siue pro pec-
 ps. 50. cato quod cōmisisti, siue pro præ-
 mīo quod amisisti. Si de peccato ge-
 mis, columbā: si pro exilio turturē
 obtulisti: quod si perfectus es & su-
 blimioribus oblectaris, ostendā ti-
 bi adhuc hostiā mundiorem & san-
 ctiozem. Sed quā? simillam consper-
 Leui. 9. sam oleo, oblationem Deo acceptif-
 a simā & gratissimā, id est, orationē
 deuotā & feruidā, nō ficcā, non
 aridā oris laudē, sed qualē expo-
 stulat psalmographus, dicens. Sicut
 ps. 62. adipe & pinguedine repleatur ani-
 ma mea, & labijs exultationis lauda-
 bit os meū. Bona similia sed si oleo
 conspergatur alias insipida est, mel
 in sacrificio nō offertur, quia omne
 temporale gaudium, omnis mūda-
 na lætitia Deo abominabilis est.
 Pudeat theatrales musicas, & secu-
 lares cātilenas, diuinis laudibus im-
 miscere, non sunt Deo placita hu-
 iusmodi obsequia, abominatur do-
 minus mellita sacrificia, sed illas
 hostias amat, & quærit quas oleum
 sanctū, id est, spiritus vnctio cōsper-
 git & impingat. Hi sunt vituli la-
 biorū saginati, de quibus propheta.
 Omnē aufer iniquitatem, & accipe
 ofec. 14. bonū, & reddemus vitulos labiorū b
 Si 2 nostrorū.

ps. 65. nostrorū. Ista sunt holocausta medullata Deo acceptissima, si cum incenso arietum offerantur. Denique, sicut ipse dominus ait, sacrificium laudis honorificabit me, illiciter quo ostendam illi offerenti, scilicet, salutare Dei: nam per hanc temporalem & transitoriam, ad perpetuam & incessabilem laudem gloriae peruenitur. Quam nobis presta re dignetur Iesus Christus dominus noster, cui est honor & imperium in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

DE DIVO ILLEPHONSO Archiepiscopo Toletano, Concio de fide.

THEMA.

In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum. Ecclesi. 45.



heb. 11. a

Fides secundum apostolum est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Non potuit fides melius diffiniri: fides enim & quae sperando sunt docet, & spei vim & firmitudinem praebet. Tolle fidem, & corrumpit statim omnis spes, nullus enim sperat quae non credit, quicquid etiam speramus, si de magistra didicimus. Vnde enim vitam aeternam, resurrectionem, beatitudinem & futura praemia non uimus, nisi per fidem? Est etiam argumentum veritatum non apparentium, id est, quae nostri intellectus facultatem exuperant, quia in eis vi-

delicet argumenti & virtutem supplet, & locum tenet: nam quod in apparentibus facit argumentum hoc facit fides in non apparentibus: assensum, scilicet, & credulitatem. Si quis enim conclusionem aliquam physicam, aut mathematicam dubitat, vel ignorat, argumento suadetur aut conuincitur ut assentiat: pariformiter si quis articulo ecclesiae non credit, fide ad credendum quasi argumento quodam trahitur & inducitur. Est ergo fides donum quoddam a Deo menti infusum, quo intellectus ad supernaturales veritates intelligendas illustratur, & ad eas credendas mirabiliter inclinatur, & cui ut fundamento spei futurorum innititur. Haec intellectum velut ceram mollificat, ut superna veritate formetur. Haec hominis animum humiliat & domat, ut veritatis obsequio se submittat. Haec veritates supernaturales & inattigibiles, miro quodam modo cum intellectu maritat. Mira virtus & potestas fidei, quae res tam dissonas atque discordes tam intimo & forti glutino coniungit ac ligat. Vnde merito Bernardus triplicem venerationem admiratur Dei & hominis in Christo, maternitatis & virginitatis in virgine, intellectus & fidei in Christiano. Stupendum prorsus ad mirandumque prodigium, ut intellectus fortius amplexetur quae non capit, quae videt & non apparentibus, quae euidetibus firmiter haereat. Neque enim pro his quae videt mori quisquam sustineret, sicut pro his quae credit, fides quae scientia firmior est, licet sit obscurior, & nil mirum quia fortiori nititur fundamentum: scientia enim oculo innititur, & fides oraculo, & falli oculis forsitan poterit, aut illud, oraculum

eph. 2. b

oraculum vero non potest, fides non hominis, sed Dei testimonio, & primae innititur veritati. Sicut ergo impossibile est Deum mentiri, sic impossibile fidem fallere: non Petro, non Paulo, non cuius alteri apostolo aut prophetae, propter seipsum credimus, sed Deo qui in apostolo loquitur aut propheta, sicut scriptum est. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et iterum. An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus? Quamuis alioquin tantae autoritatis Paulus, & quibus aliorum apostolorum & prophetarum sit, ut si inter se disserent mundus & Paulus, citius Paulo quam mundo credendum esset. Tanta est in eius scriptis veritatum & sublimitas & simplicitas. Sic enim de Magdalena canit ecclesia, Credendum est magis soli Mariae veraci, quam Iudaeorum turbae fallaci. Et cum tales sint fidei catholicae testes, non tamen illis fides innititur, non inquam homini, sed veritati, non viro, sed Deo, non humano spiritui, sed diuinae reuelationi. Quando ergo corrumpere poterit, quae tam firmum obtinet fundamentum, quae supra firmam petram, id est, Dei infallibilem veritatem fundata est? Vnde dominus in euangelio, ut terra caeloque firmiorem esse fidem demonstraret. Caelum (inquit) & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, neque solum verba mea, sed etiam prophetarum: nam donec transeat caelum aut terra, iota unum, aut v-nus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant. Quid mirum fratres si Deo credimus, cum hominibus multa credamus? Quanta di-

heb. 6. d

Matth. 10. c

2. co. 13. a

2. co. 3. c

Matth. 24. c

Matth. 5. b

cunt homines interdum ardua & difficilia, & tamen si non credatur, indignantur grauius, & irascuntur, quia mendaces facimus eos, & utique si attenderis vita ista sine fide non agitur. Tolle fidem, & nulla & erit hominum societas, nulla communitas, Romam non vidi, & tamen sola dicentium relatione, Romam esse non dubito. Credimus inuicem homines quauis omnis homo mendax, cur igitur veraci Deo, imò ipsi veritati potius non credemus? Vnde Ioannes, si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei maius est. Et quid obsecro dicere potest Deus, ut non dicti difficultas, a dicentis autoritate vincatur. Credimus Imperatori etiam si difficilia asserat quia Imperator est, & Imperatoriam maiestatem mentiri non decet; et si grauis est assertio autoritate Imperiali, aut vincitur, aut compensatur: & Deo aliquid asserenti quisquam audeat dissentire? Ardua sunt fateor quae fides affirmat, sed si per se considerentur, nam si ad dicentis autoritatem conferantur, facilissima utique, & credibilia facta sunt nimis. Sicut enim non erit impossibile, ita neque incredibile apud Deum omne verbum. Olim cum dominus coram discipulis de suo corpore disputaret, & carnem suam se daturum hominibus in cibum polliceretur, scandalizati sunt nonnulli, dicentes. Durus est sermo iste, & quis potest eum audire? & discesserunt ab eo. Vnde quaelo durus ille sermo visus est, nisi quia quo ore pronunciareretur oblitum sunt? Nam si dicentis autoritatem considerassent, nunquam utique de illius verbo dubitassent.

ps. 115.

1. Io. 5. b

ps. 92.

Luc. 4. d

Io. 6. f

DE DIVO ILLEPHONSO.

Quod autem fidei mysteria Deus ipse nobis reuelauerit, non vnus tantum, aut duorum, sed totius ecclesiae auctoritate firmatur, hoc in numeris miraculis fulcitur, hoc plurimorum martyrum sanguine roboratur, vt pertinacissimus & peruicacissimus fuerit quisquis, tot, talibus, & tantis testimonijs fidem non adhibuerit. Adde quod ipsum lumen fidei hoc nos dubitare non sinit. At, inquires, ea quae fides astruit, non modo incredibilia sed etiam impossibilia videntur, quod enim tres personae distinctae sint vnus Deus, quod in modico velamine totus Christus resideat, & similia, sensus non capit, intellectus non apprehendit. Fateor incomprehensibilia sunt, sed si Deum comprehenderes, iam non esset admirabilis. In rebus diuinis ille verus estimator censendus est, qui cum plurimum profecerit, modicum apprehendisse se putat, in illis si rationem quaeris, non erit admirabile, si exemplum non erit singulare. Quid enim? naturalia, & quae praeculis habemus intellectu difficilia sunt: & (sicut Plinius ait) natura in suis operibus fide caret, & diuina & super caelestia comprehendere poterimus? Cunctae res difficiles (ait Sapiens) & non potest eas homo explicare sermone, & difficile existimamus quae in terra sunt, & quae in prospectu sunt inuenimus cum labore, quae in caelis sunt autem quis inuestigabit? Nil mirum ergo si diuina, ardua, & incomprehensibilia sunt, imo mirum si talia non essent. Quod ardua dicite deo & difficilia credis, hoc tibi reputabitur ad iustitiam, sicut de sancto patriarcha scriptum est. Credidit Abraham

ecclesi. 1.
b
Sap. 9 d

Gn. 15 b

Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Sed unde reputatum est illi ad iustitiam? Apostolum audi. Quia ibidem, contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, & non est infirmatus in fide, neque con siderauit corpus emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarae. In re promissione etiam Dei non haesitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quaecumque promisit Deus, potens est & facere, ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Tu igitur similiter si quae non apparent Deo testificante credideris reputabitur tibi ad iustitiam, videlicet quia diuinis oraculis tuum sensum subieceris, & intellectum tuum in fidei obsequium captiuaueris. Quid enim hac humilitate praestantius? quid subiectione Deo gratius inueniri potest? vbi non corpus, sed animus Deo subijcitur, & non lucris temporalibus, sed proprijs sensibus pro Deo abrenunciatur, mens enim omnium quae sunt in homine, sublimius & praestantius est. Hanc fide Deo subijcimus, & humiliamus: hanc fide offerimus & donamus, huic pro Deo obstitimus & abrenunciamus: gratissimum Deo donum, & acceptabile sacrificium. Si enim omnia Deo dederis, & mentem tuam non dederis, quantum est quod dediti? Si omnia pro Deo reliqueris, & mentem tuam non reliqueris, quantum est quod reliquisti? Si omnia Deo subieceris, & mentem tuam non subieceris, quantum est quod subiecisti? Tunc vere Dei mancipium comprobabis, cum id quod in te sublimius erat, eius

Ro. 4. a

Quia ibidem, e

2. cor. 10
b

DE DIVO ILLEPHONSO.

eius fidei & seruitio mancipasti. Haec de fidei firmitate, virtute, & merito dicta sunt, nunc de necessitate dicamus, non solum enim hominibus utilis & proficua, sed & necessaria, & ad praesentis seculi calamitates tolerandas, & ad seculi futuri delicias obrinendas fides fuit. Sed vt apertius hoc innotescat, alius hoc scrutinium repetamus. Si homo in ea mentis puritate & intellectus claritate permansisset, in qua conditus est, forsitan minus necessaria fides videretur, quamuis & tunc fides necessaria erat. Erat enim homo ante peccatum ingenitus, intellectualis, perspicax, clarus, eam mentis acie spiritualia intuens, quae nunc corporalia videt. Sed omittendam calamitatem, & deplorandam hominis deiectionem, postquam peccauit, illico mentis oculos amisit, & caecus ad spiritualia factus, aperuit oculos quos non habebat, & clausit quos habebat, ex intellectuali brutalis factus est, lumine intellectus magna ex parte obtenebrato. Si enim homines quos nunc vides, & ipsummet Adam postquam peccauit eidem ante peccatum conferras, non homines, sed bruta quaedam & pecora videbuntur. Intellectum habere & intellectu non uti, quantum miseris est, & heu miseris non sentimus, non erat homo quod nunc est, sed longe aliud mente & intellectu, sed & corpore totus mutatus est. Quae pulchra & pretiosa sunt, angelos, scilicet, & spiritus, non videmus, quae infima sunt in rebus, ea cum brutis inspicimus. Mundum illum speciosum & pulchrum penitus ignoramus, solas has umbratiles formas corporum intuemur. No

uit etiam hoc nescio quomodo lumine philosophus ille qui dicebat, sicut oculus noctuae ad lumen solis, sic intellectus noster ad intelligibilia naturae, hoc modo nunc agnoscimus, sed cum anima nostra his carnis sensibus quibus ligatur soluta fuerit, tunc videbit, tunc agnosset quid per peccatum amiserit. Deplorat patriarcha sanctus hanc hominis caecitatem, dicens. Viri cuius abscondita est via, & circumdedit cum Deus tenebris. Heu via lubrica & viator caecus. Quid ergo huic homini qui in similitudinem pecoris degenerauit, & obscurato spiritali lumine mentis tenebras incurrerat, iam quid reliquum erat, nisi vt regatur fide, qui oculo non poterat? Sic enim caecis pueros quosdam ductores adhibemus quibus regantur, quam consequens est, vt qui ad res spirituales hallucinatur adhibeat fidem. Nam quomodo viam ibit caecus, si directori non credat? Haec fides fratres, director noster & ductor est, haec hominem animale mente caecum, via recta dirigit in salutem: hanc teneamus, hanc amplexemur, hanc sequamur, quaecumque duxerit obediamus ei, non declinamus ab ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Caecifumus, caecitatem nostram agnoscamus, lumini directori in omnibus obediamus. Si enim caecus aduersum directorem suum superbiat, & a se abijciat, sibi que fidens, ignorans, quia caecus est libere per viam currat, offendet, corruet, precipitabitur, & ex inflicto vulnere eogetur suam caecitatem agnoscere & stultitiam suam deplorare. Sic omnis qui relicto fidei moderamine,

Iob. 3. d

caecus

Deut. 5

Caeci b

fibi confidens viam istam lubricam & obscuram, perambulare præsumit, in mille hæreses & ignorantias statim labi & præcepitari necesse est. Hæc cæca superbia, & superba caligo omnium hæresum mater est, quia videtur sibi videre qui cæcus est. Magna Dei erga homines pietas, quia dignatus est dirigere ignorantes, & cæcutientibus viam monstrare salutis, sicut scriptum est. **No- tas mihi fecisti vias vitæ. Quod fecit in multifariam multisque modis olim loquens patribus in prophetis, & novissime loquens nobis in filio, quem misit in lucem gentium illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Hæc est lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quam qui amiserit in tenebras exteriores labi necesse est. Unde & ipsum hortabatur, dicens. **Ambulate in lucem, dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. Sed non potest homo videri suis: fidem istam acquirere. Donum Dei est, sicut Apostolus ait. Vobis datum est non solum ut credatis in eum, sed etiam ut pro illo patiamini. Et rursus, Unicuique sicut Deus diuisit, secundum mensuram fidei. Et in euangelio apostolus domine adauge nobis fidem, non uerant, quippe quia illam de suo habere non poterant. Experienciam consulito quot annis credidisti, & nunc interdum tardior & repidior es ad credendum; in his enim quæ supra naturam sunt, natura assuescere nescit. Nostrium ergo est intellectum summittere, Dei est fidei donum infundere. Quantæ difficultatis in principio fuit, intellectus illos****

ps. 15
heb. 1. a

efa. 42 a

Luc. 1. g

Io. 1. a

Io. 12. e

eph. 2. b

Phi. 1. g

Ro. 12. a

Lu. 17. a

procaces & superbos philosophorum, & tyrannorum fidei subiugare, sed sic postmodum cordibus eorum adhefit, ut nullis potuerit tormentis obliterari, quo ad imprimendum durior, eo ad dispellendum tenacior. Sic enim solent forme duriori materia fortius imprimi, sed quis fidei vigorem enarrare, quis potestatem eius & virtutem explicare sufficiat? Vere (sicut Ioannes ait) hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis enim vitæ presentis delicias diuitiasque contemneret, nisi alias & meliores, & permanentiores futuras firma definitione sentiret? Quis laboribus nunc libenter incumberet, nisi futuram requiem aliquando speraret? Quis vitam hanc periculis exponeret, nisi meliorem successuram firmiter crederet? Tolle fidem, quis laboraret? quis contineret? quis abstineret? quis castitatem & paupertatem amaret? Quid fecit martyres viriliter cruciatus & supplicia sustinere, nisi fides? Quid fecit anachoritas mundo cum suis pompis & delicijs caleato, inter bestias & scorpiones solitariam vitam degere, nisi fides? Quid fecit virgines duro perpetuoque certamine in carne fragili, cum propria natura luctari, nisi fides? Quid facit hodie innumeram religionum cateruam parentibus & propinquis relictis, in paupertate & obedientia viuere, nisi fides? Fide (sicut Apostolus ait) plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo. Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Fide Noë aptauit arcam in salutem domus suæ. Fide Abraam obediuit exire in locum quem ac-
cepturus

1. Io. 5. a

heb. 11. a
& inira

cepturus erat, nesciens quo iret & demoratus est, in terra aliena in cafulis habitando. Fide idem Abraam obtulit vnigenitum, in quo re promissiones acceperat cum tentaretur a Deo, Fide Ioseph moriens de osibus suis mandauit. Fide Moyses grandis effectus, negauit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Et quid de cæteris sanctis & prophetis dicam? Qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt re promissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello: alij distenti sunt non suscipientes redemptionem, alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circue runt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. O miram fidei potestatem, cuius vel grani synapis quantitas transferre montes sufficit in cor maris, hæc totius spiritualis ædificij vnicum fundamentum est. Hæc salutis initium, hæc vitæ ianua, sine qua impossibile est placere Deo. Hæc vitæ nostre currus & auriga, hæc stella splendida in vasto mari nostrum dirigens cursum. Hæc lucerna lucens in caliginoso loco, & lucifer clarus tenebrosam vitæ huius noctem illuminans. Quocumque te vertas, quicquid cogites, quicquid agas, ubique & semper fides tua necessaria est. Alijs virtutibus pro loco & tempore vtimur: non semper oramus, non semper ieiunamus, non semper vi-

Matth. 17. c.

ps. 45.

heb. 11. b

4. re. 2. b

2. Petr. 1. d

gilamus, tempus miserendi, tempus plangendi, tempus patiendi, tempus largiendi, omnia tempus habent: a fidei autem tempus semper est paratum. Siue comedas, siue bibas, fides occurrit ne excedas, siue dormias, ne pigreteris siue loquaris, ne detrahas, siue cogites, ne vagueris, in labore, in requie, in prosperitate, in aduersitate, siue tecum agas, siue cum alio contrahas fides utilissima, ut peccata deuities, ut affectus modereris. Hæc verbis & factis modum imponit, hæc inter medias inferni leges illesos transire facit, hæc congregat sicut in vtre aquas tempestuosi maris cordis nostri. Hæc ponit in thesauris abyssos suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus, & solium gloriæ teneat. Denique, sicut scriptum est, iustus meus ex fide viuuit. Cui comparabimus fidem fratres? aut cui assimilabimus eam? Similis est domino qui associatus seruo suo, ad regiam pergit: ambo in via sociati vadunt, ambo scalam conscendunt, sed seruus manet ad ianuam, & dominus intrans lustratur omnia: ita fides & intellectus per scalam creaturarum simul ascendunt, quod enim fides assequitur, hoc intellectus assentit. Fides ait omnipotens est Deus, & intellectus, & hoc inquit ego noui, nam qui talem ac tantam machinam fabricare potuit, utique omnipotens est. Fides ait sapiens est Deus, & intellectus, & ego quoque hoc noui, quia qui talem rebus ordinem imposuit utique sapientissimus est. Fides ait bonus est Deus, & intellectus, & hoc ego noui, nam qui absque necessitate & utilitate sua, sola bonitate, tot & tantas naturas condidit,
S f s optimus

eccl. 3.

ps. 32.

ps. 112.

Ro. 1. b

& Heb.

10. g. &

Hab. 2. a

optimus profectò est. Fides ait clemens est Deus, & intellectus & hoc ego noui, quia qui solem suum oriari facit super bonos & malos, & blasphemis, atque paganis, panem & vitæ necessaria tribuit, vti que clementissimus est. Fides ait æternus est Deus, & intellectus & hoc ego noui, quia cū sol iste ab eo cõditus, per tot mille annos, neque modicū quidem senuerit, sed inuariabilis perseueret vtiq; artifex illius multo erit permanentior illo, ac proinde æternus. Sic itaque per scalam creaturarum fides intellectu sociata in Deum conscendit, sed intellectus manet in foribus, quia quod notum est Dei manifestum est illis, si des autem ingrediens omnia penetrat, omnia lustrat & rimatur, etiã profunda & secreta Dei. Illa totam regiã perambulat, & secretius intrat cubiculum, de angelis, de corū proprietatib; natura, ordine, numero, ministerio disputat: quomodo assistat, quomodo mittatur, quo ordine disponantur, quomodo intelligat, quomodo in verbo omnia videat, quomodo à superioribus illuminetur, purgentur, & perficiantur. De inde transiens vsque ad regem maiestatis rimatur occulta Dei, quomodo eius substantia in tribus personis indiuisa subsistat, quomodo personæ diuinæ distinguantur, quomodo perducantur, quomodo mittantur, quomodo equentur, an distinguantur per absoluta, an per relationes, an spiritus sanctus à solo patre, an à patre & filio procedat, & ab illis tanquam ab vno principio, an tanquam à duobus. Et de personarū origine & distinctione multa perquirat. Audet etiam arcanum illud prædestinationis ingredi, & inue-

stigare: an prædestinatio sit æterna, an habeat causam, an imponat rebus necessitatem, an necessario implenda sit, & de occultis iudicijs & prouidentia Dei multa pertractat. O mirabilis perscrutatio! o stupèda indagatio! fides quæ de talibus tractare differere diffinire non veretur, quid de cæteris verebitur? quæ in talibus se intromittit, quid non audebit? Post hæc à summo se deiiciens ad inferiorem abyssum quæ in ea sunt diligenter perlustrat, de inferno, de purgatorio, de limbo: quales sunt pœnæ damnatorū, quomodo igne cruciantur, quomodo purgantur animæ. An in limbo sit pœna sensus, an sit ibi lux, an pœna inferni minuatur aliquando, an cessatura sit, quæ sit grauior pœna ignis, an vermis & alia plurima de abyssis differit. Nihil tam altum, nihil tam infimum, nihil tam secretum quod non discutiat fides. Hæc Sap. 8. a. attingit à fine vsque ad finem fortiter, gyrum cæli sola circuit perlustrans quæ in cælo, & quæ in terra, & quæ in omnibus abyssis sunt: cætere omnes scientiæ suas habet methodos, fides nulla periodo terminatur, sed tam de Deo, quæ de creaturis, sine limite diffinit. Huius typum gessit cymba illa, in qua Christo super aquas siccis pedibus ambulante à postoli periclitabatur, omnes pelagus nauicula pertransibant, solus Christus nauigio nõ indiguit, sic à principio tempestuosum huius seculi mare in fidei cymba omnes percurrimus, sine hac nullus vnquam saluari potuit, solus Christus fidem non habuit, quia comprehensor erat. Vnde apostolus. Sine fide impossibile est placere Deo. Quot sapientes, quot philosophi,

phi, quot viri prudentes, & ingenui, in hoc pelago submersi sunt, quia fidem non habuerunt: quibus si veritatis lumen illuxisset, iuxta morū suorum probitatem & honestatis zelum, magnum sanctitatis culmen pertingere posse non dubitamus. Nemo in ecclesia quanuis sanctus, quanuis excelsus, quanuis contemplatione & intellectu conspicuus, per speciem ambulauit: sed sicut scriptum est, in vmbra eius viuimus inter gentes, quis Paulo excelsior qui paradysum in vita mortali lustrare promeruit? hic de se & omnibus fatetur. Quia videmus nunc per speculum in enigmate. Et iterum. Non arbitror me comprehensisse, sed & virgo beata per fidem ambulauit, sicut in canticis ait. Sub vmbra eius quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, quanuis verbum hoc ecclesiæ Dei cõgruentius aprari potest, quæ per totum orbem sub hac Christi vmbra protecta eius fructibus affluensissimè depascitur. Quod si placet alia huius nauiculæ instrumeta percurramus. Huius anchora spes est, quæ in foraminibus petræ, id est, Christi vulneribus defixa, naufragantem vitiorum fluctibus cymbam immobilem retinet, ne demergat eam tempestas aquæ & desperatio nis abyssus absorbeat. Charta vero nauigandi quæ dicitur, siue descriptio itineris sacra scriptura est, quæ maris huius syrtes & pericula docet. Gubernatores, doctores sancti sunt, quorum peritia ecclesiæ cymba dirigitur. Noli obsecro tu alios perquirere directores, hi spiritu dei edocti, artem & descriptionem optime norunt. Clauus siue acus cui vniuersa nauigandi ars inititur, vita

Christi est: hanc continuo respice, hanc diligenter obserua. O Christiicola, si ad salutis portum peruenire desideras, remi, virtutes morales sunt, & vela charitas, quæ spiritus sancti vento perflata, celerè cursu nauem propellunt, velo & remo ad Christum propera, expande sinus, onera iacta, nauem alleua, vt possit cito peruenire quò tendis. Sic enim onustas mercibus naues in tēpestate releuare institores consueuerunt, vt animas suas saluent. Nihil sit tibi anima tua pretiosius, si tēpestat ingruit dimitte omnia, saluetur anima, quòd autē Petrus iussus a cymba reliquit, & naufragiū passus ad eandem à Christo reduci tur, magnum habet absconditum sacramentum. Petrus hic erat, neq; tamen nisi iubente Christo à nauicula proflire in pelagus ausus est. Non dubitamus fratres sanctorum plurimos aliquando Christo illustrate ad fidei culmē ascendere, ita vt fere videantur, relicta fidei cymba, pedestres huius seculi aquas cum Christo calcare: in qua et si cõmunis, tutius tamen nauigat omnis homo. Ausus nostros reprimit hæc Petri reductio, ne dū reuelationes ambimus illusionibus decipiamur. Non ergo altā sapiamus, fides securius dirigit: hanc teneamus dum sumus in via, hanc sequamur, hæc ad regem maiestatis recto tramite nos deducet, hæc regem in docore suo monstrabit. Vnde Petrus. Habetis firmiorem propheticum sermonē cui benefacitis attendentes tanquā lucernæ lucenti in caliginoso loco donec illucescat dies, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Illucete die nō erit opus lucerna, sed auferetur quod ex parte est, vt veniat quod perfectū

perfectum est. O dies clara! o dies serena! quando aduenies! quando illucesces! quando dicemus, sicut audiuius ita & vidimus in ciuitate Dei nostri! imò nunquam talia audiuius qualia nunc videmus, non agnouimus ea, nam si agnosceremus utique exilium vitæ tolerare nequiremus. Tunc anima mea, tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando pro fide succedet visio, pro labore quies, & pro mœnore lætitia. Audi modo ut videas, aurem inclina ut visum promerearis: credenti enim quod non videt iuste debetur, ut videat quod credidit. Crede ergo, & videbis: ama, & possidebis. Sed iam grandem illam quæstionem quæ in prothematibus tangitur, de iustitia & sanctitate quæ per fidem est, breuiter perstringamus. Super hac enim quæstione, duo insignes apostoli Paulus & Iacobus in suis epistolis variè sensisse videntur, sed in veritate vtriusque eadem sententia est. Quantis Paulus testimonijs astruit, quibus rationibus conuincit iustitiam, non ex lege, non ex operibus, sed ex fide possideri, citans illud propheticum. Iustus meus & Ro. 1. ex fide viuit. Et iterum. Quicumque c. & Ro. inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et illud Genesis. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ex quibus & alijs doctorum gentium, fidem magnificat, exaltat, & super astra sublimat. E contrario videtur Iacobus, fidem per se solam sine operibus parui pèdere, vsque adeò ut eam fidem demoniorum appellat. Vnde ait. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare

eum? Tu credis quoniam vnus est Deus, bene facis & demones credunt & contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Mira res eodem exemplo vtitur, quo Paulus ad oppositam partem, videlicet ut probet, quia non ex fide, sed ex operibus iustificatur homo. Sed (sicut Augustinus ait) per facilis est concordia: neque enim potuit spiritus idem varijs fistulis contraria personare. Paulus opera non excludit, neque Iacobus fidem, Paulus asserit hominem iustificari per fidem, sed quæ per dilectionem operatur, quam vocant formatam. Informem contemnit Iacobus, qui hominem astruit ex operibus iustificari, sed cooperante fide. Vnde ait. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est? Non est in eis discordia, sed per grandis consensus. Nam neque ex sola fide, neque ex solis operibus iustificari hominem, sed per fidem operantem, vtriusque sententia est. Cauendi sunt itaque in hac parte scopuli hæreticorum contrarij, ne vel in Pelagianos, vel in Lutheranos impingas, quorum primi tantum arbitrio & operibus deferunt, ut gratiam & fidem excludant, reliqui è contrario tantum fidei fauent, ut opera tollant. Medius incedat quisquis orthodoxam fidem tenere desiderat. Scimus enim, quia filius Dei venit in mundum, saluum facere quod perierat, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Sine Christo & fide, nihil proficere nobis poterit nostra iustitia, quæ ad Deum comparata

parata est, velut pannus menstrua te. Quis enim superbire audeat de operibus suis, cum nequeat coram Deo iustificari omnis viuens? Quam acriter inuehitur patriarcha Iob in amicos similem Pelagij sententiam defendentes, & opera hominum & iustitiam efferentes, quam potenter humiliat eos! quam aperte conuincit, nullam esse hominis iustitiam, si per se diudicetur! Vnde ait. Verè scio quod ita sit, quod non iustificetur homo compositus Deo, si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. Et infra. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, si innocentem ostendero, prauum me comprobabit: vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Quid obsecro aliud Iob in amicos, quam Paulus aduersus tumentes de propria iustitia Iudæos protulit? De quibus ait. Quod contemnent iustitiam Dei, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Vno ore, eodemque spiritu, Iob & Paulus sollicitè monent homines, non in propria iustitia consistere, non suis meritis & operibus inniti, sed Christo domino, qui factus est nobis à Deo sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, non in sua iustitia, sed in domino gloriatur. Disputatio ergo illa Iob & amicorum, & disputatio ista Pauli & Iudæorum in idem tendunt. Vterque hominem humiliat, vterque hominis iustitiam attenuat, vterque homines pios, fidos, & Deo subditos facit, ut discant non suis naturalibus operibus, sed Dei potius gratiæ pietateque inniti: scientes, quia nemo ascendet in cæ-

lum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo, id est, nisi fuerit ei, qui de cælo descendit per fidem & charitatem vnitus, & (ut ita dixerim) incorporatus. Non tamen propter hoc, opera contemnedantur: opus enim hominis reddet ei, & quis recipiet prout gessit siue bonum, siue malum, & filius hominis venturus est in mundum, ut reddat unicuique secundum opera sua: sed (sicut Iacobus ait) fides cooperatur operibus ad iustitiam, & ex operibus fides consumatur ad gloriam. Sic ergo volo hominem pium in Christum, ut negligens non sit ad operandum, sic solertem ad operam, ut per superbiam, pietatem non abiciat. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem vti nam, vti nam, mihi mundus crucifixus sit, & ego mundo, in illo mihi salus, in illo vita, in illo omnis spes & fiducia est. Efferat qui voluerit merita, iactet opera, seruitia computet: mihi certè ad herere Deo bonum est, & ponere in domino Deo spem meam. Gloriatur Apostolus in operibus suis aliquando, sed inuitus, sed coactus. Insuper (ait) factus sum, vos me coegistis, quanto insipientior ego, si in meis gloriari præsumpsero: Præclara opera si fide fulciantur, alioquin nulla sunt. Denique finem quæstionis omnes pariter audiamus. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate non vti que in ipso sacrificio, sed in domino. Hæc de fide dicta sint. ¶ De beato Illephonso nunc dicamus, quem fides non sola, sed coniuncta lenitati, cæterisque virtutibus sanctificauit, & inter electos Dei gloriosum effecit. Illo tempore fidelissimus fuit, quando inter Hispaniæ

ps. 47

isa. 60a

ps. 44

Hab. 2a
& Ro. 1.
c. & Ro.
10. c.
Ioel. 2g
Gn. 15b
roma. 4
a

Iacob. 2
d

Gen. 22

b

Gal. 5a

Ro. 10. a

1. cor. 1. d.

ibidem

Iob. 34

b

2. cor. 5. b

Ro. 2. a.

Iacob. 2

d

Gal. 6 d

ibidem

ps. 72

2. cor. 12

ps. 4.

niæ

nix nobiles fides naufragium sustinebat: tunc enim aduersus filium Arriana hæresis sequebatur, quæ diuinitatem in Christo negabat, qua hæresis per sanctum Leandrum & Recardum regem eliminata, ecce aduersus matrem Eluidiana impudentia delatrabat, quæ perpetuam illius virginitatem ore sacrilego impugnabat. Quo zelo, quo spiritu, quo feruore, vir sanctus in secundam hæresim insurrexit, quo animo eam ab Hispaniæ finibus eliminauerit, & perpetuo effugauerit, quis enarraret? Festum indixit, librum edidit, synodum congregauit, instigauit regem, principes excitauit, populum adhortatus est, neq; ab incepto quieuit, donec virginis gloria, quæ prophano errore in Hispaniæ finibus obscurata fuerat, in pristinum fulgorem restituta est. Sed ò bone Deus quam bene remuneras zelatores tuos! Quis vnquam pro te vel tantillum zelauit, quis vel ad modicum pro honore tuo sudauit, quis pro te aduersus impios vel vnum verbum respondit, qui non supra meritum, & ultra condignum à te fuerit remuneratus? Quomodo mirificasti confessorum tuorum! quomodo sublimasti eum! quanta eum gloria decorasti. Hodiernam epistolam audiamus, illa enim succincte, omnem eius historiam percurrit. Dilectus Deo & hominibus, quod per quam rarissimum est, cuius memoria in benedictione est in seculum seculi, quandiu voluetur cælum seculumq; durabit gloria tua, o Alphonsè, nomenque manebunt, similem illum fecit in gloria sanctorum. Grandis honor amicis Dei charissimis annumerari, magnificauit eum in timore inimicorum, terribile enim

Ecclesi.
45^a

eum ac formidabilem hæreticis fecit, sicut de illo legimus, & in verbis suis monstra placauit. Et qualia monstra: Porrentosæ hæreses & sacrilegas. Glorificauit eum in conspectu regum, & vnxit illum coram populo suo. Quomodo in præfulgentibus fuerit, egregiaque dignitate promotus omnes nostis, sed quomodo eum in conspectu regum, & totius populi glorificauerit audite. Narratur de illo factum memorabile, cui aliud simile nusquam legi, coram rege Recisundo, & toto populo in ecclesia congregato, Leocadia virgo & martyr, ex sepulchro surgens apparuit, & (mirabile dictum) astantibus omnibus & audientibus, Illephonso ait. Per te Alphonsè domina mea viuit: & post modicum disparuit. Eximium sanè honorem & gloriam ineffabilem, celestis nuncio coram omnibus, ita laudari. Ille uero de munere magis quam de gloria sollicitus, gladium petit, & virgini velum abscidit, & vtrunque gladium & velum inter sacras reliquias reponi iubet, tam mirabilis facti perpetuum monumentum. Sed quid hoc aut quantum ad illam inestimabilem gratiam quam promeruit, ut virgo sacra celestis curia cõmitata, nocturnis horis in sua ecclesia ei apparere, & eum alloqui dignaretur, vestimento celesti induit eum, & in suum sacerdotem assumpsit eum. O pontifex gloriose quanto honore sublimatus, & quam abunde remuneratus es pro labore, si quid egisti pro virgine, certè multo amplius ab ea suscepisti. O virgo sacra, quomodo diligis amantes te! quomodo honorificas honorantes te! Felix ecclesia Toletana, tantæ virginis præsentia

tia

tia consecrata, sacerrimum templum reginæ cæli vestigio sublimatum, quid minus habes ab illo templo Salomonis mirifico, nisi quod filius illud, te mater sua præsentia decorauit? Fateor fratres quoties templum illud ingredior, nescio quid in me reuerentiæ & deuotionis inuenio, caelestia ibi vestigia impressa manserunt, & odor quidem calicis spirat, qui spiritum excitat, & animum prouocat ad amorem. Sed horreo valde, quia negotijs secularibus prophanatur, post omnes istos honores, post eximias gratias & fauores innumeros, expleto vitæ huius curriculo, desiderium animæ eius, tribuisti ei domine, & uoluntate laborum eius non fraudasti eum, ostendisti illi gloriam tuam. Quam etiam nobis ostendere & præstare digneris, fidelis & verus, qui promissisti. cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

ps. 20.

heb. 10.
d

DE DIVO ILLEPHONSO Archiepiscopo Toletano, Concio altera.

THEMA.

¶ Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs. Lucæ. 12.



Dominus noster Iesus Christus, cupiens nos in aduentu suo inuenire paratos, sæpius nos admonet vigilare, ne

propter somnolentiam & desidiam perpetua illius iucundaque societas te priuemur. Quoties hoc repetit in euangelio? quibus verbis & exemplis hoc nobis commendat? Vigilate (inquit) quia nescitis diem neque horam. Et iterum. Vigilate & orate nescitis enim quando tempus sit. Et alibi. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Et rursus. Estote parati quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et rursus. Attendite ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & superueniat in vos repentina dies illa. Illud quoque quod de virginibus fatuis tam multis edisserit, quæ licet virgines, & vigilantes, quia tamen paratas lampades non habebant, à sponsi consortio reiectæ sunt, & hoc idem pluribus alijs locis, quæ sparsim per euangelium vbique leguntur, ex quibus aperte colligitur magni momenti rem esse, quæ tam obnixè tam frequenter & tam sollicitè nobis à domino commendatur. Nisi enim magnum emolumentum nobis hæc vigilatia afferret, non quidem ad illam tam repetito & frequenti vocaremur sermone. Totum legito euangelium & notato, nihil hoc amplius reperies nobis à domino commendatum. Vt enim Isidorus inquit in vita hominis finis querendus est, quoniam Deus non respicit quales antea vix erimus, sed quales circa finem vitæ erimus. Quid enim proderit famulo quod tota nocte vigilauerit, si cum venerit dominus eius, tunc inuenit eum dormientem, aut

Matth.

25. b.

Matth.

24. d

Mar. 13

d

Matth.

24. d

Lu. 21. f.

Matth.

25. a.

Lu. 12. f.

est

Iaco. 1. c. est à patre luminum descendens, & ideo semper nobis à domino toto vitæ tempore, dum in hac miseræ valle peregrinamur, ardentissimè postulanda. Multum nanque ad felicitatem æternam consequendam refert quo quis tempore vocetur, vigilauit aliquis diu & dormiens repertus, perpetuo igne damnatur, dormiuit alius & tempore vigilæ vocatus, perpetua gloriâ afficietur. Quare hoc? quia vigilans repertus est. Grande secretum huius vocationis fratres, neque à nobis scrutandum, sed potius cū propheta humiliter supplicandum. Domine non cōcludas me in manus inimici, hoc est igit quod nobis hodie tota hac lectione euangelica commēdatur, quā cū Dei gratia vobis exponendam suscepimus, attentis ergo eam auribus audite, & operi memorięq; mandate. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Tria nobis commēdantur ad finem, castitas, bonum opus, & vigilia. Et quare magis castitas quā alia virtus? Nempe quia nihil libidine periculosius, nihil obscenius, nihil abiectius, nihil turpius, neq; vilius. Quantumcūque enim splendide prudenter & iuste, in cæteris te omnibus geras, si carnis his momentaneis & immundis voluptatibus demersus sordidaris, parua tibi gloria erit, nec solum inglorius, sed & stultus, ignauus, immundus, imprudens, & inanis, inter probos reputabere viros. Vnde dominus ab hoc vitio libidinis magis quā ab alio cauendum monet, propter tria. Primū, quia vitium hoc generalius est. Secundū, quia perniciosius. Tertiū, quia periculosius. Ab alio enim quocunque vitio plures reperies liberos: non enim omnes ad omnia inclinā

tur vitia, imò suum sibi quisq; peculiariter vendicant. Arrogans auaritiā spernit, auarus sine arrogantiâ multotiens reperitur, multi sine inuidia viuunt, multi sine ambitione, multi sine furore: sed non ita sine libidine. Hoc virus, vniuersum ferè genus humanum sic infecit, vt vix sit qui se abscondat à calore eius, præter paucos quos diuina gratia præseruat. Vnde beat⁹ Remigius. Demptis (inquit) paruulis ex adultis, propter hoc vitium pauci saluantur, ad eò hæc pestis in genus grassatur humanum. Vniuersalis naturæ nostræ perniciēs libido est, quā omnes facilliter accusare, pauci vitare, pauciores autem superare possunt. Est enim vitium naturæ insertum, & naturali quadam inclinatione firmatum, repugnare autem naturæ difficilimum est, quis nanque sine diuino adiutorio suam poterit in hoc casu superare naturā? Vnde Casianus. Cætera, inquit, vitia forinseca sunt, & leui pelluntur impulsu, quia eorū pugnam ab extra nobis inferri sentimus, vt autem libidinem, ferocissimam & indomitā belluam superare possimus, nō extra nos, sed intra auxilia quærenda, magnam nobis metipsis vim inferre debemus, & intra nos sunt tela quibus ipsam fugare valeamus. Tu tibi auxilio esse poteris fauente deo, non in amicis, non in exercitu, non in diuitijs, non in regno confidas: quia pestis hæc naturæ intrinseca, & cōnaturalis est. Quare Augustinus pater. Inter omnia Christianorum, inquit, certamina duriora sūt prælia castitatis, vbi continua pugna, & rara victoria. Quò igitur vitium hoc cæteris naturalius est, co tenacius, & quò tenacius, eo periculosius,

iosius & difficilius ad vincendum. Vnde quidam monachus septem se creditoribus à patre suo debitorem relictum aiebat, & omnibus debitum persoluisse, vno excepto qui quotidianum semper exigeret à se tributum. Quod quauis ipse de gula protulit, poterit forte congruentius ad libidinem adaptari, quia comedere non ita semper peccatum est, sicut concupiscere. Et quanto perniciosior cæteris luxuria sit, ex hoc poteris comprehendere, quia nullum secum commorari bonum, nullam secum compatitur adesse virtutem. Reddit enim hominem penitus brutalem, & ad omnem spiritus motionem inhabilem, ipsumque extra humanæ naturæ terminos deiecit, & prosternit. Rationem alienat, intellectum obnubilat, sensus heberat, brutum denique facit ex homine, auros, superbos, inuidos, iracundos. Plures deuotos inuenies, & licet peccatores, tamen pij, & qui in Deum & sanctos eius piam & deuotam habeant affectionem, libidinosus vndiq; absorptus est in libidinem, neque Deum, neque sanctos veretur neque diligit, nulla in eo deuotionis scintilla, nullum spiritualis amoris vestigium. Totus nanque à pestifero illo igne deuoratus est, nec illum quicquam præter flammam cogitare permittit, in igne solum veluti salamandra nutritur. Vnde Iob de adultério loquens. Ignis (inquit) est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Nihil in homine quem possidet ignis hic relinquit iniustum, et si fuerit quispiam in iuuentute sua, omnium virtutū decore præfulgidus, & veluti pa-

radisus Dei, vernantibus vndique & fragrantibus gratiarū lilijs, dealbetur, si semel intima eius hic pene trauerit rogo, totum funditus vrit, totum absumit, totum redigit in fauillam, ex amœna paradiso in desertum horridum, & ex angelo reducit in belluam. Fuerit forsitan peccatorum quispiam libidinoso deterior, nullus certè ad Dei contemptum promptior, nullus ad malum perpetrandum audacior, nullus ad persistendum in peccato tenacior, nullus ad colendum diligendumque Deum ineptior. Effugit omnem iniquitatem spiritus Dei, & sicut scriptum est, à superueniente iniquitate corripitur, sed ab hoc scædo turpique contagio amplius elongatur, propterea quòd præter ipsam criminis deformitatem, annexam habeat turpitudinem quandam spiritus decori maximè contrariam. Propter quod (teste Hieronymo) prophetas domini coniugatos tempore coniugalis amplexus, spiritus domini non tangebant: non quia vlla ibi aderat culpa, sed quia spirituali non congruit splendori carnis obscœna voluptas. Quòd si adeò spirituali aduersatur vñctioni, quantū existimas longè erit ab illo beatarum mentium splendore lubrica hæc & scæda contagio? scetentem libidinibus carnem angelicis inferere quis audeat choris, iumentūq; in suo stercore putridum nitentibus associare ciuib⁹, quis præsumat? Anima iusta & caro pudica cælorū possidebit regnū: putrida enim caro in combustionem erit, & cibus ignis. Meritò igitur à regalibus veniens nuptijs dñs, vt secum ad cælestis gloriæ thalamū peregrinas deferat animas, non solum admonet

Tt lumbis

ps. 30.

ps. 18.

Sap. 1. b.

Iob. 31. b.

Esa. 9. c.

lumbis esse succinctos, id est, castitate purissimos, quia fulgentem gemmis & auro ciuitatem luteis calcare pedibus non liceat, sicut scriptum est. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens. Et alibi. Non transibit per te circuncisus & im-mundus. Sed non solum carnis, sed etiam mentis lumbos oportet habere succinctos, sicut apostolus monet. Succincti lumbos mentis vestrae. Vnde Augustinus in mente, inquit, non violetur qui non vult sine causa corporis habere munditiam, castitas mentis, ab omni peccato continentia, cuius diabolus violator est. Lumbos mentis appetitus effrenes intellige, quos timoris cingulo oportet esse constrictos, ne illicitum foris defluant in opus. Timor enim domini expellit peccatum, motusque cordis impetuosos intrinsecus cohibet atque cingit. Antiquitus in lege Danieli angelus succinctus renes apparuit, sed Ioanni apostolo succinctus apparuit ad mamillas, quia videlicet lex solum carnis, euangelium etiam cordis lumbos praecinxit, nec eodem cingulo, sed lex timore, Christus amore, qui per zonam illam auream angeli designatur. Pellicea namque non aurea in lege Helias legitur fuisse praecinctus, sed quia iuxta prophetam declinare a malo non sufficit ad vitam, nisi etiam faciamus & bonum adiungit. Et lucernae arden-tes in manibus vestris, per quas (secundum Gregorium) bona opera designantur. Via nobis tenebrosa & atra perambulanda est, via ignota plena periculis, quam mille vndique laruales bestiae, mille circumstant praedones. Lucer-

nas igitur parare oportet, facesque manibus gestare lucentes, quibus insidiantium inimicorum latere detegatur. Lubrica via est, & quae facili impulsu praecipitet in gehennam, nisi interlucentibus fuerit patefacta lucernis, sed sunt qui post se istas deferunt faces, nimium stolidi, quas ante se gestare debuerant, postpositum namque lumen viam non aperit trans-eunti. Damnato quid proderit numerosa multitudo missarum, copiosa eleemosynarum congeries testamento legata, quibus in vita forsitan & peccata redimere, & gehennam euadere potuisset. Sunt etiam qui lucernas habent, sed non in manibus, sed in voto & proposito, huiusmodi autem bonis propositis infernus plenus est. Sunt etiam qui eas in manibus habent, sed extinctas, qui videlicet ita bonis operibus defudant, ut peccata non deferant, non attendentes, quia bona malis permixta Deo non placeant, neque operanti conferant ad salutem. Etiam si mille virtutibus polleas, vnum tibi vitium sufficit ad gehennam. Habeto igitur in vita lucernas, habeto in manibus, habeto incensas, si cum sponso cupis introire ad nuptias. Sed vide ne dormientem inueniat te, cum venerit dominus, & in aperiendo moram facias & damneris. Quosdam enim dominus inuenit profundo somno grauatos, qui (nec domino pulsante) excitantur, donec perfractis foribus dominus intrat, & in abyssum miseros detrudit, quippe sic mundalibus gaudijs voluptatibusque sopiti sunt, ut suam non prauideant damnationem, donec eos infernus adurit,

adduxit, tunc incipiunt aperire oculos cum penitus nulla iam expectatur redemptio, de quibus psalmus. Sicut oves in inferno positi sunt mors depascet eos. Sicut oves (inquam) fatuae, simplices & ignaue non viderunt foueam donec inciderunt in eam, vnde morti in partum perpetuum dati sunt. Alios autem dominus dormientes quidem inuenit, sed ad primam eius pulsationem statim excitantur, qui quoniam parati non sunt dum moram faciunt aperire pertransit eos dominus, & perpetuo illos carcere detruit. Videas hoc cum prima tanguntur febre, & tunc maxime cum mortis periculum auspicatur, veluti a somno excitatos ad omnia festinare: tunc accelerant solliciti suae confiteri peccata, tunc restitutiones fiunt, tunc debita persoluantur, tunc affluentes faciunt eleemosynas, tunc longam missarum seriem praemeditantur, tunc cum lachrymis, gemitibus & quatienti singultu poenitendi & operandi sibi a domino petunt inducias. Morum & vite correctionem firmo, ut videtur, proposito promittentes si contingat euadere instatem quam prauidet mortem gehennaeque damnationem, continuo retrocedunt. Sed de his quid propheta dicat attende. Multiplicatae sunt (inquit) infirmitates eorum, & postea accelerauerunt, non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, neque memor ero nominum eorum per labia mea. Hoc est, neque eos a suis sanguinibus peccatorum mundabo, nec ero amplius memor eorum. Beati qui cum gaudio expectantes & solliciti vigilantes reperti sunt, quos mors non contri-

stat, sed magis iuuat; qui diu iam cupiunt dissolui, & esse cum Christo, qui cum omni gaudio & letitia aduentanti occurrunt domino, & mira eum alacritate suscipiunt, iniuriam quippe facit domino suo, qui eum tristi & toruo suscipit vultu. O stulte venit dominus deducere te in caelestes nuptias, & tu de aduentu illius tristaris? & pro tanto beneficio non applaudis? inuitus conscendis in caelum, inuitus deduceris in regnum? quomodo igitur quotidie petebas dicens, adueniat regnum tuum? Nunquid non apostolum audisti dicentem, redditurum tibi dominum coronam iustitiae, & omnibus qui diligunt aduentum eius. Quomodo autem coronabitur qui inuitus & ploras ducitur ad coronam? qui aduentum domini non diligit, sed horret & timet? timet utique, quia inensum dominum habet, si enim absentem non offendisset, presentem utique non formidaret. Hoc est fratres vnde aduentum domini non diligimus, vel quia iudicem pertimescimus, quem offendimus, vel quia caelestes illas nuptias non gustauimus, vel quia terrenis plantati delitijs, ab eis absque violentia non diuellimur. Qui enim in terra radices non habet, sine dolore rapitur ad caelestia, sed filiorum & uxoris, temporaliumque deliciarum amor miscos in terra tenet defixos, & quoniam caelestes diligere non nouerunt, temporalia sine tristitia non deserunt. Quantum vero placeat domino sollicita haec aduentus eius expectatio, alacrisque susceptio, ex premio in litera promisso cognosce. Beati (inquit) serui illi, quos cum venerit Domi-

Lu.12 d nus inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Multum est hoc ad quodcunque famuli meritum, vt cum domino suo ad mensam sedeat, neque solum hoc, sed vt suus ei dominus succinctus ministret. Quis adeò benignus & humanus dominus, qui suis quantunvis fidelibus famulis talem præstet honorem, huiusmodi præbeat dignitatem? Qualis honor ad mensam vnam cum Deo, & cælestibus sedere principibus. Ego (inquit) dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi pater meus, vt edatis & bibatis ad mensam meam, in regno meo. Præcinxit autem se dominus ad mensam istam, non ad feruendum, sicut in cœna vltima, quando lauit pedes discipulorum suorum: tempus enim feruendi iam transijt, non iam humilitatis seruum, sed maiestatis dominum se præbet in cælis, & tamen quia quicquid ad illam mensam beatorum apponitur obsonij, totum ex illo refertissimo diuinitatis celario propinatur, ideo ministrare dicitur: non quia recumbentibus seruiat, sed quia dulcissimos singulis cibos pro merito cuiusque manu sua propinat. Ipse enim dator est in cælo præmiorum qui dator extitit in vita virtutum, sed quomodo transiens, cum omnia ibi perpetua sint, non facile est intelligere? Fortè ideo transire per singulos dicitur, quia singulis pro meritò sigillatim gloriæ obsonium ponat, neque omnibus in communi. Transitus præterea ille non ad ipsum, sed ad discumbentes pertinet, qui sicut suc-

Lu.21.c

cessiue ex hoc exilio ad mensam domini transeunt, ita quoque successiue illo abundanti ferculo felicitatis cibantur. Transire ergo per singulos dicitur, non quia ipse illis sedentibus transeat, sed quia ipso immobili permanente illi ad eum successiue pertrāseant, & perueniant. Quòd si ad Deum his transitus referendus est, non secundum beatificum illud gloriæ poculum, quod visione clara deitatis hauritur, sed secundum accessorium adherentemq; alium beatitudini haustum, qui per reuelationem, vel illustrationem beatarum mètiū degustatur, intelligendum est. Visio enim illa beatifica & matutina omnino inuariabilis & immutabilis perseuerat, neque in perpetuū vllum recipit aut crementum, aut decrementum in beato, licet fortè per illam aliquando plura, aliquando pauciora ex creatis videatur in verbo, hoc enim beatitudinem essentialē non variat. Quia, vt inquit Augustinus, qui te videt & alia videt, non idem beatorum quia tecum alia videt. Neque placet nunc cuiusdam Doctores docti, sententia qua opinatur ex adiunctione animæ ad corpus propter meliorem animæ dispositionem visionem illam beatificam, non ex parte Dei, sed ex parte potentie post resurrectionem aliquantulum augeri. Supernaturalis enim est illa visio, & quæ non naturæ, sed meriti proportionem cōsequatur. Sed præter hanc beatificam visionem, & quæ in illa pāduntur quædā alia occulta mysteria per supernā illustrationē diuinitatis, beati spiritus vespertina cognitione percipiunt, quæ nō simul cūctis, sed medijs per

supremos

supremos, & infimis per medios reuelantur. Si quidem (Dionysio auctore) angeli superiores quoad ista mysteria, inferiores angelos metesque beatas illuminant, atque ita radius ille diuinitatis, per superiores spiritus transit ad medios, & per medios tandem discurret ad infimos. Hunc existimo transitum in proposito designari, cum dicitur. Transiens ministrabit illis. Quòd si hunc largius ex scriptura velis agnoscere, prophetam audi, toto illum psalmo mirificè describentem. Ecce (inquit) quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum, id est, cum primogenito fratre, omnes simul ad vnam in cælestibus mensam discumbere nectareaque pocula simul degustare. Sed quomodo hic dulcissimus liquor, singulis propinetur ad mensam audi. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Caput Christi Deus, ex illo capite excelso vnctio illa dulcissima, pretiosumque balsamum, per omnes sigillatim deriuatur, primo quidem in barbam, barbam Aaron: magni (inquam) illius Aaron sacerdotis, qui à Deo constitutus est propitiator in sanguine suo omnium peccatorum, qui non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta aeterna redemptione inuenta. Neque tamen sistit vnguentum in barbam Aaron, sed per omnia eius membra defluens totam illius perfundit vestem, vsque ad oram vestimenti eius, id est, vsque ad vltimos beatorum, qui post baptis-

ps.132

1.co.11.a

Ro.3.d.

heb.2.c

num, statim ad cælum conuolant, & ora vestimenti eius ideo dicti sunt, quoniam scriptum est. Viuit dominus, quia omnibus his sicut vestimento vestieris. A capite igitur illo deitatis, in barbam, id est Christi humanitatem sacratissimā, & à barba in collum, id est, virginem Deiparam, & ita consequenter per superiora corporis membra, ad inferiora vsque defluit vnctio suauissima: donec ad vltimam vestimenti oram, id est, vltimum beatorum ordinem, chorumque perueniat. Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion. Hermō anathema tristitiæ dicitur, deitate designat in quam nulla vnquam potest cadere tristitia, & à qua procul est omne tædium. Sion specula interpretatur, & cælestem illam speculantium Deum ciuitatem designat. Rorat ergo desuper mons Hermon in montem Sion, & totum suauitate perfundit roscida, nimiaque lucis vbertate fecundat. Ros enim lucis, ros tuus domine, vt propheta inquit. Et vt clarè cognoscas, quoniam de cælesti illa beatorum mensa hæc omnia proloquitur: attēde quod sequitur. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem & vitam vsq; in seculū, id est, vitam sempiternam. Attēdisti transitum, notasti quā sublimiter dictum sit, transiens ministrabit illis. nunc cætera prosequamur. Magnum præmium hoc est, & quod somnolentum quenlibet excitet ad vigiliam, sed longa nimis quibusdam videtur vigilandi mora. Quis enim (inquiunt) toto vitæ suæ tempore sustineat vigilare? duobus vel tribus annis expectare cum patientia quispiam

cfa.49 e

cfa.26 d

forſitan poterit, ſed ab ineunte pueritia ad vltimos vſque canos in prociñctu peruigilem eſſe, humanam ſuperat facultatem. Quis ſanctorum aliquando tam diuine expectationis affectus tædio non dormitat? Hoc eſt peſſimum tedium quod deuotos etiam religioſos ad tempus ſolet fatigare, cū ſuſpirio acclamantes. Grandis honor, ſed longa vigilia, ingens præmium, ſed prolixa valde & intolerabiles expectatione. Vnde & ſanctiſſimus Iob etſi non tam diurne vigiliæ tædio, quàm longo futura beatitudinis deſiderio fatigatus, ſimile prorupit in vocem, inquit. Sicut cernuus deſiderat vmbra, & mercenarius præſtolatur finem operis ſui, ſic ego habui meſes vacuos, & noctes laborioſas enumeravi mihi, ſi dormiero dicam, quando reſurgam? & ruruſum expectabo veſperam, & replebor doloribus vſque ad tenebras. Sed ò vitam fallacem! ò vitam mendacem! ò quã te variam ſimulas ad diuerſos! neque vnam te cunctis exhibes, ſed difformem gaudentibus & ridentibus, & huius ſæculi gaudia vana ſectantibus, breuiſſimam te demonſtras, & momentaneam. Quantus vbiq; terrarum apud mundanos & leues homines, de tua breuitate luſtus! quãta quærellæ laborantibus autem & afflictis die ac nocte gementibus, futureq; beatitudinis præmia deſiderantibus, longiſſimam te mentiris & grandem: veluti quæ concæuo non claro perſpicuoq; ſpeculo videbaris, ſed qui te claro vidit intuitu, huiusmodi præſtigijs, nuſquam fallitur. Talis erat apoſtolus ille, qui te lynceis oculis penetrã dicebat.

2.co.4d Momentaneum hoc & breue tribu-

lacionis noſtræ, æternum ſupra modum in ſublimitate gloriæ pondus operatur in nobis. Momentaneus eſt labor oculis perſpicacibus, ſi ad æternitatem præmij comparetur, ſi autem ſolus & per ſe videatur cecucientibus oculis, longior apparebit. Noli homo attendere quid ſuſtineas, ſed confidera quid expectas, tranſijt guttatim laboris anguſtia, aduenienti que portioni præterita cedit, at verò totum ſe ſimul animo infundet pelagus, illud incommutabilis gloriæ. Non enim ſicut pœna ita & gloria, ſed conſtans, fixa, inuariabilis, & æterna. Vbi ergo tantæ locus quærele, multum laboramus, multum expectamus, multum ſudamus? Nunquid condigne ſunt paſſiones iſtæ, quas ſuſtines ad futuram gloriam quam expectas? Quis vnquam agricola ſeminandi opportunitatem reputat longiorem, ſi futurae meſis reſpicit vberitatem? Huic igitur tam pernicioſo mentis tædio, dominus obuians obijcit præmium, dicens. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenierit, beati ſunt ſerui illi. Ac ſi dicat, quo diutius expectauerit largius remunerabitur, vita enim longa ſicut malis mala eſt, ita bonis eſt bona: non ſolum quia meritis augeantur & gratia, ſed quia patiens & diurna expectatio illis multum conferat ad coronam. Neq; enim paris meriti eſt pugnaſe per annũ, & toto vitæ ſpatio duriffimi hoſtis ſuſtinuiſſe cõgreſſum; neq; deſeciſſe. Vitæ autem mortalis nocte dominus triplici diſtinxit vigilia, more eorũ qui in caſtellis vigiliis ſeruant, quarum prima in teneriorib; annis pueritia eſt. Secũda

Ro.8.d.

in ſolidioribus iuuentus. Tertia, in labentibus veternoſa ſenectus, quæ quanto ad temporales iſtos ſudores imbecillior, tanto ad ſpirituales cõgreſſus fortior inuenitur. Quauis enim exterior homo noſter quotidie corrumpitur & labasceat, interior tamen (Apoſtolo teſte) fortificatur magis, & de die in diem amplius renouatur. Quis ergo de huius vitæ longitudine merito cõqueratur, cùm neque craſtinũ habeat diem certum? Inſidioſus latro mors eſt, & ſemper ad inuadendum paratus, qui nec præuideri poteſt, neque fugari: latro nocturnus qui ſæpe dum ſentitur iam penetralia tenet, acutiſſimo ſpiculo rumpit murum, & ſurdiſſima terebra corporis perforat domum. Quòd ſi dormientem inuenerit incolam trucidat ſpoliat, & profundo puteo iacet, ſi autem vigilantem repererit, diſſimulat, & multo cum honore ſalutat. Salue (inquit) ò anima, ſalue legatus ſum regis ſummi, te dominus ad nuptias vocat, noli tardare, veni, ducam te quò deſideras, vt optata requie potiaris, & gaudijs perfruaris æternis. Quid hoc nuncio dulcius? quid iucundius? non ſolum horribilis nõ eſt mors, ſed placida etiam amabilis vigilantia. Peccatori autem dormienti crudelis & formidabilis, omnibus eum diuitijs, quas per totum vitæ ſpatium cum labore quæſierat ſpoliat, enecat, & in abyſſum profundam detrudit. Vigilemus itaque, & non ſinamus perſodi domũ, expectantes ſolicite cùm bonorum operum lucernis dominicum aduentum, non cauſemur hoc tempore tardantis domini moras. Quæ enim hora non putamus dominus

2.co.4d

Lu.12.f

adueniet, & pro momentaneo vigiliæ labore, perpetuam nobis retribuet mercedem.

¶ Beato Illephoſo ſideli ac prudentiſſimo domini ſeruo, optime conuenit aſſumptum prothema. Fuit enim virgo puriſſimus, doctor illuminatiſſimus, Antiltes vigilantiffimus, quæ tria denotantur in themate. Quodlibet horum trium per ſe cuiſlibet ſanctorum apud Deum & homines miram contulit dignitatem. Quid ergo decoris & gloriæ vni conferent ſimul iuncta? virginalis puritatis nullum alium in eo teſtimonium inquiramus, ſufficit familiaritas, quã ad virginem Deiparam habuit, quoniam niſi virgo, virgini placere, ita non poſſet, lucernam ſapientiæ illius fulgentiſſimam libri eius oſtendunt, quibus eccleſiam Dei ſuo tempore, & ſequentibus ſæculis, miro lumine illuſtrauit. Erat quippe (vt de Ioanne dicitur) lucerna, non ſolum lucens, ſed ardens & lucens: ardens amore Dei, & fidei zelo, lucens doctrinæ verbo & operis exemplo. Non erat ex eis quibus potius cura eſt lucere quàm ardere, qui lampades habentes non ſumpſerunt oleum ſecum: & ideo dictũ eſt illis à domino. Ne ſcio vos. Quanta vero ſolicitudine in dominicum gregẽ vigilauerit, ſolicitus de ratione quam redditurus erat domino, pro illo quãdo reuertetur à nuptijs, Hiſpania tota teſtis eſt. A qua truculentos luporum, id eſt, hæreticorũ incurſus, morſusq; amariffimos, miro animi vigore prædicationis latratu, procul abegit & fugauit. Hæc omnia eximiam Illephoſo gloriam cælo terraque pararunt. Sed illud eius ſingulare

Ioã.5.f.

Mat.25

Tt.4 præco-

præconium, quo præ cæteris maxime decoratur, illustraturq; gratia, videlicet singularis amicitia, quam habuit ad virginem gloriosam. Quis enim ita virgini gratus, ita familiaris & acceptus fuit? perlege sanctorum historias, & post illum euangelistam domini Ioannem, nullum inuenies in hoc, Illephonso parem. Is nanque à virgine impetratus, à virgine promissus, à virgine annunciat, totum quod erat virgini se debere non ignorans, obsequentissimum se illi gratissimumq; præbuit: totumque illius seruitio mancipauit, atque deuouit, à quo ne temporalium sollicitudine aliqua præpediret, monasterio se inclusit, ubi nocte dieq; perpetuis virginis laudibus defudaret. Sed disponente Deo, quia id magis ad honorem virginis pertineret, Toletanæ sedis Archiepiscopus est ordinatus, in quo dignitatis fastigio data occasione hæretici cuiusdam erroris, in perpetuam Mariæ virginitatem oblatrantis, quo erga virginem zelo ferueret, magnifice demonstrauit. Namq; incredibili diligentia, scribendo, docendo, declamando, blasphemantia ora contundens, conuocato concilio, edito libro, instituto festo, pestiferum illum errorem, ab Hispaniæ finibus eliminavit. Sed non utique sine premio, nam primo quidem, publice coram omnibus astante rege, virgo Leocadia à tumulo suo progrediens, mirum omnibus præbuit spectaculum, taleque reddidit Illephonso præconium. Alphonse per te uiuit domina mea. Quid præclarior? quid illustrius? Deinde per seipsa virgo nocte festi, quod in laudem perpetuæ illius virginitatis idem sanctus instituerat, ut monstraret quantum sibi

illud obsequium placuisset, publice in loco prædicationis apprensus, ubi eius laudes Alphonse solitus erat populo declamare, decora ipsi propria manu induit veste sacerdotali, qua in sacris ueretur sacrificijs. Si quid de aliquo sanctorum simile audistis dicite, ego fateor non audiui, nam et si beata dei genitrix apparuisse alijs dicitur, sed non ita. Existimo igitur & Paulo apostolo ^{Act. 9. a & 1. cor. 15. b.} filium, & Illephonso matrem speciale hoc priuilegium contulisse, ut verè & visibiliter per se apparere ante horam mortis dignaretur. Quod si illum dum uiuere tali decorauit stola, quali existimas animam eius exutam corpore induisse in illa celesti gloria quam possidet. Ad quam nos perducatur ipse filius virginis Iesus Christus: cui cum patre & spiritu sancto est honor & imperium in secula seculorum. Amen.

DE DIVO MARTINO Pontifice & cōfessore, Concio prior de humilitate.

THEMA

¶ Quis sicut Dominus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra.

Psal. 112.



HAec differentia est est inter eos qui genere ab antiquo magni sunt, & eos quos casus, vel fortuna, ex humilibus magnos fecit, quod priores

res sicut sanguine nobiliores, ita & ingenio humaniores, humiliores que sunt, & apud omnes homines tractabiliore. Nec mirum, non enim ex hoc suæ magnitudinis iacturam timeant quam tot seculis in progenitoribus fundatam, radicatumq; conspiciunt, alij autem quasi aduentitiam, & nouam in sua humiliatione periclitari pertimescunt, facilliterq; posse ab hominibus contemni, nisi in alto propriæ reputationis se contineant. Videas hos elatos, tumidos, austeros, & inaccessibiles, supra homines intumescere, quorum fastidiam superbiam, nemo hominum portare sustineat. Vnde & in vulgari adagio dici solet. Neque ei qui seruit aliquando seruias, neque ab eo qui petijt vnquam petas. Deus autem noster fratres, natura & genere magnus est ab æterno. Vnde psalm. ^{ps. 146. & psal. 144.} Magnus dominus Deus noster & magna virtus eius, & magnitudinis eius non est numerus, atque ita singulariter magnus, ut sit ipse sua magnitudo. Neque enim in eo essentia, & magnitudo realiter separantur, sed hoc est illi magnum esse, quod Deum esse. Vnde sicut non potest non esse Deus, ita non potest non esse magnus: non igitur ex clementia, & beneuolentia magnitudo illius iacturam patitur, sed honorem & gloriam, vnde & clementissimus & humanissimus est. Quid enim humanius, quam apud humilem & pauperem, regem gloriæ hospitari, sedere cum eo ad mensam, & cenare cum eo? Si quis (inquit) aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Quantum super huius dignationis pondus, sublimes illi celestis curiæ principes admirantur! Quomodo

stupent ad spectaculum istud, potentem illam maiestatem cui curuantur qui portant orbem, in pauperis hospitio, cum ancilla humili recumbentem, quo plausu, quo iubilo foris pro foribus hospitij expectantes adinuicem exclamant. Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra? Multa sunt in Martino quæ commendare possumus, sed super omnes eius virtutes humilitas magis resplenduit. Vnde de hac nobis hodie futurus est sermo, tria de humilitate tangentes. Primum, quid sit humilitas, & in quo consistat. Secundum, de humilitatis fructu, & excellentia. Tertium, quibus eam medijs poterimus obtinere, & quam mirifice hæc virtus splenduit in Martino. Non consistit humilitas in paupertate, neque in habitu vili & exteriori quadam in oculis hominum abiectione. Sæpe videas in huiusmodi despectis hominibus, magnam intus latere superbiam, & hypocrisis velo ingentem operiri tumorem. Tangite montes, & proculdubio fumigabunt: tangite iniuria, tangite vel modice contumelia, contemne eos vel ad modicum, & videbis quid intus lateat: videbis in ouina pelle ferocissimum leonem, & Luciferinam indeiectione superbiam. Vnde Gregorius. Qualisquisque apud se lateat, illata contumelia probat. Est enim qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, videas hos hypocritas in remittendis leuibus etiam iniurijs cunctis hominibus difficiliore, & in prosequendis honoribus ardentiore: intus est humilitas in animo, non in habitu: in corde, non in veste: in affectu, non in aspectu. Ditissimus quisquis, ac potentissimus

T t 5 tentissi-

rentissimus humilimus esse potest, si vult, imò in his maximè splendet humilitas. Quid ergo est humilitas? Vt Bernardus ait, humilitas est virtus, qua quisque vera sui cognitione, sibi ipsi vilescit, id est, contemptus & vilipendium sui nascens, ex vera & clara cognitione sui. Qui ergo in sua reputatione parvus est, & inuisibilis, & nullius se reputat esse va-
loris in corde suo, hic verè humilis est. Vnde propheta. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes. Radix ergo & origo humilitatis est cognitio sui, radix verò superbix ignorãtia sui. Ignorat se penitus omnis superbus, nam si sciret quis est, non utiq; superbiret. Vnde Bernardus. Ad quid tibi gloria putride pulvis? ad quid tibi gloria? quid es? quid potes? quid vales? quid fuisti, nisi materia putrida? quid es, nisi fæccus stercoreum? quid eris nisi cibus vermium? O stulte non erubescis exhibere te idolum hominibus venerandum? qui postmodum in sepulchro vermibus scaturiens, foetidus & putridus contabescis? Ecce quid es, quid etiã potes vt superbias? nun-
quid gloriabitur securis cõtra eum qui secat in ea? aut exaltabitur pictoris calamus de pictura, quæ per ipsum facta est? quid faceret calamus, si eum non mouisset pictoris manus? O stulte quid habes quod nõ accepisti? quòd si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ad quid etiam per teipsum vales? aut ad quid obsecro utilis es? Dominus ad Ezechielè ait. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnib⁹ lignis nemorum? nunquid tollitur de ea lignum, vt fiat opus? aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in

Esa. 5. c.
prou. 3.
a & Ro
ma. 12. d

Esa. 10. d

1. co. 4. b

Ezec. 15
a

eo quodcunque vas? ecce igni datũ est in escam, &c. Palmes igitur à vite præcisus ad nihil utilis est, nisi ad ignem, quòd si in vite fructificat, virtus & gloria vitis est, non palmitis. Vnde dominus in euangelio. Ego sum vitis, & vos palmites: sine me, nihil potestis facere. Vbi est igitur ista superbia tua, & gloriatio tua? quæ tibi causa tumoris? de quo gloriaris, ò stultè? de quo intumesceas, inter mille sirtes, inter mille discrimina rerum? quæ utique si agnosceres tibi ad omnem timorem humilitatemque sufficerent. Omitto nunc perpetrata facinora, quæ te coram Deo ad nihilum redegerunt, sicut scriptum est. Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus. Omitto instantem mortem, & egritudines assiduas, quæ te vel inuitum cogunt cognoscere temetipsum. Nunquid iam regnas? nunquid iam tenes? nunquid de salutis premio iam securus es? An nõ hiantem infernum sub pedibus attedis, & iudicem desuper vibrantem gladium diramque mortis sententiam comminantem? Quenam est igitur ista inflatio, & stulta securitas in discrimine tãto? Si quis igitur oculos habet apertos, habet vndecunq; amplam timoris humilitatisque materiam, vnde non solum nõ inflatur, sed etiam vehementer pro seipso sollicitetur. Sed ne que, vt existimo, ad plenam perfectamque humilitatis rationem, sufficit hominem despiciere semetipsum, nisi idipsum ab alijs libenter patiat, & qui in oculis suis parvus est, talis etiam velit cæteris apparere, & cæteros de se sentire quod sentit, equi & veriamator est. Omnis humilis odit hypocritism, non cupit erga se decipi, alios

Ioã. 15. a

ps. 14.

alios amat lucem simulationis latibula fugit, omnibus se vellet prode re qualis est, alienum non usurpat locum, falso honore non gaudet: vnde quo quisque humilior est, eo verior inuenitur. Est enim veritas humilitati genuina, & germana virtus, & fraus superbix pedisequa, te nebras & latibula diligit omnis superbus, quia timet agnosci: hypocriti se palliat, quia prodire in publicum erubescit, de falsa populi opinione latatur, non se iudicans ex consciẽtia, sed ex fama: sed velit nolit aliquando prodetur, procedet in publicum astantibus angelis, sicut scriptum est. Arguam te, & statuã contra faciem tuam. Iuxta hanc igitur Bernardi sententiam, ille humilis censendus est, qui pro nihilo se reputat, & ab alijs reputari vult, qui proprio consciẽtiæ testimonio contentus ignorantis populi fauores, non solum non querit, sed pro nihilo despicit: qui laude falsa non lenitur, sed pungitur, qui ita gaudet in despectu sicut superbus in honore, qui omnibus se inferiorem exhibens neminem cõtemnit, nemini se præfert, maioribus cedit, æqualibus se subijcit, inferioribus adæquat, descendit libens, ascendit inuitus, laudari erubescit, amat corrigi. In obsequendo prior, in loquendo posterior nemini facit iniuriam, & illatam ab alio patienter sustinet, gaudet cum contemnitur, quia cognoscitur, neque iniuriam reputat, si quispiam ei præfertur. Veritatis filius quæ sunt diligit, non quæ videntur. Vis vnum tibi ostendam humilem secundum Bernardum. Factus sum (inquit) tãquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commoratum in circuitu. Ecce quo ad

ps. 49

ps. 30.

se. Quo ad alios vero attende quid dicat. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Ita sentit de humilitate beat⁹ Bernardus: sed scholastici Theologi paulo aliter, definiunt enim humilitatem. Humilitas est virtus moderatiua appetitus humani, ne aggrediatur aliquid supra vires, oriens ex cognitione propriæ facultatis. Est namq; huimodum vtilissimũ agnoscere quid valet, & quid non valet. Propter defectum primi pusillanimes, grandisæpius fructu priuatur: ignorantes quid valeant. Horum defectum magnanimitas erigit infiduciã, vt suis viribus proportionata conetur. Propter defectum secundi frustra sæpius laborat omnis superbus, dũ se ipso maiora conatur ignorans scilicet quid non valet. Cuius excessum econtrario humilitas deprimit, temperans immoderatum spiritum, ab altiori negotio. Itaq; quod in cibis temperantia facit, & in sumptibus liberalitas, hoc in arduis efficit, non vnica, sed duplex virtus, magnanimitas scilicet & humilitas: quarum vna defectum, alia excessum corrigi, & ad debitum modum, & proportionatum sibi reducit. Ab hoc duplici extremo se liberatum psalmographus gloriatur, cum ait. Cantabo ei qui me saluum fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate id est nimio furore superbix. Hoc illi contulerat Deus, magnanimitatem & humilitatẽ infundendo, ne in arduis, aut per pusillanimitatẽ deficeret, aut per superbiam excederet. Humilitas itaque secundum Theologos, non tã despectus & abiectio sui, quàm modestia quædam & moderatio sui ponitur, quæ tamen moderatio

ps. 83.

ps. 54.

deratio ex ipsa nascitur abiectio-
ne. Quomodo enim aggredietur ma-
iora se qui se non reputat supra se?
Nunquam vti que appetitus exce-
deret, nisi prius apud se opinio su-
perbiret. Videre vis humilem talē.
Dñe (inquit) non est exaltatū cor
meum, neque elati sunt oculi mei,
neque ambulavi in magnis, neq; in
mirabilibus super me. Et apud sa-
pientem. Fili altiora te ne quæsie-
ris, maiora te ne scrutatus fueris,
vtrunq; autem, vt existimo in per-
fecta humilitate reperit, vt qui eam
possidet, & seipsum despiciat, & ad
maiora seipso non se ingerat. Nam
sicut in superbia duo sunt præsum-
ptio, scilicet, & ambitio: ita etiam
in humilitate duo contraria reperi-
re est, contemptus, & modestia, qui-
bus illi vitio contradicit. Non er-
go inter se dissentiunt doctores san-
cti, sed si eorum sententias inuicem
copulaueris, plenam humilitatis ra-
tionem inuenies. Nolo nunc longū
facere tractatum an ad veram hu-
militatem pertineat, vt quisq; quā-
tunuis sanctus & optimus, cui libet
etiam peccatori lubrico, sua se opi-
nionē postponat. Neq; enim video
qualiter hoc in virtute fieri possit,
sicut neque in sapientia, neque (vt
opinor) hoc ex apostoli sententia
conuincitur; vbi ait. In humilitate
inferiores sibi inuicem arbitantes.
Sicut neque oportet regem præue-
nire rusticum in honore, quia idē
apostolus dixerit honore inuicem
præuenientes, pro loco enim & tē-
pore & secundum rationis metho-
dum, hæc intelligenda sunt vtrubi-
que. Neque tamen inficior verē hu-
milem, ad hoc quandoque pertin-
gere, vt sibi cunctos homines ante-
ponat, & omnibus inutiliorem vi-

lioremque esse se credat, quod vel
ex illo beati dominici exemplo fa-
cile persuaserim, qui intraturus ci-
uitates & oppida præorare solebat,
ne indignaretur dominus illi po-
pulo propter ipsum, & propter eius
peccata, in populo illo iram immit-
teret & vindictam. Quid hac ora-
tionē humiliter? Neque enim scien-
ti corda sanctus vir in hypocrisis lo-
quebatur, sed quod mente sentie-
bat, hoc oratione promebat. Potest
autem hoc multipliciter fieri, vt de
alijs quam de te meliora præsumas.
Primò, quia etsi in aliquibus alium
manifestè præcedis, ille forte te ex-
cedit in vno, quod omnib; alijs ma-
gis præponderat: et si hoc exterius
uon apparet fortè latet interius.
Quis enim nouit quæ sunt hominis,
nisi spiritus hominis qui in ipso est.
Quòd si publicè peccator est fortè
grauiores sustinet tentationes &
nequitiarum impulsus, quibus tu
neque ad horam resistere valeres,
Vel fortè ad eius humiliationem, in
eo dominus peccatorum lapsus per-
mittit, vt latius leuet, aut certè non
recepit continendi gratiam quā tu
recepisti, quam si recepisset fortè il-
la melius vteretur. Quòd si infidelis
& paganus est, habes etiam vnde il-
lum tibi præferas. Quoniam et si in
fidelitas peccatum grauissimū est,
tamen in cæteris omnibus grauius
ipse peccas, non vt alienus, sed vt do-
mesticus benefico domino: fidem
frangens, & insensus existens. Per
hunc modum omnibus hominibus
humiliare te poteris, tanto verius,
quanto mente syncerius, hoc enim
et si non semper exterius in re, in
corde tamen humilis semper verū
est. Declaravi vt potui, in quo con-
sistat humilitas, sed quantum Deo
placuit

placeat ista virtus, non difficile est
videre ex euangelica lectione, quæ
vbique ferè istam fidelibus virtutē
commendat. Si enim diligenter e-
uangelicam institutionem inspi-
cias (vt Augustinus ait) omnis ferè
disciplina Christiana humilitas est.
Quid enim aliud docet euangeliū,
nisi sui & omnium contemptum, ab-
negare seipsum, & humanam re-
spuere gloriam? Verè in hoc sui &
mundi contemptu omnis ferè phi-
losophia Christiana consistit, si qui-
dem quia Lucifer in cælo superbię
cathedram locauerat, & per super-
biam multos angelos inde deiecit:
filius Dei in terra contrariam
humilitatis scholam posuit, vt per
eam homines in cælum reduceret.
Vnde in plateis Hierusalem clamo-
re valido discipulis suis clamans aie-
bat. Discite à me, quia mitis sum &
humilis corde: non vos doceo potē-
tiæ meæ miracula, non cæcos illu-
minare, leprosos mūdare, mortuos
suscitare, sed mansuetudinem hu-
militatemque, hæc omnis mea do-
ctrina est. In hoc apparebit quòd di-
scipuli mei estis, si mites & humi-
les inueni fueritis. Sed quo fructu,
qua vtilitate? Et inuenietis (inquit)
requiem animabus vestris. Non est
requies fratres, non est pax, nisi in
humilitate sola. O quis modo pos-
set calamo explicare quod sentit!
Vnde obsecro tanta vexatio & infe-
licitas in orbe, nisi ex superbiæ tu-
rumore? quia videlicet honorari &
reputari volumus, plusquā sumus.
Aculeus solitudinis huius indefi-
nenter pungit mortales, neque si-
nit eos vel vnā diem vitæ habere
felicem. Ecce aliquis dies noctesq;
in literarum studio insomnes tráfi-
git cum labore, vt inter doctos lite-

ratus possit haberi. Alius vt copio-
sam possit sustentare familiā, quid
non aggreditur? quid non patitur?
alius vt dignitatem quam cupit ob-
tineat, & principi placeat quas non
tolerat molestias? O pondus graui-
simum super filios Adam, & intole-
rabile iugum à die ortus sui, vsque
ad diem sepulturæ eorum. Verè cō-
tritio & infelicitas in vijs eorum,
quoniam viam pacis humilitatem,
scilicet, non cognouerunt: si enim
hac procederent via quietissimos
& felicissimos dies agerent. Quanta
felicitas in incorruptibilitate quie-
ti & modesti spiritus! quanta pax
in humili corde! quanta tranquili-
tas in viro qui humanos fauores &
pueriles gloriolas negligit, cui pro-
nihil est iudicari à plebecula, aut
ab humano die. O quantum à corde
suo abijcit curarum & solitudi-
num pondus! qui solo Dei & cor-
dis sui testimonio contentus, ab ho-
minibus laudari aut despici flocci
pendit, cui nihil curę est quid de se
alius sentiat, quid iudicet vulgus,
sed virili quadam seueritate, & se-
uera grauitate super omnes homi-
nes constitutus, veluti omnium do-
minus, omnia pedibus suis calcet, &
propter gloriam inanem ipse sub
nullius redigitur potestate. Hic in
vita sua felix multa hic requie po-
nitur, & in futuro ampliorē inue-
niet pacem: quoniam enim exalta-
ri noluit inter homines, inter ange-
los sublimabitur. Non enim menti-
ri potest veritas quæ promissit, quia
qui se humiliat, exaltabitur. Habet
ergo humilitas, & hic, & in futuro
præmium: hic pacis, & postmodum
beatitudinis. Iam enim ex hac vita
quodammodo incipit esse felix qui
Christi amore didicit esse humilis.
hoc

ps. 130

ecc. 3. c

1. co. 2. c

Math.
11. d.

ibidem

Phi. 2. a

Ro. 12. c

ps. 130

1. co. 4. a

1. co. 6. c

Lu. 14. c

Hæc etiã virtus plurimarum virtutum mater est & origo, ex hoc enim fonte innumeræ aliæ virtutes scaturiunt. Inde obedientia, timor, reuerentia, patientia, mansuetudo, modestia, amicitia, pax. Qui enim humilis est libenter omnibus obtæperat, omnes reueretur, omnes timet offendere: iniurias verò aut per mansuetudinem non sentit, aut per patientiam sustinet, quietus sibi, pacificus omnibus, omnibus mitis, omnibus gratus, omnibus innoxius, amabilis cunctis, nemini grauis, nullum despicit, nullum ledit omnib⁹ subditus, in neminem proteruus. Præclara virtus humilitas tatarum virtutum parens, sed & aliarum omnium virtutum fundamentum, custos & supplementum est. quicquid enim super hac non fundatur erigitur ad ruinam. Vnde Augustinus. Si cogitas (inquit) magnam fabricã construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis: aliter enim noueris te magnam ædificare ruinam, quo enim quisque donis & virtutibus altior est, eo sibi maior ruina paratur, nisi prius humilitate solidetur. Tolle humilitatis fundamentum, & omnis virtutum fabrica subito ruit. Quid enim Luciferò profuit tanti decoris, & tantæ pulchritudinis gloria super humilitatem non fundata? Profuit utique, sed ad miseriam: nam sine humilitatis condimento omnis virtus virus est animarum. Putrescunt illico & corrumpuntur delicatissimi virtutum liquores flante elationis vento, & aquilone vrente, nisi intra humilitatis, foueam sollicitè custodiatur, imò effunduntur ac pereunt, nisi cordis vasculum humilitate fiat profundum. Hæc enim sola virtus

omnium donorum & gratiarum capacem animam facit. Vnde (Iacob. 4. b. bo teste) humilibus solis Deus dat gratiam, quia videlicet illius capaces sunt: superbis autem non infunditur ne effundatur & pereat. Omnis enim gratia & donum sine humilitate, non solum nõ prodest habenti, imò obest plurimum. Et ideo pius dominus predesse semper cupiens, non obesse superbis in damnum suum suam gratiam nõ largitur, neque solum omnem gratiã & virtutem custodit humilitas, sed etiam supplet: quicquid enim tibi obedientiæ, castitatis, patientiæ, sanctitatis deest, humilitate suppletur. Agnosce defectum, humilia te coram Deo, & eo amplius quo te amplius vides virtute priuatum, & qui pauper es in virtute, fies diues humilitate. Quid enim aliud habuit ille publicanus, nonne sola humilitate iustificatus est? Agricolari omnes diuitiæ frumentum est, inde domui & familiæ suæ omnia supplent, & peccatori omnis facultas humilitas est. Melior est enim coniugata humilis, quàm virgo superba: & humilis ac pœnitens peccator, quàm elatus de iustitia præsumens suus. Vnde Chrysostomus, Geminas bigas mihi accommodes, alteram superbiæ & iustitiæ, alteram verò peccati & humilitatis, & videbis peccatum peruertens iustitiam: nõ proprijs, sed humilitatis vincere viribus. Aliud verò par videbis deustum non fragilitate iustitiæ, sed mole superbiæ: si quidem (vt propheta regius ait) tu domine populum humilem saluum facies, & oculos superbiorum humiliabis. Vidisti qualis & quanta sit ista virtus, sine qua omnes aliæ non sufficiant, quam omnis

mnis gratia comitatur, quæ charitatem conseruat & gratiã, & de peccatis dolendo obtinet remissionem, quæ etiã aliquando peccatores pœnitentes iustis innocētibus anteponit si in illis quàm in istis profundior reperiatur. Talis est humilitas fratres, hanc totis viribus conemur possidere virtutem: sunt autem media per quæ possimus eam obtinere si volumus. Valet ad hoc tum assidua peccatorum meditatio, quis enim sis ad omnem humilitatē tibi sufficiet nosse te ipsum. Quis enim inter homines adeò iustus, vt iustificari possit compositus Deo? et si contendat cum eo de iustitia non exeat condemnatus? non enim poterit respondere vnum pro mille. Taceo nunc crimina, quanta ingratitudo, quanta tepiditas, quanta obliuio nos quotidie tenet. Quis debitorum pœsum Deo reddit? quis quotidie in pluribus nõ offendit semel? criminaliter offēdisse perpetuo hominem facit inglorium, quid acerruata iniquitas relinquet homini dignitatis & gloriæ? Valet etiam conferre se assidue cū melioribus: nam (Quintiliano teste) necesse est vt plurimum sibi tribuat, qui se nemini comparat. Si te ergo sapiētia eleuat, confer te cum doctoribus: si patientia, confer te cum martyribus: si castitas cōfer te cum virginibus: si puritas & sanctimonia vitæ, confer te cū confessoribus: & qui tibi magnus videbaris, illis compositus exiguus apparebis. Noli respicere post tergum ad debiliores & inferiores te, sed cum apostolo quæ retro sunt oblitus, ad anteriora extende te ipsum, vt ad brauium superne vocationis peruenias. Caue autem per omnē modum amicitia super-

borum, ne te inficiat pestifera lues, virus enim eorum vt cæcer serpit. Vnde psalmus, Nõ habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiã. Et rursus. Superbo oculo, & infacili bili corde cum hoc nõ edebam. Cū simplicibus itaque & humilibus sit conuersatio tua, exerce etiam te ipsum ad humilitatē, in vestibus, in sumptibus, in honoribus parcitatem tenens, communia sequens, singularitatem in omnibus fugies, qui enim hoc facit quod nemo, miratur omnes. Caue ne vnquam velis esse admirabilis vel notabilis inter alios, esto vnus de pluribus, nõ vnus in pluribus, neglectus in millibus nõ electus ex millibus, in humilib⁹ exercitijs assidu⁹ esto, altiora te negotia caucto, quicquid te apud homines potest facere gloriosum quantum potes deuita, in quolibet bono ama esse, non apparere, adulatorum quàm maximè respue, blandientes fuge, qui te in veritate corripit ille sit tibi amicus, esto velox ad audiendum, & tardus ad loquendū, & surdus ad laudes, facilis ad obsequium, difficilis ad imperium, ad omnes docibilis suafibilisque, denique in omnibus dictis tuis & factis, illud apostoli obserua: non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Hæc & similia ad humilitatem conducere possunt ei, cui quàm maximè curæ est, hunc possidere thesaurum, qui enim ipsum negligit quando inueniet? O quanta fuit cura Martino, ab initio vitæ hanc exquirendi margaritam, quæ solitudine curauit hoc dirari metallo: ardētius enim ille & diligētius, sui prosequeretur cōtemptū, quæ solet qui uis ambitiosus fugientem prosequi honorem, omni hoc studio cōtinuè

tinuè agebat, hoc solum quærebat, vt despiceretur ab omnibus, neminem vtiq; legi sanctorum, ita sollicitè huic desudasse virtuti. in militia positus adhuc catechuminus famulo suo vicissim ipse seruebat. Baptizat^o verò cum eum vellet Hy larius subdiaconum facere, non acquieuit: indignum se reputans tali gradu, exorcista factus est. Sed ordinante Deo, qui noluit fieri subdiaconus, postea factus est episcopus: cum autè iam episcopus consecrandus esset, vidètes eum episcopi, qui eum consecraturi erant pauperem & abiectum, despexerunt eum dicentes ad clerū. Parcat vobis Deus & hunc in episcopum elegistis? non dignaremur nos in ecclesijs nostris habere sacrillam. Itaque nolebāt ordinare eum, sed contradicente populo, & acclamante populo, ò quā nescitis quid lateat in paupere, ignoratis exigui huius eximiam celsitudinem. Vix tandem ordinatus est, iam verò episcopus ordinatus in nullo penitus immutatus est habitu, & conuictu pauperimus erat, vsque adeò vt & clericis etiam, in presentia sua impune, quandoque despiceretur, illudereturq; que. Licebat per eum cunctis irridere episcopum, neque ex hoc humilimus & mansuetilissimus vir vllam fieri sibi iniuriam existimabat, sed merito illa pati, quia immeritus esset ordinatus episcopus, neque mirum si vt indignus illo gradu cōtemneretur ab omnibus. Deniq; tanta in eo erat abiectio sui, vt cognomento publico pauper & modicus vocaretur, præ nimia siquidè humilitate sua, talem sibi titulum inter homines acquisierat, scilicet, Martinus pauperculus, quo ipse supra modum in

terius gloriabatur, quasi consequutus quod ab initio vitæ vehemèter optauerat. Sed mira vtrinque contentio erat inter Deum & Martinū dum conabatur Martinus humiliare se, & Deus eum exaltare, Martinus se deijcere, & Deus honorare, Martinus abscondere se, & Deus publicare Martinum. Sed vicisti domine (vt par erat) & renitètem obfistètemq; in populis gloriosum fecisti Martinum. Bone Deus, quāta eum gloria decorasti, secundum exiguitatem eius, ita & laus eius in ps. 47
fines terræ, imò vbi abundauit humilitas, superabundauit & gloria. Ro. 5. d.
Prophetiæ spiritu illustrasti eum, magnificasti miraculis, gratijs, & virtutibus adornasti, factus est hic modicus trium mortuorum suscitator magnificus, innumerabiliū miraculorum patror insignis. Omitto cætera, quæ temporis angustia nunc dicere non permittit. Vnū solum libet perstringere, cum ad ecclesiæ ianuam obuiaret cuidam leproso miseratus hominem, coram omni populo osculatus est eum. Mira res, statim ad viri sancti osculum lepra cecidit, & in oculis omnium mundatus est: quantus tunc timor, quantus stupor inuasit omnes, quāta de cætero virum Dei reuerentia coluerunt. De sanctitate eius taceo, sufficiat vobis ecclesiæ præconiū, cum enim (teste Hieronymo) apostolorum minimo nullus sanctorum veniat comparandus, ecclesia plenis (vt dicitur) buccis, de Martino canit, Martine par apostolis. Tāta quippe fuit vitæ eius sãctimonia, vt etiam dum viueret sanctissimus haberetur, & velut sãctus oraretur & coleretur. Miraculū enim quoddam illis seculis & prodigiū extirrit eius

eius vita: erat enim pius, deuot^o, humilis, pudicus, māsuerus, sobrius, in vita parcus, in cōmisso fidelis, incorde purus, in opere strenuus, in custodiendo gregē vigilatissimus, sibi cōpositus, popul^o charus, Deo & hominibus acceptissim^o, præclarus fide, flagrantissimus charitate, tantus erat in corde purissimo, deuotionis & spiritus feruor, vt diutius quā credi possit orare cōsueuerit. Vnde (teste Sulpitio, qui eius vitam scripsit) quādiu in illo duraret deuotionis feruor, inuictū ab oratione spiritum nō relaxabat. De charitate vero illius in proximos præter innumera recuperatæ sanitatis beneficia sufficiat opus illud, cōmemorasse quod iam iam moriturus ostēdit. Ploratibus nanq; corā illo discipulis atq; rogātibus, salua tibi sunt tua præmia pater, nostri potius misere-re quos deseris. Inuadēt enim gregē tuū lupi rapaces, illorū miseratione cōmotus, oculis ac manib^o in calū leuatis deuote orabat. Dñe, si adhuc populo tuo sum necessarius, nō recuso laborē, fiat voluntas tua. O præclarā vocē! ò admirabilē charitatē! quid minus iste Moysē, vel Paul^o personauit. Moyses pro populo deleri de libro vite, Paulus pro fratribus anathema esse à Christo, Martin^o pro cōmissis ouib^o differre à gloria; nō solū sustinet, sed si opus est perit, & obsecrat. Iam iam in paradiso deponuerat gloriosus Antistes, & libenter retrahit ipsū, vt fratribus suis seruiat, litrus optatū diu iam secur^o tenebat, & amore filiorū redit ad pelagus, atq; pro dilectis ouibus, vchit bonus pastor iterū exponitur naufragio. Quādo iste substantiā & vitā pro ouibus suis nō poneret, qui etiā personam & animā exponebat,

sed non tam exponebat, quā differrebat. Sciebat nāq; cui crediderat, & 2. Ti. 1. scert^o erat quia tāta charitatis oblatio, nō deferretur à Deo, si cut & factū est. Vidit nanq; pijsimus Deus pietatis eius obsequiū, sed æternitatis nō distulit præmiū, emisso itaq; in cælum spiritu, ne diceffus illius maneret in glorijs, ordināte deo, ad eius exequias cōgregati sunt plusquā duo millia monachorū, sed & beatus Ambrosius cū sacra perferret in somno raptus est, & Martini tumulto affuit in spiritu. Deferebat corpus ad ecclesiā cū solenni cātu (vt par erat) & ecce desuper milliū angelorum animā deferētium cantus auditur. Mira res, cōticuit hominū chorus, vt chorus cōcineret angelorū. Quantus hic honor! quanta gloria! quātus triumphus! Sic pauperes tuos honoras Deus, sic humiles tuos exaltas, in altis habitans, & ps. 112
humilia respiciens in cælo & in terra. Vicisti domine Iesu Martinum, fortior eo fuisti, & inualuisti, siquidè Martinus hic pauper, & modicū cū ingenti pōpa diues hodie cælum ingredit, & qui inter homines modico vite sue tempore curauit esse modicus, ex nunc inter angelos perpetuis seculis apparebit gloriosus, te exaltāte, te sublimāte ò bone Iesu. Cui cū patre & spiritu sancto est honor & imperium in secula seculorū. Amen.

DE DIVO MARTINO
Pontifice & confessore. Cōcio
posterior de elemosyna.

THEMA

Beatus qui intellegit super egenum & pauperē, in die mala liberabit eum dñs. ps. 40.

Vv Beatus

1. cor. 13
d



Eatus Hieronymus exponens illud apostoli, erit Deus omnia in omnibus, sic ait. Dominus atque Saluator noster, nunc omnia

non est in omnibus, sed pars in singulis. Verbi gratia in Salomone sapientia, in David bonitas, in Iob patientia, in Daniele cognitio futurorum, in Petro fides, in Paulo zelus, in Ioanne virginitas, in ceteris cetera. Cuius autem rerum omnium finis advenit, tunc omnia in omnibus erit, ut singuli sanctorum omnes virtutes habeant, & sit Christus totus in cunctis. Hæc Hieronymus. Itaque gratias & virtutes, quas nunc per singulos sanctorum Deus divisit, tunc in uno quoque illorum colliget. Quando occurrerem omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut non solum in omnibus suis membris, & ex omnibus simul Christus perfectus appareret, sed in quolibet etiam perfectus existat. Interea velut apertum in hoc sanctorum viridario, varios à diversis flores virtutum colligamus, ex quibus in pectoris nostri alveo mellifluas meditationes affectionesque formemus, quibus etiam per bona opera, proximis nostris lucis exempla monstramus. Ad hoc enim (ut opinor) sancta mater ecclesia, sanctorum festiuitates toties repetit, ut ad eorum imitationem obiectis formæ exemplis nos prouocet. In sancto episcopo Martino plurima sunt notata dignissima, quibus nostra fragilitas erudiri, informarique potest ad vitam. Fuit enim nostrum quoddam religionis & sanctitatis, & pelagus maximum virtutum omnium, cui propter solam sanctitatem omni alio

Eph. 4
c

sacrarum literarum & sapientia adminiculo, quibus sancti decorari solent, semoto tantum ecclesia tribuit, ut plenis buccis, Martine par apostolis acclamet. Verum tamen, duo in illo virtutum insignia maxime claruerunt, humilitas, scilicet, & pietas: de humilitate quidem superius à nobis dictum utrunque est, de pietate erga pauperes hodiernam concione disputandum erit. Pietatis igitur qua excelluit diuus Martinus, illud est testimonium, quod præter omnes reditus episcopatus in hoc solo consumptos dimidiatum pallium catechumini dedit pauperi, & pallium integrum quod iam episcopus tribuit, gratisimam Deo acceptissimamque obsequia. Vsq; ad eum ut in prima elemosyna, Christus cum angelis appareret quater circumstantibus diceret. Martinus adhuc catechumini hac me veste contexit, & in secunda angelus, brachia eius nuda pretiosissimis manipulis auro gemis que contegerent. Ab alijs ergo alia discamus, in Martino humilitatem & charitatem, omnium virtutum primas precipuasque queramus. Sed de elemosyna tractaturi oportet, ut ante pauperes nos esse nouerimus: pauperes (in qua) gratia, qua est omnes sanctorum vere diuitia, non enim tam à nobis habere, neque nostris operibus promereri possumus. Nam si ex operibus, iam non est gratia, sed merces, quid ergo ad diuitiam accurramus, sicut mendici plenam illam gratiam salutantes, & ab eius plenitudine nobis guttulas postulates, offerentes gratisimam sibi angelicam salutationem. Aue Maria. De sancto quidem Martino hæc dixisse sufficiat, de elemosyna tria dicendi sumus, scilicet, de eius excellentia, de

Ro. 11
b

Mich.
6. b.

heb. 10.
b

Hic. 32.
f.

de modo quo fieri debet, de utilitate eius & fructu, factus Micheas propheta dignam Deo pro peccatis satisfactionem inquirens, sic ait. Quid dignum offeram domino? curuabo genu Deo excelsio? Quid mirum si coram creatore suo genua flectat pro delicto? qui honore debito veneratur regem satisfacit ne ei pro crimine offerat ei holocaustomata & vitulos anniculos. Sed nunquid placari potest dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Impossibile est omnino sanguine vitulorum aut hircorum tam immundo lauacro deleri peccata, quid Deo & brutorum sanguini? aut quid peccato & cruori? Sed nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo fructum ventris mei, pro peccato anime? & quidem si hoc ipse postulasset, & voluisset omnia quauis grauias & difficilia pro peccato meo facere debuissim, sed non talem habemus Deum, qui huiusmodi crudelitatibus delectetur, piissimus & misericordissimus est: talibus non placatur, sed offeditur maxime piaculis. Dæmonibus humani generis inimicis, humanum sanguinem fruentibus, talia exhibeantur à suis cultoribus sacrificia: talia enim ipsi ab eis orgia postulabant. O crudelitatem nefandam idolo Moloch æneo & concauo, prunis ardentibus interclusis, vehementer inflammato super cadentes manus, infantes nudos, horrendum seculis sacrificium, flamines locabant, quibus usque ad viscera torrebant, & ne parentes paruulorum ululatus, & crudeli filiorum spectaculo torqueretur, obijciebant se medios ministri Satani diabolici sacerdote tu

bis & tympanis concrepantes, ne ploratus infantium à parentibus posset audiri. Sic itaque tot seculis miserabiliter humano generi impiissimi demones illuserunt. Quid ergo dignum offerat domino pro peccato meo? Cui questionem idem propheta satisfaciens, ait. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te, utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Tria hæc leuissima quidem & facilissima. Primum, ut ipse de te facias iudicium, & iudicium illius tuo prouenias, delictum tuum cognoscendo, confitendo, puniendo, quis enim negati remittit offensam. Secundum, ut sollicitè caueas reciduum, irrisor enim est & non poenitens, qui hoc agit quod poenitet, neque videt Deum poscere subditus, sed subsannare superbum. Tertium, ut qui misericordiam à Deo petis, misericordiam proximo tuo exhibeas, ut miserando misericordia dignus fias, nihil enim sic Deum prouocat ad misericordiam, sicut exhibita fratri misericordia, quemadmodum scriptum est. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Qualiter te proximo exhibueris: talem erga te reperies deum: & in quo iudicio iudicaueris, eodem ipse iudicaberis, & mensura qua mensus fueris, remetietur tibi. Quid enim proximus contra te, penuria & egestate afflictus, miserabiliter lachrymatur, & ad illum quasi saxum, & velut quernus truncus, nulla compassione deflecteris, & exaudiet te deus compassione miseria lachrymantem, qui in minoribus & corporalibus necessitatibus proximo tuo cum posses succurrere nolueris? etiam si singulis & flectibus viscera rumpas, indignus es, ut in spiritualibus

mat. 7 a

mat. 7 a
ibidem

& maiorib⁹ exaudiaris a Deo. Si ergo prophete, imò dei per prophetã cõsilio credim⁹, tria pro nostris delictis, deo obsequia repèdemus, pœnitentiã, cõtinentiam & misericordiã, quibus sacrificijs, & nõ nostro aut hircorũ sanguine, de peccatis placatur deus. Quã validum aduersus peccata remediũ, quã efficax, & salubris peccatorũ nostrorũ medicina, pietas in proximos & eleemosyna sit, nõ vnico, sed pluribus scripturã testimonijs roborabimus. Et quidẽ (vt verũ fatear) nunquã Deo sic gratam eleemosynarum nostrarũ paruitatẽ existimasse, nisi hoc me sacrarum scripturarũ lectio docuisset: in Ecclesiastico legimus, ignem ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: in apostolorũ

ecclesi. 3. d

1. Pet. 4. b

Lu. 16. b

mat. 9. b

heb. 13. c

vllũ salutis locum relictũ esse putaret: his tamẽ hominibus perditissimis post omnia cõsiliũ præbet. Verum tamen (inquit) quod superest, quod vobis reliquũ est vniciũ & salubre remediũ, date eleemosynã, & omnia mũda sunt vobis. Quid huic testimonio amplius in eleemosynarum cõmendationẽ adẽi potest? Si hos emundare potest eleemosyna, quos nõ potest? Si istis in pietate remedium, quibus non? Neque quidẽ hoc illis reliquum esse flagitiorum remediũ, ideo dñs dixit, quasi alia peccatorum remedia non sint, sed quia teneri & delicati, seipos nimis amantes acerbiora remedia non capserẽt. Est quidem necessaria pœnitentia, restitutio, satisfactioq; plena iniuriarum, neque sine his eleemosyna iustitiam confert homini scelerato: sed tamen vt hæc remedia quæ sunt propinquiora iustificationi, diuino auxilio atque largitate diuina habeantur a peccatore, valde utilis est pietas & eleemosynarum largitio. Incipit enim sic homo inuitare pietate sua pietatẽ & misericordiam Dei, & disponitur quodãmodo ad alias virtutes, quæ illũ plene purificent. Vnde & apte nos diuitib⁹ nostri tẽporis hoc ipsũ dicere non in congrue possumus, qui cum ad omne opus asperitatis & pœnitentiæ, ad omnem orationem, deuotionem, & compunctiõnem, ad omnem humilitatem, incediam, & vigilias ineptissimi sint, & bonis huius seculi lautissimẽ perfruantur, nisi ad eleemosynarum præsidium sapienter refugiant, præclusa eis videtur omnis alia via salutis. Magna erant regis Nabuchodonosor gẽtilis & superbi peccata, pro quibus cũ iratus dñs vindictam

Lu. 11. f.

acerrimam

acerrimã minaretur, & sub typo arboris ingẽtis eradicadẽ, eidem in somnijs futurẽ in se calamitatis præfatiũ cõtulisset. Cõsultus propheta factus super hoc respõdit. Consilium meũ tibi placeat rex, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas eleemosynis pauperũ, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Si enim aduersus peccata eleemosyna non valeret, inutile cõsiliũ videret remittere ad eleemosynas, quæ tã vrgẽti necessitati remedia non præberet. Peccata (inquit) tua eleemosynis redime. Sũt enim peccata venialia, & pauperes veditores, quib⁹ pœnarũ fisci sui deus gratiã fecit, & iniurias suas alijs vèdere permisit, vt inde pascatur, sicut de sacerdotibus etiã scriptũ est, peccata populi mei comedent. Dic obsecro mihi ò peccator quod prædiũ vtilius mercari pecunia tua, aut quã aliã supellectilẽ diuitijs tuis, salubri⁹ & cõmodius emere tibi poteris quã tua delicta, pro quibus vtiq; si ea in hac vita nõ redemeris, ardorib⁹ sèpiternis post modicũ tradẽdus es sine dubio? Redime ergo auro & argẽto tuo peccata tua, imò potius redime teipsũ a dira & perpetua seruitute, quoniã proculdubio, sicut apostolus ait, venundatus es sub peccato regi impijsimo. Acab cũ dixisset Helia, num inuenisti me inimicũ tibi? Idem Helias mira autoritate, nõ sicut regi, sed sicut peccati micipio respõdit. Inueni eo qd venundatus sis, vt faceres mala in cõspectu dñi. Mancipiũ peccati omnis peccator est (vt dñs ait in euãgelio) & venalis est sub illo signo, & pecunia sua redimi potest, sicut Salomõ ait. Redẽptio animæ viri diuitiæ suæ. Cogita ergo nũc si quẽpiam ex huius seculi diui

Dañ. 4. f.

Osee. 4. b

Ro. 7. c.

3. re. 21. f.

Ioã. 8. d

prou. 13. b

tibus, captiuũ crudelis Turca in platea ciuitatis exiguo vèderet, & vxor eius & filij, quibus amplissimas diuitias reliquisset, redimere eum cõtenuerent amore pecuniæ, quã iuste indignaretur, quã detestaretur eos, qui suis eum pecunijs, a tã acerbã seruitute redimere noluisset. O homo & nũc tu verẽ crudelior es in teipsũ, qui nõ a Turca, sed a diabolo nõ a carcere, sed a gehẽna, nõ a momentaneo supplicio, sed ab æterno incẽdio, non quidẽ toto auro & argẽto tuo, sed domus tuæ fursuribus redimere negligis. O quomodo post modũ dolebis hæc recolẽs in inferno, quomodo in teipsum frẽdebis, & dentibus tuis laniare te cupies, sicut scriptũ est. Ibi erit fletus & stridor dẽtium. Verẽ beatus qui intelligit super egenũ & pauperẽ, et si nõ super alium pauperẽ, saltem super seipsum, vt inopiã & paupertatem suã in tẽpore necessitatis suppleat, & in die malo liberet eum dñs. Eleemosynã enim illam, nõ tam pauperi quã animæ tuæ confers, teipsum induis, teipsum pascis. Miserere ergo pauperis, et si nõ saltem miserere animæ tuæ, placens Deo. Sed valde notandũ est qd non dixit, beatus qui cõdolet vel miseretur, sed qui intelligit super egenum & pauperem: quod verbũ non solũ secundũ septuaginta, sed etiam secundũ Hebraicam veritatem in hoc loco reperies. Augustinus hunc locum allegoricẽ de Christo exponit, qui cũ esset diues, pro nobis egenus factus est, sicut ipse ait. Ego autem egenus & pauper sum. Et iterum. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Intellige in hoc egeno latentem maiestatem, absconditã diuinitatẽ, non te turbet illius

mat. 8. b

ps. 49.

ecclesi. 30.

d

2. cor. 8. b

ps. 108.

ps. 87.

indigentia: hic enim qui in terra nō
 Luc. 9 g habet domum, neq; focum, neque
 ubi caput suū reclinet, in celo arbitrio suo cūcta disponit. Hic qui alienis suffragijs a sanctis mulierib⁹ paucitur, cuius discipuli spicas ad edendum cōterunt prae fame, angelorū cibis est, omnia sua virtute sustentat. Hic qui alieno tumulo sepelitur, calorū terrarumq; dñs est, pauper & egenus super omnes homines apparuit, sed in eo sūt omnes thesauri, sapientiae & scientie Dei absconditi. Hoc volo ut intelligas super egenū & pauperē Christū, ut in die mala potens & diues liberet te a malo. Intellige quoq; in paupere Chro, qua pietate fratri pauperi subuenire debeas, sicut apostolus ait. Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cū in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est, esse se equalem deo, sed semetipsum exinanivit formā serui accipiens, fact⁹ obediēs vsq; ad mortē, mortē autem crucis. Sed propter quid? utiq; ut liberaret pauperē a potente, pauperē cui nō erat adiutor. Imitatores Dei estote fratres, intelligite in dei filio, quomodo pauperi misereri debeatis. Nolo iam vobis proponere exēpla factorum, quicquid homo pro homine facere potuit, ad tate clemētie celsitudinē nihil est, quantū Deo misericordia placeat nolo aliūde quā hoc suo facto roborare. Hæc de Chro dicta sūt. Hunc locū aliter Hieronymus exponit, & satis vtiliter ad propositū, in subuentionē pauperis intelligentia opus est, ut placeat Deo eleemosyna: multū enim refert qua voluntate, qua intētionē, quo animo, qua ratione eleemosyna fiat. Intelligere ergo super egenū, cū ei aliquid das, quid, cui, quantū, propter quid,

& quomodo tribuis: hæc enim quinquæ inter alia sunt cōsideranda in eleemosyna. Si placet hæc omnia breuiter percurrāmus. Volo primō ut intelligas quid des, nūquid vitā, nūquid animā, sicut martyres, nūquid teipsum & omnia tua sicut anachorite, si reliquijs domus tuę Chri pauperes alis, quid multū pro deo facis, si reliquias ei reddis, qui tibi omnia dedit? Super hoc dñm in euangelio audi. Si in iniquo mammona fideles nō fuistis, quod vestrū est quis dabit vobis, et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis, si alienę substantiæ largus dispensator existis, quid multū facis? Nolo tamen putes eleemosynā sola pecunia, & exteriorib⁹ munusculis æstimari: quid enim est eleemosyna, nisi subuētiō pauperis propter Deū? anima plus est quā corpus, & animę mat. 6. d necessitas quā corporis maior est, & ubi maior indigētia, ibi potior eleemosyna, si subuenire corpori perituro eleemosyna iudicatur, quanto potius animo in æternū victuro ne pereat? Corripe fratrem, obsecra, increpa, argue, admone, adiuua, cohibe a peccato quātū potes, cōsule, doce, carpe ut a peccatis resurgat, & optimā coram deo eleemosynā tribuisti. Nō putet pauperes, quod bono eleemosynæ privati sunt, possūt & ipsi si volunt pretiosas & præclaras corā deo eleemosynas facere, opera enim misericordie spiritualia corā Deo potiora sunt. Si quis ergo pauper diuitē habet vicinū, opulentia tumentem, auidum, lubricum, cæcum, diabolo mācipatum, intret cubiculum suum, & cum lachrymis corā Deo pro illo preces emittat, & optimam illi præstitit eleemosynam, & ita in alijs. Sed heu animarum

nimarum nulla cura, nulla memoria est, si cæcum videremus in foueā irruentem prohiberemus eum, inuitumq; etiam & renitentem a precipitio remoueremus, quotidie animarū præcipitia videmus, & nemo est qui moneat, nemo est qui teneatur, sic fratres perturbare timemus, ut perire potius permittamus. Videndum est secundo cui eleemosyna fiat, non quod merita pauperum discernamus, intellige ut bene agas, noli valde discutere cui agas, nam et si pauper malus & ingratus, deus propter quem eleemosynā facis, optimus & gratissimus est. Malo bene agere bonum est, imō pauperis malitiam in bono vincere insigne virtutis est, duplex ibi bonū & geminata virtus, & quod hominem alis, & quod malitiā vincis. Deus solem suū oriari facit super bonos & malos. Factu similiter, nō orabit pauper si malus est, non sit tibi curę, eleemosyna orabit pro te, sicut scriptū est. Cōclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te: non te fallit pauper si indigentiam simulat, tu qui simplici animo donas, non diuiti, sed indigenti tribuis. Se ipsum fallit si rapit, mercedem tuā ipse non perdis, verūtamen et si ita sit, volo te intelligere cui præstes: pauperum enim multæ differentiæ sunt, quidam fideles, quidam infideles, præstato primum fideli iuxta dictum apostoli. Maximē autem ad domesticos fidei, quidā propinqui, alij extranei, cæteris paribus, prius propinquo succurre, quidam boni, quidam mali, bono prius præstandū est, quidam voluntarij, quidā coacti voluntario prius, quia dignior est, quidā pauperes, alij egeni, egeno potius dandum, quoniam me-

lius est vitę succurrere quā pudori, personam fouere quā honorem. Hic multi falluntur, qui famescentibus & indigentib⁹ necessaria tollūt, ut superbientibus superflua porrigant, si fratris tui pudori succurris, ne mendicare cogatur bene facis, si tamē mendico ne pereat succurris, melius facis. Nolo valde discernas personas, nolo multum honores seculi ponderes: ubi maior est necessitas ibi proculdubio pecunia melius erogatur. Si tamen virum sanctum & indigentē reperire potuisti cui necessaria de tuis facultatibus tribuas, grādis tibi a Deo gratia fit, libeter illum tuarū diuitiarum cōsortē assumito, ut suarū particeps ipse fias, optima permutatio tēporalia pro spiritualibus cōmutare, apostolū audi. Vestra abundantia illorū inopia suppleat, ut & illorū abundantia vestrę inopię sit supplementum, ut fiat equalitas. Si enim tibi in tēporalibus cōmunicat, ipso facto in eius spiritualibus ipse cōmunicat, & maiorē tribuit quā recipit eleemosynā. Habet Deus vnde alat amicos suos, qui coruino ministerio Heliā Thesbitē, in deserto tā longo tēpore aluit, sed propter aliorū comodū eos patitur indigere, ut hac dati & accepti ratione, plurimorum salutem melius cōsulatur. Aliud etiam est regis seruum, aliud amicū pascere. Taceo quod dñs in euāgelio notanter de fratribus dixerit. Amē dico vobis quādiu fecistis vni de fratribus meis minimis, mihi fecistis: & nō de alijs, neque mea hæc annotatio est, sed Hieronymi, libeter pascere pauperē & calorū regem. Grādis mihi enim hac permutatione vsura est, hospitari modico tēpore in domo mea pauperē, qui ppetuo me in eterna

tabernacula secum recipere non dedignetur. Tertio videndum est quantum tribuas, eleemosyna quippe diuitibus non consilio monetur, sed præcepto indicitur. Nam diues ille avarus in euangelio damnatus est: non quia rapuerat aliena; sed quia propria non donauerat, & in die iudicij non largientibus dicitur, Esuriui, & non cibastis me, sitiui, & non me potastis, Ite maledicti in ignem eternum, duritia hæc & tenacitas sufficit ad gehennam. Dices forsitan durum est hoc, nunquid de meo non possū facere quod volo? quod crimen si mea non do, non sum latro, non sum abactor, non sum raptor, propter quid ergo damnandus? Et vnde obsecro illa tua sunt? fecisti ne tu illa? ideo tua, quia usurpasti ea tibi, nam omnibus communia creauit altissimus. An tibi soli terra germinat herbas: arbores ferunt fructus: bruta generant foetus? propter pacem, meum & tuum lege permittuntur, hac conditione ut qui abundauerit indigentium penuriam suppleat, si non supplet, raptor & homicida est: quia quem non paupisti, occidisti: quem non dedisti, rapuisti. Qua obsecro lege, quo iure, vnus omnia possidebit, & alij omnes fame peribunt? quæ ratio hoc suffert, ut vnus aceruet sibi omnia & ceteri omnes in egestate viuant. Vnde propheta. Vae qui conuigitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Et Bernardus in epistola. Clamant nudi, clamant fame lici, conqueruntur & dicunt, dicite pontifices in frano quid facit aurum, nobis frigore & fame laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in ma-

ticis, nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expeditis: & nos nam Dei plasma sumus, & nos sanguine Christi redempti sumus. Hæc Bernardus. Dices forsitan, quantum ergo dandum est pauperi, ut crudelitatis periculum euitemus? Audi Ioannem, Luc. 3. b. Qui habet duas tunicas, det vnā non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Dices forsitan dare medietatem multum est, sunt mihi vxor familia quā nutria, his omnibus medietas reliqua non sufficeret. Ad quod ego? Erant hæc omnia Zacheo, Luc. 19. a. sed approbante domino medietatem bonorum suorum pauperibus erogauit. O inquires Zacheus publicanus erat, quid mirum si dedit omnia, qui prius rapuerat: da igitur omne quod superest, sed dices, siquidem filij non accrescerent, non ego quoque hæreditatem & patrimonium meum auerem, sed accedentibus filijs patrimonium quoque augere necesse est. Bene sit ita, computa hæc omnia da quod superest. Dices libenter accepto si omnia computo: multa desunt, verè ita est cupiditati tuæ deficiunt multa, & deessent etiam si totum orbem solus sine socio possideres: nolo ergo ad ratiocinium te adducere, fac sicut filio suo Tobias Tob. 4. b. consuluit quomodo potueris ita esto misericors, si multum tibi fuerit abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude, hæc fac ut viuas, non improbo si certam portionem pecuniæ ad arbitrium boni viri, iuxta tuos redditus quotannis pauperibus erogandam signaueris, non ut alijs sit remissio, tibi autem tribulatio, sed ex equalitate & rationis moderamine, iuxta consilium apostoli-

2. co. 3. e cum.

cum. In extrema necessitati indigenti succurrere, non consilij, sed præcepti est, ex superfluo dare similiter (ut opinor) licet non detur omne quod superest. Hoc laicis dixerim, nam clericis alia ratio sequenda est. Sed non tam videndum est quantum tribuas quam propter quem & quomodo tribuas, Deus enim (ut Gregorius ait) non respicit quantum, sed ex quanto. Vnde Apostolus. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Non acceptatur a Deo opera quæ propter ipsum non sunt, non uult Deus qua intentione facias, quæ finem præendas, propter quod in euangelio ait, qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: & quicumque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Quoties repetit in nomine prophetæ, in nomine iusti, in nomine discipuli, ut ostendat propter Dei amorem dandum esse eleemosynam, ut ex ea quis fructum capiat vitæ æternæ. Nam quæ amicis amicitiae causa, quæ famulis seruitutis gratia, quæ cognatis sanguinis & cognationis respectu donatur in vita, vel in morte testamento relinquuntur, non continuo celsenda sunt ad misericordiam & charitatem pertinere. Hæc enim in iudicio vacua apparebunt, quando Dei amore non fiunt, quod si hæc ex charitate feceris, iustitiæ & pietatis præmium feris: nam & amicis, & seruis, & cognatis donare, hoc etiam nomine quod serui, cognati, & amici tui sunt, opus

est iustitiæ, & pietati, & amicitie manifestum. Cum ethnici hoc faciant officiosum est, illud autem stultissimum & ridiculum, si quæ Deo porrigis, in gloriam mundi referas. Quid faciunt stemmata in templo? Admonet dominus, cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, ne sciat sinistra tua quid faciat dextera tua, & tu in opere pio stemmata tua, & statuam tuam locas? O infania maximam ante te tuba canis! Amen dico tibi recepisti mercedem tuam: non times ne lapis ille fabricæ pietatem destruat? ne imago illa totius picturæ gratiam & mercedem euacuet? voluisti cunctis non modo presentibus, sed etiam futuris innotescere, quia opus illud tuum est, & tu donasti illud, nunquid non tuba hæc? Fiat itaque tibi sicut optasti, in notescat mundo si non innotescit Deo, crede mihi impensam & operam perdidisti. Vide ergo, ut quicumque facias, pure & recte propter Deum facias, & in abscondito, ut Deus qui videt in abscondito, reddat tibi. Noli committere famulo tuo eleemosynas tuas, ne hoc & ipse sciat, sed tu eas per te ipsum, manu tua facito: noli abominari pauperis illuuiem, & nuditatem eius ne abhorreas, homo est sicut tu. Tu de manu tua illi præstato, & forte coram deo amplius tibi ad præmium, ex corde compassio quæ de bursa denarius reputabitur. Sunt enim qui pauperibus libenter præstant, sed dummodo non videant ipsos quorum contemptus, vix eleemosyna quam porrigunt compensatur. Restat vltimo, ut quomodo tribuas attendas, non ex tristitia aut ex necessitate, hilarem enim datorem, diligit Deus, animum Deus aspicit, ma-

Vv 5 gis

gis quam donum, sanctus Martinus dimidiatum pallium pauperi dederat, & cum angelis suis Christus apprensus exiguum munus mirifice commendavit. Quid hoc domine, multi non unum solum, sed plurima pauperibus pro te pallia contulerunt, & non sic eis apparuisti, non sic eorum elemosynas commendasti. Caritas in causa est, non enim ea pietate ceteri qua Martinus dederunt, illi ex superfluo, Martinus ex necessario dimidiatum pallium pro Christo, Christi miles non erubuit & nudus manere, ut nudum Christum indueret in paupere. Animum Deus respexit, non pallium: quid est miser homuncio moriture quid affligeris, quid doles, quid tristaris, quia numulos tuos pauperibus erogasti, non erogasti, sed seminasti, amplissimos inde manipulos suo tempore collecturus. Theaurizasti tibi thesauros perpetuos in caelo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, neque fures rapiant & furentur eos. Quid super pecunias tuas doles? cum ex omnibus quae habes illud solummodo feceris possideas quod dedisti, nam extra fortunam est quicquid pauperibus erogatur. O miser homo corpori cras morituro, & in pulverem & cineres redigendo pretiosa indumenta parasti, & animam miseram veteribus domus tuae panis vestire committis? Si non libenter praestas pauperi, saltem praestato tibi, illi enim modicum commodum ad tempus ex denarijs tuis accrescet, tibi autem commodum sempiternum. Quod si de hoc dubitas, ubi est fides tua? nunquid non in euangelio audisti, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et iterum, qui reliquerit domum aut agrum propter me,

Matth.
25. d.
Matth.
19. d.

centuplum accipiet: Si Imperatoris diploma quispiam ex eius domesticis adduceret, quo quicquid illi a civibus daretur, & gratum habere, & centuplum pro illo rependere aepromitteret, exiremus obviam ad exitus viarum, compelleremus intrare domum, recipere plurima, pretiosa consumere, propter Imperatoris centuplum repromissum: ad dei vero centuplum nullus est cupidus; nunquid fallere potest Deus? Vbi fides? ubi pietas? ubi religio? si credis, quare non porrigis? si non credis, cur te Christi colam esse mentiris? Nunquid euangelium Esopi fabulam esse putas? Convincit fratres incredulitatem aut inconsiderationem nostram ista tenacitas: sed esto tibi non essent profutura quae porrigis, Christo domino salvatori tuo redemptori tuo, Deo tuo, donorum suorum quae gratis ipse dedit reliquias, non libenter praestabis. O ingratitude inauditam, de donis suis nolle parere largitorem! Vnde Hieronymus. Quanam Christianitas, quanam religio haec, abudare diuitijs, gustare delicijs, & videre Christum in paupere famescetem, & nolle cibare? Conqueritur dominus per prophetam. Nunquid Hieron. solitudo factus sum Israeli, aut terra Serotina: ut, scilicet, seminata non reddam, aut tarde reddam, non ad mortem differo centuplum in hac vita reddo, & post mortem, vitam aeternam promitto. Quantus in elemosyna fructus, & quam ampla sit repromissio pietatis, ex prothema te facile est videre. Beatus qui intelligit super egeum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus: neque solum hoc, sed dominus conservabit eum, & vivificabit eum, & beatum

beatum faciet illum in terra, & non tradet eum in animam inimicorum eius, dominus opem feret illi super lectum doloris eius. Sic enim in Hebraeo legimus. quanta bona, quot lucra! in die mala liberabit eum a damnatione, in vita praesentis custodiet a peccato, vivificabit nunc gratia, & postmodum beatificabit gloria, non tradet eum in animam inimicorum suorum visibilibus & invisibilibus, & opem feret illi in suis necessitatibus & doloribus suis: & sicut ipse fratris sui miseratus est, ita dominus miserebitur eius. Vides quomodo pietas promissionem habeat vitae, quae nunc est pariter & futurae. Omittamus caetera, ad omnem elemosynam praestanda sufficere debuerat ut in die mala te dominus a tanto periculo liberaret: dies iudicij mala dicitur, sed malis, nam quomodo mala in qua fiet iustitia, & cuique reddetur retributio meritorum? si benedictum est lignum per quod fit iustitia iuxta legem, quomodo non etiam benedicta dies, in qua iustitia completum accipiet? Aut certe malum pro laborioso ponitur, sicut & alibi. Sufficit dici malitia sua, id est, afflictio sua. Secundum Hieronymum, in illa die tantae afflictionis misericordiam obrinebit, qui pauperi nunc in afflictione succurrerit. O necessitatem! o afflictionem maximam! quando desuper iudex cum gladio bis acuto, & deorsum infernus aper tus, & exestuans, & cum cunctaque terribiles daemones accusatores, & omnia mala & peccata nostra in publico erunt. Non erit tunc recursus ad sanctos, non ad angelos, non ad virginem, quoniam dies vindictae & iustitiae est, & in sua iustitia quili

bet liberabitur: non succurrerent tunc amici, non filij, non pecunia, non familia, sed sola bona opera astabunt, illa sola non deserent, illa sola in iudicio pro afflictio respondebunt: sicut Augustinus ait, Opera tua sumus, non deseremus te. O quomodo gaudebit tunc de elemosynis quas fecit! quomodo letabitur cum audierit iudicem dicentem, Esurivi, & dedistis mihi manducare: sitiivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus eram, & operuistis me, &c. Et respondebunt, O domine, quando te vidimus esurientem? nihil est quod pro te fecimus, utinam, utinam sciremus quod nunc scimus, ut & nos & omnia nostra tibi traderemus: & dicet, Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Sed cur obsecro domine non orationes, ieiunia, lacrymas, disciplinas, & opera misericordiae spiritualia commemoras, sed solas elemosynas & pauperum suffragia? Multi dicent in nomine tuo prophetauimus, daemonia eiecimus, virtutes multas fecimus, & audient nescio vos. Quare sola opera pietatis referentur, an caetera omnia tunc pro nihilo reputabuntur? Non utique. Nam cuncta quae sunt adducet Deus in iudicio, siue bona, siue mala sint, ut ait Ecclesiastes. Non ergo haec opera praecipue memorantur in euangelio, quia sola bona, aut quia perfectiora sunt, sed duplici ratione hoc dicitur. Primum ut dominus ea commendaret & ostenderet hominibus secularibus, & populo Dei in his praecipue salutis rationem perquirendam esse, qui spiritualibus vacare minime possunt. Secundum ut per hoc quicquid de perfectioribus tunc fiet

Matth.
25. c.

Matth. 7. c.

eccles. 11.

DE DIVO MARTINO

fiet intelligas. Si enim frustrum panis, & calix aquæ frigide, si operimentum vile pauperis, & hospitium vnius noctis ad præmium tunc commemorabuntur, & coram iustissimo iudice in obliuione non erunt: quid de martyrio? quid de religione? quid de mundi contemptu, & alijs spiritualibus operibus existimas? Et si è contrario non dantes sua acriter arguentur, qui aliena rapuerunt & pauperes spoliauerunt, quomodo damnabuntur? In illa die Gentes philosophi surgent in iudicium contra generationem istam pessimam & auaram, qui sola naturali pietate & rationis dictamine, plurimas in pauperes eleemosynas contulerunt, & hi solo nomine Christiani, neque tot & tantis promissionibus & comminationibus ad pietatem & misericordiam in Christi pauperes commouerentur. Eia igitur fratres arripite viam salutis vobis propositam, viam regiam & tutam, intelligite super egenum & pauperem, ut cum ipsi egeritis, intelligat Deus super vos. Non expectetis ut pauper prius suas necessitates enarret & erubescat, ne erubescendo hanc ipsam eleemosynam promereatur, quam accipiet. Intelligite super egenum & pauperem: & (sicut diximus) hilari animo prius succurrite, quam rubor petitionis accedat. Nolite expectare ut roget, ut instet, ut erubescat: sed vos eius indigentiam prius intelligite, & proueniendo succurrite. Benedictus Deus qui dedit vobis vnde & alijs succurratis, & animas vestras redimere positis, dedit vobis diuitias multas, & pauperes multos ex locis montanis ad hanc urbem quotidie defluentes, quibus illa erogetis, propter illos forsitan

Luc. 11. a

vobis datæ sunt. Videte ut fideles dispensatores bonorum Dei sitis: hinc enim iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, alijs ciuitatibus dare pauperibus pius est, huic non dare, impium & crudele, in alijs pietas, hinc necessitas commendatur, vbi frigus ingens & sterilitas terræ & pauperum multitudo extremas necessitates parturiunt: nudos quotidie videns inter frigora rigere, & nudis carnibus titillare, si non succurritis & frater frigore pereat vti que eum occidistis. Aperite oculos, & videte quia vobis non consilium, sed præceptum eleemosynæ in hac ciuitate frequenter occurrit, vbi non pietas suadeat, sed necessitas dare compellat. Accipite fratres consilium meum, naues onustas mercibus dato pretio tutas facere consuecitis minori pretio facietis pauperibus erogando, tutiores ibunt ad portum eleemosyna quam pecunia, vel certe naues animarum vestrarum per huius mundi pelagus periculorum, inter cautes & sirtes cum bonorum operum mercibus mille periculis naufragantes, eleemosynis modicis tutas facite, ut cum dominus post resurrectionem in litore apparuerit, saluæ & integre veniant ad portum, vbi ille est & mercibus coram eo depositis, mercedem pro eis condignam & superabundantem, apud iustum iudicem & regem potentissimum acquiratis beatitudinis & æternæ gloriæ. Quam nobis omnibus præstare dignetur, egenus & pauper pro nobis, & ipse diues & rex gloriæ Christus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

De

DE DIVO NICOLAO

343

DE DIVO NICOLAO Pontifice & confessore. Concilio prior de imitatione sanctorum.

THEMA.

Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Exodi. 25.



ps. 131

Mnibus qui sub Christiana religione spirituales militiae agimus, hæc vna præcipua & maxima cura est aut esse debet, ædificare domino in nos tabernaculum sempiternum & perpetuum domicilium. Hoc propheta sedula intentione agebat, qui in psalmo dicebat. Sicut iurauit domino, votum vobis Deo Iacob, si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis donec inueniam locum domino, tabernaculum Deo Iacob. Quod votum licet ad templum illud magnificum Salomonis referri possit, sed alterum potius videtur prætere tabernaculum, non solido pavimento, sed puro corde fundatum, non ex quadratis lapidibus, sed ex deuotis affectibus, non ex lignis dolatis, sed ex præcordijs inflammatis constructum, tabernaculum sempiternum quod Babylonicum non formidet incendium, quod Barbaricus non subiuet ignis. Hoc est illud sanctuarium quod dominus in Exodo po-

stulat dicens. Facite mihi sanctuarium, & habitabo in medio vestri: in medio (inquam) cordis, non in medio ciuitatis, in conscientia non in platea fundabitur illud: Spiritus enim est Deus, & spirituale domicilium ad inhabitandum inquit: non sic auratos parietes & insculptos lapides, sicut reformatos mores & claras virtutes acceptat. Vnde si in construendis, exornandis, poliendis, ditandisque materialibus templis, tanta vbi que a fidelibus impeditur cura, quanto maior cui libet esse debet ut in seipso templum domino construat sempiternum: & ut illud gratia firmet, virtutibus ornent, deuotione & puritate sanctificet? Diuus Bernardus se hoc incessanter & sedulo agere dicebat, ut in sua conscientia Christo domino pararet cenaculum stratum grande, in quo non semel sed semper recubaret, & cœneret cum discipulis suis, desiderijs, scilicet, & affectibus cordis sui, vbi & sensibus mentis splendidum sermonem faciat & appetitus famelicos caelestis edulio pascat, & animæ pedes, id est, affectus aqua viuæ lauacro mundissimo abluat. Sed qualiter ædificabimus illud: nunquid prohibito suo quisque formabit Deo suo mansionem? Non vti que, sed à caelo capiat formam quam sequatur, exemplar ab alto demissum est quod spiritualis structura consurgat. O igitur quisquis hanc fabricam ædificare contēdis, inspicere obsecro, inspicere & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est, in monte pingui, in monte sancto, in monte coagulato, in monte in quo beneplacitum est Deo habitare in illo, non spiritualiter solum, sed etiam corporaliter, ut omnibus Dei domicilijs

ps. 67.

lijis formam præbeat, quã sequatur, Nullam enim conscientia domum Deus inhabitare dignatur, quã nõ viderit hoc schemate factã, & hoc prototypo formatam. Quod si ardua tibi huius exemplaris perfectio videtur, & non potes ad eam, inspicere saltem illius exemplaris exemplum, quod tibi hodie in beato Nicolao præsentat ecclesia, & qualem præsentat sermone eius audieris vitam, talem post hac tuam præstare conator. Noli absq; exemplari virtutum in te fabricam erigere, ne forte ædifices in ruinam. Duo namque in quolibet artificio necessaria sunt, ars scilicet, & exemplar: ars quæ in opere artificem dirigat, & exemplar in quod operando artifex inspiciat, quod si foris aliquãdo nõ est, in animo tamen artificis cū operatur semper est. Quæ duo etiam in hac orbis mirabili fabrica, cū crearetur non utiq; defuerunt. Ars Dei sapientia est, teste propheta. Omnia in sapientia fecisti domine. Et exemplar est verbum Dei, teste Ioãne. Omnia per ipsum facta sunt. In verbo enim per generatione primo producto, omnia proculdubia ab æterno reuolunt, quæ tẽporaliter à Dei sapientia in actu producta sunt, in quo etiam à beatis illis spiritib; melius quã in seipsis cuncta cernunt. Sic quoque in hoc ecclesie mirabili tabernaculo & spiritali fabrica, ad quam ædificandam è cælo sapientissimus artifex ipsa Dei sapientia, missus est, Dei enim structura estis, & Dei ædificatio estis (vt ait apostolus) duo hæc supradicta exemplar & ars, operarijs ædificantibus eam ab illo supremo architecto relicta sũt, exemplar in vita illius, & ars in doctrina eius. Sine his quisquis ædifi-

cat, non aurum & argentum & lapides pretiosos, sed paleas & lignũ, & stipulas ædificat ad gehennam. Sed quia exemplar illud vnicum et singulare ab oculis nostris ad patris dexteram assumptum est, neq; iam corporeis oculis in hac vita videri potest à nobis, ideo ab illo plurima translata sunt exemplaria speciosa & certa, quæ per orbem diffusa omnibus ea imitari volentibus præsto sũt, vt quod per morales regulas in euangelica arte docetur, hoc in ipsis exemplaribus spiritu formante cernatur. Ars ergo euangelicum est, in quo bene viuendi infallibiles regulæ nobis traduntur, exemplaria sunt sancti, quorum nobis vita imitanda proponitur. Quid enim aliud est sanctorum quilibet, nisi euangelica forma: euangelium viuuum, euangelium pictum: aut quid legitur in euangelio quod non videatur in sancto? In illo simplicitas, puritas, sanctitas, humilitas, charitas, pietas, mansuetudo, iustitia, benignitas: & quicquid aliud euangelica doctrina commendat, descriptũ, formatumque foris, mirabili pulchritudine cernitur, vt sit inexcusabilis quisquis, in ædificanda conscientia suæ domo negligens fuerit. Non enim allegare potest, quia literas non didicerit, quia euangelium non intellexerit, quia recte viuendi artem nescierit, quam in oculis suis imitandam, in sanctorum quolibet depictam tenuerit, vt quãtenuis rudis & rusticus, quod in libro legere nescit, in sancto possit intueri. Sic enim rudibus pueris discere scribere discunt à magistro literarum forma proponitur imitanda, vt quod vsu & arte non callent, exemplari discant. Talia namque decuit à cælesti

ps. 103

Ioã. 1. a

1. co. 3. b

à cælesti magistro nobis vitæ exemplaria relinquit, talibus oportuit sacrum euangelium tabulis exarari, nõ in tabulis lapideis, sicut olim in Sina lex tradita est, non in laminis erçis vel membranis: sed (vt apostolus ait) in tabulis cordis carnalibus, neque hominis stylo, sed digito dei sculpi ecclesieq; legendum relinqui, sicut olim per prophetam dominus facere promiserat, dicens. Ecce dies venient (dicit dominus) & feriã domui Israel, & domui Iuda, fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de Ægypto, sed hoc est pactum quod feriam cū domo Israel, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum, scribam eam, & erçis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Attende quanta sit legis Sinai, & legis Sion differentia. In Sina litera mortua traditur, spiritus vitæ infunditur in Sion, lex Sinai lapideis tabulis deformatur, lex Sion humanis cordibus inscribitur, ex Sinai monte lapides deferantur inscripti, ex monte Sion flammantes codices descendunt, quibus veluti carbonibus succensus est mundus. Lex mortua mortuo insculpitur lapidi, lex vitæ viuuo inferitur exemplari. Ecce fœdus nouum valde differens ab antiquo, quonia antiquum in lapidibus, nouum in cordibus exaratum est. Nõ lego quod Christus in aliquo libro euangelium suum scripserit, quem ecclesie suæ legendum tradiderit, sed in centum viginti homines, velut in centum viginti codices spiritum sanctum infudit, quos per orbem vniuersum sparsit, vt viuua lex mortuos viuicaret animos, sopitos

Exo. 13
d. & 32
d
2. co. 3. a

Hic 31 f

3. a

A& 1. c

excitaret affectus. Quid enim sepultis in peccato hominibus, mortui codices profuissent? Quãtus autem ex his emerferit fructus testimonio non est opus: testis est orbis terrarum conuersus, testis est idolatria sepulta, testis ecclesia per totum mundum ab oriente in occidentem diffusa. Præcesserat quidem huius rei figura, in duplici illa legis antiquæ latrone. Iratus enim Moyses propter reatum vituli, primas tabulas fregit, neque à domino propter hoc reprehensus est, neque dictum est ei à domino, cur hoc fecisti? quoniam mysterium in fractione latebat, sed iussus est iterum ascendere, & nouas deferre tabulas, quas Deus insculperet. Quare hoc domine? cur alias sicut priores ipsi non tradidisti? Nõ (inquit) sed tu tabulas pones, & ego scribam eas, spiritu sancto designante per hoc, bis dandam hominibus legem, semel in Sinai, & iterum in Sion, in quarum vltima datione homo poneret cordis tabulas, & digitus Dei scriberet eas. In prima enim nihil de suo posuit homo, in secunda ipse homo legis Dei factus est tabula. Hæc præcepit dominus manere in tabernaculo fœdere sempiterno: sed vbi nunc illæ tabulæ sunt? Celsit luminis tenebra vmbra figuræ, agnosco veras legis tabulas in Dei tabernaculo, sanctos vtique in ecclesia, quæ Dei tabernaculo vsq; in seculum seculi non deerunt, quoniam et si illorum caro mortalis sit, sed sanctitatis forma perperua perseuerat, tum propter exemplum relictum, tum propter aliorum sanctorum perperuam successionem, quorum licet sit alia persona, vitæ tamẽ & legis eadem est forma, Deo vtique sollicitè prouidente, ne suo tabernaculo

Exo. 32

3. re. 8. a.

naculo

naculo vnquam desit euangelica
 forma codicibus viuis inscripta, de
 quibus per Esaiam dominus loquitur,
 Efa. 51. c. dicens. Populus meus lex mea
 in corde ipsorum. Hæc sunt vitæ
 exemplaria quæ ascendens in altum
 Christus, populo suo imitanda reli-
 quit, in quibus veluti speculis niti-
 dissimis omnis sanctitas & perfe-
 ctio relucent. Hæc sunt virgæ multi-
 colores, quas prudens Iacob gregi
 suo in canalibus ponit, vt earum
 aspectu maculosos & varios virtu-
 tum concipiant fetus. Quæ enim
 simplicis coloris fuerit ovis, hæc
 pertinet ad Laban: non enim vna
 sufficit virtus ad gloriam, sed vario
 ps. 44. decoratam vellere, & varietate cir-
 cundatam oportet esse ouem, quæ
 dominico gregi annumeranda est.
 Sed vnde hæc in grege varietas, ni-
 si ex vario aspectu virgarum? id est,
 exemplorum varietate, quorum in
 numeram multitudinem doctrina-
 rum canalibus in opere sanctorum
 immixtam, prudens ille Iacob &
 Gn. 32. verus cum hoste luctator quotidie
 f. populo suo obiecit intuedam. Quid
 enim aliud vobis predicamus? quid
 aliud in concionibus quotidie faci-
 mus? nisi obijcere vobis rectissimas
 ac nitidissimas virgas inter fluentia
 doctrine, vt ex varijs sanctorum ex-
 emplis, varios virtutum concipiatis af-
 fetus. Sed harum virgarum quedam
 decorticate sunt in martyrio, qui-
 bus cadorem præstitit eximium in
 tormento cortex carnis ablati.
 Quædam verò in cortice suo grati
 retinent sanctitatis vigorem, mun-
 diciamque caelestem, gratus in illis
 candor, in istis viror, illas corticis
 depositio candidauit, has corticis
 viriditas decorauit. Habes o grex
 dominice in vtrisque quod discas,

sanctitatem in istis, in illis virtutem,
 in istis pudicitiam, in illis constan-
 tiam, in istis quid sapienter facias,
 in illis quid animose sustineas. Sed
 è miserandam nostris temporibus
 harum virgarum inopiam. Vt mar-
 tyres enim omittamus, vbi nunc v-
 nus Nicolaus? vnus Augustinus? v-
 nus Hieronymus vel Ambrosius,
 quem populo Dei videndum obij-
 ciamus? iam non est sanctus, iam non
 ps. 73. est propheta, iam nos non cognoscet
 amplius, quomodo nanque cogno-
 scet deformem gregem, nihil peni-
 tus pulchritudinis & varietatis ha-
 bentem? Hodie si quis non furatur, si
 quis non adulteratur, si quis non per-
 petrat est criminum sanctus habe-
 tur, illos optimos reputamus, quos
 olim velut tepidos euomeret accu-
 rata perfectio. Exilem atque tenuem
 Ap. 3. c. virtutum fabricam hodie magnifi-
 cant, qui templa illa spiritus sancti
 splendida non nouerunt. Sic enim
 etiam in reedificatione templi co-
 tigit, vt latatibus iunioribus, qui Sa-
 Efdreli. lomonis amplissimum templum non
 b. 10. c. viderant, qui viderant senes lamen-
 3. d. tarentur, quia fabricæ antiquæ dis-
 similis noua surgebat, & quasi pro
 nihilo videbatur ad illam. Vbiq; ho-
 die canales aquis inundant, vbiq;
 sermones, vbiq; doctrina, siquidẽ
 vbi propheta prædixerat, repleta est
 Efa. 11. e. hodie omnis terra scientia domini,
 sicut aqua maris inundantis, sed de-
 sunt vbiq; exempla virtutum, quæ
 doctrine fluentis misceantur, ideo
 aquæ solæ steriles sũt, plus enim po-
 pulus exemplo quàm verbo moue-
 tur, & ad formandos in utero fetus
 virgarum quàm aquarum obiectio
 potentior & fecundior est. Clarus
 enim & perfectius Deus lucet in sa-
 cto quàm in verbo, & altius hæret
 visa

visa quàm audita perfectio. Quis di-
 cere sufficiat, quantum suo tempo-
 re quilibet sanctorum hominibus
 profuit? plus vtrique vnus sancti e-
 xemplum & vita, quàm congeries
 numerosa librorum contulit orbi.
 Sap. 6. d. Multitudo enim non librorum, sed
 sapientium sanitas est orbis terra-
 rum. Vidit benedictus à cella sua in
 cælum amplissimam & splendidam
 viam, per quam innumera gentium
 multitudo scandebat in cælum, vi-
 dit Bernardus numerosam populi
 multitudinem à montibus in cla-
 ramuallem, vbi fundabat monaste-
 rium, descendentem, Deo illis iasi-
 nuante, quia per eos plurima mul-
 tudo gentium illuminanda esset;
 & in viam salutis reuocanda, sicut
 & factum est. Nam in prioris regu-
 la, quinque millia monachorum ca-
 talogo sanctorum annumerata sunt,
 & alterius exemplo centum sexa-
 ginta monasteria conuersis à secu-
 lo repleta sunt. O segetem amplissi-
 mam! o mirabilem frugem in vno
 tm sancto. Longum esset hoc in
 sanctis singulis demonstrare, suffi-
 ciat nobis vnus Nicolaus, quo anti-
 stite Mireorum ciuitas penitus in-
 nouata est, huius pastoris baculum
 timebat totum ouile, principes ar-
 guebat, iudices increpabat, oppres-
 siones populi & iniustas exactio-
 nes tollebat, orphanis pater erat, pa-
 tronus viduis, pauperibus & egenis
 vnicum erat asyllum, malis terrori,
 bonis amori, populo venerationi,
 principibus erat honori. O si tales
 hodie in ecclesia antistites habere-
 mus, qui non seiplos, sed gregem
 Eze. 34. dominicum pascerent, neque pro
 suis domibus, sed pro domo Dei
 Efa. 1. f. zelarent! Sed heu principes tui ho-
 die ecclesia infideles, socij furum,

non exactiones prohibent in popu-
 lo Dei, sed augent, redditibus au-
 gendis, non pascentis ouibus in-
 cumbunt, quibus melius vtrique ef-
 fet ouibus annumerari, quàm gre-
 gi dominico præfidere. Quàm varia-
 rias in vno Nicolao dominicis ouibus
 obijcimus virgas, in eo habent
 infantes & pueri quod emulentur,
 habent diuites quod imitentur, ha-
 bent antistites quod sequantur, na-
 turalis ferè fuit huic puero sancti-
 monia, quoniam ab vberibus sanctus
 erat, quomodo non postmodum
 ieiuniorum tempore abstineret à
 pane, qui vberibus pendens abstin-
 ebat à lacte? Maria virgo à sua
 conceptione, Ioannes ab vtero, Luc. 1. b.
 Nicolaus ab vberibus sanctus fuit,
 vt ex tam præcoci sanctitate, ma-
 gnum aliquid iam portenderetur
 in paruulo, neque enim facile amit-
 titur sanctitas quæ cum lacte gusta-
 tur. Audistis abstinentiam infan-
 tis, audite nunc zelum antistitis.
 Iugulandi aderant innocentes ab
 iniquo iudice, præceps in forum va-
 dit, gladium à carnifice arripuit,
 procul illum proiecit, iudicem se-
 uera fronte corripuit, & à mor-
 te innocentes iuuenes liberauit. Ne-
 que hoc solum apud iudicem, sed
 id ipsum iterum apud Imperatorem
 fecit: sed vobis diuitibus speciosio-
 rem in eo virgam proponimus, cha-
 ritatem scilicet, qua ardebat in pau-
 peres. Notorium est, trium puella-
 rum facinus, quod prohibuit & quæ
 misericorditer ex sua pecunia il-
 lis dotes exhibuit, quàm bonum
 & quàm gratum Deo sacrificium pu-
 dicitiam defendere, puellas fragiles
 maritare! Quanta tibi gloria co-
 ram Deo & hominibus o diues secu-
 li, videre in tua ciuitate viginti aut
 Xx triginta

triginta domos pecunia tua fundatas, & paruulos earum tua pecunia pastos indutosque. Quot filias tibi spirituales acquies, si decimam partem dotis ab vna carnali filia tolles, & in huiusmodi eleemosynas erogares. Quando te Deus desereret, quando tibi male esset si pro eius amore hac & similia faceres. Illos utique paruulos quos induisti potestissimos aduocatos, & acceptissimos coram Deo oratores haberes. Nunquam tibi Deus misericordiam suam negaret, si hanc paruulis eius misericordiam ipse prestares. Audi te me o diuites & potentes. Interrogo vos, nunquid & vos regnum Dei introire cogitatis? Dicetis, utique. Quare igitur a vobis, qua via illuc peruenire putatis? Vobis ampla domus dulcem prebet sub tegmine victum, vobis cibus regius, mollis vobis in corpore vestis, vxor pulchra, supellex multa, longa vobis comitatum turba seruorum, cuncta vobis rident, votisque vestris omnia fauet. Vnde vobis celum? O miram stultitiam! duplicem vos paradysum possidere putatis? non ergo vobis asperitatis & crucis via patet, sed neque orationis contemplationisque via, dies enim noctesque negotijs vestris impeditis, neque missas audire vacat, aut vna hora cum domino vigilare potestis. Neque etiam humilitatis & paupertatis iter arridet, honoribus enim & fauoribus hominum exultatis, vbique vobis honor ab omnibus & reuerentia prestat. Gloriosi purpura & auro vestiti, sicut reges inceditis, voluptatibus, honoribus, & diuitijs abundatis. Dicite ergo qua via in celum ingredi cogitatis? Utinam consilium non meum, sed domini saluatoris audire velitis,

Matth.
26.d.

qui vobis etiam celum aperire dignatur. Quod superest (inquit) date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Hac sola vobis via salutis est enim eleemosyna, via ad vitam egregia, dum modo ex charitate fiat, aliisque virtutibus que necessariae sunt & in precepto, sit coonestata. Hac tenete ergo viam, hanc percurrite: nam moribus vestris, alia vita non patet via. Emitte mammona celum, emitte pecunia a pauperibus regnum, caeli namque regnum quibusdam gratis donatur, ut latroni qui a cruce furatus est illud, quibusdam hereditatur, ut baptizatis paruulis a quibus sine merito & labore proprio, sola Christi hereditate possideretur, quibus per prophetam a domino dicitur. Gratis venundati estis absque argento redimemini, id est, qui alieno peccato damnati estis, alieno merito saluabimini. Quidam violenter arripiunt illud, ut martyres: a diebus enim Ioannis Baptistae regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, quidam negotiantur illud, ut religiosi & deuoti fideles qui precibus & lachrymis incessanter illud efflagitant, & sanctorum intercessionibus, & bonis operibus procurant. His dominus ait. Negotiantur mihi dum venio. Quidam illud mercantur ut diuites, nam venale est: his dominus in euangelio consulit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula caelestis gloriae. Quam nobis prestare dignetur ille qui sanguine suo mercatus est illam negotiator caelestis. Cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Lu.11.f.

Lu.16b

cla. 52.a

Matth.
11.b.

Lu.19b

Lu.16b

DEO GRATIAS.

De

DE DIVO NICOLAO

Pontifice & confessore, Concilio posterior de diffinitione viri sancti.

THEMA

Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. ps.1.



Sape vobis fratres charissimi de sanctis predicauimus, sed non diximus vobis hucusque, quid sit esse sanctum, aut in quo sanctitas ipsa consistat quam veneramur. Hodierno sermone hoc solum differere disposui, ut inde constet, quanta & quam vera fuerit sanctitas Nicolai. Sed hoc quis melius nobis suggeret quam psalmographus? Ille quippe quia viam sanctitatis in tractatu illo psalmorum Dei populum edocebat, miro sapientiae artificio, a diffinitione viri sancti cepit, ut primo id diffiniret de quo erat postmodum tractaturus. Omnis enim quae de aliqua re suscipitur institutio (secundum Tullium) debet a diffinitione proficisci. Qualiter ergo virum iustum perfectum & sanctum depingat, attendite. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, &c. Virum beatum illum nominat quem & sanctum, beatum (inquam) non re, sed spe: quanquam etsi qua vitae huius beatitudo est, non in diuitijs, non in delicijs, non in honoribus,

sed in virtute & sanctitate consistit. Sanctum autem dicimus, non quolibet iustum, sed perfectum & consummatum. Huc qualiter diffiniat audiamus. Qui non abiit, &c. Sex conditiones edisserit, quibus quisque sanctus debeat illustrari, scilicet, quod legem Dei custodiat, quod eam amet, sapiat, impleat, doceat, & in his omnibus proficiat & persistat. Primum sanctitatis fundamentum in legis Dei custodia est, ut sollicitus curet ab omni peccato & malitia declinare, ut neque abeat in consilio impiorum peccando, neque stet in via peccatorum perseuerando, neque (quod deterius est) in cathedra pestilentiae sedeat, alios peccare docendo. Hi enim sunt gradus quibus quisque proficit in malitia. Cathedra pestilentiae illa est qua docetur iniquitas, si quis in hoc negligens fuerit, si quis legis Dei contemptor, facilis est ad peccandum, quicquid faciat, quicquid sapiat, quicquid superaedificet, quia sine fundamento edificat ad ruinam. Vae contemptoribus preceptorum, etiam si sapientia & lingua angelica polleant, etiam si omnibus donis & gratijs decorentur, quid dicturus est in iudicio? nostis his qui de prophetia, sapientia, & miraculorum patratione confidunt. Amen dico vobis, nunquam noui vos. Discedite a me operarij iniqui tatis. Etiam cum omnia illa portenta faceretis non agnoscebam vos: nihil enim in homine malo Deo potest placere, cum & ipse displiceat & iniquitas eius. Vnde psalmus. Mane astabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, illo (inquam) iudicij mane quod nunquam aduesperascet, tunc

Matth.

25. b

Lu.13.e

Sap.14.

a

psal.5.

tunc & iudicandus astabo, & aperte videbo quantum tibi displiceat iniquitas, quam modo dissimulas, cum nulla sapientia, nulla gloria, nulla prophetia, neque ipsa in nomine tuo portentorum operatio iniquum defendere poterit, ne sua iniquitate dispereat. Itaque obsecro vos fratres mei, si saluari cupitis, si in bono proficere desideratis, primum super omnia fundamentum tenete, ut nulla ratione, nulla causa peccatum mortale committatis, neque a lege Dei quomodolibet declineris, legis observantia per se sufficit ad salutem, sine hac quicquid habeas, quicquid facias pro nihilo reputabitur. Et quidem ad iustitiam hoc satis sufficeret, quia scriptum est, Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: sed ad sanctitatem non sufficit, non satis est sancto legem Dei implere, precepta servare, sed oportet & amplius diligere: ideo sequitur, sed in lege domini fuit voluntas eius. Multum inter est inter servare legem & sic diligere, iustus incipiens precepta custodit quasi preceptorum funibus alligatus, non agit contraria, quia non licet facturum forsitan si liceret, iusto, perfecto, id est sancto, non est imposita lex, quia ipse sibi est lex: condelectatur enim legi Dei, quam moribus suis conformem invenit, & inquam se penitus affectibus transformavit, ita ut etiam si liceret peccatum minimè perpetraret, quia sibi omnino dissonat & contrarium est. Huic iam virtus assuetudine longa & gratia Dei adiutorio quodammodo versa est in naturam. Talis erat qui dicebat, ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion, non potest similia di-

cere, qui solo timore transgressionis propter verba Dei custodit vias duras. Qui ergo legem Dei ex iustitia servat, eandem ex intima voluntate amplectetur, & diligat, ut sanctitatis titulum & honorem obtineat. Sed si diligit legem, profecto curabit etiam ut sapiat eam, unusquisque enim in eo delectatur quod amat. Unde necesse est ut in lege eius, non quidem ad diem, aut per horam, sed tota vita meditetur die ac nocte. O legis Dei scrutinium, quam dulce, quam delectabile est his qui intus experientur quod foris addiscunt, qui legem Dei susceperunt, scripta non in membranis, sed in tabulis cordis carnalibus: de quibus propheta, Populus meus, lex mea in corde eorum. Testes sunt anachorita illi ecclesie primitivae, qui dies noctibus, & noctes diebus legendo, orando, meditando coniungebant, obliti comedere panem suum, quia caelesti intus saginabatur pabulo. Multum & valde multum prodest fratres, credite mihi legis Dei assidua lectio & continua meditatio, manna absconditum est suavitatis plenissimum, quo Dei populus pascitur in deserto, donec fructus terrae promissionis attingat, nullus illud negligit, nisi qui non gustavit, hoc quippe facit lectio sancta in corde, quod aqua in arbore, radicem voluntatis humore spiritus irrigat, ut tempore suo fructus bonorum operum grandes emittat. Omnis arbor quae non irrigatur, aut omnino sterilis est, aut exiles fructus emittit. Ideo sequitur, Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, id est, fluentia doctrinarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

Matth. 19. c.

i. Ti. 1. b

Ro. 2. c.
Ro. 7. d

ps. 1. 8.

suo. Hæc est quarta conditio, ut qui legem Dei non præterit, qui diligit & amat eam, secundum illam fructificare non desinat, & opere implere quod didicit. Sed neque sic consummatus est, nisi quod sapit & implet, alios studeat edocere, perfectus ille est qui potest generare sibi simile, qui sibi soli sufficientiam obtinuit, nondum perfectionis culmen attingit. Unde dominus in Evangelio, Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum, hoc est quod dicitur, & folium eius non defluit. Folia enim arboris verba sunt sapientis, quæ non inaniter defluunt, sed in salutem gentium colliguntur, sicut in Apocalypsi scriptum est, & folia ligni ad sanitatem gentium. Sed quid si in omnibus his modo crescit, modo decrescit, & sicut luna mutatur, nondum profecto sancti cognomen promeruit, nisi in dies augeatur, & crescat, perseveret, & proficiat, & stabilem in virtute fortietur statum. Unde ait, Et omnia quaecumque faciet semper prosperabuntur. Quod est vitimum sanctitatis præconium. Scriptum est enim, Iustus ut palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur, plantati in domo domini, in atrijs domus Dei nostri florescunt, & adhuc multiplicabuntur in senecta vberis, non sic impij, non sic, sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ. Quam apta & propria comparatio, iustus ligno irriguo, florenti, & fructifero, impius pulveri, sterili, levi, & ad nihil aliud quam ad excandum oculos viatorum utili comparatur, sicut tenuissimus pulvis ambulantes in via domini obsecrat, societas

mat. 5. c

Ap. 22. a

ps. 91.

impiorum qui sapiens est declinabit ab ea, pulvis levis & instans peccatur vento tentationis facile tollitur, quia nullo virtutis & gratia Dei pondere stabilitur. Optimum est (inquit Apostolus) gratia stabilire cor, hac sublata quid remanet impius, nisi pulvis. Unde propheta, Peccatum peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Hoc quippe inter alia horrendum & grande malum iniquitas habet, quod hominem reddit instabilem, leuem, & ad omnem tentationis ventum expositum. Heu miseriam impiorum, nullum sui dominium retinent, expositi sunt omnino malo, quos captivos diabolus retinet ad suam voluntatem. Quid hæc animi mobilitate instabilitateque in felicitate? quid miserabilius quam nulli posse pravitati resistere? Si concupiscentia, si ira, si cupiditas, si invidia, si avaritia, cæterorumque vitiorum tenuis ventus perflauerit, modico flatu rapitur sicut palea. E quidem (sicut Esaias ait) neque plantato, neque sato, neque radicato in terra trunco, eorum repete flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. Et in alio loco psalmographus inquit, Quoniam declinaverunt in te mala, cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire, id est, propter peccata & scelera sua, quia contra te in malitiam cordis sui declinaverunt, ideo et si aliquando bona consilia proponunt & cogitant, non tamè ea animo stabilire, neque opere exequi, neque in ipsis perseverare possunt. Unde sequitur. Ideo non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum, ideo inquit scilicet, propter instabilitatem & leuitatem suam non resurgunt.

Heb. 13

b

Thi. 1. c

2. Ti. 2.

d

isa. 40. f

ps. 20.

gunt impij à peccatis, etiam si aliquando resurgere videantur, neq; in iudicio proprio, neq; in consilio alieno, scilicet iustorum. Nam licet intus synderesis stimulat, & foris iustus exhortatur & rogat, tamen miser experitur in seipso quod scriptum est, quia nemo valet corrigere quem dominus despexerit. Unde aptissime sequitur, quoniam nouit dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Attendite fratres omnium quæ dicta sunt, hæc prima radix & primū fundamentū est, sanctorum scilicet, prædestinatio, & reprobatio impiorum, illorū viam Deus nouit horum non nouit, ideo illorū iter prosperatur, & istorū peribit. Quos enim prædestinavit, hos vocauit: quos vocauit, hos iustificauit, hos & magnificauit. Catena firma & indissolubilis est, nō valet eam rūpere omnis inferni potestas & nequitia demoniorum, vere beatus quem elegisti & assumpsisti, habitabit is utique in atrijs tuis, elegisti ab æterno, assumpsisti in æuo, habitabit tecum in gloria in secula seculorū. Nemini Deus facit iniuriam fratres, si hunc assumit illum non assumit, exemplo id notū fiet. Si latronum multitudo deducatur ad furcam, & rex pius ex fenestra respiciens aliquos eorum miseratus absoluat, alios non absoluat, iure suo facit illis gratiam, & alijs non facit iniuriam. Neque tamen Dei præsentia, vel prædestinatio rebus necessitatem imponit: manet nanque in homine ad bonum & ad malum arbitrium liberum, quantumvis Dei prædestinatio infallibiliter implenda sit: neque habet excusationem iniquus si labitur in peccatum, neque meritum bonorū

operum ex hoc prædestinatus amittit, quia licet adhiberi necessitas consequentia, non tamen consequens sicut doctores affirmant. Hæc de conditionibus sancti & eius diffinitione dicta sufficiant: nunc comparationem illam prothæmatis qua ligno fructifero & irriguo assimilatur diffusius prosequamur. Apud Ioannem in Apocalypsi legimus, in medio plateæ Hierusalem fluium Ap. 22. aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum procedentem de sede Dei & agni, in cuius utraque ripa lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructus suos, & folia ligni ad sanitatem gentium proculdubio. Hic fluuius aquæ viuæ, cuius impetus latificat ciuitatem Dei. Ille est de quo Saluator in Euangelio ait. Qui crediderit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Quod exponens Euangelista ait. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum, istæ sunt aquæ syloe quæ fluunt cum silentio, aquæ dulcissimæ, aquæ saluberrimæ, aquæ mundæ, aquæ fertiles & fructiferae in vitam æternam salientes. Hic fons ille inundans spiritus cordi nostri, terram inebrians & impinguans, qui per oculorum meatus in varios lachrymarum riuulos deriuatur, quibus anima sancta velut Dei paradus irrigata & fecundata floret & vernat. Sunt enim quatuor eius flumina, scilicet, contritionis, compassionis, deuotionis, & gaudij, quorū irriguo meatu omnis dei hortus fecundatur, & viret, si qua arbor si qua planta harum aquarum humore non tangitur, aut siccatur omnino,

omnino, aut sicut diximus, marcidos fructus emittit. Felix homo qui radicem, id est, voluntatem suam his liquoribus irrigare consuevit, qui secus decursus aquarum istarum plantatus continuè salubres in seipso ebibit humores. Unde fratres putatis tanta in nobis sterilitas, & ad omne opus bonum tanta & tam grauis difficultas, nisi ex siccitate radicis, quia scilicet, stillicidia illa caelestia non suscipimus, quia rorem illum inebriantem animam penitus ignoramus, terrenis impliciti, temporalibus inuoluti, spiritualibus caelestibus infusionibus irrigari nequimus, & ideo ad omnem fructum boni operis aridi & steriles inuenimur. Animæ deuotæ & feruidæ, quæ deuotionis & charitatis humores quotidie aut continuè in sua radice percipit, quæ huiusmodi lachrymarum fluentis irrigari assidue cōsuevit, credite mihi, nihil est ad operandum difficile, sed incallescens, cum estuans e celo tempus ariserit in grandi numero & multitudine ficulnea hæc grossos suos emittet, iuxta istum fluuium ex Dei sede procedentem splendidum & crystallinum. Ros enim lucis ros tuus, sicut propheta ait, secus harum aquarum fluentia ex utraque ripa sanctorum ordines plantati inueniuntur in ciuitate Dei, quarum abundantia multiplices per annum, & varios domino suo fructus reddunt, neque folia eorum, id est, verba defluunt aliquando, sed ad sanitatem gentium auidissime experuntur. Omne enim quod in viro sancto est, salutiferū est, vita, cōuersatio, verbū, vestitus, incessus, cibus, motus, gestus, opus, omnia

ad sanitatem gentium, quicquid facit, quicquid loquitur, quicquid ostendit videtur populum salus & vita est. Ad has aquas plantatus sanctus fructum dat, non quolibet, sed suum, & non quādo libet, sed in tempore suo. Sunt enim qui fructū non faciunt, sunt qui faciunt, sed non suum: sunt qui faciunt suum, sed non in tempore suo, ut inquit Bernardus. Arborea enim syluestres, ut quercus robur & vimus fructum nullum faciunt, aut si quem faciunt non humano, sed porcino esui aptum. Tales sunt filij huius seculi carnaliter viuentes, quorum si quæ bona opera esse videntur, quia non ex charitate Dei, sed ex quadam radice corrupta procedunt, in cibos porcorū degenerant. Illa enim opera elemosynarum & ieiuniorum, quæ si ex charitate fierent vitæ meritoria essent, propter inanem gloriam & humanam laudē effecta in peccata & vitia conuertuntur: alia autem fructum faciunt, sed non suum, ut quæ alieno trunco interte, non proprium, sed alienum fructum emittunt. Tales sunt religiosi negotiatores, qui deserentes claustrum, silentium & chorum, & cætera quæ statui suo principaliter conueniunt, tota die per vicos & plateas, negotijs quibusdam pietatis, ut ipsi dicunt, implicantur quæ utique opera, et si alijs bona essent, sibi tamen minime conueniunt. Tales quoque sunt sacerdotes, qui relicto altaris ministerio & ea quæ diuino cultui necessaria sunt, regendorum populorum gubernationi deseruiunt. Tales pontifices, qui gregis Domini cura, & propria dioecesi relicta, aut regibus in curia consiliarij accedunt, aut publi-

eccles. 7.

Ro. 8. f.

ps. 64

Ap. 22.

Is. 45.

Io. 7. f.

Esa. 8. b.

Cāt. 2. c.

Esa. 26. d.

corum negotiorum praesidentiam recipiunt. Tales milites qui in ocio & vitio degentes relictis armis & populi Christiani defensione post crateres & vina de sublimibus disputant, & sapientiores sibi videtur septem viris proferentibus sententias. Tales sunt etiam matronae nobiles, quae nutriendorum filiorum, & regendae familiae cura neglecta curiose per vias discunt, peregrinationes sibi minime debitas frequentantes. Hi enim & similes fructum quidem faciunt, non suum, sed adulterinum, ac propterea Deo minime gratum: de quibus Sapiens, Adulterinae plantationes, non mittent radices altas. Quid opus est alienum officium usurpare: agat quisque quod suum est, nunquid si oculus audire, aut auris videre vellet, et si manus ambulare, aut pedes palpare cuperent toti corpori nociva minus non esset huiusmodi officiorum permixtio? Ita fratres (secundum apostolum) corporis Christi membra sumus, alius oculus, alius auris, alius pes, alius manus, alius os: unusquisque officium suum exerceat, & sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administret ne in dominico corpore confusio fiat: & dum unum quodque membrum officium alterius inordinate affectat proprium agere insipienter omittat, aliae autem arboreae fructum suum faciunt, sed non in tempore suo, sed aut praecocem valde, aut serotinum. Anticipant enim tempus fructificandi hypocritae, qui prius cupiunt docere quam discere, & qui domui suae adhuc praesidere nesciunt, ecclesiae Dei praesidere ambitiosissime procurant: quos bene beatus Iob scirpo comparat, qui simul oritur & pro-

ducit germen. De his etiam Esaias, Ante messem totus effloruit, & imatura perfectio germinabit horum fructus duri & acerbi esse solent, & quoniam immaturi sunt edentium dentibus generant stuporem. E contrario autem serotinos & putridos fructus emittunt, qui ad vitam lenectutem, & ad testamenta bona opera & elemosynas differunt, qui cum in iuuetute lubrici & avari semper extiterint, tunc de continentia gloriantur, quando nequeunt exercere libidinem: & tunc affluenter pauperibus elemosynas errogant, quando iam non sua, sed filiorum sunt quae donantur: super hoc Ecclesiastes consulit, dicens. Memento creatoris tui in diebus iuuetutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis tuae, & appropinquent anni, de quibus dicas non mihi placent, antequam rumpatur funiculus argenteus & recurrat vita aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, & reuertat pulvis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad eum qui dedit illum. Et dominus in euangelio, Operamini dum dies est, veniet nox quando nemo poterit operari. Cum enim tam brevi tempore concessum sit fructus colligere, quibus perpetuis postmodum temporibus perfruamur stultum est, vel ad horam a fructificando vacaret. An ignoramus quia scriptum est, labores manuum tuarum, quia manducabis beatus es, & bene tibi erit. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum, ne nos fructificandi tempus praeterat, & sterilitatem nostram postmodum deploremus. Ficulneam sterilem dominus maledixit, etiam cum ficorum tempus

pus non esset, quid si esset? Unde horum non inscius beatus Nicolaus, ne vel ipsa eius infantia a fructibus esset aliena ab verberibus fructificare festinat, non distulit in senectute ieiunia, sed neque iuuetutem expectat, sed biduo in hebdomada abstinebat a lacte. O mirum lactis ieiunium, quis audiuit unquam tale? quis vidit huic simile? Puer vero non ludis & chachinis, non vestibus & poculis, ut illa aetas assoleret indulgebat, sed ecclesiam Dei frequenter sacris eius & orationibus assidue intererat, omnis eius voluptas, & gaudium in Dei obsequio, & diuinis laudibus erat, altario frequens, conuiuium rarus: sed semper illud prophetae mente & opere profitens, bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se. His itaque mundantium charismatum fluentis sapientius irrigata plantula in arborem grandem, & excelsam nimis euasit. Creatus postmodum episcopus bone Deus, quales ac quantos fructus emisit. Quam bene illi congruit illud prophetae, Oliuam verberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuum. Nam etsi ad omnia virtutis genera fertilis & procliuis erat, tamen ea quae pietatis & charitatis sunt propensius exhibebat: sic, fratres, vestros filios educate, sic illos imbuite, si viros optimos eos efficere desideratis. Credite mihi, multum ad virtutem confert pia puerorum educatio, quoniam qualisquisque planta fuerit in principio, talem postmodum arborem reddet. Unde putatis filios iam iuuenes discipulos, lubricos, rebelles, contumaces, superbos, & inobedientes sustinetis, nisi

quia pueros delicate & indulgentes enutristis? nunc enim iusto Dei iudicio vestrae indulgentiae vice vobis reddant, quia ita perfecto fieri oportuit, ut neque timeant, neque reuerentur canos vestros, quonia Deum timere reuererique paruulos non docuistis. Merito etenim vestro, quos improbos educauistis patimini contemptores. Quam sanctum & pius est, ut pueri vacent dei laudibus, deuotioni & pietati assuescant: qua sollicitudine praelati ecclesiarum illorum institutioni virum graue, pium, & honestum providere deberent, a quo instituerentur in moribus, & pie, & modeste vivere docerentur. Quid Deo gratius, & populo Dei utilius esse posset, quam huiusmodi puerorum institutio, nisi forte diuites habere filios quam bonos satius existimatis? Beatus itaque Nicolaus, quia secus decursus aquarum ab infantia sua plantatus fuit, mirabiles postmodum in ecclesia fructus edidit. O si nunc plures tales arboreae haberemus, ex quibus virentes ramos in via discerptos coram iumenta cui insidet Christus praedicores sterneremus. Nostis fratres historiam cum dominus iumento insides sanctam ciuitatem intraret, apostoli vestes iumento imposuerunt, ut super eas dominus insideret: alij vestes in via extendebant, alij ramos de arboribus praecedebant, sternerentes ex eis viam, ut iumentum dominicum pertransiret. Iumentum cui dominus insidet, populus fidelis est, in quo per fide & charitatem dominus inhabitat & pergit in Hierusalem. Hoc iumentum apostolici viri, multis variisque documentis, sicut vestibus ornant, ut in eo sedeat Christus. Non enim ascē

det super illum quem huiusmodi
 Heb. 13 apostolico ornatu non viderit præ
 paratum doctrinis itaque varijs &
 peregrinis nolite abduci, sed apo-
 stolica indumenta vobis perquiri-
 te si talem cupitis ascensorem de-
 ferre. Alij autem vestes suas non su-
 perimponunt, sed sternunt, mon-
 strantes viam per quam vadat: hi
 sunt qui bonis operibus & exéplis
 Dei populum præcuntes viam salu-
 tit ostendunt, & à via domini sale-
 bras & offendicula tollūt, qui verò
 de suo non habent quid apponant,
 similes mei prædicatores steriles &
 inanes ad arbores altissimas accu-
 rrentes ramos ab eis virides & flo-
 rentes præcidunt, quibus corâ do-
 mino festum agant, ramos (inquâ)
 oliuarum & palmarum, quorum al-
 terum misericordiam, alterum vi-
 ctoriam designat. Tales vobis ho-
 die ab ista arbore ramos projicim⁹,
 tales vobis proponimus fratres. O
 qualis ramus oliuæ puellarum illa
 dotatio! qua & castitati & inopiæ
 illarum misericorditer & liberali-
 ter vir Dei prouidit! Quales rami
 etiam oliuarum præsidia, tum mili-
 tum, tum iuuenum, quos iam iam
 iugulandos de carnificis gladio cle-
 mentissimè liberauit. Sed quales e-
 tiam palmarum rami virilis illa im-
 peratoris reprehensio, & dura ob-
 iurgatio magistratus cū eos de cru-
 delitate & seueritate nimia austerri-
 mè reprehendit: non utique humi-
 lis & supplex orator accessit, sed
 pontificis autoritate terribilis in-
 crepator & obiurgator apparuit.
 Vide quid autoritatis sanctitas ho-
 mini conferat, hos vobis & similes
 ramos ab hac arbore fratres obijci-
 mus, videte ne à via strata aliorum
 declinetis, non vos decipiât dogma

ta peregrina. Væ qui coram domi-
 ni iumento offendicula ponunt, væ
 qui illud à via recta declinare fa-
 ciunt, suo tempore pœnas luēt. Vos
 autem si dogmata & vestigia san-
 ctorum sectantes stratam vestibus
 & ramis florentibus viam non de-
 serueritis, in cælestem Hierusalem
 cum ipso sessore Christo gaudēter
 & ouanter introibitis, & paratam
 vobis ab initio gloriam possidebi-
 tis. Quam nobis præstare dignetur
 qui eam præstitit Nicolao, pius &
 misericors Christus, cui cum patre
 & spiritu sancto est honor & gloria
 in secula seculorum. Amen.

IN FESTO SANCTI
 AEGIDIJ ABBATIS, Concio,
 quomodo Deus honorat
 suos, & quomodo eos
 nos etiā honorare
 debemus.

THEMA

¶ Gloria & honore coronasti
 eum domine, & constituisti
 eum super operam manum
 tuarum. Psal. 8.



Ex personarū dif-
 ferentijs generali-
 ter debetur honor
 Deo, parētibus, ma-
 gistris, principib⁹,
 sacerdotibus & san-
 ctis. Diuitibus autē
 quibus ferè mundus omnem hono-
 rem impendit, eo solo quòd diuites
 sunt parum quidem debetur hono-
 ris: imò hoc solo titulo honor exhi-
 bitus culpa aliquando non vacat.
 Est

Est enim acceptio personarum ma-
 nifesta (vt late Iacobus apostolus in
 Iacob. 2. a. sinuat in epistola) diuitiæ nanque si-
 cut non faciūt hominem meliorē,
 ita neque honorabiliorem. Deo de-
 us ut supremus honor, & maxim⁹
 cū Deus (qui latrā dicitur) qui adora-
 tione & sacrificio cōstat, hic honor
 alteri si extrinsecus maximo præsta-
 ri non potest, quia scriptū est. Glo-
 riam meam alteri non dabo. Est e-
 nim Deus zelotes, & supra modum
 nimis suum zelat honorem. Quòd
 aliquando in scriptura sanctos, pa-
 triarchas, angelos, aut homines adō-
 rasse legitur, non fuit illa vniuoca
 & parilis adoratio cū illa, quā Deo
 præstamus: hæc enim prohibita est
 Ap. 22. Ioanni ab angelo, cū dictum est
 ei. Caue ne feceris conseruus tuus
 suum, & c. nisi fortè in persona Dei
 adorati sunt. Quid mirum si Deum
 præ omnibus honoramus, cui etiā
 debetur omnis honor? vnde apo-
 stolus. Soli Deo honor & gloria.
 Quicquid enim in alijs honorabile
 est, ab ipso est: nam sicut omnis pul-
 chritudo & claritas astrorum à so-
 le suscipitur, ita omnis virtus & de-
 cor sanctorum à patre luminū de-
 scendit, à quo est omne datum opti-
 mum, & omne donum perfectum,
 secundum Iacobum. Ideoque pro-
 pheta non tam sanctos quā domi-
 num in sanctis eius laudare iubet,
 sciens utique quia omnis eorum vir-
 tus & ratio laudis ab ipso est. Quid
 enim sunt sanctorū merita (vt Au-
 stinus de Monica ait) nisi dona Dei?
 Propter quod & sanctus dicebat. In
 ps. 33. domino laudabitur anima mea. Pa-
 rentes quoque, aut magistrōs, aut
 principes, aut sacerdotes, sic hono-
 ramus tanquam Dei ministros, &
 Dei vicem gerentes in terris. Sicut

ergo diligitur in Deum, & propter
 Deum diligendum est, ita omne
 quod honoratur in Deo, & propter
 Deum honorandum est: & Deus so-
 lum illum remunerat amorem si-
 ue honorem, qui ad ipsum formali-
 ter aut virtualiter refertur. O si ani-
 mum nostrum semper & in omni-
 bus dirigeremus in deum! ò si huic
 cōsuetudini cōtinuè insisteremus,
 vt omnia in Deum & propter Deū
 faceremus! reputarētur utique no-
 bis ad meritum & iustitiam etiam
 ipsa opera necessaria vitæ, sine qui-
 bus omnino viuere non possumus,
 & tota vita nostra meritum & iu-
 stitia putaretur. Deus enim (vt dixi-
 mus) illa opera & sola acceptat, quæ
 ad ipsum aliquo modo referuntur,
 & propter ipsum sunt qui ad remu-
 nerandum vsque ad eò pronus est,
 vt ipsa opera nobis necessaria, sua
 computet in obsequia: hoc est quod
 Apostolus monet ad Corinthios di. 1. cor. 10
 cens. Siue ergo manducatis, siue bi-
 bitis, vel aliud quid facitis, omnia
 in gloriam Dei facite. Sic enim hæc
 ipsa corporalia commoda cibi &
 & potus quæ alioquin spiritui no-
 cere solent, animæ vestræ proderūt
 ad salutē. Parentibus autē tāquam
 nostris radicibus & trūcis debemus
 honorē: per illos enim accepimus
 vitam hanc, vnde meritò priuatur
 vita qui vitæ radicem nō honorat,
 sed deturpat. Propter quod (ait) ho-
 nora patrem tuam & matrem tuā,
 Matth. 15. a. &
 & eris longeuus super terram. De-
 betur etiam eis obediētia in his quæ
 D. cut. 5
 ad regimen domus spectant, quan-
 diu filius emancipatus non est. Ma-
 gistris quoque honorem impendi-
 mus, quia nos scientia & ratione au-
 xerunt. Cū enim esse nostrum ra-
 tionale sit & que eis ferè debemus
 qui

qui rationem sicut qui vitam & esse præstatur. Vnde antiquum pro uerbum est, quod dijs, parentibus, & magistris nemo potest reddere equiualens. Principes etiam honoramus, quia Dei locum habent in terris, & ab ipso constituti sunt iudices ad terrorem malorum, laudem uero bonorum. Propter quod (ut apostolus ait) necessariam eis debemus subiectionem, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Obligant enim nos eorum leges & præcepta si iusta sunt, non modo ad temporalem poenam, sed etiam ad peccati culpam, maxime cum ex superbia contemnantur, sed præ omnibus hominibus sacerdotes Dei & prælati ecclesie honorandi sunt, quoniam non corporum, sed animarum parentes, iudices & custodes à Deo constituti sunt: ideoque sicut anima corpore nobilior est, ita cæteros omnes illorum principatus excellit. Vnde apostolus ad Timotheum ait, Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in verbo & doctrina, duplicatus honor, reuerentia, & obedientia, quarum altera cordis altera corporis est. Neque enim sufficit (ut ait Bernardus) exterius obtemporare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Quod si manifeste innotuerit indigna prælati alicuius uita, ut nihil omnino dissimulationis, nihil excusationis admittat, propter eum tamen à quo est omnis potestas, ipsum quem modo talem nouimus excessum reputare debemus, non præsentibus personæ meritis, sed ordinationi diuinæ, & dignitati ipsius officij deferentes reuerentiam, illis impendi-

mus propter dignitatem obedientiam, & propter sollicitudinem, in quarum utraque nemo illis hominum conferendus est. Excellunt namque officio & dignitate (ut prædicamus) non solum temporales & uisibiles principes, sed etiam angelici illi celestis curie principatus, tum propter dominici corporis consecrationem, tum propter remittendum criminum potestatem. Sed de cura & sollicitudine illorum quid dicam? cum pro animabus nostris animas suas non temporali modo, sed æternæ morti & sempiternis ardoribus exposuerint, Deo se pro nobis redde rationem in districto illo examine de iudicantes. O terribilem & formidabilem obligationem! Quid obsecro cis obsequij rependere possunt, quod tale ac tantum adæquet periculum, & huic equiualeat obligationi? An non audistis quid prælati per Ezechielum dominus dicat? Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, si non annunciaueris impio, neque locutus fueris ut auertatur à via sua impia, ipse impius morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Videtis quam formidabile iudicium illis proponitur, o quam durum & terribile est pro alienis criminibus damnari, & pro alterius commissis arderet neque est illis excusatio postquam semel susceperunt dignitatis iugum. Vnde Bernardus. Accedit, inquit, ad sollicitudinis cumulum & pondus timoris, quod cum meâ & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota, utraque abyssus est imperferutabilis, utraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me utriusque custodia. Et clamatur, Custos quid de nocte?

nocte custos quid de nocte? Non est mihi dicere cum Cain, Nūquid custos fratris mei sum ego? Quis sapiens & intelliget hæc? utique si prælati nostri huius obligationis pondus satis intelligerent, abscondisset se forsitan in petris & in cauernis terræ latuissent, ut oblatam effugerent dignitatem, cui tantum anime suæ periculum annexum est. Grandis honor episcopatus, sed importabile pondus, & formidabilis timor, propter quod iure illis debetur omnis honor, qui pro nobis tantum subire discrimen non formidarunt, maxime si iniunctum sibi officium debite prosequuntur. Vnde uolens Deus populis insinuare quo honore prælatos suos prosequatur, deos nūcupat illos in psal. dicēs. Deus stetit in synagoga deorum, & in medio eorum deos diiudicat, quibus tantum dignitatis & potestatis fastigium à Deo tributum est, ut sicut dii gentium populos diiudicent, ipsi uero à nemine iudicentur. Hæc de prælati longius forsitan quam proposito decuit prosecuti sumus, propter quosdam huius temporis hæreticos, detractores, qui non verentur inuerecundè, perfricta fratre sicut canes rabidi, aduersus ecclesie antistes delatrare: quorum damnatio in tempus suum reseruata est. Sed iam ad sanctos veniamus, quibus (ut opinor) tribus de causis potissime debetur honor. Primum, quia sancti sunt: est enim honor uirtutis præmium, & tributum quoddam debitum honestati, unde uero iusto & optimo omnis homo laudis & honoris debitor est. Si ergo sanctum honoras, non cum propterea obligasti, sed reddis illi debitum quod debes, sicut uectigalia regi, mira uirtutis laus que to-

tum mundum sibi obligat ad honorem. Hoc est quod apostolus ad Romanos ait. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, cui timorem, timorē, cui honorem, honorē: nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis: amoris nanque debito, etiam si multum dilexeritis, semper uos amplius existimate debitores, in te liquis autem debitum omnibus persoluite, principibus, uectigalia & timorem, sanctis gloriam & honorē, hic solidus honor est quo non dignitas aut officium, sed persona & uirtus honoratur. Quid enim habet gloriæ, si constitutus in magistratu uel principatu honoratur à populis? Non potest is de hoc admodum gloriari, ubi non tam ipse quam eius dignitas honoratur, quicumque enim illa dignitate inuestiretur, eodem modo pariter honoraretur. In sanctis uero non ita est, quibus propter seipsum & meritum, omnis homo rependit honorem. Magnus & præclarus titulus uirtus fratres, nullus alius potest illi quomodolibet equiparari, quicquid de aliquo dixeris, siue quia magnus literatus, siue quia magnus artifex aut doctor est, non ita granditer sonat, sicut cum bonum illum hominem prædicaueris. Hæc omnium suprema & potissima laus est, qua non secundum aliquid bonus, sed simpliciter bonus dicitur quispiam, quanuis nemo sit absolute bonus, id est, ipsum bonum, nisi Deus solus. Tenemur etiam secundum sanctis ad honorem ob innumera beneficia, quibus bene meriti sunt de nobis: in Christo enim Iesu per euangelium ipsi nos genuerunt, & uerum suorum lacte nos lactauerunt, quis enarrare sufficiat labores

Ro. 13. a

1. Ti. 3. c

Eze. 3. d

Esa. 21. e

Ro. 13. b

Gn. 4. b
ps. 106

ps. 81.

heb. 13. e

Lu. 18. d

1. co. 4. d

res

res eorum & sudores, & amarissimos dolores, quos in hoc spiritali partu sustinuerunt, ut nos Deo gratiam prolem fide & moribus parturirent: Considera martyrum atrocis conflictus, & diras mortes, quas passi sunt, ut ecclesiam Dei & fidem catholicam stabiliret, & eam in cordibus fidelium sanguine suo plantarent. Quo etiam zelo, quo feruore doctores sancti diebus ac noctibus in sacris literis desudarunt, ut lucubrationibus suis populum Dei viam vitæ docerent, & in fide & veritate formarent: quibus etiam exemplis confellores sanctissimi nos adiuverunt viam domini præcurrentes, ut nos ad sequenda eorum vestigia prouocarent. Quando istis reddere poterimus æquiualens, pro fide, pro sapientia, pro honestate, pro virtute, pro omni denique vitæ & morum institutione, reformationeque quæ nobis vita & literis contulerunt? Sed & nunc postquam æternæ vitæ brauium consecuti sunt, quid post Christum Dei filium ecclesiam Dei sustinet? quid eam fouet & nutrit, nisi illorum patrocinium, & continua pro nobis deprecatio coram Deo? In vita sua sicut columnæ, nunc autem sicut angulares lapides (qui vocari solent clauis) ex alto totius ecclesiastici ædificij molem humeris suis portant, Deo pro nobis incuruantes seipso, sicut scriptum est, Sub quo curuantur qui portant orbem. O quomodo pro nobis zelat! quomodo in presuris & tribulationibus nostris sollicitantur de nobis! quis eorum pietatem & charitatem valeat explicare? Angelos quidem beatos nostri amantissimos & obsequentissimos habemus, & nostræ salutis audissimos oratores, sed non ita

experti sunt miseras & infirmitates nostras, sicut sancti homines quos in gloriam Dei hæc vita transmisit, qui postquam simile periculum euaserunt, non ignari malorum, ex his quæ passi sunt ipsi miseris succurrere didicerunt, propter quod in tribulatione mea libentius sancti alicuius quam angeli fauorem imploro, sciens quia expertus ipsum facilius miserebitur patienti. Sic amico suo in tribulatione constituto, viri illi sapientes consulebant dicentes, Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Sic quoque ecclesia Dei quoties affligitur facere consuevit, velut prudens filia ad matris suæ gremium accurrens, auxilium ab ea postulans & fauorem. Qualia obsecro ac quanta hæc beneficia sunt, ut non pro eis merito quoslibet sanctis rependamus honores. Sed ut verum fatear non sic ista omnia ad eorum venerationem prouocant me, non sic ad eorum obsequium & laudem animum meum concitant, sicut amicitia & gratia qua Deo coniuncti sunt: hæc me pedibus eorum sternit, hæc me sibi vndiquaque mancipat in obsequium, venerentur in eis merita qui volunt, venerentur alij beneficia, siue quid vis aliud quod placuerit, mihi certe nimis honorati sunt amici tui Deus ob hoc mihi sunt honorati, quia amici tui sunt ad omnem honorem & dilectionem, sufficit mihi scire quia tibi placent domine, & tu eos sic honorari & amari, & iubes, & vis. Hæc mihi omnium amoris causa, hæc ratio potissima diligendi, non discerno merita, non pondero sanctitatem: sat mihi est diligere quem diligis, honorare quem honoras: nam omni honore

Iob. 9 b

Iob. 5 a

Ps. 138

Hester. 6. b. nore dignus est quem rex voluerit honorari, neque tam dignum reuerentia facere potest eum propria virtus, sicut regis æterni voluntas. Amat sponsa vernaculum parafitum, ac tota eum veneratione profectitur, non utique ob aliud, nisi quia sponso suo illum placere nouit, neque attendit quid promeretur honoratus, sed quid velit dilectus. Hæc utique vera & perfecta charitas est, & acceptissima Deo voluntas, qua in ipsum & propter ipsum omnia diliguntur. Sed quomodo amas electos tuos domine? quomodo ipse honoras eos? expone nobis obsecro, da sensum, da linguam, da sentire quod cupio, explicare quod sentio: vincit enim omnis sensus a re, omnis vox a sensu. Sed qua via dicam? quomodo id explicabo? famulari utar exemplo: si forte sic innotescere possit quod cupio. Pone nunc regem potentissimum quem piam ex familiaribus amicissimum ac dilectissimum, sibi modis omnibus sublimare conantem, pone etiam huic regi omnia in suo regno licere quæ velit, quid putas faciet ut exaltet amicum? diuitijs plurimis ditabit eum, multis eum titulis honestabit, deinde sibi semper adesse præcipiet, & domui suæ & regno præficiet eum, ut sicut illi placuerit, ita in omni domo & regno eius fiat. Rursus illum sibi consiliarum faciet, eique omnia secreta sua etiam intima pandet, & ut ampliorem illi tribuat dignitatem coram omnibus patietur se ab ipso redargui, et si indignatur in regem publice placabit eum, & ad illius arbitrium cuncta disponet, absentem presentemque venerabitur eum, & non solum personam eius, sed etiam omnia sua

honorifice tractari iubebit. Est ne amplius quod superaddi possit huic honori? Adde quoduis, adiunge quodlibet, ampliorem multo sanctis suis Deus confert honorem. Bone Deus quas illis diuitias, quos titulos præstas, non in auro & argento & lapidibus pretiosis, non in vestibus & equis & familia copiosa: hæc enim terrena sunt & caduca modicique valoris, sed in donis super cælestibus, in gratijs & virtutibus spiritalibus, in cordis latitudine & plenitudine spiritus, in splendoribus intelligentiæ & sapientiæ claritate. Hæc sunt diuitiæ sanctorum inauferibiles, quibus ditatur a deo: titulus autem excelsus est supra modum, ut filij Dei nominentur & sint. Dedit namque eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt. Videte fratres qualē charitatem dedit nobis pater (ait Ioannes) ut filij Dei nominemur & simus. Potest ne addi aliquid huic titulo? Præficit etiam eos regno suo, ut faciant in tota domo eius & regno quicquid libuerit. Vide si non ita est eorum voluntate mortui suscitantur, cæci vident, surdi audiunt, infirmi curantur, desperata salus egrotis donatur, ad libitum de omni creatura disponunt, eis cæli, maria, terra, & omnis obtemperat creatura Dei. O miram sanctorum hominum auctoritatem! Deos illos constituit vniuersi: sic enim Moyse dictum est. Ecce constitui te hodie Deum Pharaonis. Attende solenne factum Iosue, dum bellum gereret contra Gabaonem, quoniam occidit sui sol appropinquabat, neque vindictę tempus dabatur ei, eleuata in cælum manu, mira auctoritate præcepit

Ioan. 1. a.

1. Io. 3. a.

Matth.

11. a. &

Luc. 7 d

exo. 7 a

Iosue.

10. c.

pit soli, sol sta, ne mouearis contra Gabaonem, & ad vocem hominis per quindecim horas & eo amplius stetit sol, obediens Deo voci hominis. O audaciam, o fiduciam, o potestatem, o auctoritatem inæstimabilem, o virum secundum cor Dei, qui nouerat optime quid haberet in Deo suo. Si hoc sanctus potest, quid non poterit? qui cælum sistere non orando, sed iubendo præsumpsit, quid non audebit? Quæra quotidie & legimus & audiimus prodigia precibus & voluntati sanctorum in vniuerso fieri voluntati eorum obediens natura. Certè (vt alios taceam) beatus Aegidius suis orationibus principis filiam suscitauit, hospitem filiam curauit, naufragantes à periculo liberauit, sterili terræ optatam incolis fertilitatē reddidit, & innumera alia miracula fecit, quæ longum esset nunc enarrare per singula. Hæc est sanctorum auctoritas in domo Dei, hæc eorum potestas magna in omni regno eius. Iam verò de familiari cū eis, locutione, & secretorum reuelatione quid dicam? Loquebatur dominus Moysi quasi vir ad amicum suum, cumque de omnibus instituebat sciscitatusque ab eo respondebat ei, & in omnibus voluntatem suam pandebat. Vnde merito super hoc quidam sanctus glorians dicebat. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et alius pro Deo spondebat dicens. Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas, & ipsemet de seipso protestatur, dicens, nūquid celare potero Abraam quæ gesturus sum? quasi dicat, præ amore vti que non potero. Quid enim etiā beati angeli ab amicis Dei plu-

rima didicerunt, & de futuris per prophetas mysteria nonnulla cognouerunt, vide si non hoc apostolus insinuat, vbi ait. Vt innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei, &c. Parum forsitan videbitur hoc secretorum confcios fecisse sanctos, nisi etiam superagendis habeat consultores, cōsiliariosque. Attende qualiter Abraam super factio Sodomorum Deo suo cōsulit dicens. Nunquid perdes iustum cum impio? absit à te vt rem hanc facias, non est hoc tuum quod qui iudicas terram, nequaquam facies iudicium hoc. Quid amplius Petrus dixit Christo cum ait, Absit à te domine: Et audiuit. Vade post me Sattana, quia magistro consulere videbatur. Sed & Moyses populi Israelitici ductor quæ frequenter huiusmodi consilia præstat! Cur domine (inquit) irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti, in fortitudine magna & manu robusta: ne quæso dicant Aegyptij, callide eduxit eos, vt interficiat in montibus & deleat de terra. Et alibi. Vt audiant Aegyptij de quorum medio eduxisti populum istum, & habitatores terræ huius, qui audierunt quod tu domine in populo isto sis & facie videaris ad faciem, & dicant non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauit, idcirco occidit eos in solitudo. Huiusmodi cōsilia homo loquitur Deo suo. O cæli, o astra, stupefeci te super hoc, & portæ eius admirantur vehementer, Deo inquam factori suo vermiculus de terra consulit quid factio opus sit, abyssum imperscrutabile diuinæ sapientiæ quid expediat homuncio monet.

Cui

Cui consulis o Moyses? cui consiliū præstas? putasne ignorat Deus hæc omnia, vt ei consiliarius ipse accedas, cum doces qui temperat orbem? neque quidem dicitur illi, Tu quis es qui hæc consulas Deo? sed incredibili beniuolentia auditur, & veluti consiliū eius accipiens, ita respondet illi Deus. Dimisi iuxta verbum tuum, viuo ego, & implebitur gloria domini super vniuersam terram: ac si diceret ei, faciam quæ vis, implebo quod consulis, dimitto sicut hortaris. Atque vt ampliorē illorum apud se cōfidentiam populo suo ostēteret, interdū patitur se ab eis quasi reprehendi & incusari, piasque de se ab eis querimonias sustinet. Quam plena his querulis vocibus passim scriptura reperitur: præsertim Iob, cui propter hoc ab amicis dictū est. Docuit iniquitas tua os tuū, & linguam blasphematiū imitaris. An non blasphemiam simile est velle disputare cum Deo, & petere arbitrium inter ambos, prouocare Deū ad iudiciū, & innumera alia quæ præ nimio dolore audaciter in Deū iactare videbatur? Quæ vti que omnia nisi sensus Iob, & spiritus capiatur, nullus hominū excusare poterit à blasphemia. Sed & Habacuc propheta à quo furore prophetiæ suæ exordium auspicatur? Vtique (inquit) domine clamabo & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædā & iniustitiam contra me? quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorē se? Sub quo exordio diuus Hieronymus admirans ait. Vides quā temeraria vox sit, & quodammodo blasphemantis, creatorem suum ad iudiciū

prouocare? & vas fragile aduersus figulum cur tale vel tale factum sit disputare? Quid dicam de illa Hieremiæ audaci nimium (vt ita dixerim) insolentia, sed pia, sed sancta, qua Deum tam libere alloquitur dicens? Seduxisti me domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inuoluisti, factum sum in desiderium tota die, omnes subsannant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito, & factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisum tota die, & dixi, non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius, &c. Quid audacius? quid insolentius dici posse, videbitur quā seductum se à Deo & violentur oppressum? Ac propterea non modo vt ei præceptum fuerat in eius nomine non loqui, sed neque de illo quidem in perpetuum amplius recordari. O inæstimabilem libertatem! quis seruus dicere audeat domino suo, non loquar pro te amplius, sed neque tui amplius recordabor? Iratus dominus in populum suū propter vitulum, dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in cōfractione furoris eius: sed quomodo steterit attende. Si dimittis (inquit) dimitte, & si non, dele me de libro in quo scripsisti. O mirabilem deprecationem! o inauditam seculis obsecrationem! minis agit vt placet, minatur inquam Deo, quæ nisi alios suscipiat ipse quoque ab illo discedat! & o Dei beneuolentiam inæstimabilem! ne ille discedat placatur omnibus. Ita ne tanta est hominis in Deum confidentia, & sic illum sibi charitate deuictum, captiuumque sibi reputat vt minetur discessum, nisi faciat quod ipsi

Y y libuerit,

libuerit, quis obsecro nō dicam regi suo, sed neque alteri conciu suo ram libere loquitur, sicut iste loquitur Deo suo? Videtis quantā presterit audaciam amor, in quantam proruperit insolentiam, patris nimia charitas filios insolentes facere consuevit: amor quippe negligit honorem, reuerentiā nescit. Tale quid istis accidisse videtur, sed plena sunt omnia mysterijs. Iam vero illa Ionæ propheta, non quidem tam admiranda quā ridicula indignatio qua irascitur Deo super misericordia eius furensq; sub hedera dormit, indignatus videlicet, quia verbū suum quod præcepto eius Niue nūciarat, Deus non impleverat, omnes sensus & rationis metas excedit. O spectaculū gloriosum videre indignabundū famulum sub hedera recubentem, & omnipotentē dominū placatē illum, factiq; sui beneuolationē reddentē. Putas ne (inquit) benē irasceris tu o Iona? Et ille, Bene irascor vsq; ad mortē. Bone Deus, qualis responsio! quā proterua! Et dominus ad eum, Tu doles super hederam in qua non laborasti, &c. et ego non parcam Niue ciuitati magnæ, in qua sunt plus quam centū viginti millia hominū quid nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam? Quid hoc domino benignius? quid amabilius? quid clementius? O quantū me delectat domine! quomodo lætatur anima mea, cū de te omnipotentissimo & infinito Deo, hæc omnia & audio & lego! quā me amplius ad amandum & sequendum te hæc tua charitas & beneuolentia prouocat quā numerosa stipendiōrū repromissio, & omnis pro obsequio expectata merces! Quā vellē largius hæc o-

Ionæ. 4
d

omnia prosequi, nisi me ad dicenda quæ restat tēpus arctaret. Veniā nūc ad eorū reliquias. Parū Deo visum est sic in vita honorare sanctos suos nisi etiā in morte prodigijs & miraculis claros faceret, imò & longē post mortē ad eos respectū haberet. multis quidem iam seculis mortuus fuerat Dauid & Abraam, cū de illis dicebat. Protegā locum istum, & domum hanc propter Dauid seruum meum, & Abraam electū meū. Huius deus meus post tot annos nunc est respectus ad Abraam? O inastimabilem dilectionem! o perseverantem amorē! incineratus Abraam locum & terrā protegit, & plus mūdo cōfert mortui hominis memoria quā cūctorum viuentiū iustitia: quāta laus, quanta cōmendatio viri iusti post tot secula, post tot annorū curricula, patriæ suæ fieri protectorem. Sed quid miramurq; amicos suos Deus ita honoret, cū & corrigiam, & calceum, & tunicam, & baculum, & quicquid illorū fuit in honore habeat? Pallio suo Heliseum Helias vestiuit, & propheta factus est. Eodem pallio postmodū Heliseus Jordanem tetigit, & diuisus est, ossa Helisei mortuum hominem tetigerunt, & statim suscitatus est, pallio suo Aegidius pauperē induit, & sanatus est. Baculo Bernardi dæmon a muliere fugatus est: ita ut cū frenderet coram ea, sicut canis, palo viri Dei tutaretur a morsu. Quid ista refero fratres? dies non sufficeret ad dicendum, si ea quæ passim leguntur super hoc, miracula enarrare voluissem. Transibat Petrus per plateas Hierusalem, & ponebantur ægroti in grabatis, ut vel saltem umbra illius tangeret eos, & sanarentur.

Quid

Quid iam obsecro addi potest honori sanctorum cū etiam umbra eorum sic honoretur à Deo. Si sic honoratur umbra, quomodo putas honorabitur persona? si sic exaltatur tunica, quomodo exaltabitur anima? Sic dominus sanctos suos sublimat, sic eos honorat, hoc decus, hæc gloria est omnibus sanctis eius, videant qui dente canino reliquias sanctorum derident. Attendant nostri temporis derisores, quibus omnis pietas ludibrio est. Quid subannas o stulte? quid rides, quia vestimentum aut calceum sancti hominis veneror, osculor, & amplector? Hoc Deus egrotos curat, dæmones fugat, prophetas facit, mortuos suscitatur, Deus sic honorat, & ego non honorabo? Deus sic in pretio habet, & ego non habebō? natura cedit, & ego non cedam: nō modo calceum, sed & vestigium, non omni deuotione venerabor: sciens quia Deo meo ita placitum est. Credite mihi fratres non est à Deo spiritus qui sanctis eius & eorum reliquijs non defert honorem, proinde monitos vos esse volo, ut sicut à patribus didicistis, ita teneatis, nouas doctrinas fugite, & sanctorum monitis adherete. Hæc tam multa de sanctorum honore, & tam diffuse prosecutus sum, si forte moueat nos hæc tanta & tam sublimis sanctorum gloria, ad eorum imitanda vestigia. Ideo propono honorem, ut prouocem ad æmulationem, nemo caueatur quod in longum Deus suam differat retributionem. Ecce qualē in presenti seculo amicis suis præstat honorem. Quis ita cito & tam magnificè retribuit sicut deus? & pro infantiā vix inter homines

ps. 149

inuenit amicum. Cōqueritur ipse, & merito super hoc per prophetam dicens, Nūquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina, quare dixit populus meus, recessimus, non veniemus ultra ad te? Et per alium prophetam apertius, Inualuerūt super me verba vestra, dicit dominus, & dixistis, quid locuti sumus contra te? dixistis, vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum quia custodiimus præcepta eius, & quia ambulauimus iuste corā eo: ergo nūc beatos dicimus arrogātes, &c. Ecce sanctorū emolumentum, ecce iustorū stipendium: sed & hoc quale aut quantū est ad illam futuram gloriā quā præparauit diligentibus se: Sicut lapis ad montē, stilla ad flumen, scintilla ad solem quæ hic vidimus & audiuimus, prout potuimus enarrauimus, cæterum quanta eos gloria maneat in futurum, quia dicere nemo sufficit, silentio melius præterimus, hoc vnum dixerim. Si in exilio tāta est sanctorum potentia, quanta erit in regno: si sic honorantur inter rusticos, quomodo honorabuntur inter ciues. Pagus hūc est rusticorū, ciuitas illa opulēta principū diuersorū, hoc est viatorum regnum illud perenne ciuium. Quis gloriā quærit in diuersorio? quis in exilo cupit inter barbaros honorari? O genus Adam superbum & ambitiosum! si honorem cupitis, hūc perquirite: si gloriā vultis, hanc procurate. De corporibus enim dicere audeo, quia fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū: hūc erit splendor corporū, perpēdite qualis erit gloria animorū, ab exteriori decore interiorē perpendite pulchritudinē. Ibi erit gloria, honor & imperiū, gloria in corde, honor

Hic. 2. f

Malac. 3. d.

1. co. 2. b
& Esai. 64. b

Matth. 13. f.

in societate, imperium in potestate, gloria quia iucunditate & exultationem thesaurizabit super eos, honor quia confitebitur illos coram angelis Dei, imperium quia super omnia bona sua constituet eos. Est enim omnis beatus omnipotens, non absolute sicut Deus, sed omnipotens suae voluntatis, quia beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Vere beatus quem elegisti & assumpsisti, elegisti ab eterno, assumpsisti in seculo, ut inhabitet in atrijs tuis in secula seculorum. Amen.

DE DIVO AEGIDIO
abbate, Concio altera.

THEMA

In memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Psal. III.



Multifariam multisque modis nos allicit Deus ad se, & salutem nostram procurat. Diligit enim creaturas suas quas gratis sola bonitate creavit, & vult ut consequantur finem ad quem creatae sunt, ne frustra conditae videantur. Unde per varia media nos dirigit in finem, nonnunquam minis & terroribus nos concutit obijciens nobis poenas damnatorum, infortunia & miseriae peccatorum assidua flagella, & frequentes molestias inimicorum, & importabile tormentum iniquorum, malitiae malum enim & amarum nimis est Deum habere inimicum. Quod si minae non sufficiunt, flagellis & infortunijs affli-

git nos, in chamo & freno maxillas nostras constringens, ut revertamur ad ipsum: & si hac via magis induratur cor nostrum, mille blanditijs & favoribus nos mulcet, augens dona, subsidia multiplicans, accumulans beneficia: si forte vel sic ad amorem largitoris prouocemur. Quod si haec parua videntur, multo maiora promittit ingerens nobis futuram gloriam, quam preparauit diligentibus se, & innumerabiles gratias quas hic confert custodiens praecipua eius. His itaque & pluribus alijs modis exhortando, monendo, corripiendo, terrendo, mulcendo, fauendo, promittendo, largiendo, diligendo, ut pater pijsimus ac munificentissimus, vitam salutemque nostram inquirat, nihil omittens omnino eorum quae nobis prodesse poterunt ad salutem. Unde per prophetam ait, Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? quid debui facere vineae meae, & non feci? imo quid debuisti domine vineae tuae ut ita faceres, aut quomodo vinea tua te potuit facere debitorem quam sola gratuita bonitate plantasti? Sed o duritiam, o pertinaciam cordis nostri! Haec omnia Dei incitamenta & blandimenta quasi nihil contemnimus, & floccipendimus, neque dignamur, vel a longe ea inspicere & considerare, quasi ex debito redderetur, neque terroribus flectimur, neque flagellis emollimur, neque beneficijs allicimur, neque promissionibus prouocamur. Quid respondebimus in iudicio, tanta erga nos Dei nostri charitate & misericordiam continentem? Quam merito dominus super hac peruersitate & ingratitude nostra conuenit per prophetam dicens. Quomodo si contemnat mulier amorem suum sic contempnit me domus Israel, id est,

est, nullus sic amauit, nullus sic zelauit, nullus sic quaesuit, nullus sic contemptus est. O immensam Dei pietatem & bonitatem! tanta maiestas a creatura sua & opere suo sic contempta & abiecta non indignatur, non irritatur, non recedit, sed stat ad ostium, & pulsat frequenter repetens & clamans. Aperi mihi foror mea, sponsa mea, immaculata mea, aperi mihi columba mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium, aperi mihi ut bene tibi sit, non ego indigeo hospitio tuo, qui habeo in caelo tam ampla palatia, sed tu indiges tanti hospitii beneficio, non meam, sed tuam utilitatem inquiror. Aperi mihi ut vberem hospitij tui mercedem recipias, nam caput meum pretiosissimum balsamum defudat, quo uncta saneris, & cincinnati mei purissimum rorem gratiarum emittunt, quo lota munderis. Quorsum haec omnia? nempe, ut Psalmi centesimi vndecimi quem in praesenti sermone exponendum assumpsimus, & sensum & intentum melius perpendamus, describit namque in eo spiritus sanctus ore propheterico mirifice & exactissime iustitiae fructus, sanctitatis commodum, quid emolumentum, quid utilitatis habeat vera misericordia, ut alliciamur forte vel tantorum bonorum cupiditate, & allesti iustitiam & innocentiam emulemur. Et quidem sufficere debuerat nobis ad emulandam omnem iustitiam ipsa summa iustitiae pulchritudo, amabilis super amorem mulierum, & super omnem mundi dulcedinem. Delectabilis ipsa dei nostri gloria & maiestas, cui seruire regnare est, beneficiorumque eius

inexplicabile pondus et charitatis eius in nos ardor immensus, cui equiualens reddere non sufficimus. Satis & plusquam satis obligati sumus tibi domine, & adhuc promissionibus agis? ad quid domine ista promissio? Proh pudor ut tanti maiestati seruiam pollicitationibus indigeo: ut Deum meum creatorem meum, redemptorem meum, glorificatorem meum, dilectorem meum diligam? ut ei obediam, ut ei adhaeream premio attrahendus sum? Vae mihi tam iniquus, tam peruersus, tam ingratus sum, ut indigeam salario? ad amorem tuum stipendio prouocandus sum? Confundis faciem meam domine promittendo, non possum audire, non valeo sustinere promissiones tuas, quinimo si mihi omnia tormentorum genera, omnia mundi infortunia, omnes angustias, omnes infirmitates, omnes dolores, mortem etiam & infernum minareris, ne amarem te, ne tibi seruirem, a tuo seruitio desistere non deberem. Et quod maius praemium, aut quae gloria, quae dignitas sublimior, quam tibi placere, tibi adherere, tibi seruire? Tanta celsitudo, tanta sublimitas, nullo labore, nullo infortunio compensari potest: & insuper praemium quaerentibus adijcit? Quanta misericordia, quanta magnificentia, quanta clementia, vndique domine nos cogis, vndique stringis & compellis ad te, vae nobis si recesserimus a te. Sed iam psalmi literam aggrediamur. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. Triplex iustitiae gradus innuitur, primus in domini timore, secundus in mandatorum eius obseruatione, tertius in eorum de mandatorum dilectione. A timore dei ad obseruantiam proficimus, in

ps. 110 amore conformamur, in itium sapientiae timor domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum. Sic precedentem psalmum finierat, & rursus ab eodem timore sequentem inchoat, dicens. Beatus vir qui timet dominum. Pretiosa margarita timor domini, beatus qui possederit eam omnibus de cetero ditabitur bonis, a timore enim tuo dñe concepimus, & quasi parturivimus spiritum salutis. Hic facit recedere a malo, hic nos vndiq; ligat ne excedamus: ligat enim sensus, cogitatus, desideria, appetitus, linguam, manus, pedes, & omnes fluctus cordis cohibet, ne ad illicita & prohibita effluant. Cōgregans sicut in vtre aquas maris, id est, cordis tumentes passiones & appetitus cohibens, ne invident & operiant rationis & iudicij stabilitatem. Vnde beatus August. de matre sua. Erat (inquit) enim timor castus in corde eius, tanquam fascia pectoralis qua cogitationes astringeret, in ore tanquam frenum quo linguam deprimeret, in opere tanquam stimulus ne pigritia torperet, in cunctis tanquam regula ne modum excederet. Et cum dominus commendaret Iob. 1. b Iob, ait ad Satan. Nunquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra: homo simplex & rectus actimens Deum, & recedens a malo. Per timorem autem domini non solum declinat omnis homo a malo, sed etiam proficit in bono, sicut scriptum est, Qui timet dominum, custodit praecepta illius: non solum vitando quod malum est, sed operando quod bonum est. Hic est secundus iustitiae gradus, in quo vita consistit, nam inquirenti quid faciendo vitam aeternam possidebo. Hoc a domino responsum legimus,

Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Lu. 10. d Sed nondum consummatum est, si timore servat & non magis amore amplectitur illa, si nollens facit ne pereat, si inuitus custodit ne ardeat, illa, illa vox consummati & perfecti viri. Quomodo dilexi legem tuam ps. 118 domine, tota die meditatio mea est. Et iterum, Ideo dilexi mandata tua ibidem super aurum & topazion. Talis erat ille qui iam non imple vivebat, sed in illo Christus qui de seipso dicebat, Gal. 2. d Condelector legi Dei secundum interiorum hominem quia bona est, non quia necessaria est custodio, non quia utilis est seruo, sed condelector in ea quia bona est. Hunc hominem qui a timore incipiens & in observatione legis proficiens, ad eius dilectionem pertingit, ut in mandatis Dei velit nimis, propheta regius proculdubio beatum pronunciat, ps. 117. felicem asseuerat. Sed vnde beatus? vnde felix? Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur, gloria & diuitiae in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Beatus utique etiam si nihil utilitatis inde consequeretur. Sed quanta bona ex hoc consequatur attendite, & quis ea sufficiat enarrare? Primum semen & generatio eius in terra benedicetur, multiplicabitur, honestabitur, dominabitur, & potens erit, possidebit portas Gn. 24 inimicorum suorum, & merito in omnibus bonis ditabitur & decorabitur: gloria enim & diuitiae in domo eius, etiam longo tempore post eum. Nam et si ipse transeat & discedat, tamen iustitia eius manet in seculum seculi, in generatione & generatione, in filiis & nepotibus eius, quibus bene erit in terra, progenitoris sui respectu. An non Deus pronior

pronior ad misericordiam quam ad iudicium? quod si vindicat iniquitates parentum in filiis in tertia & quarta generationem, non magis patrum virtutes in multiplices generationes remunerabit? Attendite quid ipse dicat in lege. Ego (inquit) sum dominus Deus tuus, Deus emulor reddens iniquitatem patrum super filios in tertia & quarta generationem, his qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodientibus praecepta mea: non enim sicut vindicta, ita & gratia, sed multo amplior & extensior, & in plures generationes profusior. Bone Deus, quibus bonis & favoribus temporalibus tuos prosequeris, etiam in hac vita! quid enim qui aeterna illa & ineffabilia bona eis paravit, quomodo minima haec temporalia denegabit? sed saepius ea non concedit electis suis, aut quia non expedit, aut quia contemnuntur ab eis. Vnde (sicut ait apostolus) si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiles sumus cunctis generibus. Propter quod placet magis cum Augustino praedictam literam spiritualiter exponere, non de generatione corporis, sed cordis quae magis vera, intima, propria, & nostra generatio est. Potens in terra erit semen eius, illud utique semen de quo psal. ps. 125 Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Seminamus operantes, metimus morientes: seminamus dum vivimus, metimus dum regnamus. De hoc semine apostolus, Qui parce seminat, parce & metet, & quis seminat in benedictionibus, de benedictionibus & meret. Hoc bonorum operum semen quod in terra semina-

tur, potens erit in fructu qui in caelis colligitur, qui & quam potens, attende. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos, pro granis manipulos reportarunt. Mira virtus feminum & admiranda potentia, ubi de tam exigua substantia tanta corporum moles insurgit, ut videre poteris in arboribus, sed multo amplius elucet haec potentia in spiritualibus feminibus! Quid potentius? das obulum, & accipis regnum: das minutum, & accipis caelum: das momentaneum gemitum, metis gaudium sempiternum. O quomodo mirabimur postea, cum videbimus ex terra modicis & exiguis iustitiae operibus, tam multam & deusam sylvam caelestium gaudiorum insurgere! Bonorum enim laborum gloriosus est fructus. Potens itaque erit viri timorati semen, sed in terra: nam postquam terram deseruerit seminandi tempus cessabit. Promendi enim nunc tempus est, quando in terra sumus, sicut Christus nos admonet dicens, Operamini dum dies est, veniet nox, quando nemo potest operari: non quia post mortem iustorum opera non sint clariora multo & perfectiora quam nunc, sed quia tunc non erunt meritoria sicut nunc. Ecce primum iustitiae fructum, in potentia meritorum. Sequitur secundus in cordis fertilitate, cum dicitur. Generatio rectorum benedicet, id est, augetur & multiplicabitur: generatio (inquam) cordis, de cuius sterilitate propheta conqueritur dicens. Generatio mea ablata est, & convoluta est a me quasi tabernacula pastorum. Quid fertilius corde iustorum? scaturit vndiq; & ebullit affectibus, desiderijs, delectationibus, gaudijs consolationibus,

amoris, & alijs pijs affectionibus quæ ex cordibus humanis nasci atque gigni consueverunt, corda impiorum sterilia, sine affectione, sine fœdere, sine amicitia, sine compassionem, sine amore. Et quale malum hoc! quanta infelicitas hæc sine sensu & motu esse, vitam vivere sine vita, & mortuum esse à corde. Tertius iustitiæ fructus est in honore, quartus in diuitijs: unde sequitur. Gloria & diuitiæ in domo eius, id est, in cōscientia eius. Hæc enim est propria domus, quâ vir iustus inhabitat ab omnibus sensibilibus occultatus, in qua quiescit ab exteriorum naufragio, & mundi tempestate securus, denique gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Quanta gloria & honore Deus honestet & decoret sanctos suos, & in hac vita non est præsentis disputationis, memini quōdam super hoc in isto eodem loco fecisse sermonem. Denique vt breuiter præstringam, quid gloriosius quâ omnium creaturarum quæ sub cælo sunt habere dominium? Deum habere amicum, gratiosum esse regi? & ab eo omnia quæ voluerit impetrare, in cælis habere nomen, & inter angelos dignitatem filium esse Dei, & cælorum ciuem: De diuitijs autem spiritualibus taceo, cum apostolus dicat. Omnia vestra sunt. Qui enim proprium filium nobis dedit, quomodo nō cum illo omnia donabit? Quanta donorum gratiarum charismatum & virtutum omnium opulentia corda iustorum repleantur, dicere non est opus, nā qui ea naturalibus (vt diximus) fœcundat, ipse ea ingratuitis supra modum ditat, habenti quippe dabitur & abundabit. O quā felicia cor

da iustorum naturali suo germine fœcunda, & spiritali munere locupletata! Sequitur, Et iustitia eius manet in seculum seculi. Non solū iusto in fructum, sed etiam mundo in exemplum: non erit in obliuionem coram Deo vt remuneret, neq; coram mundo vt imitando fructificet. Quintus iustitiæ fructus est lux, id est, clara notitia veritatis. Vnde sequitur. Exortum est in tenebris lumen rectis. Magnum & egregiū donum: de quo dominus. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Vt miseris peccatoribus tortis & obtebratis, quam miserabile est videre eos sapius & incassum, & pro nihilo anxios, gementes, dolentes, lachrymantes, & vsque ad mortem contristatos! Amant enim vmbas & anxie quærunt eas, quibus sublati niter anxari. Ab hac tam noxia & perniciofa cordis obscuritate iustus liber, in lucis plenitudine gloriatur. Vnde sequitur, Iucundus homo qui miseretur & cōmodat. Hic sextus est iustitiæ fructus, lætitia scilicet, & iucunditas intima cordis, qua abundat omnis anima quâ inhabitat Deus, sicut alibi dicit. Milia lætantium dominus in eis. Quomodo enim erit tristitiæ locus, vbi totius lætitiæ inhabitat plenitudo? Non est gaudere impijs dicit dominus, sed vox exultationis & salutaris in tabernaculis iustorum, anima enim iusta quasi iuge conuiuium: idem autem iustus est qui timet dominum cui promittitur gloria, & reatus cui promittitur lux, & misericors cui promittitur lætitia, sed variantur meritorum rationes, nam timentem Deum & præcepta custodienti debetur honor, & omnia quæ

quæ dicta sunt, recto veritatis amatori & zelatori debetur lux, misericordie debet iucunditas. Merito enim lætificatur qui plures pauperes sua eleemosyna lætificauit, & merito consolatur qui donando & cōmodando pluribus extirrit consolator, eadē enim mensura qua mensus est remetietur ei. Sed non est iustorum vana & inepta lætitia, non est scurrilis & dissoluta, sed rationalis & seuera plena iudicij. Vnde sequitur. Disponit sermones suos in iudicio. Lætitiæ seculi sermones dissoluit, lætitiæ spiritus sermones disponit. Sed vnde, aut qua ratione, & propter quid lætabitur? Vtique iuste & valde iuste, quia in æternum non commouebitur. An non plena iucunditatis causa, certā spem habere de gloria? Quis nō lætetur in spe gloriæ filiorum Dei? aut quod triste potest accidere ei, qui post modicum sperat cum Deo regnare, inter angelos sociari, felicitatis æternæ gaudia possidere? Ruat mūdus, dissoluatur orbis, terra dehiscat, si fractus illabatur orbis, impaudum ferient ruinae, non enim cōtristabitur iustus quicquid acciderit ei, omne enim temporale ei accessorium est, thesaurus eius in securo reconditus est, vbi neque fur furari, neque tinea valet demoliri. Sed neque deerit inter alia bona iusti fama: nam in memoria æterna erit iustus, & memoria eius non delebitur in seculum, sed in benedictione erit, bonum nāque odorem transiens sicut bonum vnguētum relinquit in mundo, & sicut balsamum effusum vniuersam ecclesiā fragrantia sua replebit. Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis quæ proijcit ventus à facie terræ, statim

vt rapti fuerint obliuioni traduntur, perijt memoria eorum cum sonitu. Vnde alibi ait, Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce nō erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Quanta faciunt amatores seculi pro fama, ædificant domos, erigunt turre, insignia mausolea ex marmore mirifico construunt, præclara facinora aggrediuntur, depingunt imagines, plantant hæreditates, primogenituras statuunt: nihil eis graue, nihil periculosum, ex quō fama quomodolibet oriri valeat, vel augeri. Vellent nanque iniqui (sicut ait Gregorius) diu sine fine vivere, vt diu sine fine peccarent: sed ex quo eis non conceditur perpetuitas vitæ, procuratur perpetuitas fame, vt quia non possunt vivere ingentium præsentia, viuant saltem in hominum memoria. O insignem stoliditatem! o ridendam, imò potius deplorandam fatuitatem! Dic mihi o fatue, quid tibi proderit quod in hominum memoria post mortem viuas, si peccato mortuus æternis ardoribus cruciaris? quid tibi solati præstatura est fama quam ignoras, si ardes? imò si eam nosse ex hoc accresceret cruciatus. Quid nunc confert Romanis Imperatoribus, Augusto, Iulio, Tyberio? Quid Alexandro, & cæteris monarchis? quid Platoni, Aristoteli, Pythagore, & alijs philosophis, quod in omnium ore versantur, & in hominum memoria retinentur, cum miseri & infelices apud Tartara cruciantur? Nonne hæc eorum laus si nosceretur eis vergeret in tormentum? quid intolerabilius miseris quā laudata miseria? De iustis autē alia

ratio est, omnia eis cooperantur
 Ro. 8. c. in bonum non est inanis eorum fa-
 ma, sed plena lætitiæ: gaudent quia
 mortales eos venerantur in terris,
 non solum propter gloriã, sed pro-
 pter iustitiam quoniam digni sunt.
 Et quanuis ex hac nostra laude mo-
 dicum eis accrescit ad illam ineffa-
 bilem gloriã quam in cælis possi-
 dent, volunt tamen in publico esse
 præclara illa opera quæ viuētes ges-
 serunt propter vtilitatem nostram,
 propter exemplum & patrocinium:
 vt dum eos veneramus in terris, ab
 eis protegamur & adiuuemur in cæ-
 lis. Propter quod in obscuro loco se-
 pulchra sua apparuerunt, & sepulchra sua
 Matth. 27. f. prodiderunt, vt mundo cogniti, mū-
 do prodesse. Septimus itaque ius-
 titiæ fructus beata memoria est: se-
 quitur octauus. Ab auditione mala
 nō timebit, id est, cordis tranquillitas
 & securitas: sēper enim præsumit
 seua perturbatus cōscientia, qui au-
 tem bona est conscientia, in pace re-
 quiescit, non timebit à verbo aspe-
 ro, ab auditione sæua & terribili, ite
 ps. 90. maledicti in ignem æternum: imò
 Matth. 25. d. etiam in præsentī vita detrahen-
 tem & maledicentem sibi linguam.
 Non audient sicut quotidie audiūt
 peccatores, quanta sustinent, quāta
 dissimulant, vt suis vitijs perfruan-
 tur. Sequitur nonus fructus, fauor &
 protectio Dei. Vnde ait, Paratū cor
 ei sperare in domino. Quid ni spe-
 ret in eo, sub cuius tutela & patro-
 cinio gloriatur? cuius innumerabi-
 les fauores quotidie videt & expe-
 ritur? Ad dominum de Job loqui-
 tur Satan, Nunquid frustra Job ti-
 met Deum, nonne tu vallasti eum
 & domū eius vniuersamq; subltan-
 tiam eius per circuitum? Qui huius

modi vallo protegatur & ambitur,
 securus dormiet in vmbra eius, me
 Thre. 4. d. & ps. 15. rito requiescet in spe. Vnde sequi-
 tur, Confirmatum est cor eius, non
 cōmouebitur, donec despiciat ini-
 micos suos, id est, non transibit, nō
 migrabit de hoc seculo, donec ple-
 nã de suis vitijs obtineat victoriã:
 tunc tunc vt fortis miles cū gloria
 & honore deductus triumphans &
 ouans cælestem Hierusalem ingre-
 ditur, sicut propheta ait, Super ex
 Hab. 3. f. celsa mea deducet me victor in psal-
 mis canentem. Quot fructus enume-
 rauit! quantas vtilitates enarravit!
 Sed attendite omnium finem, Cor-
 nu eius exaltabitur in gloria. Tot
 bonis hīc donabitur, & post hæc o-
 mnia perpetua & inenarrabili glo-
 ria coronabitur. Sic & apostolus li-
 cet breuius eosdem fructus conclu-
 dit dicens, Nunc itaque liberati à
 peccato, habetis fructum in sanctifi-
 cationem, finem verò vitam æter-
 nam. Post tot & tanta bona, vltima
 omnium sequetur cælestis gloria.
 Quis non eligat ditari, vt dicitur?
 munerari, vt muneretur? lætari, vt
 in æternum lætetur? Quis non vitã
 iucundam, tranquillam, quietã, ho-
 norabilem, beatam eligat, quam se-
 quitur æterna felicitas? O sensus, ò
 ratio, ò iudicium, vbi estis: vt quid à
 bonitate & iustitia declinatis? Sed
 quo ordine consequatur illam glo-
 riam attendite. Dispersit dedit pau-
 peribus, iustitia eius manet in secu-
 lum seculi, cornu eius exaltabitur
 in gloria. Per misericordiam acqui-
 siuit iustitiam, per iustitiam prome-
 ruit & obtinuit gloriã, dispersit
 perituram pecuniam, & acquisiuit
 perpetuã iustitiam, temporales
 diuitias pro perpetuis cōmutauit,
 euacuauit arcam temporali & trãsi-
 toria

toria pecunia, impleuit conscientia
 æterna & immarcescibili iustitia.
 Optima commutatio, propter hoc
 cornu eius, id est, fortitudo illa &
 stabilitas, de qua prædixerat, Cōfir-
 matum est cor eius, exaltabitur in
 gloria sempiterna. Hæc est pars ius-
 torum, hæc sors timentium Deum,
 & custodientium præcepta eius. Et
 de peccatore quid? Peccator (in-
 quit) videbit & irascetur, dentibus
 suis fremet & tabescet, videbit ad
 tormentum suum iustorum felicita-
 tem & gloriã, vt nouerit quid ami-
 sit, & videndo in die iudicij irascetur,
 & dentibus suis in seipsum fre-
 met & tabescet, quia tanta bona tā
 stulte perdidit. An non merito fre-
 met, non iuste contabescet, qui cū
 posset per viam planam & delicio-
 sam floribus & rosas stratum ire ad
 cælestem gloriã, elegit potius per
 spinas & saxa tendere in gehennã?
 Heu quo fremitu, quo eiulatu, qui-
 bus clamoribus hanc suam stolidi-
 tatem & cæcitatem deplorabunt!
 Denique (vt ait saluator) ibi erit fle-
 tus & stridor dentium, desiderium
 peccatorum peribit, hoc est cū ipso
 peccatore omnia sua opera & desi-
 deria finientur. Exiuit spiritus eius,
 & reuertetur in terram suam, in il-
 la die peribunt omnes cogitationes
 eorum, omnia negotia, omnes frau-
 des, omnes sollicitudines, omnia so-
 latia, omnis denique opera quæ in
 fouenda, nutrienda, saginanda car-
 ne expensa est, & vana cū ipsa car-
 ne finietur. Nihil illius remanebit,
 nisi sola misera anima quæ perpe-
 tuo incendio punienda reseruabi-
 tur: qui in carne seminat, de carne
 metet. Sed quid? Corruptione. Qui
 autem in spiritu, metet vitam æter-
 nam. Audistis fratres quāta sit mer-

ces iustorum? quam ampla retribu-
 tio seruorum Dei? quis de cetero au-
 deat hesitare, & dicere si est fructus
 iusto? Cōqueritur dominus per pro-
 phetam, dicens, Inualuerunt super
 Malac. 3. d. me verba vestra (dicit dominus) &
 dixistis, quid locuti sumus cōtra te:
 dixistis, vanus est qui seruit Deo, &
 quod emolumentum quia custodi-
 uimus præcepta eius? quos dominus
 ad experientiam remittit dicēs. Cō-
 uertimini, & videbitis quid sit inter
 iustum & impium, inter seruientē
 Deo & non seruientem ei. Ac si di-
 cat, probate & videbitis, experi-
 mini & cognoscetis, quāta enim Deus
 conferat dilectoribus suis, & in præ-
 senti seculo nemo nouit, nisi qui ac-
 cipit. Vnde ad filiū dicebat Tobias,
 Fili si timueris Deum, habebis mul-
 ta bona. O gen. Adam ambitiosum
 & cupidum, ecce honorē, ecce glo-
 riam, ecce diuitias immensas possi-
 de, fructu, satiare. Vtque quo graui-
 corde diliges vanitatem & sequeris
 mendacium? O cupiditas filiorū ho-
 minum! quid dicam tibi? tanta bo-
 na tibi proponuntur & algēs? ad tā
 immensas promissiones non anhe-
 las? si modicum quid honoris, si mo-
 dicum lucri temporalis arriserit, ar-
 des, æstuas, irruis, & ad sola dei pro-
 missa tepescis, friges, hæres, itas?
 Quod hoc miraculum tam magnū
 & tam malum? in omnibus alioquin
 tam cupidus ad solas veras diuitias
 tepescis, sola Dei promissa conte-
 mnis. Quid obsecro inuenisti in eis
 vt despicias ea: nūquid quia exigua,
 aut quia incerta, aut quia serotina?
 sed non ita est, magna enim nimis
 sunt & immensa, quia regis magni
 sunt, certissima sunt, & infallibilia,
 quia veritatis sunt: sunt & accelera-
 ta, quia diligentis sunt. Vt quid igitur

tur contemnantur: vt quid repudiantur? Promittit homo & curris, promittit Deus & hares: Si verbis non credis experire saltē probato & videbis, esto vel in hoc, sicut in ceteris curiosus, ut probes quid boni habeat vita iustorum. Tot annis seculo vixisti, vive vel ad annum Deo: tot annis peccatorum illecebras probasti, proba vel ad mēsem delicias iustorum, conuere & tu, & vide quid sit inter seruientē Deo, & non seruientem ei. Et quare non gustabis quoniam suavis est dominus: cur non sapias quid sit esse bonum? Tanta dicuntur, tanta promittuntur, & nō probabis an vera sint? in hoc solo non eris curiosus: Quod si probare non vis, crede saltem his qui hęc omnia probauerunt & experti sunt: nimia enim duritia & intolerabilis pertinacia est, si neque ipse experiri, neque expertis credere vis. Consule prophetas, apostolos, doctores: cōsule religiosos, monachos, eremitas, & alios qui omnia pro domino contempserunt, an vera sint promissa dei, an sicut eis promisit pro his quę contempserunt, centuplum acceperūt etiam in hac vita. Consule Hieronymum, Antonium, Aegidium, Hylarionem, & alios sanctos monachos, qui in eremo solitarij & syluestres inter bestias & scorpiones diutissime vixerunt: quid in illa solitudine inuenerūt, quid eos inter rupes & saxa detinebat, cur non redibant ad mundi solatia, propter quid seculi diuitias & delicias non repetebant, & certē viri cordati erant, & sapientes, non erāt stolidi aut stupidi. Quid igit experiebatur in illa solitudine, vt pro illo obuinendo, possidendoque omnia mundi bona & solatia, vt ster

cora arbitrarentur? O quam magna multitudo dulcedinis tuę domine, quam abscondisti timētibus te! verē abscondisti ne mundus gustaret, nam si gustasset mundus nō esset. Hanc pręgustauerat beatus Aegidius in iuuentute sua, quando venditis omnibus facultatibus suis & pauperibus erogatis, contempto seculo eremo se conclusit, in antro degens, solus sine humano solatio, hac sola dulcedine delectatus, tota vita sine intermissione caelestem illam ciuitatem cuius ciuis erat contemplan, & ingenti desiderio ad illam inhians, concupiscens & deficientes iugiter & in atria domini: hoc opus, hoc negotium, hoc officium, hęc omnia eius opera & occupatio. Vnū illud & necessarium toto cordis desiderio omnibus alijs post habitis amplectes, & illud indefessē ac diligentissimē prosequēs. Dederat ei dominus nutricem ceruā, cuius lacte velut parvulus nutriebatur, si cut quondam Heliam corui ministerio aluit in deserto, vt de illo dici possit illud canticorum. Similis est dilectus meus caprę hinnuloque ceruorum. Mira res, multo amplior sollicitudo & amor sollicitior erat illi ceruę in pascēdo isto hinnulo sibi a domino cōmisso, quam si cum ex visceribus peperisset. O mundi promissa vana, vbi sunt tuę deliciae? vbi cibaria delicata? vbi arridentia solatia? vbi ampla palatia? vbi honores, dignitates, pompę, & alia tua oblectamenta? Hic venerabilis senex solo lacte, sola cerua, solo antro vitam degit, huic totus mundi apparatus superfluit, cui sola rupis cauerna abundat & sufficit. Sed nō debuit abscondi lux sub modio, nō decuit vt ecclesia Dei careret tanti sideris

Phi. 3. b
ps. 30.

ps. 63.

3. reg. 17.

Cāt. 2. e

I. uc. 3. e

& 11. e.

fyderis claritate, proditus itaq; est reuelante se Deo. Cū enim cerua illa obsequentiſſima nutrix eius & famula, more solito egrederetur ad pascuum, vt plenis vberibus caelesti hinnulo lactis alimenta pręstaret, contigit venatores obuiam ei occurrisse, quā cum canes vsque ad antrum sancti viri, quod vndique mira dęſitate arborum obſitum erat, persequerentur, tanto patrono munita, dum pro sua socia oraret, canes reuerſi sunt ac si fuisse vel lapide fuissent percussi, gementes. Reuerſi altera die idipsum experti sunt, vnde stupentes rem deferunt ad episcopum, qui (vt fertur) simul cū rege adueniens, viso canum miraculo, syluam illam penetrates, ad sanctum virum peruenerunt, & ad pedes eius prostrati, quisnam esset, vnde venisset, & vitę eius, modum & ordinem interrogauerunt. Postquā igitur vitam & alia omnia quę ab eo postularunt per ordinē dedicerunt, monasterio amplissimo ædificato precibus eum coegerūt, vt de eremo exiret, & illius curā suscipere. Quam Deo sic inspirante suscepit, vbi post plurima & ingētia miracula post eximium virtutis & sanctitatis splendorem, quo totam illā regionem illustrauit, post exempla mirifica & doctrinam salutarē, quibus non modo subditorum, sed etiā secularium mores supra modum reformauit, postquam Deo multas animas conuertit, & de faucibus draconis eripuit, ad promeritam coronam vocatus, cum gaudio & exultatione beatorum Deo spiritum reddidit, & ad paradisi gloriam demigravit. Quam nobis pręstare dignetur Iesus Christus dominus noster, cui cum patre & spiritu sancto

est honor & gloria & imperium in secula seculorum. Amen.
DEO GRATIAS.

DE DIVA DOROTHEA
virgine & martyre, Concio
prior.

THEMA.

¶ Prudentes virgines aptate lapides vestras, ecce spōsus venit, exite obuiam ei. Matt. 25.



Atura hominū in hac vita incorporeas res nudē & per seipsas non potest contemplari, quin potius similitudinibus corporeis & phā

tasmatis inuoluta spiritalia vt cū que hallucinando rimatur, estq; noster intellectus sic corporeis sensibus alligatus, vt (teste philosopho) necesse sit intelligentē phantasmata speculari. Propterea dominus Iesus qui a patre in mundum missus est, hominum non solum redēptor sed magister & doctor, nostre descendens fragilitati & cęcitati, caquę ipse claro videbat intuitu, nobis optimo doctrinę artificio, sub corporalium similitudinū velamine intelligenda proposuit. Neq; ex nature abditis, & occultis rerū proprietatibus similitudines assumpsit, sed communibus & vulgaribus, & quę nulli liceat ignorare vtitur vt nemo sit excusabilis in iudicio, neque doctrinę salutis arduam difficultatem allegare possit. Modo nostro locutus est nobis, nam si suo loqueretur, quis illum capere posset?

ela. 30. e

Si

Io. 3. b Si terrena (inquit) dixi vobis, & nō creditis, quomodo si dixerō vobis 2. co. 3. a cælestia credetis? Paruulis lac propinat, non solidum cibum, sapientia mater diuidens singulis, prout capere possunt. Nudis ergo intellectibus, id est, angelicis, nudas obijcit veritates, & velatis velatas, quoniam iuxta modum essendi, modus est etiam intelligendi. Vnde psalmus, Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Proponitur nobis hodie regni cælestis parabola decem virginum prudentū, & fatuarum, quarum quinque recipiuntur, & quinque excluduntur. Quam quia in euāgelio diffusē narratur, non est opus repetere, sed exponere. Det ipse intelligētiā qui dedit parabolam. Regnum cælestē (ut opinor) ecclesia est, virgines sūt animæ fideles, propter continentia à peccatis, nam et si plures vitio infectæ sunt, tamen fidei lumine, timore supplicij, & amore iustitiæ, et si non vniuersaliter & integrè, tamen plures sunt qui à peccatis arcētur, ne videlicet sicut infideles trāseant in affectum cordis, & sequantur prauitatē inclinationis suæ. Lāpades habent, id est, cælestis doctrinæ claritatem, & sponsum expectant; quia siue boni, siue mali, omnes domini aduentum, & iucundam eius præsentiam & desiderant & sperāt. Nemo enim fidelium est qui futurę beatitudinis desiderium aliquāter non habeat, sed quidam oleum habent & alię non, oleū charitas est quam nō omnes fideles habent, et si fide & doctrina euāgelica polleant. Tardante autem sponso dormitauerunt omnes & dormierunt, quia dum vita præsens protēditur, & boni dormitant tēdio, &

mali dormiunt in peccato: media nocte, id est, in sperato, & cū minus putatur. Dies enim domini sicut fur 1. The. 5 in nocte ita veniet, clamor factus est, ecce sponsus venit. Si ad iudiciū referas clamor est angelorum, si ad mortem cuiusque, clamor est egritudinum. Surrexerunt omnes, & aptauerunt lampades suas. Nemo enim est fidelium, qui mortis clamore non excitetur: tam boni quā mali, omnes lampadem, id est, conscientiam ad exitum vitæ parant, & ut possunt operum suorum rationem præordināt. Sed heu plures eorum tunc lampades suas extinctas & sine oleo reperiunt, curritur ad prudentes, vocantur monachi, imploratur sancti, vndiq; à iustis suffragia petuntur. Date (inquiunt) nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguunt, malè viximus, orate pro nobis, iuuate nos precibus: sed stultus est qui alieno merito solo saluari se putat. Heu miser quid clamas inopiam olei? nullus valet amicus, quantumuis iustus & sanctus supplere, si lampas oleo caret, nemo eam profundere potest, nisi solus Deus: nullus autem mereri potest primā gratiam, vnde sapienter mittuntur ad vendentes oleum, id est, pauperes, ut in morte elemosynas & opera pietatis exerceant, quæ in vita facere neglexerunt, subito respiciat Deus & infundat oleum. Sed dum hæc opera sero, nō pietatis affectu, sed pœnarum timore fiunt, merito contemunt à Deo. Dum ergo vadunt emere, venit sponsus, & animas oleo charitatis perfusas secum recipit: his verò quæ ad id rēpus pietatis opera distulerunt, ianua regni conclusa ab intrus respondit, nescio vos, Ecce parabolam, cuius aditum quadam

quadam veluti clauē vltima sententia reseravit dominus dicens, Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam: hic enim parabola scopus in quem à principio tota protēditur. Sed altius ista pertractemus: quis non condoleat? quis non misereatur virginibus istis licet fatuis & ignaris? ecce totam vitam suam sponso dicauerant, virginitatē suā ipsi consecrauerant, aduentum eius ut cunq; expectauerant, & expulsæ sunt. O seuerum sponsum, o durum iudicium, o asperum verbum, nescio vos. Quid hoc domine? tuas ignoras virgines? tuas nescis amatrices? post tot labores, post tot vigilias, post tot sudores & diu frequentata seruitia, modo miseris dicitur, nescio vos? Quæ aures hoc poterūt verbum audire? hæc sunt stipendia operum? hic fructus laborum? hæc subsidia meritorum? Expergiscimini fratres, arripite aures, serite quod dicitur. Non quinque virgines solum, sed plusquam quinque mille sunt, quibus hoc infortunium euenire solet. Ab ineunte ætate vsq; ad senectam & senium in spōsi domo, id est ecclesia, Deo seruire proponunt in laboribus, in ieiunijs, in vigilijs, in multa patientia & sollicitudine multa, ne dominum offendāt, ne mandata eius prætereant, ne vel leuiter ei displiceant, sacramēta suscipiunt, missas audiunt, orationes frequentant, elemosynas faciunt, lachrymas pro peccatis affluenter effundunt: & tamen non sumpserunt oleum secum, quia leui occasione libidinis, odij, indiuidiæ, cupiditatis, aut cuiusuis alterius mortalis peccati oblata, in peccato perdurant, & in fine vitæ cum omnium istorum operum præmium sperare de-

buisent, extincta lampade foris manent. Quanta miseria hæc, quantus dolor. Quomodo confunditur misera anima egrediens carnem, quæ se angelicis choris & supremis ordinibus associandam sperabat, cū foris expulsa æternis ignibus deputatur. Quas voces, quos gemitus, quos ab imo pectore rugitus & euiatus emittit: sed nihil post mortem sera pœnitētia prodest, ianua clausa est. Custodiamus ergo fratres animas nostras sollicitè, ne vel per horam labes nos mortalis inficiat, & expulsus foras perpetuè lamētemur. Grādis temeritas vel ad modicum tanto se cōmittere discrimini, non enim temporalis & momentanea, sed æterna & incōmutabilis vita periculo exponit. Audes o homo gloriā & beatitudinem tuā exiguo confidere vitæ vaporis quo dissoluto ardeas in æternum? O audaciam temerariam, o insaniam temulentam, infernus sub pedibus ardet, & iam iā hianti ore, te deuoratur? expectat, & tu in peccato securus & quietus dormitas? vnde tibi ista securitas maledicta: Grauisimum est fratres periculum nostrum, nolite dormire, verè ex omni parte parabola hæc terribilis est & plena timoris: nam ecce istæ quæ excluduntur virgines erant, lāpades habebāt, sponsum expectabant, & tamen propter solum olei defectum expulsæ sunt. Noli gloriari virgo in virginitate tua, quia si non habes oleum excluderis, noli gloriari sapiens in lāpade tua, quia si non habes oleum excluderis: noli gloriari monache in religione tua, quia si non habes oleum excluderis. Si enim hæc tria simul sine oleo non sufficiūt, quāto magis neque horum per se quodq; sufficiet:

sufficiet? Quid autem si nihil horū habeat: si virgo excluditur, admit-
 teretur lubricus? si sapiens cū lāpade
 rejicitur, admittetur stultus? si reli-
 giosus Deo vacans repellitur, ad-
 mittetur mundanus? Nolite errare
 fratres, Deus nō irridetur. Verē ar-
 eta est via & stricta ianua quę ducit
 ad vitam, & paucissimi ingrediun-
 tur per eam, sponsus est qui loqui-
 tur ista, ipse qui à Deo viuorum &
 mortuorum constitutus est iudex.
 Quid tu gratis hallucinaris? quid ti-
 bi ò peccator beatitudine falso blā-
 diris? virgo cū lampade, expectans
 excluditur, & quę neq; virgo est, ne
 que lampadem habet, neque spon-
 sum expectat ad nuptias admittere
 tur? Deciperis miser deciperis, hoc
 Christi euangelium prædicat, si tu
 aliud habes euangelium proferto.
 Hoc lex secundum quam iudican-
 dus es dicit. Quid tu? nescio quā ti-
 bi legem aliam machinaris? in euā-
 gelio sic lego, Malos male perdet,
 omnis arbor quę non facit bonum
 fructum excidetur, & in ignē mitte-
 tur. Vigo sine oleo audit, nescio
 vos: diuiti edaci dicitur, recordare
 quia recipisti bona: qui ergo malē
 agit (secundum euangeliū) peribit.
 Rursus etiam si nō malē agit, si bo-
 num non agit, cū bonum agere te-
 netur, peribit. Item si bona multa
 agat, si oleum charitatis in fine nō
 habeat, peribit. Rursus, qui bona re-
 cepit in vita sua, si illis aut malē aut
 nō bene vtatur, iuxta id quod tene-
 tur, recipiet proculdubio postmo-
 dum mala. Hęc iudicij forma futu-
 ri, hęc lex secundum quam iudicā-
 dus est mundus. Vide ne te horum
 aliquid comprehendat & percas, nō
 tibi durus videatur sponsus, quia
 virgines expectantes excludit, quia

et si terribilis est in iudicijs super fi-
 lios hominum, tamē quia futuri for-
 mā iudicij non occultat, misericors
 inuenitur. Hęc Bernardus. Sed iam
 oleum ipsum explicemus, cuius de-
 fectu virgines istę repulsę sūt. Hoc
 (vt diximus) charitas est, sine qua
 non modo virginitas, sed & conge-
 ries multa virtutum (teste aposto-
 lo) Deo placita nō est. De hoc psal-
 mographus. Caro mea immutata
 est propter oleum. Et Esaias, Cōpu-
 trescet ingū à facie olei, pretiosum
 balsamum quo vulnera carnis sanā-
 tur, dura peccati seruitus tollitur, in-
 telligentię lampas accenditur, &
 cęleste regnum expectātibus ape-
 ritur. An non tibi videtur hanc do-
 mini parabolam exposuisse aposto-
 lus, cū dicebat, Si linguis hominū
 loquar & angelorū, si habuero pro-
 phetiā, & nouerim mysteria omnia
 & omnem scientiam, et si habuero
 omnem fidem, ita vt montes trāsfe-
 ram, charitatem autem non habue-
 ro, nihil sum: & si distribuero in ci-
 bos pauperum omnes facultates
 meas, et si tradidero corpus meum
 ita vt ardeam, charitatem autē non
 habuero, nihil mihi prodest. Quid
 miraris? quia sine oleo virginitas
 exclusa est, cū neque fides, neq; sciē-
 tia, neq; doctrina, neque prophetia,
 eleemosyna, neq; martyriū ipsum
 sine hoc charitatis oleo, grata Deo
 sint. Hęc est vnctio illa sancta, quę
 docet nos de omnibus, & instruit
 nos in omni veritate: sine hoc oleo
 sapientię lampas durare nō potest,
 illo enim nutritur & fouetur. Gran-
 dis fatuitas existimantium diu luce-
 re se posse sine oleo, verē profunda
 mysteria solus penetrat vnctus, spi-
 ritus enim est qui reuelat mysteria
 & scrutatur secreta Dei, nā & apo-
 stoli d

stoli postquam oleo peruncti sunt,
 lampadibus suis orbem vniuersum
 illustrauerunt. Quid frustra miseri
 sine oleo lampades conamur accen-
 dere? die noctuque sapientię vaca-
 mus, literis & libris indefessē incum-
 bimus, & de pietatis oleo vltima
 cura est? O si tantam adhibere-
 mus diligentiam oleo, sicut lam-
 padi, lucere volumus non ardere,
 luciferum imitantes qui ab hoc ip-
 so sortitus est nomen. Credite mi-
 hi diuinę sapientię amatores, si
 lucere vultis vngimini prius: oleū
 enim voluntatis nutrit ac fouet
 lampadem intellectus. Nolite er-
 go negligere voluntatis lecythum,
 qui sapientię vultis fouere cami-
 num: oleum nanque sine lampade
 prodesse potest, lampas vero sine
 oleo nequaquam. Proh dolor in ac-
 cendendis lampadibus vitam cōsu-
 mimus, & in fine velut steriles à per-
 petua vita rejicimur, surgunt indo-
 cti & rapiunt cælum, & nos cum no-
 stris scientijs demergimur in in-
 fernum. Similes sumus venatori il-
 li, cui frater simplex domi resi-
 dens furatus est benedictionem: cę-
 los, terrasque intellectu lustramus
 peruigili cura capiendis volucris-
 bus, id est, arduis veritatibus in-
 hiamus, & (vt Augustinus ait) præ-
 uolat intellectus, & sequitur tar-
 dus vel nullus affectus. Dum igitur
 in hoc venandę veritatis studio vi-
 tam expendimus, vetula simplex
 & deuota ad regnum cęlorum ad-
 mittitur, & nos cum nostra scien-
 tia miseri foras excludimur, gra-
 tior enim Deo est deuota simpli-
 citas & pia, quā disertata sine pie-
 tatis oleo philosophia. Sed vnde
 nobis hoc oleum comparabimus?
 Ite (inquiunt) ad vendentes, & emi-

te vobis, non gratis & sine pretio
 possidetur vnctio sacra, et si gratis
 donetur multo pretio hęc olei gra-
 tia comparatur. Mira res, si gratia,
 quomodo emitur? si emitur, quomo-
 modo gratia? Quòd enim ematur
 non solum ex hoc virginum prudē-
 tum consilio, sed etiam ex alio scri-
 pturę loco colligitur, vbi quidam
 episcopo dicitur. Suadeo tibi eme-
 re à me aurum ignitum, id ipsum est
 oleum quia vngit, aurum quia ful-
 get, ignitū quia ardet, suprema quo-
 que omniū gratiarum. Hęc est (apo-
 stolo teste) quę nō merito nostro ac-
 quiritur, sed per spiritū sanctū gra-
 tis infūdatur: vnde ait, Charitas Dei
 diffusa est in cordibus nostris, per
 spiritū sanctum qui datus est nobis.
 Emitur ergo & gratis donatur. Sed
 quomodo hoc? Nimirum vtiq; quia
 nū iusto, sed exiguo emitur, veluti
 si quis obolo amphoram balsa mi
 emat, pretium dat, sed non est pre-
 tiū. Ita in proposito multis lachry-
 mis, multis suspirijs, multis oratio-
 nibus, supplicationibus & eleemo-
 synis hoc oleum spiritus emendum
 est, diu laborandum & sudandū, vt
 tantū bonū obtinere possimus. Sed
 quid sunt hęc ad tantū donum? Ve-
 re si dederit homo omnē substan-
 tiam suā, pro dilectione quasi nihil
 despiciet eam. Nullam ergo habet
 pretij aut meriti rationē ex se, quic-
 quid agimus, quicquid damus, sed
 quia aliud non habemus, pius do-
 minus acceptat in pretio, quod nō
 est pretiū, quia (sicut scriptum est)
 quod habuit hęc & fecit. Vult nāq;
 dominus sua munera nō cōtemni,
 non mittit margaritas suas porcis
 conculcantibus eas, sed desideran-
 tibus, cupientibus, flagitantibus, gra-
 tis eas donat, nō quia obligatus, sed
 quia

mat.7 b

A. 10. s

Matth. 21. d. Matt. 3.

Lu. 16. f.

ps. 69.

1. co. 13. a

ps. 108

isa. 10. f.

1. co. 13. a

Gen. 27 c. d.

Lu. 21. a

1. Io. 2. e

Dañ. 2.

Ro. 11. a

Ap. 3. d.

1. co. 12 d

Ro. 5. a

Cat. 8. e

Mar. 14

mat. 7 a

Zz

quia rogatus. Hic maximus munda-
narum mentium error est, quod quasi
pro nihilo dona Dei possidere vo-
lunt, sacrae vocationis gratiam val-
de affectant, sed eam minime sibi
procurant, voluptatis ceno super
infundi spiritus oleum postulant: sed
non effundetur oleum, nisi prius ex
pulsis sordibus. Mira stoliditas lam-
pades suas implent aqua, quo infun-
detur oleum? aut quomodo arde-
bit lampas sine oleo? Ecce hi qui
diebus ac noctibus in hoc oleo con-
parando desudant, post assiduos
labores & continuos conatus, mo-
dicam eius stillam vix obtinent, &
illi negligentes & desides, inter se-
culi delicias oleo spiritus abunda-
bunt? Credite mihi fratres hoc oleo
non ungitur lubricus, non invidus,
non cupidus, non arrogans & su-
perbus, sed si quis iustus & timora-
tus conscientiae suae lampadem eua-
cuauerit foetido voluptatis ceno
& sedulo egerit misericordia Dei
implebitur charitatis oleo. emendum
est igitur. Sed a quibus? Ab his utique
qui eo abundat. Et quis abundat Chris-
tate, nisi Christus? Propterea
(inquit) unxit te Deus, Deus tuus
oleo laetitiae, praese consortibus tuis,
hic est qui a Deo oleariam obtinuit
apothecam, & praepositus olei a Deo
constitutus est. Si quis eget vadat
ad eum, & emat oleum, non vadat
ad solas lampades hominum: nam
dicetur ei, Ne forte non sufficiat
nobis & vobis, ite potius ad ven-
dentes, & emite vobis. Quilibet
enim ad sufficientiam accepit gra-
tiam, Christus ad redundantiam.
Solutus ille non potest huius olei ti-
mere defectum, cui non est datus
spiritus ad mensuram. Aliorum
quilibet quantumvis bonus & san-

ctus, dum in vita mortali degit,
non ita plenus & securus est, ut
non timeat, ne forte sibi & alijs
non sufficiat. Quis Paulo maior?
quis doctior? quis sanctior? & ta-
men quid de seipso sentiat audire.
Castigo (inquit) corpus meum &
in seruitutem redigo, ne forte cum
alijs praedicauero ipse reprobus
efficiar. Tremendum verbum, post-
quam vas electionis a Christo ele-
ctus es, postquam gentium Apo-
stolus & doctor a Christo constitu-
tus es, post totum fere mundum
tua praedicatione ad fidem con-
uersum, post raptum in tertium ce-
lum & deambulatum Dei paradisi-
sum, nunc o Paule ais, ne forte? Et
quis ita tutus erit, ut non dicat te-
cum, ne forte? virgines prudentes
oleum non commodat fatuis, quia
prudentes sunt, sed ad illum re-
mittunt, cuius lampas mensuram
non accepit, ac proinde timere non
potest defectum. Quis ergo pru-
dens dum vivit olei penuriam non
timebit? Nunquam enim istarum
virginum prudentiam dominus com-
mendasset, nisi in custodiendo o-
leo suo prudenter egissent. Vi-
deant qui alienis commodis ultra
modum incumbunt, qui suas non
timent lampades minuere, ut alie-
nis infundant. Discant ab his virgi-
nibus sibi prius providere quam
alijs. Quid enim prodest homini
si uniuersum mundum lucretur,
& animae suae detrimentum patiat-
ur? Olei detrimentum in lampade
conscientiae, neque pro toto uni-
uerso sustinendum est. Videas plu-
rimos indiscreto charitatis zelo fer-
uidos, animarum egritudinibus cu-
randis ardentissime operam dare,
cum ipsi magis egrotent. Videas
monachos

monachos clauastro relicto in me-
dia ciuitate vagantes, aliorum ne-
gotijs libenter implicari, alios pau-
peribus alendis, alios viduis visitan-
dis, alios populis erudiendis, alios
amicitijs reconciliandis, non sine
grauissimo lampadis propriae detri-
mento indiscrete incubere suamque
dispersionem charitatis velo pallia-
re. Non est haec charitas, sed gradis
stoliditas propriae vocationis termi-
nos transgredi propria lampadem
extinguere, ut alienas accendant, se
iplos damnationi exponere, ut alios
saluos faciant, perfectorum est mu-
nus, & quorum probata est virtus
intendere alijs, qui sibi iam sufficit,
ille aliorum inopiam suppleat qui
sibi superabundet, ille accommo-
det oleum qui sibi non timet defe-
ctum: qui autem timet, si accedat
mandatum praelati, ut alijs copia fa-
ciat confidenter obediat. Sunt enim
qui erogando magis abundat, nam
& viduae illius Sareptanae, quia olei
modicum quod habuit prophetae
dedit, lecythus de caetero non est im-
minutus, charitas enim dum disper-
gitur magis augetur. Sollicitus ergo
prudens anima inspiciat, ut sic aliorum
inopiam suppleat, ut suam lampa-
dem mutuando non minuat. Duo enim
ex his virginibus documeta suscepi-
mus: primum ne alieno soli merito
confidamus, exemplo fatuarum: secun-
dum, ne alieno commodo cum no-
stro damno provideamus exemplo
prudentum. Non est igitur huius
olei gratia contemnenda, unde tor-
nobis profluunt bona. Vxor illa pro-
phetae apud Heliseum cum grandi
debito astringeretur, & quid cre-
ditori redderet non haberet, a viro
Dei interrogata, quid domi habe-
ret: non habeo (inquit) ancilla tua

quicquam in domo mea, nisi parum
olei quo ungor. Vacua vasa infun-
dere iussa est, & oleo multiplicato
debitum creditori persoluit, & ipsa
cum filijs de reliquo vitam sustinuit.
Credite mihi fratres, valde multum
habet qui olei modicum apud se ha-
bet, si quid pietatis, si quid deuotio-
nis, si quid spiritus in mentis lecy-
tho est, confidat huiusmodi anima:
habet enim unde creditori Deo pec-
catorum suorum debita reddat, & in
multa opulentia de reliquo ipsa vi-
uat, infundat in vasa, ne timeat, nam
effundendo multiplicabitur oleum,
& soluetur omne debitum. Pecca-
trix illa femina apud euangelium
pedes domini unxit unguento, & so-
luta est a toto debito. Unde soluta?
Vtique propter oleum, quod oleum?
Dimissa sunt (inquit) ei peccata mul-
ta, quoniam dilexit multum. Ecce
oleum, ecce unguentum, ecce balsa-
mum quo peccatorum ulcera cuncta sa-
natur, quo omnis macula cordis ab-
stergitur, quo miserum seruitutis iugum
aufertur. Vae menti sterili, vae arido
peccatori, cuius vulnus, liuor & pla-
ga tumens non est circumligata, ne-
que curata medicamine, neque fo-
ta oleo. Itaque quantumvis grande ni-
mis sit debitorum pondus, fiducia
tamen non amittitur, ubi olei deuo-
tionis & amoris vel modicum inueni-
tur, omnium enim vitutum & charis-
matum haec vinctio mater est. Ab hoc
fonte omnis animae viros scaturit,
ipsa mentem illuminat, affectum in-
flamat, spiritum exhilarat, animam
roborat, ipsa aeternorum deside-
rium, & temporalium contemptum
parit, ipsa ad tolerandas pro Deo
passiones, & subundos labores,
cor agitat & fortificat, ipsa ad
mandatorum Dei percurrendam

ps. 44

eph. 4 b

Ioan. 3. d.

1. co. 9. d

2. co. 12 a

3. re. 7 a
b. & Lu
ca. 4. d.Matth.
16. c.4. reg. 4
a

ps. 118.
ps. 17

viam pedes nostros quasi ceruorū perficit & mobilitat. Nihil hac spiritus vnctione dulcius, nihil suauius, nihil fortius, hæc virginē Dorothæamynā ex prudentibus fecit non pauere furentis iudicis minas, & seuentis tortoris pœnas nō formidare. Ad tormentum quasi ad conuiuium virgo prudētissima gaudens & læta ferebatur, abundabat oleo lampas eius, ideoque vacuas fororum lampades infundit, & eas secum ad sponsi thalamum introduxit. Felix virgo quam sic adamauit sponsus, vt non solum ipsa cum illo intraret, sed & secum alias intrmitteret. Et vos quoque prudentes virgines lampades vestras aptate, & cum ea festinanter introite, sequimini matrem prudentes filia, ducem vestram nolite relinquere. Verè prudentes quæ seculum pro domino reliquistis, quæ momentaneum gaudium pro æterno commutastis, quæ durissimam coniugij seruitutem & importabile iugum veriliter abiecistis, & in libertate spiritus vitam agentes noluitis fieri mortalis hominis ancillæ, vt Christi domini essetis libertæ, seruitium durissimū in regni gloriam permutastis. Vtinam, vtinam vobis plenè innotescat, & quid reliquistis, & quid accepistis, vt pro tanto munere incessabiles Deo gratias agatis, qui de potestate tenebrarum vos eripuit, & in regnum filij dilectionis suæ vos transtulit. Aptate ergo lampades vestras, hæc enim vobis sola & potissima cura, hoc vitæ vestræ vnicū officium, hoc munus, in hoc opus vitam destinatis, in hoc positæ estis, nulla vos alendorum filiorum cura, nulla rei familiaris ratio, nulla

Col. 1. b

placendi marito sollicitudo perturbat, non vos partus anxietas vexat, non temporalium rerum cura sollicitat, non famulantium ancillarum turba molestat. Quid ergo respondebitis in iudicio si lampades vestræ repertæ fuerint sine oleo? aut quam huius indigentiae excusationem afferre poteritis? Sit ergo in lampade ignis amoris, oleum deuotionis, lux sapientiæ, splendor bonæ famæ: hæc enim optima lampadis præparatio est. Mementote autem quoniam habetis thesaurum istum in vasis fictilibus, 2. co. 4. b & diligenter caute, ne per incuriā lampas frangatur, & sacrum oleum effundatur. Obseruate etiam circunvolitantes noctuas, ne lampadarum vestrarum & oleum sorbeant, & lumen extinguant. Nolite dormire quia sponsus tardat: non enim tardat, sed properat & accelerat, ecce (inquit) venio cito reddere Ap. 3. e. vnicuique secundum opera sua. Verè cito, quia omne quod finitur breue est, adesse festinant tempora, & festina mors velo & remigio accelerat quantum potest. O deplorandam mortalium cæcitatem quæ longum putat omne quod displicet! Ecce sponsus venit, credite mihi, iam Matth. 24. d iam propè in foribus est. Exite obuiam ei, nolite expectare eum in domo, sed obuiam ei occurrite, & cum gaudio & tympanis suscipite eum. Vt quid misera anima corporis huius tabernaculum egredi pertimescis? Sponsus venit, & hæres? vocat te & exire recusas? Egredere, egredere, & occurre ei cum gaudio, libens ac volens domum istam luteam & ruinofam desere, vt domum illam celestē non manu factam perpetuam 2. co. 5. a inhabites,

inhabites, & in sponsi tui thalamo cū sodalibus eius perennibus delicijs perfruaris. Quas nobis præstare dignerur pius & dulcis sponsus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

DEO GRATIAS.

DE DIVA DOROTHEA
virgine & martyre, Concio
posterior.

THEMA

¶ Mulier inupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. 1. Co. 7



Triplitem vitā Bernardus statuit in libro de vita solitaria, animalē, rationalem, spirituale, secundū illa tria quæ in homine reperimus, sensum vel carnē, & rationem & spiritum. Hominum enim quidā sequuntur sensum, quidā rationem, quidā spiritum: & (sicut poeta ait) velle suū cuique est nec voto viuatur vno. Hæc triplicē hominum differentiam (ni fallor) psalmographus innuit, cū ait, Homines & iumenta saluabis dñe, quæ admodum multiplicasti misericordiam tuam dñe. Filij autē hominū sub tegmine alarū tuarum sperabunt. Animales vocauit iumenta, rationales homines, spirituales autē filios hominū, quia et si ex hominibus, iam nō homines, sed maius aliquid dicēdi sunt. Vita animalis illorū est qui sola sensus passione reguntur, qui desideria carnis

ps. 35.

ibi dem

ps.

Iob. 4 d

2. co. 5. a

appetitusque perficiunt & transferunt iam in affectū cordis, quorū omne studiū est comedere, bibere, saginari, lasciuiare, dormire, gaudere, nihil habent humanū præter figurā & loquelā, in cæteris omnibus velut bruta sūt, qui in vano rationale animā suscepisse videtur, quoniā solo sensu viuunt. In his ratio sepulta, spiritus verò neque cognitus quidē, totū suum dominiū amiserunt, quoniā ad reprimēdos & corrigēdos passionū impetus ratio nullā vim potestatemque retinuit. Hi nauis absque gubernaculo persimiles sunt, quæ omniveto in cautes, sytesque colliditur. O miserā seruitutē & vilissimā abiectionē! Et si nullā suorum operū rationē huiusmodi reddituri essēt, et si nullū esset iudiciū aut gehēne incendium ad omnē cōfusionem & pudorem sufficere debuerat, tam vilis & abiecta cōditio. Hi inter iumenta homines, & inter homines iumenta sūt. De quibus propheta, Cōputruerūt Ioc. 1. d iumenta in stercore suo. Et iterum, Nolite fieri sicut equus & mulus, ps. 31. quibus non est intellectus. Tutius cum viperis & draconibus cōmorabitur quispiā quā cum istis. Si enim exarserit iracūdia, si furor excāderit, amici viscera gladio perforabūt, si liuor aut libido inuaserūt, omnia mala, omnia turpia, omnia flagitia perpetrabūt. Quis sustineat habitare cū homine qui cōtempto rationis arbitrio, solo passionis impetu agitur, sola sensus libidine regitur, aut cui periculo expositus non est, qui tali amicitia perfruitur? maxime si huiusmodi diuites & potentes sint, quos quasi elephantes à longè rractandos censeo, ne seua proboscide fragiliores inuoluant, & ponderosa mole suæ potestatis premāt

ps. 72

ps. 31

DE DIVA DOROTHEA

Pudeat, pudeat sic ab homine dege-
nerasse viros & rationis virtutem
amisisse pudeat sine moderamine,
ps. 48. & iuuetis insipientibus simile vitā
agere. Quā pulchrē Seneca philoso-
phus! Maior (inquit) sum, & ad ma-
iora natus, quā vt sensuum meorū
mācipium existam. De his in libro
Sap. 2. a. sapientia, dixerunt impij cogitātes
apud se non rectē, Exiguū & cū
tardio est tempus vitæ nostræ, & nō
est refrigerium in fine hominis, &
nō est qui agnitus sit reuersus ab in-
feris, quia ex nihilo facti sumus, &
post hoc erimus tanquā si non fue-
rimus, &c. Venite ergo fruamur bo-
nis quæ sunt, & vtāmur creatura tā
quam in iuuentute celeriter, vino
pretioso & vnguentis nos implea-
mus, & non prætereat nos flos tem-
poris, coronemus nos rosis antequā
marcescāt, nullum pratum sit quod
non pertranseat luxuria nostra, v-
bique relinquamus signa lætitiæ,
quoniam hæc est pars nostra, & hæc
est fors nostra. Hoc itaque prauo
& stulto consilio vitam agentes du-
cunt in bonis dies suos, & in pūcto
Iob. 21b. ad inferna descendunt. Vita ratio-
nalis est eorum qui secundum ratio-
nem viuunt, qui licet passiones &
appetitus carnis sustineant, tamen
dominantur eorum, sicut scriptum
Gn. 4. a. est. Sub te erit appetitus, & tu domi-
naberis illius, hi honoribus, facul-
tatibus & delicijs vtuntur, sed mo-
destē & temperate, prout oportet
& quando oportet, viuunt sicut ho-
mines in omnibus operibus suis à
ratione directi. Huiusmodi multa
habuerunt antiqui philosophi, vir-
tutum licet non omnium studiosi.
Tales etiam sunt hodie boni Chri-
stiani seculares euangelicę militiæ
Ro. 6. c. sectatores. His apostolus. Humanū

(inquit) dico propter infirmitatem
carnis vestræ, sicut exhibuistis mē-
bra vestra seruire immūditia, & ini-
quitati ad iniquitatē, ita nunc exhi-
bete mēbra vestra seruire iustitiæ
in sanctificationem. Ac si dicat, nō
ardua & spiritualia vobis iniungo,
sed humanā & rationalē vobis do-
ctrinā propono, vt sicut fuisitis ha-
ctenus vitiorum mancipia, ita de cæ-
tero iustitiæ cultores sitis. Spiritua-
les autē dicimus eos, qui nō tam hu-
mana ratione quā diuino spiritu di-
riguntur. De quibus apostolus, Qui
Ro. 8. c. spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.
Et iterū, Quod si spiritu ducimini
Gal. 5. c. nō estis sub lege, qui cōtinuo studio
solerti industria, & assidua exercita-
tione virtutū, adiuuante Dei gratia
non solū carnis passiones & appeti-
tus effrenes domuerunt, sed eos pe-
nitentia a se eliminauerūt, & extinxe-
rūt in carne quasi extra carnē viuē-
tes, & in mortali corpore angelicā
vitam degētes, quorum cōuersatio
Phi. 3. d. in cælis est. Mira gratiæ exercitatio
nisq; potestas, quæ homines huma-
nam fragilitatē exuere, & super hu-
manā sortē & cōditionē facit ascen-
dere. In Genesi legimus, aues & pi-
Gn. 1. b. sces eodem elemēto, id est, aqua fuis-
se formatos, sed pisces in geniali ele-
mento permanserunt, aues autē in
aëra supra suam originem volaue-
runt. Omnino ita est in proposito,
vna est omnium hominum genialis
conditio eademque natura, sed val-
de differens vita, quidam suam na-
turalem inclinationem sectantes,
quæ ad malum prona est ab adole-
Gn. 3. d. scētia sua in seculo vagantes deli-
cias carnis sequuntur, velut pisces
maris, qui perambulāt semitas ma-
ris. Alij autem supra suam cōditio-
nem volantes ad æterna & cælestia
rapiun-

VIRGINE ET MARTYRE.

rapiuntur lōgē amplius à prioribus
ditates quā à piscibus maris volu-
eres cæli differūt, qui et si homines
sunt natura, vita tamē nō homines,
sed angeli sunt. Vnde apostolus hu-
iusmodi spiritualibus probro homi-
nis vocabulū obijcit, dicens. Cū sit
I. co. 3. a. inter vos zelus & cōtentio, nonne
homines estis? Insignis profecto vir-
tus, & præclarū facinus suā excelsi-
se naturā, & proprio studio atq; in-
dustria in melius se transmūtasse.
Quāta est istorū libertas, quanta fe-
licitas, non solū enim à totius pecca-
ti seruitute, sed etiā ab omni passio-
nis molestia liberi sunt, quibus in-
tolerabile iugū & onus importabi-
le videretur priores subire passio-
nes, & ad relictas carnis concupi-
2. co. 3. d. scētas redire, quia verē vbi spiri-
tus domini, ibi plena libertas est.
Hi omnibus solatijs & gaudijs sen-
sibilib; abdicatis, in solo intellectu
& affectu, omnes suas diuitias & de-
licias collocarunt, sicut scriptū est.
ps. 149. Lætabuntur in cubilibus suis, inue-
nerūt enim intra se recōditos quos-
dam thesauros & pretiosas marga-
ritas quas mundus ignorat, pro qui-
Matth. bus iuxta euangelicam parabolam
13. f. libenter omnia sua dederunt vt cō-
pararent eas. Neque enim dubium
est ampliores & meliores esse diui-
tias in spiritu quā in carne, maiora
& potiora esse solatia in intellectu
1. co. 2. d. quā in sensu. Sed animalis homo
non percipit ea quæ sunt spiritus
Dei, ideo totus sensibilibus occupa-
tur. Felix qui tales in se diuitiarum
venas inuenit, cui ad iucandam &
felicem vitam nullo exteriori opus
est, sed in similitudinem Dei omnē
2. co. 9. b. intra se sufficientiam habet, quia
Deum in corde suo possidet, qui
huiusmodi non necesse habent per

suaderi ratione, aut consilio impel-
li ad omne bonum, quia in illud af-
fectu & voluntate propensi sunt.
Multo enim amplius isti in spiritua-
libus quā carnales in sensibilibus
oblectantur, & proniores sunt ad vir-
tutem, quā animales sint ad libidi-
nem: lōgo enim virtutis vsu, & Dei
adiutorio: hi quoq; transierunt in
affectū cordis, & iam ad omne bo-
num perficiendum, non tam ratio-
ne quā affectu aguntur. Nam sicut
mater filio suo vnigenito in pericu-
lo constituto, nō ex rationis discursu,
sed ex amoris impulsu succurrit:
ita in his spiritualis affectio ratio-
nis cōsultationē non expectat. Gra-
uissimū enim eis esset à quiete spiri-
tus & cōtemplatione diuelli, in qua
supra modū quiescunt & oblectan-
tur: imò nihil magis timent, quā ne
illam aliquādo amittant. Talis erat
qui dicebat, quā dulcia faucibus
ps. 118. meis eloquia tua, super mel ori-
meo, desiderabilia super aurū & la-
pidem pretiosum multū, & dulciora
super mel & fauū. Et iterū, Læta-
ps. 118. bor ego super eloquia tua, sicut qui
inuenit spolia multa. Huiusmodi
spirituales animæ designatę sunt,
per illas rotas Ezechielis, quæ vbi
Eze. 1. e. erat impetus spiritus illuc rapiebant
& 10. c. sequentes illū, quas vocauit volubi-
les: quia (sicut Hieronymus ait) ani-
mę sanctorū rotę sunt mobiles &
agiles ad omne bonū, quę quoniā
nihil grauedinis peccatorū habent
modico flatu spiritus celeriter vol-
uuntur. Vnde enim sūt oleo deu-
otionis facti, & ideo ad omnē virtu-
tis motū faciles & mobiles sunt. Nō
sic impij, non sic, sed velut rota gra-
uissima, quæ nimio aquarū impetu
vix voluitur præ grauedine. Vnde
psalm. Domine pone eos vt rotam, ps. 82.

quæ tamē rota si spiritus vnctione vngatur agilis reddetur ad virtutē. Hinc in religione videmus nonnullis grauissima fieri quæ alijs leuissima & suauia sunt, & vere animæ deuotæ nihil est in religione difficile. Quale autem sit horum spiritualium exercitiū, qualis vita psalmodographus optime in sua persona descripsit, dicens. Renuit cōsolari anima mea, memor sui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & deficit spiritus meus, anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & nō sum locutus, cogitauī dies antiquos & annos æternos in mente habui, & meditatus sum nocte cū corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritū meum. Quā mirifice, quā pulchrē omnem spiritualiū vitā, mores, officium & statum in semetipso expressit. Renuit insensibilibus consolari, qui delicijs spiritualib⁹ abūlabar, non in creaturæ vsu, sed in dei memoria omnis cōsolatio eius, defecit spirit⁹ quia Dei spiritu plenus erat, omnis liuor, omnis superbia, omnis ambitio, omnis cōcupiscētia, omnis cupiditas & libido, omnis affectus & passio sensualis defecit & siccata est, quia spiritus domini insufflauit in ea. Omnis appetitus carnalis euauit, cū spiritus deuotionis incaluit. Et exercitatus sum. Sed quibus exercitijs? Anticipauerunt vigilias oculi mei, scilicet, in Dei mei laudibus excubando: turbatus sum à confusione peccatorum, scilicet, præ confusione nimia non sum locutus. Cogitauī dies antiquos, id est, rotā vitā meam ab initio reuolui, longā operum meorum, & totius vitæ peractę historiam texēs, quæ à Deo accepi, quæ illi reddidi gratias eius & malitias meas assidue animo cōmemo-

rās. Gratissima profecto cordi meo & delectabilis exercitatio. Sed & annos æternos in mēte habui, præmiū illud æternum, & perpetuam gloriam oculis meis obijciens, vt sic inclinarem cor meum ad faciēdas iustificationes eius proposita retributione, à qua neque ad momentum quidem quoad poterā mentis meæ obtutum deflexi: in his & similibus meditationibus exercitabar, & meditatus sum, maximē nocte cū corde meo quando à regni negotijs & alijs operibus pietatis vacare licebat. Nam in die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Sed super hæc omnia mihi maxima & præcipua cura fuit, vt ab omni peccati contagio, ab omni fœce libidinis, & ab omni puluere terrenæ cupiditatis scoperem spiritum meum, scopis pœnitentiæ purificans, & vnda lachrymarum assidue rigans illū, vt gratū Deo meo in illo, & mundum habitaculū præparem. Hoc officium, hoc exercitiū meum, hic vitæ modus, in hoc exercitabar, in hoc delectabar, in hoc tēpora mea & dies meos, vitā meam, & annos meos expēdebam. Descripsimus vobis virgines Christi, hominum status varios, animalē, rationalem, spiritualem, sub quibus militat omnis vita mortalium. Vidistis certē quāta sit hominum adinuicē distantia, quo perfectionis interuallo homo ab homine distet. Quā merito parasitus ille comicus exclamauit, dii immortales homo homini quid præstat, stulto intelligēs quid interest: in simplici & vniuocaturā maiora quodammodo videtur hominum differentia quā iumentorum: est enim homo animalis prope nihil distans à bruto: est homo spiri-

ps. 118.

ps. 41.

spiritualis similimus angelo. In vna (inquam) eademque natura humana, bestiam, dēmonem, homines, angelum, si varias hominū conditiones attenderis inuenies, neque solū hoc, sed etiam varia genera bestiarum, hominem leonem, hominem vulpem, hominem simium, hominem elephantem, hominem porcū, viperas, serpentes, basiliscos humana effigie figuratos vbique reperies, more nanque camaleontis, prout vult configuratur homo, in vno tēporis momento ascendens vsq; ad angelum, & in alio descendens vsq; ad brutum. Creauit enim Deus hominem liberum, & reliquit eum in manu consilij sui, vt esset quicquid vellet, liberam ei tribuens facultatem ascendendi & descendendi, quātum vellet. Propter quod in prima rerum conditione, cū singulaque fecerat sigillatim approbasset, sicut de quolibet, scriptū est. Vidit Deus quod esset bonum, solum hominē sine laude reliquit, expectans quis postmodum arbitrio suo futurus esset. Noluit quippe approbare bonū quod facile mutari poterat, sicut & cito mutatum est. Arbor enim seruauit quod creata est, & homo deluit quod erectus est, ad hominum quippe excellentiam spectat, vt sit propria electione quod velit, non mutando naturam, sed affectiones arbitrio variando. Nos autem qui spiritualement vitam professi sumus, qua sollicitudine, qua vigilātia curare debemus, vt simus quod promissimus, vt ad destinatam merum pulchritudinem pertingamus. Neque enim aliud in monasterio agimus, ab omnibus curis & negotijs seiuicti sumus, nulla filiorum, nulla domesticorum, nulla rei familiaris so-

licitudo nos premit, non serimus, neque metimus, non militamus, neque fabrefacimus, ab omni officio & negotio liberi sumus, vt solis nobis vacemus. De alieno labore & industria nobis domus, victus, vestitus, & alia vitæ necessaria præstantur. Nullus turbat, nullus molestat, nullus inquietat, neque pro his omnibus aliud exigitur à nobis, nisi vt meliores simus. O pulcherrimā sortem & egregiam conditionem, vt cordis nostri hæreditatem excolamus, mercedes accipimus, & vt in proprio agro laboremus, nobis stipendia donantur! Quid dicturi sumus in iudicio? quam excusationē habebimus si carnales & rudes inuēti fuerimus? Poterit aliquo modo seculares virgines occupatio excusare? Nobis autem quid reliquum est, nisi sicut nequā illi homini euāgelico obmutescere. Ad hanc vero vitam spiritualement, de qua diximus, & promerendam & obtinendam, nihil magis homines iuuat quā pudicitia: ob id enim præcipue apostol⁹ virginitatem hominibus persuadere conatur, vt sic melius spiritui & contemplationi uacetur, sciēs quia sine pudicitia frustra quis conabitur ad sapientiam: quia non intrabit in animam maluolam, neq; habitauit in corpore subdito peccatis. Quis enim consensus spiritui dei cū libidine? aut quæ conuenientia sapientiæ ad illecebram? Sancta virginitas ad contuenda cælestia oculum mūdatur, intellectum clarificat, mentem eleuat, affectionem purificat, & ad oranem spiritualium donorum influentiam animam habilitat. Non immittet Deus pretiosissimum purissimumque spiritus sui liquorē in vas inquinatum. Atras

Matthi. 22. b.

1. co. 7. f.

Sap. 1. a.

nubes radius solaris non penetrat, inter densissimas nebulas solis claritas non renitet, virginitas argēto splendidior, crystallo clarior, vitro purior, vas mūdum diuinis impressionibus aptum, grata Deo, angelis chara, hominibus spectabilis, hanc Deus inhabitat, hanc diligit, hanc illuminat. Quid enim aliud virgines sanctas, nisi Dei secretarias dixerim? his sua Deus pandit arcana, his secreta sui cordis communicat, his abscondita mysteria reuelat, has visitant angeli, has perficiunt, has exornant thesauris cælestibus. Pulcherrimas eis murenulas & præclara donaria deferentes, varijsq; eas muneribus decorantes. Verè beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quid enim proderit inspiciendis cælestibus oculum intendere, si sanguine rubet, aut si pulvere plenus est? O anima purifica oculum, & videbis, abijce sordes, & omnia prospicies, acies polluta lucē puram videre non potest, & sentina carnis obscena atram nebulam semper exhalat quę placidum veritat's lumen occultat. Est quoque aliud vnde virginitas valde adiuvat ad spiritum, quia ab omni negotio libera est: mulier nanque inupta & virgo, cogitat quę dñi sunt, vt sit sancta corpore & spiritu, vt placeat ei cui se probauit: quę autē nupta est, cogitat quę sunt mundi, quomodo placeat viro & diuisa est: non vacat ei gustare cælestia, quoniam temporalibus curis implicata est. Duplici itaque impedimento tenetur ne in spiritu proficiat occupatione & libidine. Libido mentis aciem obnubilat, occupatio debilitat, quoniam pluribus intenta, ac distracta mēs ad singula debilitata

est, quòd si ad singula, quāto magis ad contraria? Gratias Deo agamus, qui nos vocauit in partem sortis sanctorum, & à tantis periculis & sollicitudinibus segregauit, vt exhibeamus ei corda & corpora nostra honestam viuentem, sanctam, placentē & rationabilem, & quę placita sunt coram eo toto desiderio faciamus. Grandis nobis retributio & eximia merces proposita est, si quę bene cœpimus firmiter compleuerimus: non enim qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Confido in domino Iesu, qui cœpit in vobis bonū opus, ipse perficiet, sed opus vestrum vobis interim agnoscatis. Virgo deuota apud quā similitudo esse debet, quę longē à suo apiario volās pulchros vndique flores legit, ex quibus intra alueum conclusa mellificat, sic vos spiritus sancti flatu in cælestia raptę, placidos ē paradiso sanctorū cogitationum & meditationū flores colligite, vnde dulcissimos & mellifluos intra viscera desideriorum fauos cōficiatis. Spiritus enim domini super mel dulcis, & hereditas eius super mel & fauum. Quā magna multitudo dulcedinis tuę domine quam abscondisti timentibus te, quos etiam in abscondito vultus tui à conturbatione hominum, & à contradictione linguarum abscondere dignatus es. Apis quę semper foras vagatur, nunquam mellificat. Monialis quę curis secularibus implicatur, spiritus suauitatem ignorat: quā bene sibi consonat apis & virgo, apis non coitus libidine, sed solis calore generatur, pudicissima est, omnem labem ignorat, dulcissimos fructus facit. Vnde enim dulcedo nisi à puritate confici debuit?

buit: qualis artifex, tale opus? Materia quoque nō dissonat. Flore enim quid pulchrius? quid purius? quid suauius? quā eximiam analogiam hæc omnia retinent, si ad spiritum suo ordine transferatur, apis Deo dicata virgo, flos cælestis meditatio, fauus spiritualis dulcedo ros ille est. De quo Esaias. Ros lucis, ros tuus, alueus, aut virgineum pectus, aut religionis claustrum, in quo velut examina apum virginum chori in pace & silētio mellificat sub magistra. Volate ergo virgines Dei asidue in florigeram paradisum, atque inde placidos flores vobis colligite, vt mellifluos spiritus cōficiatis fauos. Hoc opus vestrum, hoc officium, in hoc positæ estis in monasterio explorare terram lacte & melle manantem, vberimosque inde populo Dei fructus deferre. Nostis figuram, vt opinor, Olim cū famulus Dei Moyse populum Israel in terram promissam introduceret, ex præcepto domini, duodecim exploratores missi sunt, qui terram illam explorarēt, & populo refererēt omnia quividerant, qui omnes, præter duos Iosue & Caleph, terrę quā viderant detraxerunt, dicētes. Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos, populus quem aspeximus procerę stature est, vidim⁹ ibi monstra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. Quibus verbis populum exterruerunt, & grandis in eo mœstitia & murmuratio excitata est, propter quā prostratus est in deserto, viri quoque illi qui terrā pulcherrimā & fructiferę nequiter & mendaciter detraxerant in reatus sui poenā percussit à Deo subito extincti sūt. Ad vos

virgines, & ad nos pertinet hæc parabola, exploratores constituti sumus in populo Dei electo, populo peregrino, in manu potenti & sanguine agni immaculati de Ægypti tenebris & Pharaonis seruitute liberato. Hic per huius seculi squalentem eremum in patriam suam properat, & audire gestiens in deserto, bona quę in ea sunt exploratores destinant, religiosos & perfectos viros, qui eam penetrent, & de illa sibi nuncient. O egregium exploratorem Paulum, qui cū Dei paradisum & eius delicias beatis oculis perlustrasset, hoc solum exulanti populo dicere potuit, quòd bona illius ineffabilia sunt. Lustrauit quoque eam Ioannes aquila potens, & quę viderat prout potuit mysticis sermonibus, & typis populo dei descripsit. Nonnulli etiam ex sanctis, et si non tam apertè viderunt, iucunda & præclara de illa nobis retulerunt. Vnde psalmus, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Sed heu heu exploratorum hodie maxima pars populum Dei ab ingressu vitæ deterruit. Videas hodie monachorum plurimos mœsto vultu pallida facie, terrę desiderabili detrahentes. Religio (inquiunt) deuorat hæc habitatores suos, vita hæc aspera & arida & sine fructu est, nō est qui eam portare possit: sunt ibi monstra, gigantea, labores intolerabiles, iugis obedientia, vigiliæ longę, clausura perpetua, tenuis victus, chorus continuus, rigor assiduus, fatigatio multa, consolatio nulla, interminabilis mœstitia. Nolite intrare, nolite probare, labores isti super vires hominum sunt, non poteritis ad eos, non lacte & melle, sed absinthio & felle manantem religionem experti sumus.

mus. O genus hominum perfidum & iniquum, desidiam & inertiam suam austeritati & sterilitati impu-
 tant religionis. Quā similes sunt hi scribis & pharisais, qui (sicut domi-
 nus ait) clauem scientiæ tulerunt, & ipsi non introierunt, & intrare volentes prohibuerunt, pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, quia eius delicias camposque latissimos non viderunt, si enim interiora eius penetrassent, si ad eius latitudinem peruenissent, probassent utique intra rigores illos poenitentia, quos tam vehementer exaggerant, quanta felicitas, quam ampla & delicio-
 sa planicies clauderetur. Nouerat hoc qui dicebar, Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Et iterum, Elegi abiectionem esse in domo dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Vos itaque, virgines Deo deuotæ, terram istam desiderabilem viriliter penetrare, & participare delicias eius. Gustate & videte quam suavis est dominus, & non est amaritudo vlla in conuersatione eius, non sunt gigantes, non sunt monstra in Dei obsequio, sed redundans gratia & perfecta lætitia, quod si essent utique pro Deo, & agredienda & toleranda fuissent. Quid enim leuius, quid suauius, quam pro domino laborare? Melliti sunt labores iustitiæ & spiritus dulcedine conditi, labores esse desierunt, quia placidi sunt: ubi enim delectatio & voluptas, qualis labor esse potest? Virgo hæc quam sequimini, cuius hodie festa percolimus, non solum obedientias, in edias, vigilias, clausuram & paupertatem, pro Christo domino sustinuit, sed grauissimas contumelias, iniurias acerrimas, confusionem, nuditatem, irrisionem, &

Lu. 11. g

ps. 105

ps. 83.

ibidem

ps. 36.

ps. 33.

Sap. 8. c

atrocissima tormenta, pro eo libentissimè tolerauit. Considerauit quid promittitur, & noluit considerare quid patitur, prospicienti æternitatem in præmio, nihil temporale potest esse difficile. Momentaneū enim hoc & leue tribulationis nostræ (sicut apostolus ait) æternū supra modum in sublimitate gloriæ pondus operatur in nobis, & exiguus labor inenarrabilem requiem & lætitiā sempiternam. Quam nobis præstare dignetur pius & misericors dominus rex & legifer noster Iesus, cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria, decus, laus, & imperium in secula seculorum. Amen.

2. co. 4 d

DE DIVA MARIA MAGDALENA, Concio.

THEMA.

¶ Dilexit multum.
 Luca. 7.



¶ Vm solus creator rerum conditarum perfectā habeat notitiam, in pōdere & mensura que sunt, eas vndiquaque penetrando & comprehendendo, ipse nanque attingit a fine vsq; ad finem fortiter, metiturque sua ineffabili sapientia gradus, perfectiones & dignitates omnium & ponderat infallibili statera veritatis merita singulorum. Solus igitur est sicut & plasmator, ita & comprehensor. Vnumquodque ergo tantum æstimari debet, quantum diuino iudicio aut testimonio æstimatur aut iudicatur esse: non enim (vt inquit

Sap. 11 d

Sap. 8. a.

inquit apostolus) qui seipsum commendat, sed quem Deus commendat ille probatus est, & sine dubio ille laude dignissimus habendus est, qui dei præconio promeruit laudari. Legimus autem in euangelio nonnullos à domino cōmendatos, Nathanaelem venientem ad se commendauit de simplicitate & veritate cordis, dicens, Ecce verè Israelita in quo dolus non est. Ceterum quendam admiratus, laudauit de plurima fide, dicens, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Petrum apostolū laudauit de absconditi mysterij cognitione & lumine, dicens, Beatus es Simon Bariona, &c. Chananæam de fide & perseverantia commendauit, dicens, O mulier magna est fides tua. Magdalenam verò (vt audistis in lectione euangelica) in domo pharisæi lachrymantem, gementem, & pedes suos amplectentem & deosculantem, de ardentissimo amore cōmendauit, dicens verba thematis, Dilexit multum. In ea igitur virtute quilibet istorum credendus est, & habuisse excellentiam, & maximè claruisse, de qua dominico testimonio apud alios & præ alijs commendatus est: nouerat enim quid esset in homine qui fecit hominem. Neque aliud erat in homine virtutis, aut gratiæ, quam quod ipse posuerat. Habet se autem charitas siue amor Dei ad cæteras virtutes, sicut se habet aurū ad alia metalla: sicut enim aurum cæteris omnibus metallis præstat decore, æstimatione, & valore, sic charitas tantum & eo amplius cæteris omnibus virtutibus, perfectione & excellentia ante ire videtur. Sine charitate enim cæteræ omnes virtutes aut nullæ sunt,

Ioā. 1. g.

Lu. 7. b.

Matth. 16. c.

Matth. 15. b. c.

aut modici valoris (dicente apostolo) si linguis hominum loquar & angelorum, &c. et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt mōtes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum: id est, omnes virtutes istæ sine charitate nullæ sunt. Charitas autem per se sola (vt inquit Augustinus) est omnis virtus, scilicet, quoad virtutis fructum & effectū. Ipsa est enim in creditu fides formata, in fiducia spes viua, in victoria fortitudo, patientia in intolerando, benignitas in miserendo, mansuetudo in sustinendo, in largitione liberalitas, in æqualitate iustitia, in deiectione humilitas, & denique in omni operatione omnis virtus. Vide quā apertè hoc inuat apostolus. Charitas (ait) omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, patiens est, benigna est, non amulatur, non inflatur, non agit perperam, non querit quæ sua sunt. Hæc opera hinc enumerata aliarum virtutum propria sunt, & omnia sibi vindicat charitas. Consulè experientiam, & hoc ipsum luce clarius apparebit: si quis enim aliū affectuose diligit, ei in omnibus credit, ei pretiosa quæque confidit, ei omnia liberaliter largitur, ei errata dimittit, amata cōmittit, non inuidet illius gloriæ, non rapit illius substantiam, non querit iniuriam, pro ipso omnia suffert iniuriosa, omnia aggreditur periculosa, omnia prosequitur laboriosa: nec ipsa morte amor superatur, fortis enim est vt mors dilectio. O potentia maxima, o insuperabilis vigor charitatis! Quid non potes? quid non aggredere? quid non vincis? quid non comprehendis?

1. co. 13. a

ibidem

Cat. 8. b

prehendis? O amor eo ceteris omnibus fortibus fortior, & potentibus potentior, quo suavior ac blandior: non enim ferro & manu armata, sed suavitate quadam interna dulcedinis tuæ omnia tuo subiugas imperio, & cuncta tibi deservire miro modo non cogendo cogis: omnium tributa perquiris, omnium officio sola regina charitas prohibito fungitur. Non solum autem omnium virtutum, sed etiam omnium donorum Dei maximum est charitas. Vides quam opulenta, quam dives, & omnibus bonis refertissima est domus Dei, quot & quantis divitijs & charismatibus abundans. Ego dico tibi, si omnes caelestes thesauros & pelagus omne divitiarum Dei scrutatus fueris, nihil inuenies pretiosius, nihil splendidius, nihil desiderabilius amore Dei. Omnium igitur bonorum & beneficiorum que præstare potest Deus, maximum est amor sui. Petat alius prophetiam, alius sapientiam, alius fidem, alius castitatem, alius humilitatem, alius quicquid sibi placuerit, tu si optimum & maximum desideras donum, pete ab eo charitatem, & eius dilectionem: omnium enim horum maior est charitas. Et ratio huius est, quia quicquid tibi donauerit Deus, si amorem sui non præstitit, seipsum tibi negavit, Deus enim solo amore possidetur a viatore homine, & possessio eius amor ipsius est. Amor igitur facit Deum esse tuum, facit ipsum possessionem tuam & hereditatem tuam, & quicquid habeas si amore cares, nec Deus tuus est, nec eo frueris, Fruitio enim huius vite & amor idem sunt. Quid autem tibi proderit si omnia possideas, & solum Deum non possideas? Sicut ergo nihil sci-

psio præstantius dare potest Deus, ita & in donis nullum præstantius illo, quo solo Deus alicui donatur, & ab eodem possidetur. Et ut clarius appareat hoc, gratia exempli ponamus, ut de absoluta potentia Dei possibile est, quod visio & fruitio beatifica separentur ab invicem in diversis, ita ut unus videat Deum, nec tamen diligat, alius autem diligat quidem, sed non videat: cognoscat autem, quia amor non potest ferri in incognitum, constat quod neuter istorum perfecte beatus est, quoniam qui videt solum, non fruitur optimo quod videt, & qui diligit dumtaxat non quietatur, donec lucide videat quod tam ardentem amat. Felicitas enim & beatitudo nostra, aut in utroque visione, scilicet, & amore Dei consistit, aut saltem utrumque ad complementum perfectæ beatitudinis necessarium est. Licet ergo (ut diximus) neuter illorum perfecte beatus sit, ego si mihi daretur optio, potius eligerem amare non videndo, quam videre non amando. Quid enim si videro & non amavero? per hoc nec Deo gratus aut amicus existo. Est enim gratia charitas, aut non sine charitate, si autem amo etiam si non videam, Dei amicus sum. Ut autem nostrum propositum concludamus, constat quod quanto id in quo aliquis præstat, seu habet excellenti a maius est, tanto ille dignior habendus est & illustrior. Est enim grande quid etiam in parvis ac modicis esse præstantem, in magnis vero ac arduis præstare, illustre & gloriosum nimis. Exemplum horum in artibus clarissimum, in quibus quanto perfectior est ars in qua aliquis habet insignis ac singularis artifex, tanto artifex ille ceteris artifi-

artificibus etiam insignibus aliarum artium ac præstantissimis præstat. Quid igitur grandius, quid gloriosius, quid beatius in laudem Mariæ Magdalene dici potuit, quam quod tam brevi sermone & compendio suo præconio veritas ipsa comprehendit in verbo thematis testificans de ipsa, quoniam dilexit multum? Quid enim est dicere, dilexit multum, nisi in eo quod est maximum & optimum in domo Dei universa, siue in caelo, siue in terra, & in eo quod est omnium præstantissimum claruit & præstans fuit? Optimum nanque sibi elegit Maria, magnus est quisquis aliqua virtute magnus est, sed maximus est quicumque optima virtute magnus est. Si igitur diebus ac noctibus omnes scripturas sacras evoluerem, ac omni industria & solitudine huius sanctæ mulieris laudibus desudarem, nihil longissimo sermone in eius laudem afferre vel dicere vobis potui, quod sic eius dignitatem & excellentiam demonstraret, sicut illud tam breve duorum verborum compendium thematis, scilicet, dilexit multum. Hoc enim certum est, quod si multum dilexit Deum, etiam multum ab eo dilecta est: & quo magis dilecta, eo magis inter ceteros excelsior & gloriosior effecta. Magnitudinis ergo & gloriæ suæ, hoc vnicum ac certissimum suscipite testimonium diuino nobis oraculo pronunciatum, scilicet, dilexit multum. Dux partes sermones, prima de motibus amoris, secunda de signis amoris. In prima declarabitur, quare ratione ista gloriosa femina dilexit multum. In secunda vero, quibus signis & indicijs demonstraerit, quoniam dilexit multa. Prophe-

ta egregius considerans apud se, quantum ex omni parte ad Dei dilectionem teneatur, ait. Diligam te domine fortitudo mea, &c. Diligam te (inquit) & toto corde diligam te, & pleno desiderio animæ diligam te, & ex intimis visceribus meis diligam te: & quare diligam te, nunquid absque causa? Sequitur. Fortitudo mea, firmamentum meum, refugium meum, liberator meus, Deus meus, adiutor meus, protector meus, cornu salutis meæ, susceptor meus. Nunquid pro his omnibus non iuste diligam te? nunquid non gravis mihi ratio & causa diligendi te? Deus meus, misericordia mea, gloria mea, corona mea, coarctor vndique ac stimulator causis multis & rationibus plurimis ad amandum te, nec sufficit cor meum ad tantum debitum amoris persolvendum. Qui ergo ex omni parte me obligas & constringis beneficio tuo, obligatum absolue nimio amore tuo: de disti vnde tibi teneor, da etiam vnde tibi reddam: nam si ego non sum dignus amare te, tu tamen domine dignissimus es amari a me. Notum ergo superadde muneribus tuis munus amoris, ut de munere tuo tibi persolvam debitum meum. Mira res, ipsa solutio nova obligatio est, debitum contrahendum reddo, oneras me dum exonerat Deus, & dum de tuo dono tibi rependo amoris que debeo, ipso dilectionis munere me amplius fieri debitorem inspicio. Ut quid igitur solutionem intento? nisi quia cum tibi plurimum debeam, gratissimum mihi est fieri tibi etiam amplius debitorem. Diligam te ergo domine omnibus modis & sine modo: modum enim non habuit que ipse fecisti pro me, non apposuisti mensu-

mensuram beneficio tuo, nō appo-
nam mensuram amori meo, sed
quoad possum, & ex totis meis viri-
bus, & tota virtute mea amabo te.
Valde domine desidero intelligere
& sentire quantum tibi debeo, sed
munera tua intelligi non possunt
sine spiritu tuo (dicente apostolo
i.co. i. e. tuo) non enim accepimus spiritum
huius mūdi, sed spiritum qui à Deo
est: vt sciamus quæ à Deo donata
sunt nobis. Infunde igitur cordi meo
spiritum tuum, vt intelligam donū
tuum: recipere enim & ignorare be-
neficium ingratitude non modi-
cam labem parit. Quomodo enim
gratus erit, qui nec pro quo gratus
esse debeat agnoscit? Da ergo mihi
domine sentire & intelligere cau-
sas & rationes propter quas teneor
& debeo diligere te, vt ex tali scru-
tinio & meditatione mea, exarde-
scat ignis dilectionis tuæ, & tepidū
cor meum excitetur ad amorem
tuum. Cū autē innumera sint quæ
nos ad dilectionem Dei prouocāt:
tria tamen sunt præcipua, pro-
pter quæ Deus à nobis diligendus
est. Primò, quia iustū: secundo, quia
debitum: tertio, quia proficuū. Hæc
enim solent etiam communiter ef-
se rationes diligendi aliquem, nam
aut diligitur, quia virtute & mori-
bus præstans & gratijs decoratus a-
mabilis apparet, & dignus amore,
aut quia ipse amat nos, aut quia ei⁹
amicitia utilis nobis est. Ista omnia
in Deo præcipua & maxima sunt.
Quis enim amore dignior quàm
Deus? quis præstantior? quis perfe-
ctior? quis gloriosior? Nihil nobis
contulerit Deus, nihil pro nobis pas-
sus fuerit, nihil nobis promiserit.
Certè propter hoc quod ipse est om-
ni amore à nobis amandus est,

quia, scilicet, eius excellentia infini-
ta, infinito etiam amore dignissima
est. Amor enim (teste philosopho)
est naturalis quædam inclinatio in
bonum, quanto ergo aliquid me-
lius, tanto amore dignius. Primū
igitur ac summum bonum, in quo
omne bonum, & à quo omne bo-
num, quo amore prosequendū erit?
Dic mihi obsecro te anima mea:
quid tibi potest placere quod in Deo
tuo non reperias? Si delectat te sa-
pientia, sapientissimus est: si poten-
tia, omnipotens est: si pulchritudo
candor, est lucis æternæ, & speculū Sap. 7. d
sine macula: si diuitiæ, si gloria, glō-
ria & diuitiæ in domo eius: si dele- ps. iii.
ctatio, si vita, delectationes in dexte ps. 15.
ra eius vsque in finem, & vita in vo-
luntate eius. Dilata tentorium cor- ps. 29.
dis tui, extende sinus desideriorum
tuorum, & quicquid libuerit exo-
pta, & quantum potueris desidera,
totum illud in ipso est, & amplius
quàm desiderare vales in ipso est.
Quid igitur misera, sitibunda & va-
ga, à vanitate creaturarum mendi-
cas guttulas quasdam ad refrigeran-
dam sitim tuam, & fontem ipsum
aquæ viuæ spontaneè se offerentem
relinquis? Dereliquisti (inquā) fon-
tem aquæ viuæ, & fodisti tibi cister-
nas dissipatas, quæ continere nō va-
lent aquas, deciperis, certè decipe-
ris misera, nam ea ipsa delectabilia
quæ tu tam ardentè inquiris, sitim
non sedant, sed incitant, non remo-
uent, sed promouent, & hydropico-
rum more quo ampli⁹ bibis, eo ampli⁹
sitibunda relinqueris. Vnde
autem terrenas istas ac degeneres
voluptates, sic ardentè sitimus, ni-
si quia cælestes & meliores non gu-
stamus? Qui enim puras illas & de-
fecatas spiritus oblectationes & ve-
ra

ra mentis gaudia frequenter exper-
tus est, abiectissimas vilissimasque
corporis voluptates non solum nō
diligit, sed etiā abominatur & odit:
gustato enim spiritu, desipit omnis
caro. Vtinam domine, vtinam vel
tenuissimus radius pulchritudinis
tuæ mētis nræ oculos tetigisset, vt
saltem sub nube quadā & caligine,
splendor tuæ celsitudinis nostris o-
culis appareret. Raperet enim sta-
tim ad se calore suo veluti vaporē
animam nostram, & totam ardore
dilectionis tuæ inflammaret peni-
tus & accenderet. Vt quid enim nō
diligimus te, nisi quia ignoram⁹ te?
Cæcitas nostra huius algoris causa
est, impossibile est enim vt non a-
met te, qui verè cognoscit te. Faciē
igitur tuā domine illumina super
seruum tuum, vt de vultu tuo dile-
ctio mea prodeat, si quidem posui-
sti seculum nostrum in illuminatio-
ne vultus tui, vt non possit illuc cō-
scendere ad verum æternitatis tuæ
seculū, nisi qui prius in isto nostro
seculo fuerit tuo lumine illustra-
tus. Intellectum ergo da mihi & vi-
uam, da menti oculum, cordi sen-
sum, quo splendorem tuæ bonita-
tis intuear. Oculus enim videns te
statim tui desiderio succendetur,
sic enim apud Ioannem legimus, si
mitem filio hominis, vestitum po-
dere, cuius caput & capilli candidi,
& oculi eius, inquit, tanquam flam-
ma ignis. Verè ita est ignitus est o-
culus inspicieus Deum, & ipsa veri
luminis inspectio. Flammas diuinæ
charitatis exulta. Nihil ergo aliud
(vt prædiximus) in culpa est nostræ
tepiditatis, nisi oculorum mentis
defectus. Sed quomodo oculos ha-
beat ad æterna conuenda, qui tota
vita transitorijs & temporalibus

inspiciendis intendit? aut quibus
oculis lucem illam inaccessibilem
contuebitur, qui toto tempore vi-
tæ suæ tenebris & obscuritatibus
est assuetus? oculos habent, sed nō
vident lucem, quia tenebris inmol-
uuntur: oculos suos (inquit) sta-
tuerūt declinare in terram, quomo- ps. 118.
do igitur cælestia penetrabunt? Pa-
rum fuit illis terram inspicere, nisi
hoc etiam facerent ex statuto, sta-
tuerunt inquit. O miserum statu-
tum! ò praua deliberatio! statu-
rūt defigere oculos vanitati, abstra-
here eos à veritate, statuerunt cœ-
no misere voluptatis inuolui, & pa-
ctum iniierunt cum morte, & fœ- eia. 28. d
dus cum inferno fecerunt: nō enim
casu aliquo, aut quasi ex accidente
peruersi sunt & vani, sed ex decre-
to animi & mentis proposito, & lon-
ga deliberatione & consilio. Prodiit
enim quasi ex adipe iniquitas eorū, ps. 72.
transierunt in affectum cordis, dicē-
tes Deo, recede à nobis scientiā via
Iob. 21. b
rū tuarū nolumus, sed post deside-
ria nostra currem⁹, & volūtates no-
stras perficiemus. Quid enim nobis
proderit si seruiem⁹ illi, aut quod
emolumētū laborū nostrorū perci-
piemus? Obsecro autē vos fratres
mei, si quod adhuc pietatis vestigiū
si qua viscera caritatis, si qua salutis
vestræ sollicitudo, si qua memoria
redēptoris & amoris eius apud vos
est, si quod vitæ cælestis desiderū,
parcite iam, parcite vanitati, quie-
scite agere peruersè, & per itinera
deuia tā longo tempore debachari.
Nolite abire post vanitates, quæ nō
proderūt vobis, perperuis intēdite, i. re. 12. d
cælestib⁹ inhiate, discite amare quæ
vera sunt, & fallacia & inania se-
culi labentis bona contemnere. Ec-
ce transierunt plurima quæ malè
aaa concu-

Ro.6.d. concupistis, & quem obsecro fractum habuistis in illis in quibus modo erubescitis? Sed iam ad propositum redeamus, interrogavi ego nonnumquam cor meum, & animam meam conueni, nunquid diligeret Deum suum? nunquid ineffabilem istam pulchritudinem diuinitatis amaret? & dum diligenti studio interiora mentis meae secreta rimarer deprehendi, quoniam non adhuc amare merueram, sed tantum amare desiderabam: concupiuit enim anima mea desiderare. Sed ne hoc ipsum affectuose diligere promeruerat, suaves enim illos amoris affectus, & dulcia sponsi oscula, & amplexus desiderabiles quis attingit? Ad ista enim quis idoneus? Quasi ancillula ergo despicabilis longè adhuc à sponsi caelestis throno semota, prout poterat verbum eius à longè in animae desiderio audiebat: & (vt ait propheta) quasi onager affluctus in solitudine, in desiderio animae atrahabat ventum amoris sui. Quod si quandoque proprius accedere permissa plenius decorè dilecti sui fuisset intuita, hoc solum intus gemitabat, hoc solum clamabat. Parce domine, ignosce domine, nunc enim liquidè cognosco quoniam nunquam noui te, nunc plenè scio quoniam verè nunquam amaui te, quid ergo faciam? Discurram per vicos & plateas, si fortè inueniam quem diligit anima mea, segregabo me ab hominum contubernio, & seculi huius conflictu, & vastam eremum penetrabo, si fortè vel ibi dignatus sit mihi apparere, quem diligit anima mea. Dumque sic consulo, & dum ista mente pertracto, visum mihi est quoniam igno: aris adhuc & infirmi animi huiusmodi erat locorum

inquisitio, si enim vera Dei cognitio esset in animo, vbique terrarum etiam inter tumultuantes seculi fluctus, & inundantium tentationum conflictus, etiam inter conuitia & tormenta, etiam si carcere reclusus vel morti destinatus, inter medios flagellorum irruentium ictus & conuitantium hominum procellas, ibi cor meum in domino defixum, & in ipso confixum maneret: nec quauis causa vel occasione in eius amore tepesceret, si veram eius pulchritudinem agnosceret. Quid ergo locorum diuerticula quero? quid inutilis ambages requiro? propè est verbum in corde meo, propè est amor quem desidero, in mentis penetralibus, non in vastis solitudinibus inquirendus, inquirendus dicam, an petendus? Non enim, vt fatear verum, quauis inquisitione amor iste diuinus reperitur, sed magis diuina benignitate anime sitienti & spiritui anhelanti ex munere condonatur. Demonstrat enim se cordi nostro prout vult, & quando vult Deus, nec ideo quaeritur quasi industria nostra quaerendo inueniatur, sed quia quaerenti animae ex suo beneplacito demonstratur. Quo fit vt sapius post longam nimium inquisitionem, & anxium cordis circuitum, anima nostra frequenter tepida & quasi concupito affectu defraudata remaneat, & quando magis secuta & nimis sollicita, vel etiam somnolenta est, tunc nescio: quis radiantis luminis fulgor & quasi vibratus radius diuinæ veritatis oculos mentis subito perstringat, & repentino calore inflamet vltra quàm credi potest, & dum lata & iucunda radium illum viuificum amplecti & retinere,

extentis

extentis brachijs & dilatatis visceribus conatur, subito de medio elapsus vacuos relinquit amplexus, & inanes manus frustra retinere conatis deludit, vulneratque animam & fauciam amore relinquit clamantem post tergum abeuntis. Quo abis o dilecte? reuertere obsecro dilecte mi, reuertere, similis esto capree hinnuloque: ceruorum super montes Bethel, cur amorem deludis? cur sitientem fugis? cur anxie quaerentem relinquis? vulnerasti, & abiisti: apparuisti, & recessisti, cur non expectasti amplexus amantis? cur non desiderantem multa tecum colloqui sustinisti? nunquid ad hoc venisti, vt fauciaries & fugeres? ad hoc apparuisti vt deluderet? Sed de his haec tenus. Secunda diligendi Deum ratio & causa est, quia debitum & multipliciter debitum, & maxime duabus de causis. Prima, quia (vt inquit apostolus) laborantem agricolam oportet primum de fructibus edere, & qui plantauit arborem aut vineam, iure fructu eius positur. Fecit te Deus capacem sui intellectu & voluntate, vt intelligendo amares, & amando fruereris, iuste igitur fructum tui intellectus & voluntatis sibi debitum à te exigit, qui tale ac tantam tibi dedit facultatem, & tales plantauit in te potentias, per quas posses & ipsum capere, & captum diligere. Illi ergo debes amoris tributum, qui tibi contulit amandi facultatem. Sed nequeo satis mirari & intra meipsum penitus stupefeco. Domine mi, quid est hoc quod sic amari vis à me, vt mihi mortem & aeternos cruciatus mineris, si non amauero te? tanti facis amorem meum? quis ego sum, vt sic aestimes amari à me? inter tot & tanta

caelestium spirituum agmina & tam splendidam tamque decoram te diligentium multitudinem, despicibilis huius ac vilis vermiculi, tu domine mi non solum non despicias amorem, sed insuper veluti grande aliquid & pretiosum cum minis & terribus reddi tibi efflagites & indicas? Multum est hoc ad me gloria mea, multum est ad me vt tanti me facias. Quid est homo quia sic magnificas eum? aut filius hominis quia sic reputas eum? qui ex meipso exiguus sum, sola tui aestimatione grandis sum, & valor meus non substantia mea, sed tua aestimatio est, & pondus meum gratia tua, gratia enim tua sum id quod sum. Multum ergo dignificas me dum sic amari vis à me, sed intelligo dominè, quoniam in amore meo, non tuam, sed meam inquiris utilitatem. Propter me igitur amari vis à me, & quia diligis me, ideo diligere vis à me, vides enim quoniam in amore tuo vita mea tota consistit, & propter hoc vis amari à me, vt vitam ego habeam amando te. Tangit enim te domine, & multum tangit te mea perditio, quia opus tuum & factura tua sum, tam caro sanguinis pretio à te redemptus: non vis ergo perire tam cari pretij mercimonium, nec modicam iniuriam tibi facio criminibus, meipsum deturpans & peccatis animam meam commaculans, pro cuius salute mori etiam non dedignatus es. Ideo ergo tam districte requiris amoris tributum, vt nouum superaddas gloriae beneficium. Est ne alia ratio debiti amoris? Est vtrique & grandis nimium, quia tu etiam diligis me, & prior dilexisti me, non quasi nos dilexerimus ipsum (inquit Apostolus) sed quia ipse prior dilexit nos, prior dilexisti me

domine, quia sine merito vel debito aliquo fecisti me, quid enim tibi feceram antequam essem, ut faceres me: ex tam multis possibilibus creaturis quas creare poteris placuit tibi suscitare me de nihilo, & alia plura multo meliora me non suscitare, ut quid domine? qua ratione? qua causa? quo merito? Sola utique dignatione & beneplacito voluntatis tuæ quæ omnium substantiarum prima ratio lex & causa est. Creasti ergo me, quoniam voluisti me, illud verò non creasti, quia noluisti: nihil ego eram sicut & illud. Ex tunc igitur amor tuus erga me. Quid dico? imò ab æterno dilexisti me, quoniam ab æterno tibi placuit ut in tempore tuo faceres me. Gratias tibi domine, gratias tibi, quia sic fuit placitum ante te, sed nunquid in hoc solum dilexisti me, quia fecisti me: imò multo amplius dilexisti cum me perditum redemisti, factus enim ex nihilo sine merito meo peccato meo ad nihilum redactus sum, & sic eram ut melius esset non fuisse natus in combustionem & cibum ignis, nisi iterum deformem reintegrares me, ad hoc autem non angelum, non cherubin, non seraphin, non thronum, aut virtutem aliquam, sed filium tuum unigenitum, consubstantialem, coæternum tibi & coequalē, in opus meę redemptionis e cælo misisti. O admirabilis ardor charitatis! ò stupenda dignatio pietatis, ut seruum redimeres filium tradidisti. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? quid debui tibi facere quod non feci: vide si restat aliquid quod huic tam eximie pietati addi posset. Filius Dei traditus est in mortem ut vivat servus vernaculus ter-

rigena de luto formatus. Dic igitur ò Christiane, dic obsecro, si quid habes, aut si forte audes, nam in hoc (ut ait Iob) et si loquutus fuerit homo absorbebitur, dic ergo debes ne amorem huic amori? teneris ne diligere eum qui sic prius dilexit te? Audite fratres mei cū patientia, & attendite & auscultate, quia vere confundor & coarctat me spiritus vteri mei, & venter meus quasi mustum quod lagenulas non uas confringit, verecundia & pudore plenus sum, & attendite de quo nostis. Primò, quoniam amor non nisi amore rependitur, et si enim dederit homo diligenti se omnem substantiam domus suæ pro dilectione, si autem non redamet amantem, quasi nihilum reputabit: non enim nisi amore amore perfoluitur. Nostis etiam fratres, quòd amor tam pretiosus est, quòd etiam in vili persona & abiecta non vilescat, habes Aethyopem famulum emptitium, captivum, hic diligit te, & tu diligis eum, & bene tractas eum, quòd si quispiam amicus dixerit tibi, tu cum sis ingenuus & nobilis quomodo non dedignaris id quod est in te pretiosius, scilicet, amorem tuum Aethyopi famulo condonare? statim aperta fronte, satisfacis obiurganti, dicens. Ecce diligit, non mireris quod diligo eum, facit hoc & illud pro me, & in omnibus mihi fidelis est. Quid mirum si diligo eum? dicam aut si lebo: loquar an tacebo? Parce domine, tacerē verum, nisi me tua iniustitia cōpelleret ad loquendū contra me. Diligis ergo despiciabilē servū deformē, Aethyopē nigerrimū, & non dedignaris diligere eum, nec despicias eius exiguitatē, & deformitatem.

ps. 17

Matth. 23. d.

Matth. 26. b. Efa. 9. b

Osee. 6.

Iob. 8. d

1. Ioa. 4

Iob. 32.

Cat. 8. e

tem. Propter quod? Quia diligit te quia fidelis & utilis est tibi, & non iste tam charissimus vernaculus ad huc pro te flagellatus est, nondū alapis cesus, nōdum sudore sanguineo perfusus, felle potatus, clavis affixus, nondum à planta pedis vsque ad verticem capitis vulneratus, iniurijs affectus, & morte turpissima damnatus? Heu, heu, dic obsecro, dic ò Christiane, qui nomen Christi solo verbo profiteris, despicias in Christo quòd non despicias in vernaculo, & in filio Aethyopis amas Aethyopem, & multum amas & iuste amas, quia ipse amat te: & amat te Deus tuus, & amore tuo ardet, & pro tuo amore moritur, & solus Deus & eius dilectio cōtemptui habetur, nec dignus redamari putatur? Quòd scelus isto maius? aut quæ ingratitude pestilentior? Utique si captivus illè Aethyops, & deformis pro te passus esset, ea quæ pro te dei filius passus est, ut de morte redimeret sustinuisset, quòd vere credis & confiteris passum esse dominum Deum tuum infinite maiestatis, pulchritudinis & magnitudinis sine dubio super caput tuum ipsum poneres, & eum quasi diuum venerareres, veluti liberatorē tuū. Nunc autem hæc omnia de Dei filio credis & alges? & tanti muneris oblitus sic ad amorem eius frigidus, sic ad honorem stupidus, sic ad servitium tardus es? quasi ista omnia non fuissent non respicis miser, aut credis, aut non: si non credis, quare te Christianum esse mentiris: si autem credis, cur fidem tuam operibus non ostendis? cur huic tam grandi pietati & charitati resistis? Sed ut verum dicam dicis te nosse Deum, factis autem negas,

Efa. 1. b.

Tit. 1. d.

sola fide & non opere Christianus, quòd si ad eius dilectionem, nec infinita eius excellentia & pulchritudo, nec innumera pietatis & amoris beneficia tibi collata te mouent; moueat saltem te promissæ felicitatis gloria, quam suis dilectoribus repromisit Deus propter te ipsum. Ergo saltem dilige, quem adhuc propter seipsum non diligis. Grande enim & ineffabile commodum eius amore proueniet tibi, regnum cælorum amanti promittitur, amata & regna, & quid facilius quàm amare? quid gloriofius quàm regnare? amor iucundus, delectabilis, amor dulcis & suavis: nil in amore asperum, nil durum, nil laboriosum, non à te maria intranda, non terræ lustranda, non orbis terrarum circueundus tibi est, intra in corde tuo, in visceribus tuis inuenies eum, operi iucundo & grato immensum gloriæ pondus repromittitur. Stultissimus est & omnino mentisissimus, qui propter hoc quòd negligit amare amittit cum Deo & angelis eius perpetuo regnare. Considerate fratres mei, si hic Imperator sui imperij & regni promitteret, consortes habere omnes qui cum diligerent, quot inueniret in mundo dilectores? Proh pudor, ubique quærit Deus tam gloriofius, tam pretiosus, tam immensus dilectores sui, & inuitat ad se animas, quas ipse condidit: donat plurima, & plura promittit, & in ipsis operibus suis vix inuenit dilectorem sui. O scelus creaturarū cum opprobrio & iniuria foras à creatura sua expellitur & reijcitur, & quasi pro nihilo contemnitur, nec saltem mercede & stipendio

Deu. 30.

2. cor. 4. d

stipendio tam gloriosus hospes, in habitaculo cordis admittitur. Quid ei responsura es anima mea cum ante tribunal iudicantis steteris tam procax, & tam peruicax; tam indurata? nec prece, nec pretio flecteris, ut aperiatur domino Deo tuo, creatori tuo hospitium cordis tui? Ap. 3. d. Ego (inquit) sto ad ostium, & pulso si quis aperuerit mihi intrabo ad eum, & cenabo cum illo. Ut quid domine ad ingressum habitaculi tui consensum & beneplacitum meum expectas? si quis (inquit) mihi aperuerit, irrue domine, irrue induratum mentis obscura claustra & ferreos, vestes obstinate conscientie confringe, & inuictam animam meam iure tuo posside: mens enim mea domus tua est, tu eam mihi fabricasti, & tuis manibus eam edificasti: quis enim propriam domum precibus aut pretio intrat? quis ut in suo habitaculo recipiatur pollicitationibus agit? Dominum non hospitem habitaculi tui cordis mei volo te esse, gratum mihi erit domine esse a te victum, possideri a te: tu autem domine benignus & pius non vis, sed sponte in propria recipi domo vis. Aperi (inquit) soror mea, amica mea, aperi mihi colubam meam, immaculatam meam, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis nocturnum, plenum sum rore celestis suauitatis, imbribus multarum gratiarum abundo. Aperi mihi terra sicca & arida, terra sterilis, ut rore meo inebrieris, & imbribus meis perfundaris & fecunderis, non ego ego habitaculo tuo, sed tu potius indiges rore meo. Noli a te expellere ubertatem tuam, ut bene tibi sit. Dic obsecro, cur spernis & reijcis me? quid tibi fecit aut in quo molestus tibi fui? ego

condidi te, ego sanguine meo redemi te, ego inenarrabilem gloriam paravi tibi, quare obsecro te quare contemnis me? Aperi oculos tuos, & vide nunc quid non ego sum Deus tuus, plasmator tuus, aperi mihi sponsa mea, ecce monilia aurea, gemmatam clamydem, speciosas in aures, ornamento pretiosa de meis thesauris celestibus tibi adduco, arram & anulum in foedus perpetuum sponsorij tibi trado, innumeram cateruam angelorum mecum habeo, qui te ut sponsam meam, dilectam meam honorarent venerentur & ament. Noli tantam gloriam contemnere, noli tantum honorem a te abijcere. Stat ad omnia ista anima misera herens, pauimento & cenio terrenae voluptatis inuoluta, immersa limo profundi, validis catenis ligata, potest ferreo vitiorum constricta, & nimium caeca & stulta, ipsa sua vincula osculatur & amat. Quod si iam in tenebroso carcere praue consuetudinis scintilla parua divini luminis splenduerit, ut videat ubi est, tunc quasi de profundo somno excitata, vociferantis sponsi clamorem quasi de longinquo subaudiens ceutiens, & attonita in equalibus passibus cordis ostium prope accedit, & benignus sponsus qui stat post parietem nostrum, manum mittit per foramen desiderij quod ipse fecit, & ad tactum eius ventris haerentis intremuit, sicque commota dilecto suo pessulum ostij aperit, ingressusque tota replet suauitate, & innumeris delicijs afficit virtute vestit, charitateque decorat eam. Haec tam longius profecuti sumus, ut ostendamus amoris Dei fructum, & premium, & repositam corda nostra, vel ipsa cupiditate mercedis ad dilectionem dei excitaremus. Durus nimium

animus est, qui nec pretio acquiescit amare. Sed forte aliquis dubitabit, nunquid liceat diligere propter premium & utilitatem aliquam ab ipso: huiusmodi enim affectio mercenaria videtur, & qui sic diligit, non Deum, sed premium amare videtur, ut enim ait Bern. amor premium habet, sed non querit, affectus est non contractus, premium amoris ipsum amatum est, seipso solo contentus est, & sibi soli sufficit. Castus amor a seipso incipit, & in seipso desinit, & suis finibus circumscribitur. Amor causam & finem ex se non querit, amo, quia amo, amo ut amo, abutitur amore qui eum extra seipsum ducit, & in aliud extrinsecum alienat. Iniuriam igitur videtur irrogare in Deum & non obsequium, qui ipsum non propter se diligit, sed propter aliud concupiscit, fructus uti summa peruersitas est, & propheta hoc ipsum exprobare videtur, ubi ait. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Quid ergo si ita est, nunquid non licebit filijs expectare a patre suo hereditatem, & laborantibus suorum laborum fructum exquirere? Tolle spem futuri solatii, quis aggredietur fortia, & quis contemnet seculi huius blandimenta? Tolle coronam, quis aggredietur certamen? Tolle brauium, quis accingetur ad cursum? quis poterit in somnis desiderare excitare, agonizantes confortare, infirmos erigere nisi ex futurorum bonorum amplissima retributione & vberissimo fructu? Modo laborabit agricola & proscindet terram & sparget seminem, si non expectata fuerit in tempore suo frugum ubertas? Apostolus post certaminis & cursus laborem, repositam sibi coronam iu-

stitiae gloriatur, & psalmographus propheta ob mandatorum Dei observationem grandem sibi proponit retributionem, dicens. Seruus tuus custodit ea, & in custodiendis illis retributio multa, tepidus est amor quem spes non excitat, & amoris virtus spes est. Non ergo amorem eneruat, imo roborat, non decolorat, imo decorat adiuncta spes, iucundus amor in se, sed fortis amor in spe. Quid ergo dicemus ad hoc? utrinque enim non modica ambiguitas insurgit. Sed ista facile tollitur, si medio itinere procedatur, ut neque amor euacuet spem nec spes amorem faciat mercenarium, quod fieri si quicquid expectabitur a magnificentia largitatis, totum propter ipsum, & ad ipsum tanquam in finem referatur. Non dico tibi ut sine premio diligas Deum, sed ut dilectionis eius ipsum Deum requiras premium: et si quid aliud ab eo requiris, propter ipsum & ad ipsum requiras, alias imperfecte facis si Deum solo affectu commodi & utilitatis diligas. Qui enim alium diligit solum propter commodum, quod ab illo expectat, gratus alteri non est talis amicus. Desiderium ergo futurae felicitatis, vel cuiuscumque alterius premij, aut de sola concupiscentia nascitur, ut solum bene tibi sit per eam, & sic non est perfecta licet sit licita talis affectio, charitas autem amicitia est perfecta, quia scilicet per eam Deo magis adiungi ac veniri desideras, & talis affectio sancta est & rectissima, quae stante si quid adhuc cupiditatis adiunctum fuerit, ita tamen ut propter hoc & ad hoc placeat tibi, quaecumque commoditas vel iucunditas in felicitate, ut Deo fini tuo

adiungaris, & eidem placeas & eo perfruaris non est hoc illicitum, sed perfectum. Omnia igitur non modo spiritualia, verum & temporalia licite & sancte ab eo que diligimus Deo nostro, & expectare & petere sine offensionis scrupulo poterimus, erit aut perfectum opus, si totum hoc ad hoc queramus, ut per hęc & ipsi magis placeamus! & illi melius seruiamus, ita ut non tam donum placeat quam manus largientis, & ipsum munus in gloriam largitoris referatur. Sed iam tempus est ut ad laudem huius tam gloriosę feminę redeamus, & postquam ostēdimus rationes quas habuit ut diligeret multum, nunc signa quibus hanc eximiam dilectionem monstrauerit aperiamus. Amor ignis est cuius ardor occultus & flama publica dissimulata, quantumvis, abscondi non valet, amor si mulare nequit, nec dissimulari, si poteris abscondere solem, poteris & celare amorē: necesse enim est, ut saltem coniecturalibus signis erumpat foras, & in publicum fiat tam potens, tamque generosus affectus dum semel animum occupauerit. Signa autem eius quis ignorat, nisi qui & ignorat amare? Plurima enim sunt verę dilectionis, & non fictę charitatis. Tria tamen precipua sunt indicia, iucunda, scilicet, conuersatio, difficultium aggressio, desiderabilium renunciatio. Iucunda enim & suavis est diligenti aspectus & presentia dilecti, ubi nec tempus sentitur, nec animus lassatur grato consortio & mutuo colloquio. Amantium nunquam contemnantur nunquam fastidiuntur gratę collucutiones, repetita colloquia & frequentata se diligentium obsequia, sed nescio quid intimis anhe-

lant, cupiunt ut unus sit animus, quorum est unus affectus, et si fieri posset ut amans omnino trāseat in amatum. Valuit hoc solus ille infinitus amor diuinarum personarum trinitatem & unitatem constituens & colligens in vinculo pacis (ut inquit Bernardus) cum enim amor virtus sit trāformatiua, infinita vis amoris, infinitam facit transformationem, infinita autem unitas identitas est. Sic ergo personę diuinę quas distinguit proprietates identificat in essentia charitas, nec poterat etiā perfectissima fructio se diligentium personarum quietari, nisi fuisset earundem tam consummata indiuisio. Quomodo enim satiari poterat infinitus ille ardor amoris, quo pater diligit filium, nisi eorundem spiritus sancti, & filij tam perfectissima & completissima esset unio, qua maior nec esse, nec cogitari posset. Hęc autem identitas est, sine qua trāformatiui amoris non ad plenum potest satiari sitibunda diuinitatis anhelatio, nec quietari infinitum desiderium infinitę charitatis. Est enim amor quo perfectior eo potentior, unde fit ut spiritualis dilectio multo suauior, multo iucundior, multo permanentior sit quam affectus carnalis & se carnaliter diligentium. Triplex enim est amor, ut inquit Bernardus, bonus, indifferens, & malus. Amor carnalis concupiscentia est, nec amor est in veritate, neque tali nomine dignus. Amor indifferens, est amor naturalis aut mundanus se sine crimine diligentium. Amor bonus est charitas de corde puro & bona conscientia & fide non ficta, qui sicut pretiosior est, ita & rarus. Non enim facile est humano in animo reperire margaritam: non enim

enim ex animo, sed ex celo, non paratus solius cordis, sed gratię etiam munus, & donum desursum descendens a patre luminum. Horum autem tertius amor, quanto ceteris purior, tanto dulcior & suauior & gratior. Absit, absit, ut tanta unquam reperiat suauitas & iucunditas, mundanis istis affectionibus quanta est spiritualibus viris. Quāto putamus gratiorē fuisse Magdalene unigeniti filij Dei incarnati, tā intima, tanquam frequentata consuetudo ostēdit lectio euangelici textus, quādo receptus hospitio dominus, Martha circa ministerium sollicita laborabat, Maria verō ad pedes domini sedens eius doctrina pascebatur quicquid absorpta enim ac veluti in ecstasi posita, in illius diuini vultus contemplatione, & in mellifluis sermonibus dominici auditu, quid exterius opus esset ad tanti hospitis ministerium penitus ignorabat, soror cuius fuerat patientior amoris vis de stupore dormientis in pace in idipsum veluti de otio & incuria conquesta interpellat dominum Domine, dñe, non est tibi curę, ac si diceret, Quare istam desidiosam ac veluti attonitam ad pedes tuos hoc tempore sedere permittis? nunquid non videt quātus hospes hospitio receptus sit: non recogitat sudores itineris, fatigationem continui laboris? Pascendi ipsius, hoc est non audiendi tempus, parandę mensę, non recipiendę doctrinę, qualis pudor famelicę domino & fatigato ad pedes eius sedere, & nil de illius solatio sollicitam esse. Quę incuria hęc est? quę desidia? nihil curare comedat necne dñs pro contumeliā, pro contemptu: nulla hic contumelia aut illa, nihil horum curo, nihil sollicitor famescat,

necne siue pascatur, siue non nihil horum curo, nihil horum sollicita sum inquit: ego dulcissimo cibo pascor, cęlesti nectare reficior, si cęlestes hospites grauantur mora, si turbantur incuria, si quis me desidem, aut inertem vocat, si quis indignatur, si quis irascitur, si quis murmurat, nihil me pudet, nihil confundor, quoniam quicquid accidere potest parata sum pati, dummodo nemo mihi igniti eloquij & suauissimę pręsentię solatia impediatur, aut iucundę conuersationis eius dilectionē surripiatur. O mirā vim amoris, omnia contemnit, omnia vincit amor, nulla lege regitur, nullis pręceptis coercetur, nullis cedit obstaculis, nullis fribus irretitur contemnit omnia, supeditat omnia, omnia sibi licere putat, sibi soli lex & ratio, solius sui sollicitus. Audistis unquam iustiorē querimoniam, æquiorē causam, quā fuerit ista hospitantis Marthę quę insolentior, aut negligentior mulier videri potuit quā Maria? tamen qui nouerat cordis eius ardorem, non solum non damnat, verum etiam commēdat illius ocium, magis quam sororis officium. Vindicauit sibi in partes suas rectissimum iudicem vis amoris, & causam iniustam sibi fecit iustam ex iniusta, & pro sua parte, quasi optimus advocatus flectit iudicem ferre sententiā. Quanta pietas! quantus valor charitatis. Simile quiddam accedisse in domo Simonis Leprosi, hodiernę lectionis series narravit, sedente nanque domino ad mensam pharisei, ingressa est mulier collachrymans & eiulans laniata crines, concissa vestes furentis atque deplorantis funera per similes, & vere sic erat, nam animę suę funera deplorabat.

bat. Ingitur igitur importuna quidem cōiuiuo, sed opportuna beneficium generositatem status sui foemineique sexus verecundiam oblita, offendere conuiuantes, aut offendi ab eis minimè curans, tacitaque sua voce sine prece, ad pedes sedētis què bene nouerat aduoluta, lachrymis eos rigabat, capillis capitis sui eos tergebat. Quid effrenatius, quid insolentius, quid inconsultius? tam sine modo, tam sine tempore, tam sine mensura, tam sine ratione? nunquid non expectaret modicum, ut dominus exiret de domo pharisæi? aut in eadem ipsa domo post conuiuium? Vnde hoc? Quia dilexit multum, & dilectio nescit supportare moram, ob dilectionem non potuit se abstinere ut sola egrora soli medico vulnera sua ostenderet, sed verum sic est non est nimius amor, qui in rebus modum ponit, aut rationis modum exquirat. Nam modus amoris est omnia facere sine modo, & eius ratio nullam attendere rationem, ipse enim spiritualis amor omni lege, omni ratione, omni modo, ipse lex & ratio & modus superior est. Conquerat ergo prout voluerit Martha & interpellet dominum aduersum sororem suam: non poterit enim suis querimonijs eam à pedibus dilecti sui amouere. Sic enim ea ibi confixa erat clavis, & irretita erat funibus amoris illius, ut nulla vi possit inde deuellī. Sine ergo illam, sine obsecro Martha: ardet enim amore intus, & flagrat ardoribus charitatis. Noli eam accusare, noli vexare: nec enim aliud facere in manu amatis est. Quid eam turbas? quid eius solatia impedis? sed te potius ad pedes domini & expectare, quoniam verè optimam partem

elegit sibi Maria. Sed si placet hoc sororis litigium in nobis frequenter fieri attendamus, si cui aliquando sedere ad pedes domini concessum est, & audire ex ore illius, auditu cordis intimo verba melliflua, tunc iam non audita litera, sed experientia teste agnoscit: quoniam spiritus eius super mel dulcis, & presentia illius super mel & fauum, desiderat illic anima sic perpetuo manere, dicens cum Petro, Quoniam bonum est nos hic esse. Non modo temporalis vanitatis, sed fraternitatis oblita & omnibus officijs pietatis erga proximos posthabitis, vni soli spirituali ocio vacare cupit, sed hæc non patitur importuna soror, inimica quietis caro, sed instat sedentis anime domini concupiscens delicijs frui, sed remurmurans atque strepens quietum spiritum sollicitat, curasque ingerit & renitentem cogit, relicto solatio interne dulcedinis à pedibus domini surgere, & curis secularibus deseruire. Nec est qui respondeat illi & tam gloriosum oculum ab importuna sollicitatione defendat, usque dum veniat tempus, quando requiescat in pace in idipsum; quando cantet tibi gloria mea, & non compūgar. Caterum pudet me domine, pudet quoniam temporalibus libenter cum letitia incumbō, nec die ac nocte in eorum exercitio aggrauor, sed ministerio tuo cum grauedine quadam & torpore mentis adhæreo, & hoc est signum, quoniam modicum amoris tui, & multum terreni amoris in me est. Necesse est enim quicumque in eo delectari quod amat, nec amoris aliud apertius testimonium quam ista delectatio est. Sed iam ad secundum signum amoris transcamus, quod est

est terribilium & difficile pro amore dilecti aggressio. Audite fratres miram amoris virtutem, nescio quo pacto affectus iste potētiōr est ad externos quam ad suos, & ad se ipsum patientior quam ad alium; iniustitias proprias & conuicia homini patientius sustinet quam amici, & pro seipso cum grauedine quadam & tarditate aggreditur homo, eaque pro amico cum alacritate & celeritate intētat. Sed neque in nobis hoc tam apertum quam in brutis: in eis enim amoris virtus, quod rationis freno liberior, ideo feruentior & apertior. Infirma auis gallina rapienti pullos veluti aquila irruit in vultum, mitis equa lupum inuadentem in pignoris protectionem veluti leona congregatur, vacca similiter alioquin mansuetam in tauri furorem conuertitur, ut vitulum suum ab urso vel lupo famescente eripiat. Mira vis amoris, exponit fera quod est, ut saluet filium, sui obliuiscitur neque est consideratio quanta sit, aut crudelitas, aut potentia rapientis, cuique ferocitati parata est parens pro pignoribus obijci, neque suas nec alienas vires aduertit, credit infirma auis gigantes se habere vires in artubus infirmis, in corpore tenello, & audet congregari cum quouis animali amore adacta. Quam vndique mirificus, vndique prodigiosus est affectus iste amoris, sed obsecro quæ fera potentius & ardentius opponit se prædanti pro suo pignore, quam ista scemina pro suo dilecto? Viderat prius laniati corporis, & sparsi sanguinis dirum spectaculum, viderat horrendum crucis tormentum, innumeras iniurias blasphemantium, & pendentem in patibulo proprijs oculis conspexerat,

& post modicum transacto sabato vnguenta parat defuncto, & pertesa nimium illius noctis longitudinis, peruigil matutinos expectabat fulgores, moram impatiens præ amore, nec considerat quoniam corpus cui parat vnguenta militibus pluribus custoditur, & sepulchrum eius vndique armatis vallat. Obsecro te Maria, qua audacia mulier tenera inermis, in occursum pergis armatis? Quo furore sacri corporis prædā existimas à tam multis custodibus rapere? nunquid non attendes gentis huius crudelitatem, simul & peruersitatem? nonne vidisti atrocēs cruciatus diei præteriti? similia tibi tormenta & opprobria irrogabunt, si te ad sepulchrum custodes deprehēderint, furari te voluisse causabuntur, & latrocinij pœnas exigent. Feruet gens ista crucifixi domini odio, et si te fauorem eius reperierint, pro tua hac pietate crudelibus tormentis afficient. Nil istorum curabat huius sanctæ mulieris ardens amor, & in nullo de seipsa sollicita soli dilecto intenta erat, quod sibi euenire poterat cōtemnebat, ut ex animi corpori pietatis officium impenderet. Attendite fratres, qua dilectione prosequabatur viuum magistrum, quæ etiam pro mortuo se exponit morti, non minus pro defuncto, quam prius fuerat officiosa viuenti. Sed quod magis admiram, & me penitus in stuporem inducit, non solum quid sibi accidere poterat non curabat, sed etiam qua via pertingere posset ad id quod volebat non attendebat. Natu iam o Maria mori parata es, & omnes cruciatus pati pro Christo de creuisti, nunquid facies quod exoptas: dabitur tibi facultas vnguenti corpus,

corpus, & deosculandi pedes, & sacratissima vulnera liniendi fugare putas, an placare custodes. Si fugare, vbi exercitus? si placare, vbi munus? sine armis, aut sine pecunia non cedit armatus, non recedit custos, solius lapidis meminit est grauedinam dum iret in itinere, ait enim, **Mar. 16** Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? quasi non maior difficultas & periculum esset in milite, quam in lapide. Video iterum, quam sine consilio & ratione omnia disponat beatissima mulier, solo amoris impetu & pio furore commota, nec tamen fraudata est a desiderio suo, nam quod impossibile videbatur sponte se obtulit: multo enim plus reperit quam expectare potuit, sic diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Non morabitur iam in tertio amoris signo, si pretiosissima quæque pro domino contempsit, quæ seipsam quoque pro eodem sic abnegauit. Non solum enim vt succincte multa transmittamus facultates amplissimas, & seculi huius omnes delicias, honores, potentiam, & quicquid in eo desiderabile est contempsit, & penitus reliquit: sed etiam apostolica mulier postquam post Christi ascensionem euangelium prædicauit, multasque ad Christum animas conuertit, post longa itinera & nimios labores, post frequentes populi Iudæorum contumelias, pro veræ fidei confessione, prolixam vitæ huius diuturnitatem moleste ferens ad cremum in fine solitaria perrexit, vbi se totam in sponsi sui contemplationem tradidit, quandiu non permittebatur iucundissima illius perfrui visione. Vitam itaque cælestem in terris degens, in humanis artibus an-

gelicam personam agebat, sine cibo, sine potu, sine veste, solis caelestibus inhians solis perpetuis intenta, per vastam illam solitudinem anxie discurrens. Non aliter quam cerua vulnerata sagittis veneno infectis dum succenditur viscerum calore, & præcordialibus ardoribus estuans, argentis aquæ solatia quaerit: sic dilecta ista domini sui desiderio sitibunda, & flagrantis amoris vulnerata sagittis diebus ac noctibus cum propheta domino concinebat. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: corpus quidem fundebat pauperculo, sed iam animam incluserat caelo, deplorabat assidue moras exilij sui, inflammataque desiderio illius quem tam ardentem amabat, solitudinem illam singultibus atque clamoribus totam repleuat, cæteruas illas caelestes spiritus continuis deprecationibus contestans. Adiuro vos filia Hierusalem, vt si inueneritis dilectum, annuncietis ei, quia amore ardeo, annunciate ei animæ meæ sitienti, nunciate cordis ardorem: si forte tam anxie quaerenti dignatus sit apparere. O quam distantia extrema, quam discrepans finis ab exordio vitæ! placet nunc conuenire mulierem solitariam solis caloribus adustam, corpore quidem Aethyopiis, sed anima fulgidam, inter rupes & cautes & montium conuexa commorantem, leonibus, vrsis & scorpionibus sociam, & percontari eam nunquid non tu Magdalena illa potes & nobilis, quæ quondam riuallium oculos tua pulchritudine detinebas, mentesque hominum decore tuo nimio eneruabas? Nunquid non tu insignis illa peccatrix & deliciofa, quæ mundi huius inanes pompas, longo

longo apparatu, superfluoque fastu ducebas? Vbi obsecro tam multæ diuitiæ? vbi turba ministrantium? vbi splendor vestium? vbi mollicies vnguentorum? vbi ciborum numerosa congeries? vbi thorus deliciosus? vbi ampla ædificia? vbi regalis pompa? gemmarum candor? sericus ornatus, & coruscantis auri fulgor? Quanam mutatio hæc? quæ vitæ forma? quid tibi & eremo? Nolite (inquit) me considerare quod fusca sim, quoniam decolorauit me sol, non iste sol qui exteriora mei corporis membra denigravit, sed sol iste iustitiæ, sol inaccessibilis charitatis, cuius amore flagro, cuius splendore succendor, hic me decolorauit, hic omnem fucum terrænæ vanitatis in me penitus absumpsit. Potentis virtutis illius omnis ista mutatio est, agnosco iam verè de beata mulier, quoniam omnia illa secularia non tam reliquisti quam commutasti: pro famulorum nanque ministrantium caterua, angelicos spiritus quotidie habes in ministerio, & pulchritudinem corporis, & ornatum in mentis decorem, mundanos affectus in caelestia desideria commutasti, angelos pro riuallibus amatores suscepisti, caelestibus dapibus pro terrenis fungeris, & pro coruscantibus gemis, meliores multo & pretiosiores animæ margaritas inuenisti. O verè felix & nimium felicissima, quæ corporis adhuc ergastulo clausa, caelestibus iam agminibus associari meruisti, angelicisque choris inserta mirificos cantus simul cum illis domino personabas. Quis vnquam vidit tale? aut quis huic audit simile: cui vnquam sanctorum tantum concessum est, vt in hoc pauperculo & vita adhuc mortali si-

patus, & inter angelos viuens, & eorum colloquio, conuersatione & solatio, veluti iam in caelo degenes fungeretur? Quandoque videre angelum ad vitæ sanctimoniam satis erat, cæterum quotidie angelica societate perfrui insignis admodum prærogatiua & extremè omnino dignitatis fuit. Dilexisti multum de Maria, sed nec frustra aut in cassum: multum enim amplius ab eo dilecta es quæ te & in hac vita tam insigni sanctitate & tam multiplici gratia decorauit. Qualis nunc est regnantis gloria, qualis spiritus triumphantis, si tanta excellentia militantis? Sed ad vos fratres nostra conuertatur oratio: audistis tenerè atque delicatæ foeminae tam duram, tam rigidam, tamque diuturnam poenitentiam, triginta enim annis (vt dicit) solitariam duxit vitam, disparique angelorum, brutorumque comitatu sociata. Quid nos dicturi sumus peccatores, onusti criminum multitudine, prægrauate, ad scelera potentes, ad agendam poenitentiam imbecilles? Quis causabitur iam fragilitatem suam? quis prætexet corporis tenebritudinem, cum ista foemina tam delicata, quæ tandiu fuerat in delicijs, tantum rigorem & asperitatem vitæ tam longo tempore sustinuerit? Valuit hæc in asperis montibus habitare, terra nuda dormire, cibus agrestibus sustentari, & tu vir barbatus & durus, tenuissimos labores & vitæ communem temperantiam durissimam reputas poenitentiam? Nullus itaque excusandæ imbecillitatis relictus est locus, potentior est quam creditur homo & multo quam putatur valentior, rei indicium fuit beata foemina, quam idcirco credendum est dominum voluisse, in corpore tandiu

Mar. 16

ps. 77.

Ro. 8. c.

ps. 47.

Cæt. 1. b.

ps. 76.

Cæt. 3. a.

Cæt. 5. c.

Esa. 66. c.

tandiu manere, & in vasta eremo habitare, vt sicut illam remittendo peccata futuris seculis exemplū misericordiae reliquerat, ita etiam vitæ asperitate eadem pœnitentiæ fuerit cunctis spectaculum, vt etiā inde peccator, & ad sperandum veniam, & ad agendam pœnitentiam inualefceret, essetque in ea & sperandæ & consequendę veniē documentum. Frustra enim speratur cōmissi criminis venia ab eo qui negligit pœnitentiam. Nemo igitur sibi blādiatur, quia Magdalena ita facilliter consecuta est veniam & misericordiam, sed potius eius recogitet pœnitentiam. Postquam enim audierat peccatorum suorum indulgentiam, & postquam secura facta fuerat, adhuc tamen nō cōtemnit pœnitere quæ se meminit deliquisse. Tu autem nondum audisti vocem domini peccata tua remittentis, & in tanto discrimine & periculo male securus dormis, & quasi recepta venia negligis pœnitere? Sed si infirmus es & negligens in pœnitendo, saltem non amare negligas, audi quod dictū est à domino de hac muliere, remittuntur ei peccata, quia dilexit multum. Hunc enim adhuc omiseramus amoris eximiū fructum, peccatorum scilicet remissionem: non enim solo dolore, sed etiam amore peccata delentur. Esaias testatur. Si abluerit (inquit) dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de domo eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris, spiritum iudicij dolorem, spiritum ardoris amorem nuncuiat. Hæc duo antidota sunt salutis, his medicamentis peccatorum lepra curatur, morbus expellitur, salus redit, vita seruetur, & ad peren-

Esa. 4. b

nem gloriam, cœnque peruenitur, præstante misericordia domini nostri Iesu Christi. Amen.

DEO GRATIAS.

DE ECCLESIASTICI
templi dedicatione,
Concio.

THEMA.

¶ Templum Dei sanctum est,
quod estis vos. 1. Corinth. 3.



Mirabitur fortè quispiā, quòd istis parietib⁹ & lapidibus sancta mater ecclesia festum faciat: nam festa ad honorem Dei & sanctorum sunt instituta. Sed si hīc diligentius considerare voluerit, reperiet hunc ritum antiquissimum esse, & à domino obtinuisse authoritatem. Ipse enim cum alijs hoc festum celebrauit, sic euangelista ait. Facta sunt encēnia Hierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Encēnia enim festum dedicationis templi erat, & Salomon magnifico illo templo cōstructo, cū ipsum domino dedicare voluit, congregato omni populo præclaram egit festiuitatem quatuordecim diebus, & deinde per singulos annos huius dedicationis anniuersaria festiuitas agebatur. Antiquior itaque est ritus solennitatis templorum quàm sanctorum, nā in toto illo synagoga tempore nullius sanctorum festum legimus celebratum, neque Moyse, neque Dauid, neque Samuelis, neque Abraæ, neque alterius cuiuspiam prophetarū & patriarcharum,

Io. 10. 6.

3. re. 8. g.

rum, cū tamen per singulos annos à tempore Salomonis, huiusmodi templi dedicatio coleretur. Quid ergo mirum si nos impendamus veritati quod illi figuræ tribuebant? quanto sanctiora sunt nostra templa quàm illud magnificum Salomonis? In illo arca lignea, in hoc Dei maiestas residet: in illo animalia comburuntur, in hoc corpus Christi immaculatum, & pretiosus sanguis offertur: in illo pueri circumcisi, vt filij Abraæ presentantur, in isto infantes baptizati filij Dei constituuntur: in illo frugum primitiæ dedicantur, in hoc primitiæ spiritus, id est, vituli labiorum & laudes, deuotissimè cum gratiarum actionibus indefinenter domino offeruntur. Vide nunc templum templo quid interest, festiuitas festiuitati quid præstat. Heu pudet illorū temporum recordari quoties illorū venerationem & cultū, & nostram irreuerentiam & repiditatem intueor. Quid putas fecisset Dauid, quid Helias, quid Samuel, Esaias, Daniel, & ceteri sanctorum, si Dei maiestatem in suis delubris presentem sicut nos habuissent: quo honore, quo timore, qua deuotione, qua reuerentia coluissent? Qui sic venerabatur vmbra, quomodo ipsam coluissent veritatem? In Moyse tabernaculo soli sacerdotes, & vestibus sacerdotalibus induti, & nudis pedibus & ablutis, cum summo silentio & obseruantia intrabant: & hebdomada qua intraturi erant vinum & ficeram non bibebant. In nostris autem templis cū venerandum illud & angelicis spiritibus ac potestatibus tremendum sacrificiū offertur quantus puerorum strepitus! quantus loquentium & deam-

Ro. 3. d.

Exo. 28. f.

bulantium sonitus! quantum inter diuinas laudes ridentium & negotiantium murmur! nulla deuotio, nullus ordo, nulla reuerentia, nullus diuinę maiestatis respectus: sed neglecta omnia, confusa omnia, deiecta omnia. Taceo interim templorum immunditiam, altarium fordes, sacrorum corporalium & ornamentorum neglectum: quid putas qualis est fides, qualis deuotio sacerdotis qui corpus Christi de virgine natum in virgineo sepulchro recōditum, in sindone munda inuolutum, purissimum & sacratissimum huiusmodi lintheis corporalib⁹ imponit? Est ne iste Christianus? credit ne iste quod offert? si credit, quomodo audet? quomodo negligit? Sed nimirum non est purior illius conscientia, neque mundior vita, peccus illius foeda sentina est, in quā corpus domini sanctissimū immittere nō formidat. Sed ad propositum redeamus: si nostrorum templorum sanctitatem & dignitatem attentius consideremus, non mirabimur si in honorem eorum festum ab ecclesia celebretur, omninanque cultu & veneratione dignissima sunt: sed tamen (vt diuus Bernardus ait) non tam his materialibus, quàm spiritualibus templis hæc solennitas impenditur, & eūm hoc agitur, aliud intelligitur. Nostra est hæc solennitas, nobis agitur hæc festiuitas. Vnde Augustinus, Quotiescunque fratres charissimi altaris vel templi solennitate colimus, si fideliter & diligenter attendimus & sanctè ac iuste viuim⁹, quicquid in tēplis manu factis agitur, totum in nobis spirituali adificatione completur. Non enim mentitus est ille qui dixit, Templū Dei sanctum

1. co. 3. d

sanctum

sanctū est quod estis vos. Animarū itaq; sanctarum hoc festū est spiritaliter intellectū, ille enim sunt templa viua Dei viuentis, quod si in corporalibus Deus colendus est, quid sunt omnia templa mundi ad illam mirabilem, magnificam & amplissimam fabricam, quam manus eius formauerunt? Cūm dedicaret Salomō templum illud magnum, celi altitudine & magnitudine considerata, vilis visa est ei omnis illa artificum structura, vnde ait. Caeli caelorum non te capiunt, quāto magis domus hęc quam ædificauī? At anima sancta dignior, illustrior, ca-
 3. re. 8. c. pacior est celo: neque enim eam replere sufficit totus mundus, ad imaginem Dei facta est, & ideo in illa dominus requiescit, sic quædā anima sancta ait. Et qui creauit me, quieuit in tabernaculo meo. Sāctæ ergo animę verissima & sacratissima templa Dei sunt. Vnde apostolus, An nescitis quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis: quod si non creditis, credite
 ecc. 1. 24. a illi qui dixit, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et alibi, In habitabo in eis, & inambulabo in eis: Grandis animę capacitas, in qua non solum inhabitā di, sed & in ambulādi locus est. Quid nanque sunt animarū iuste potentię, nisi amplissima dei deambulatoria. Quotiescunq; ergo bonorum desideriorum & affectionum motus, cōtritionis stimulos, deuotionis ardores, in teipso persenseris, gressus Dei & vestigia spiritus sancti in templo suo deambulantis agnosce. O inestimabilis dignatio pietatis, cū sint tibi in celo tam splendida, tam

ampla, tam decora palatia, tam illustria & tam insignia caelestium potestatum & beatorum spirituum tēpla, magnifica quibus inhabitas nō dedignaris domine paupercula & abiecta animarum nostrarum turguria intrare & habitare in nobis. Quid tibi domine pro tanto beneficio impendemus? quid est homo, quia sic magnificas eum? aut quia sic apponis erga eum cor tuum, vt cuncti videlicet à tot millibus potestatum & principatibus seruiatur, & sedcas super cherubin: nostra tamen domicilia non modo nō spernas, sed et in eis gloriaris, & dicas, Delicię meę esse cum filiis hominum, in hoc verò Dei incolatu potissimum illud miraculum non reticebo, quod cū anima nostra infima sit omnium spirituum, & Deus omnium sit altissimus & supremus, nullius alterius spiritus capax est, nisi solius Dei. Vnde Bernardus, Illud autem scitote nullum creatorū spirituum per se nostris mentibus applicari, vt videlicet ita nobis infundatur, quod eius participatione docti, siue doctiores, boni, siue meliores efficiamur, nullus angelorū, nulla animarum hoc modo mihi capabilis est, nullus ego capax, neque ipsi angeli ita se alterutrum capiunt. Sequētur proinde prærogatiua hæc sūmō ac in circūscripto spiritu, solus ita quē Deus inhabitator est mentium, solius Dei templū anima est: non angeli, non archangeli, aut alterius cuiusuis spiritus. Solus inhabitatur menti, solus sic vnitur, sic intimē inlinuatur, vt verē dictū sit, qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Immittitur quidem angelus & inspirat, sed in circuitu tantum, à foris non intimē, sicut Deus.
 Iob. 7. d
 ps. 79.
 prouer. 8. b
 Bernar serm. 6. super cā. tica.
 1. co. 6. d
 ps. 33

Exemplum

Exemplum huius accipe in ipso corpore humano quod domus est animæ, sicut anima domus est dei: huic angelus potest quidem adesse, sed nō in esse, ipsum potest intrare, sed non in formare, neq; illi potest vniri sicut anima cuius domus est, sic vt ipsi vitam, sensum, vigorem, fortitudinem, & pulchritudinē præbeat: & cum illo vnū suppositum aut personā constituat: Eodem modo Deus animæ quā inhabitat sic vnitur, licet forma eius non sit, vt eam viuificet, & vitales in ea motus & operationes efficiat: eidem vitā, sensum, motum, vigorem, decorem, & fortitudinē, sua illa intima presentia & vitali vnione tribuendo, quoniam angelus quantumuis adsit animæ, vnibilis non est. Quod ergo anima præstat corpori hoc & multo perfectius Deus præstat animæ: nā anima animæ quodammodo dici potest, Quis nanq; diuitias glorię illius domus quā habitat explicare sufficiet? Vidisti aliquando nubem atrā, turbidā, vilē vaporē à terra sublatam, quid illa deformius? infūditur in ea solaris radius, quid ea pulchrius? quid illustrius? quid formosius? Sic omnino, sic est anima cui illa bitur Deus: non videtur eius gloria, sed multo illustrior est. O si videretur! o si posset seipsam talis anima intueri! quā facile omnia mundi oblectamenta cōtemneret, & quicquid in eo pulchrū videtur, velut stercorea reputaret. Indicium tamen huius glorię sanctorum reliquijs aperte monstratur, ad quorum sepulchra mortui suscitantur, leprosi mundantur, infirmi curantur, & innumera miracula frequenter fiunt. Vnde illis ossibus quæ tanta virtus, vt hæc potentissima &

præclarissima opera faciant, nisi quia templum Dei quandoque fuerunt, & spiritus sanctus habitabit in eis? Si sic domine honorant ossa marcentia, eo quod fuerint & futura sint domicilium sanctarum animarum: qualis erit honor & decor animarum propter inhabitantem Deum? Si hæc facit puluis & cinis sanctorum dispersus in terris, quid non poterit eorum spiritus coronatus in celis? Satis profecto nobis hoc exteriori indicio demonstratur, & lucet decor & gloria domus tuæ quam inhabitas Deus. De qua psal. Domine dilexi decorē domus tuę, & locum habitationis glorię tuę. Vnde ex hoc pensandum nobis est fratres charissimi, cū quanto timore & sollicitudine cauere debet anima iusti, ne fortē in ea aliquid turpe aut indecēs inueniatur, quod oculos tātæ maiestatis offendat. Quā vigilantia se debet vndequaq; custodire, ne vel leui cogitatione, aut desiderio, aut opere inhabitanti Deo despliceat. Grādis honor, sed grandistimor. Vnde apostolus cū dixisset, An nescitis quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? apte adiecit. Si quis autē templum Dei violauerit disperdet illum Deus, si quis enim in hoc sancto Dei templo; equos & asinos & porcos immitteret, & sanctuarium Dei iumentorum stabulum & porcorum haram faceret, quā impius & sacrilegus haberetur, et si destructis ac rasīs sanctorum imaginibus in eodem loco turpissimam Bachi, Iouis, Martisue simulacra, & aliorum demoniorum idola audacter & impudenter statueret: quo incendio, quo supplicio puniretur? Quid minus facis tu o peccator,
 ps. 23.
 1. co. 3. e.

bbb

cator,

ator, qui sacrum cordis & corporis tui templum vitij implet, & immunditij polluit, & lacrum Dei habitaculum demoniorum spurcissimorum stabulum facis & expulso spiritu Dei sancto, turpissima carnalium imaginationum in eo simulacra idola que depingis? Quo putas inferno, quo supplicio tantum facinus vindicabit? Nam quis consensus templo Dei cum idolis? Putasne, quod Deus inter talia simulacra habitare dignabitur? Absit, spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu, & corripitur a superueniente iniquitate. O quanta iniuria! qualis impietas spiritum sanctum a suo pellere tabernaculo, & sacraria eius immundis desiderijs & voluptatibus prophanare! De hoc apostolus ad Hebræos. Irritam quis faciens legem Moyse sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & in quo sanctificatus est spiritui gratie contumelias fecerit? Deo contumelia fit, sed peccatorum est damnatum: ecce enim, inquit, relinquetur domus vestra deserta. Et in Esaiâ, Et relinquetur filia Sion, sicut umbraculum in vinea, & tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas que vastatur: abeunte enim vinitore tugurium colubris & lacertis repletur, quod soli combustioni derelinquitur. Sic spiritu sancto a suo sanctuario recedente, nequissimorum demoniorum habitaculum fit, vadunt & veniunt in illud horribiles. Et sic idem Esaiâs, Fit cubile draconum, & pascua structionum, & pilosus

elamat alter ad alterum, & ingressi habitant ibi. Audiatur hoc omnis Christianus, audiatur omnis Christi sectator, sed maxime hi qui se deo speciali quodam voto & professione deuouerunt & consecrauerunt. Quanto enim sanctiora sunt templa & sacratoria, tanto deteriora & grauiora sunt sacrilegia. Vnde istis maxime dicitur per prophetam. Sancti eritis quia sanctus sum dominus Deus vester. Ac si diceret, Sanctus est Deus, sanctum quoque sit templum eius, sanctum cor, sanctum corpus, sancta lingua, sancta conuersatio, omnia sancta, nulla inuida cogitatio, nullum desiderium seculare, nullum verbum scurrile, nullus motus lubricus, nullus visus impudicus, nullus actus inordinatus in eo qui se Deo dedicauit appareat. Nam sicut diuus Bernardus ad Eugenium pontificem ait, Inter seculares nuge, sunt in ore sacerdotis blasphemie, peccata secularium cum comparantur ad nostra quasi venialia sunt. Quid enim mirum si implicitus curis & negotijs secularibus, aliquando discedat a mandato, si nos qui soli deo vacamus, inter sacra viuimus, altaria circūdāmus, Deo dedicati, Deo sacrati, in domo Dei sicut in paradiso conuersamur, sic labimur? Quoties peccamus, toties magnum aduersus Deum facimus sacrilegium, hoc enim est de quo ipse per prophetam valde conqueritur, dicens. Quid est quod dilectus meus in domo mea comittit scelera multa? Et in alio loco dicit, Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utique; tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, &c. Sed iam ratio exposcit ut dicamus, quo ritu, quibusue

quibusue ceremonijs, hæc materialia templa domino consecrentur & dedificentur, ut eadem in nobis, sicut diximus, si templa Dei sumus, spiritualiter adimplenda sciamus. Ecclesie fidelium a pontifice dedicantur, & in earum consecratione hæc quinque sunt per ordinem, scilicet aspergio inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio: sic in templo suo spirituali magnus ille pontifex seriatim hæc omnia facit. Primum, aspergit eum lacuacro fortissimo lachrymarum, ut a peccatis mundaetur, sicut scriptum est in psal. Asperges me domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Secundum, inscribit in visceribus eius legem suam, sicut scriptum est in propheta, Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Et alibi, Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius, vere beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Tertium inunguntur, sacra spiritus sancti unctio est, hoc est, spiritus feruidus deuotionis. Fiunt autem cruce & inunguntur, ut scias quia sine cruce non fit dedicatio, neque ipsa crux tolerabilis est sine unctio. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs, & sequi dominum: sine cruce non poteris, cum ipse dicat, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hæc crux quantumvis modica & tenuis, si spiritus sancti unctio desit, si pectus gestantis deuotione non calet, difficilis est & grauis: sed si hac sacra unctio uncta est, non modo leuis fit, sed etiam dulcis & suavis, vnde iam neque crux est. Audiatur homo qui regulari pro-

fessione deuinctus, in delicijs & bladijs quasi in seculo viuit, ac in monasterio absque vlla cruce se existimat domino dedicandum. Attendat & quod onus domini leue, & iugum suauis, asperum & intolerabile iudicat, vngat ipsum oleo, & proculdubio sicut scriptum est, computrescet iugum a facie olei. Quartum, sacrum Dei templum post sancti olei unctioem a pontifice magno cereis accensis illuminatur. Scriptum est enim, Unctio docebit vos de omnibus, illustrat intus lumine illo interne contemplationis & fidei, de quo scriptum est, In lumine tuo videbimus lumen, ut luceat lux eius foris in opere. & conuersatione coram hominibus, & glorificent patrem eius qui in celis est. Quibus peractis, quid restat, nisi desiderabilis illa benedictio? de qua psalm. Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ: per hanc enim benedictionem qui in hoc deserto exilio pauperculum fuerat domini tabernaculum, & exile sanctuarium, in caelesti Hierusalem fit domino magnificum & illustre templum omnibus lapidibus pretiosis, & diuitijs ornatum, perenni ac perpetuo ritu domino consecratum inter angelos in gloria. Ad quam nos perducatur filius Dei benedictus Iesus Christus dominus noster. Amen.

DEO GRATIAS.

CONCIO FVNEBRIS
THEMA

Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Psal. 75.



Ita ista mortalis fo-
mno dormitium
aptissimè compa-
ratur propter mul-
ta. Primò, quia si-
cut in dormienti-
bus iudicium ra-

tionis ligatur, & sensus sopitus est,
vsque adeò vt inter sapientè & stul-
tum nulla sit dormiendo distantia:
sic etiam in vitæ præsentis statu, ani-
mæ rationalis intellectus sensibus
ligatus est & sopitus, vt assidua attē-
tione & exercitatione vix possit i-
gnorantiæ somnū excutere, in quo

Sap. 9. d. nascimur omnes, corp^o enim quod
corrumpit aggrauat animā & sen-
sum deprimat multa cogitantem. Si

2. co. 12a Paulus ad tertium vsque cælum ra-
ptus clamat, Infelix ego homo, qui
me liberabit de corpore mortis hu-
ius: & beatus Andreas cruci affixus
id ipsum ardentissimè postulat: nō
solum propter paratam sibi gloriā,
sed etiā propter molesti huius oneris
abiectionem, & animæ liberta-

Ro. 8. d. tem: si apostoli qui primitias spiri-
tus acceperunt sic exclamant, sic
desiderat sarcinā corporis expone-
re, miror cur nos miseri cū psalmo

ps. 141 grapho nō instāter proclamamus.
Educ de carcere animam meam ad
confitendum nomini tuo me expe-
ctant iusti donec retribuas mihi: Et

ps. 123. a libi. Anima nostrā sicut passer ere-
pta est de laqueo venantiū, laqueus
cōstrictus est, & nos liberati sumus.

Verè laqueus animæ caro ista, quo
tūc anima soluitur, cū homo mo-
ratur. Quanta tūc putas lætitia per-
fūdatur anima iusti, cū corporis
nexib^o soluta videt se à laqueo isto
simul & periculo liberatam? quo-
modo tūc aperit oculos, & nouum
cum gaudio inspicit mundum, no-

uas creaturas intuetur, admirans al-
teram se penitus prospiciens, ac ve-
luti à somno grauissimo feliciter
excitata: est ergo quā similitima
somno vita hæc mortalis, aut poti^o
mors ista vitalis. Est etiam aliud in
quo huiusmodi similitudo euiden-
tius appareat & cluceat, quia veluti
dormientes innumeras patimur phā-
tasias, illusionesque plurimas susti-
nemus. Videas dormientem arden-
tius & cupidius prosequi rerum vm-
bras, imaginesque quā res ipsas
vigilans adamaret. Quanto gaudio
inuenitur thesaurus ab avaro dor-
miēte! qua auaritate percipit cibos
somniaans gulosus! quanta super-
bia triumphat in somno leuis am-
bitiosus! De lubricis nunc dicere
non est opus quanta insania delu-
duntur! libera nanque imaginatio,
& à rationis moderamine & freno
soluta sensualitas in dormientibus
ad suas passiones fortius mouetur,
& feruentius inualescit, & contin-
git nonnunquam eos qui huiusmo-
di delicijs fallaciter oblectantur, &
honoribus insolentescunt soluto so-
mno, in ardentissima quadam febre,
aut dolore acerbo se inuenire iacen-
tes. O vita mortalis, & quid es tota
nisi perpetua & inopinata delusio.
Omnia quæ tā auidè quarimus, tā
ardenter amamus, tam sollicitè pro-
sequimur, non vtique vera bona
sunt, sed vmbre imaginesque ho-
norum. Quid sunt enim diuitie, nisi
vana de limo metalla? quid hono-
res, nisi ludicre leuitates? quid cor-
poris voluptates, nisi turpes & ob-
scæne cupidines? An nō somniat
qui has vmbrales formas imagi-
nesque bonorū pro rebus ipsis am-
plectitur & acceptat? an non mo-
riens quasi euigilans omnes istas fu-

gat

gat nēnias & abijcit delusiones. Ap-
pone animæ mensam cibis delica-
tis refertam, adhibe auri & argen-
ti pretiosissima vasa, vestes aureas,
equos, domos, familiam, honores,
seruitia, fastus, nunquid etiam vel
aspicere hæc omnia non dedigna-
bitur, & quasi futilia somnia pro
nihilò despiciet? Verè indubitan-
terque velut somnium surgētium

ps. 72.

domine omnium istorum bonorū
acquisitas in vita imagines solu-
ta anima ad nihilum rediges. Vn-

Iob. 27. d. de Iob, Diues (inquit) cū dormie-
rit nihil secum afferet, aperiet ocu-
los, & nihil inueniet, sed veluti so-
mno vitæ præsentis delusus, cū

excitatus fuerit, qui videbatur esse
in delicijs, apparebit verius in tor-
mentis, & qui amenos hortos, de-
liciosa virgulta, & prata viren-
tia autumabat expergefactus à so-
mno corpus reperiet in tumulo,
& animam in inferno, carnem ver-
mibus scaturientem, & animam
ignibus flagrantem. Existimo e-
nim animas post longum tempus,
siue in cælo, siue in inferno loca-
tas, sic vitæ præsentis seculum me-
morari, veluti somnium antiquum
& illis huius seculi negociationes,
amicitias, honores, nuptias, & quæ-
cunque in vita gesserunt velut so-
mnia videri, atque ita vxoris, libe-
rorum, amicorum familiarium pro-
speritatum aduersitatumque re-
cordari veluti præteritorum quo-
rundam leuium somniorum. O

quomodo dolent misere propter
huiusmodi somniorū ludicra trās-
euntia, tam diris tormentis perpe-
tuo fuisse damnatas! Aduerte illa-
rum querimoniā in libro sapien-
tiæ agnoscito fletum. Errauimus
(inquiunt) à via veritatis, & iusti-

tiæ lumen non luxit nobis, & sol
intelligentiæ non ortus est nobis,
lassati sumus in via iniquitatis, am-
bulauimus vias difficiles, viam au-
tem domini ignorauimus. Quid no-
bis profuit superbia, aut diuitia-
rum iactantia quid contulit nobis?
transierunt omnia illa tanquā vm-
bra, & tanquam nuncius præcur-
rens, & in malignitate nostra con-
sumpti sumus. Talia (inquit) dix-
erunt in inferno hi qui peccauerūt.
Excitemur ergo fratres ab illo le-
tali somno & lepore mortifero, an-
tequam nos excitet dira mors: tunc
enim nihil proderit excitari, excu-
tiamus à nobis vmbrales istas ho-
norum & voluptatum imagines, &
veritatem ipsam claro perspiciamus
intuitu, ne cū dies illuxerit,
& somnus abierit, vacuos delusos-
que nos inueniamus, & stultitiam
nostram lamentis perpetuis deflea-
mus. Quam potēter propheta, imò

per prophetā dominus clamat, Ex-
pergiscimini ebrij, & flete, & vlul-
late qui bibitis vinum in dulcedine
quoniam periit ab ore vestro. E-
brij (inquam) sed non à vino inebriati,
sed non à musto, qui tam aui-
dè & sine mensura temporalis dul-
cedinis haustus excipitis, qui tem-
poralium gaudiorum mero tam
insolenter inebriamini, expergisci-
mini, flete, vlulate, quoniam citò
peribit ab ore vestro, citò (inquam)
rapietur à vobis huius dulcedinis
potus, & propinabitur vobis perpe-
tue amaritudinis calix, atque post
hunc voluptatis inebriantem po-
tum, fellis amarissimas feces perpe-
tuo glutietis. Fex, inquit, eius non
est exinanita, bibent omnes pecca-
tores terræ, tu domine potius po-
tente tua virtute excita nos, vt in-

ps. 74. Sap. 5. a. (inquiunt) à via veritatis, & iusti-

ps. 74. Sap. 5. a. (inquiunt) à via veritatis, & iusti-

ps. 126

tempore opportuno in luce tua a-
pertius vigilemus. Vanum nan-
que est nobis ante lucem surgere,
& sine tuo lumine frustra conten-
dimus ad vigiliam, tu enim ergo do-
mine nosti quoties ego seruus tuus
meipsum agebam, exhortationi-
bus, admonitionibus, increpationi-
bus, meipsum quasi quibusdam
manibus pulsans si aliquo modo
ab isto sopore excuterer. Sed heu
non potui ut viderem, et si quan-
doq; fortioribus conscientiae meae
stimulis punctus, aut verborum
ruorum crebrioribus ictibus pul-
satus, ad modicum euigilans hallu-
cinari videor, me miserum sta-
tim reluctans, & inuictus profun-
dus & alius dormio, dormiens
verò ita sum sicut qui in gravissi-
mo & horribili somno vehemen-
tius excitari conatur, & quo ma-
gis conatur minus valet, & quod
magis mirandum & dolendum est,
nescio quo miro & prauo modo in
ipso negotiorum strepitu, & exte-
riori tumultu quo solent dormien-
tes excitari ego profundius dor-
mio. Felix qui et si propter Deum
occupatus exterius dormit, sed in-
rus ad Deum illius animus semper
vigilat qui dicere potest cum spon-
sa. Ego quidem dormio, sed cor
meum vigilat: interiorem nanque
animae illius quietem non pertur-
bant exteriora negotia, sed exte-
rius occupatus, interius vacat. Dor-
mientes solemus primò vocibus
pulsare, deinde contactibus: quos
enim clamor non excitat, excitat
pulsus. Sic etiam dormientem spon-
sam, primò clamore sponsus exci-
tat, dicens, Surge propera amica
mea, columba mea, speciosa mea
& veni, Cuius subaudita voce pau-

ps. 39.

Cat. 5. a

Cat. 2. c

lulum excussa de somno clamat
vox dilecti mei, sed cū illa rursus
soporaretur, dilectus misit manum
per foramen, & venter eius intre-
muit ad tactum illius, & surrexit
illico praeceptis, ut aperiret dilecto,
at ille declinauerat, atque transie-
rat. Quae ad vocem non surrexe-
rat, surrexit ad tactum. Ita nobis-
cum agere consuevit clementissi-
mus Deus peccatorum dormientium
excitator pius, vocat prius dormien-
tem animam, et si non excitatur vo-
ce iugit clamorem, vocat muneribus,
vocat inspirationibus, vocat ter-
roribus, et si adhuc dormimus, ag-
grauat voces, adauget clamores, in-
crepat terribiliter soporatum pec-
catis animam, & horribilibus eam
intus reprehensionibus corripit.
Vnde psal. Pro iniquitate, inquit,
corripuisti hominem, & tabescere
fecisti, sicut araneam animam eius.
Verè increpante Deo, anima duris-
simam eius increpatione ferre non
valens, penitus tabescit, & prae tri-
stitia & dolore tota liquefit. Bene
hoc nouerat quae dicebat, Anima
mea liquefacta est postquam dile-
ctus locutus est. Si enim increpa-
tiones aggrauaueris domine, domi-
ne quis sustinebit? quis tolerabit?
Testis mihi est ipsa mea conscien-
tia quae sustinuit dissimulasse me
aliquando ne intelligerem, diuertis-
se ne has increpationes audi-
rem timore percitum, sed frustra,
sed in cassum: conuersum enim ad
me, ut ait Iob, mirabiliter & terri-
biliter me crucias. An non mirabi-
liter praeuaricantem animam diu-
na iustitia sui ipsius tortorem facit,
ut puniat ipsa in se peccatum, quod
superba comisit. Quid mirabilius,
quam suis proprijs affectibus & pas-
sionibus

Cat. 5. b

ibidem

ps. 38

Cat. 5. c

ps. 129

Iob. 10. e

Cat. 5. b

Iudic. 4
c

sionibus animam pro peccato tor-
queri, flagellari, puniri, & ut faciat
ipsa irato Deo de seipsa vindictam.
O prodigiosum angelicis spiriti-
bus spectaculum! animam seipsam
vulnerans, seipsam lanians, seipsam
iudice astante flagellans, non alium
extra quaerit tortorem seuerus iu-
dex, sed ipsam peccati sui vindicem
facit. O iudicis potentiam! quis non
timebit te, o rex gentium, qui ta-
les iniuriae tuae reperisti tortores?
Miser qui nunc talibus clamori-
bus nec excitatur, tolerabilior pro-
pmodum infernus videretur, quā
huiusmodi conscientiae tolerare re-
morsus. Sunt tamen qui aut non au-
diunt, aut audire dissimulant, hos
proprius accedens pulsatur diuina
benignitas. Mittit manum per fo-
ramen desiderij, & palpat haerentem
animam, pulsatur aegritudinibus, pul-
sat persecutionibus, pulsatur tempo-
ralium iacturis, pulsatur varijs & mul-
tiplicibus tribulationibus, si forte
sentiat qui dormitat. Quem ista non
excitant letargum patitur, non est
iam somnus iste, sed morbus: non
peccati somnus, sed mortis aeter-
nae manifestum indicium, veniet ei
repentina mors cum securior fue-
rit, & velut alter Sifara clauo se
confixum pavimento reperiet no-
tissima siquidem huius rei in illo
figura praecessit. Quam opere pre-
tium est, vel succincte perstringe-
re, cum enim de bello victus pe-
desiter aufugeret, occurrens ei Ia-
hel vxor Haber, crudeli eum susce-
pit hospitio, sitibundumque pro
aqua lacte potauit, & huiusmodi
poru sopitum clauo transfixit. Me-
minerit huius quisquis in bello
deuictus, domini sui castra dese-
ruit, meminerit, inquam, religio-

fus ille qui militari cenobio re-
lictus a Deo profugus, ut Cain se
culi latitudinem vagabundus per-
lustrat. Fugituo huic occurrit sta-
tim blanda Iahel, suoque eum
pelliciens sensualitas recipit in ho-
spitio, ubi enim hospitabitur clau-
stri desertor & Dei fugitiuus, ni-
si in vilis carnis tentorio. Sicut e-
tiam valde anhelans ad seculi de-
licias & temporalia gaudia: sed
crudelis hospita pro aqua de viuo
fonte lac ei propinat ex utro, quod
neque sitim minuit, neque calo-
rem extinguit, sed fataliter dormi-
re bibentem facit. Lac de utro vo-
luptas ex carne, huius haustus ho-
mines ita dementat atque sopo-
rat, ut nihil supra. Qui enim ea po-
tantur in altam Dei & totius spiri-
tus incidunt obliuionem: non eis
gloria, non infernus, non fama, non
pudor, non contempta religio, non
denique propriae salutis ratio in
mentem venit, sed rationis iudicio
soporato, illecebris funditus imer-
gunt. Dormientem insuper pallio
operit ignorantiae, ut non videat
quicquid decet, non mortem in-
stantem, non ignem ardentem,
non iudicem astantem, donec cla-
uo repentinae mortis confossus so-
porem morti socians, & limo desi-
xum, & sepultum se videat in in-
ferno. Iusto utique Dei iudicio pra-
uentus, ut qui in vita oblitus est dei,
in morte non recordetur sui. Cum
enim dixerint, pax & securitas, re-
pentinus eis superueniet interitus,
& non fugient, & ducentes in bo-
nis dies suos, cum minus cogitant, in-
puncto ad ima descendunt. O fallacem
hospitam! o vitam mendacem! Mi-
ser qui apud te non pertimuit hospi-
tari, tale namque hospitibus tuis exhibes

Gn. 4. b

Hic. 2. c

prover. 29. a.

Iob. 21. b

ministerium, suauiter eos potans vt enecet, blandè fouens vt trucidet, nanque qui tibi fidit sibi male fidus est. Cui comparabimus vitam istam fratres, aut cui assimilabimus eam? Similis profecto videtur scenæ cuiuspiam aut comedie, in ea quippe plures reges videas, nec sunt reges, plures milites, nec sunt milites, religiosos plurimos, sed religiosi non sunt, rusticos aliquos, sed non sunt rustici: ficta sunt omnia, fallaci que imagine illita, donec deposito habitu, & finita scena, sublato papillione appareat quisque quis sit. Talis est huius mundi figura fratres, mendacij plena sunt omnia, aliorum personas gerimus, donec auferatur velamen, & finita seculi huius scena appareat, quisque quis fuerit. Transibit citissime, fictionis comedia & veritatis seculum illucescet, & tunc nemo finire se alium poterit nec latere. Similis quoque videtur statuae bifor mi quæ celeri voluitur rota, hinc rugata facie veteranam, inde rutilanti vultu iuenculam præferens, neque enim vnâ se cunctis exhibet, sed variè se variat ad diuersos, alijs gigantem, alijs pigmam formam ostentans. Si quis enim in gaudio & delicijs vitam agit, bone Deus, quanta se illi breuitate coarctat, pigmea illi videtur & annicula quantumuis longissima vita etiam si superet dies Mathusalem. Quantas super hoc vbique terrarum audias à secularibus querimonias, quæ suspiria! quos gemitus! quia non diutius tenditur vitæ voluptas, quia non in longum sinuntur videre quod cupiunt: & possidere quod voluit. Audi voces eorum in libro sapientie. Exiguam, inquiunt, & cū tædio est

Sap. 2. a

tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus, & transiet vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Quæ vera sunt hæc & quàm certa, sed attende fallaciam, Venite ergo fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vni pretioso & vnguento nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum præteritum sit quod non prætereat luxuria nostra, vbi quæ relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Quanto satius contrario dicent, quia breuis est vita nostra, quia citissime vt nebula dissoluetur, floccipendamus eam, pro nihilo habeamus illam, meliorem & perpetuam inquiramus. O stultissimi, si marcescunt celeriter rosæ, vt quid eas ponitis in corona? an nescitis quia pro momentaneo hoc odore perpetuum debeat sustinere foetorem? quænam hæc insania marcescentibus se coronare rosas, putrescentibus se delinire vnguentis? Comedamus (inquiunt) & bibamus, cras enim moriemur, imò quia cras moriemur, neque comedamus, neque bibamus, sed cibum qui non perit, instanter potius operemur. O quantum sanius sibi ita consulerent, si mens non leua fuisset. Hos igitur ita deludit vita fallax, alijs econuerso interminabilem & longissimam se mentitur, & sicut versper tinam umbram, quæ sole occiduo ex parua protenditur in immensum,

es. 22. d
Ioa. 6. d

talem se solet ostendere tribulatis & afflictis vitam agētibus in dolore. Videas nanque religiosos plurimos ieiunijs & vigilijs fatigatos, longa pœnitētia maceratos, præsentis vitæ tædio affectos, amarissime eius diurnitatem deslere. O (inquiunt) quædiu durabit interminabile hoc vitæ martyrium, quædiu vitam hanc durissimam tolerabimus? beniniquippe aut triennio satis esset, quis per sexaginta annos laboriosam hanc vitam poterit sustinere: et si quidem hoc alterius vitæ desiderio dicerent esset vtique illis ad sapientiam: sic enim etiam Prophetæ clamabat, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Propter laborem verò ita fatigari stultum est: quis enim agricola prudens seminandi opportunitatem reputat longiorem? o homo tales laborum tuorum fruges expectas, & de laboris diurnitatis conquere ris? Sed nunquid longior vita præsentis, nunquid diuturnior? Non ita videbatur Iob, Nam breues (inquit) dies hominis sunt. Et de suis, Dies (inquit) mei velociores fuerunt quàm à texere tela succiditur. Non diu tardat festina mors, sed remo velocius properat quantum potest. Non etiam ita videbatur apostolo, qui dicebat, Momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ, æternum supra modum in sublimitate gloriæ pondus operatur in nobis. O longum momentum, quod separatur nos à Deo, quædiu enim sumus in corpore, peregrinamur à domino: nam alioquin in seipso breuissimum est, & vt ita dixerim, momentum momentum. Momentum tibi erit vita præsens, si oculus dirigas ad æternum præ-

ps. 119.

Iob. 14.

Iob. 9. c

2. co. 4. d

2. co. 5. b

mium. Transit citò quod cruciat, permanet in æternum quod coronat. Æternum (inquit) supra modum in sublimitate gloriæ pondus. Non potuit amplius illa felicitas ponderari, non potuit beatitudo illa melius explicari. Pondus est voluptatis, quod neque ipsa posset animarum infirmitas sustinere, si non fulciretur à Deo, neque sentire, si non eleuaretur à datore. Gurtatim pœna nunc bibitur, sed affluenter, & per riuos potabimur à gloria. Torrente (inquit) voluptatis tuæ potabis eos. Transit hora, transit & pœna: sed gloria illa tota simul & inuariata durabit: non minuetur, non alterabitur in seculum seculi: sed illæsa & inuariabilis permanebit. Quis hanc gloriam non amabit? quis tantam beatitudinem totis animæ viribus, toto desiderio non perquiret? quis poterit à felix patria, quis vnquam tui poterit obliuisci? Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni datur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero te Hierusalem in principio lætitiæ meæ. Sic aiebat, sic clamabat qui ad illam, sicut ceruus ad fontes aquarum, ita sitiebat. De illius memoria iubilans, & in eadem fixus imprecatur sibi quæ necesse est euenire si ab illa decideret. Nam vbi illius beatitudinis obliuio incidit, & manus hæret, & lingua balbutit. Illius quippe memoria & operi solertiam, & verbo facundiam præstat. Qui enim præmij obliuiscitur, lente mouetur ad opus: nec potest quisque de re quam non sentit, neque gustat, diserte loqui. Felix illa regio, felix patriæ beatorum vbi quicquid placet adest: quicquid displicet,

ps. 33

ps. 136

ps. 42

CONCIO FVNEBRIS.

displicet, longè abest: vbi omne bonum sine omni malo: vbi nullum triduum & sempiternum gaudium: vbi satietas sine fastidio, auiditas sine defectu: vbi vita sine termino, letitia sine mœrore, securitas sine timore: plena, perfecta, & sempi-

terna gloria. Quam nobis præstare dignetur ille qui vt eam præstaret dignatus est mori, Christus Iesus dominus & saluator noster: cui cū patre & spiritu sancto est decus imperiū in secula seculorum.
Amen.

¶ Selectiores conciones hæcenus tantum dedimus, neque enim omnes authoris commentationes, vno quasi partu edere nobis licuit, in quibus aliud quàm in hoc cōscriptas, quas nimirum author in aduersarijs tumultuariè, & in litura reliquerat, & quarū plurimæ indignis truncatæ modis vix in vnum orationis corpus coalescere posse videtur. Dabimus operã (Deo suo operi aspiranti) vt cura & diligentia nostra, eam formã propediem accipiant, vt suum authorem, & decere, & referre quisque iudicet. Sit hic tomus cæterorum antecursor, viamque alijs muniat, ac pandat iter durum ingeniorum voluntatumque humanarum, & assuefacere incipiat pietati, ac diuinis ardoribus desueta hominum corda, mox conciones relique, quæ modo desiderantur, ire viam incipient.

*J. M. de Villanueva Arcebispo
de Valencia.*

COMPLVTI,
Ioannes Inachus à Lequerica
excudebat.

